19 *Condemnatus ad reddendum ra tionem, potest compelli ad præs tandum fideiussorem, interim quod eam reddit, & quando.*

20 *Administrator si vti suspectus de fuga captus sit, & facta, com putatione calculatores partium vel vnus eorum cum tertio de clarentur cum in nullo esset debi torum, an stetim debeat liber re laxari, appellatione aduersari non obstante.*

22 *Obligatus ad reddendum ratio nem, certo die vel tempore, non reddendo illam tempore desig nato dicitur esse in mora, & an teneatur ad interesse, ex illo die.*

22 *Ratio an reddi possit per procu ratorem.*

23 *Petens rationem sibi præstari, à negotiorum gestore, videtur suā gestionem approbare.*

24 *Administrator an possit com pellere dominum, vt secum ad meundam rationem sedeat.*

25 *Tutor vel curator, an teneatur sumptus & alimenta præstare. minori petenti rationem interim quod ratio calculatur.*

26 *Tutores interim quod rationē nō præstiterint, gabellas nō cōducūt*

CAPVT. III.

De odio & fauore administratoris, reddentis, vel non reddentis Rationem.

QVI rationem reddere sunt obnoxij, si illam suo tempore non præstiterint, multis quidē afficiūtur incōmodis, & admodū hæc rationis

rationis dispūctio lege diuina, humanaque, & canonicis institutis fauetur, vt iure constitutum sit, quod interim quod administrator rationem non reddiderit, ad sacros ordines promoueri non possit. l. 2. C. de episc. & cleri. capit. siquis obligatus. 54. distinctione. l. 23. titulo. 6. partit. 1. quod si tempore quo suscepit administrationem aliquibus sacris ordinibus erat iam initiatus, minime beneficia ecclesiastica illi conferri poterunt, donec prius rationem vilicationis reddiderit. capit. non confidat. 50. distinctione. capit. vnico de obliga. ad ratiocinia.

Rursus & si religionem talis administrator ante redditam rationem ingredi affectauerit, minime ante redditam rationem ad illam debet admitti cap. legem. 53. distinctione ibi, *quod si etiam talis quique monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius ratiocinijs publicis fuerint absoluti*, & per istum tex. ita tenet Brigiensis in suis quæstio. dominicalibus quæstione. 21. vbi dicit, quod si talis administrator de facto fuerit ad religionem admissus, ad pristinum statum est reuocandus ex text. in. l. officiales. C. de Epis. & cleric. quod si a monachis non reuocetur, manu militari reuocari poterit per iudicem, ex text. in. l. siquis curialis. C. de Episcop. & cleric. quæ sententia in tantum vera est, vt neque Episcopus, neque etiam summus Pontifex in simili casu dispensare debeat, cum tali administratore, vt in dicto capit. vnico de obligatis ad ratiocinia, & in. l. 64. titulo quinto, partita prima, ibi, *Nin con aquellos que han de dar cuenta al Rey, o a otro seglar*, quod proculdubio ego verum intelligo, quando talis administrator, administrasset bona alicuius sæcularis personæ, quæ non esset de miserabilibus, sed Regis, reipublicæ, vel alicuius Magnatis sine oppulenti hominis, secus tamen si administrasset bona alicuius miserabilis, vel Ecclesiasticæ personæ, capite peruenit. octuagesima sexta, distinction, tenet Abbas in dicto capite vnico, numero tertio, qui optima in proposito congessit, & ratio illa esse poterit, quia cum iudex Ecclesiasticus sit iudex competens in causis miserabilium personarum, capite super quibusdam de verborum significatione, Bertachinus de Gabellis, quæstione vigesima tercia, numero quinquagesimo, per ingressum religionis non præiudicatur, quominus omnibus iuris remedijs contra ipsum in religione existentem procedatur, & ita disponit textus in. l. 23. titulo sexto, partita prima, qui est notandus.

Præterea in tantum iura odio habent istos administratores non reddentes rationes, quod si ab eis appelletur ab interlocutoria de reddendo rationem, ad huc iudex appellatione remota aduersus illos procedere potest absq; metu attētati, dūmodo constiterit administrasse. Pro qua sentētia, est tex. in authētico de sanctissimis Episc. §. AEconomos, Collation. nona, ibi, *Si vero putauerit se grauari, post repetitionem (hoc est redditionem) Metropolitanus causam examinet, non enim conceditur eisdem ante exactionem debiti proprios Episcopos declinare*, quem textum ita intelligunt ibi gloss. & Angel. verbo, repetitionem, Maranta de ordine iudicio. cap. de appellationib. numero centesimo octuagesimo septimo, Lancelotus de attentatis, secunda parte, capite duodecimo, limitatione decima nona, Gutierrez in practicis quæstion. 37. Caualcanus in tractatu de tutore a numero. 222.

Sed rursus in tantum iure huic reddi-

redditioni rationū fauetur, vt si obligatus ad reddendum rationem, ante illam redditam, ad Ecclesiam confugiat, adhuc ab ea extrahi possit, & prætextu immunitatis defendi nequeat, quod maxime verum est, vbi talis administrasset patrimonium regale, ex tex. in autenti. de māda. princip. §. publicorum, ibi *quoniam fiscalium ratio, & militibus & priuatis, ipsisque templis, & cunctæ reipublicæ vtilis & necessaria est*, & in leg. quinta, titulo vndecimo, partita prima, ibi, *E por esto mando el derecho de las leyes antiguas que los saquen dellas, sin caloña ninguna*, & ibi, *E los que tienen de dar quenta a los Emperadores y a los Reyes de sus tributos, o de sus pechos*, & hæc sententia nō solum locū habet in administratoribus Regijs, sed etiā in iudicibus qui finito officio, rationē suæ vilicationis præstare, & syndicatui assistere sunt obnoxi, tex. in l. vni ca versi. vltra sacros terminos. C. vt omnes iudices tā ciuiles quā crimin. Paris de Puteo. in tractatu de syndicatu verbo officialis c. 8. num. 6. Abiles in ca. prætorum c. 1. num. 25. Castellus a Bobadilla in sua politica prætorum lib. 5 c. 1. num. 120. & non solum in regalibus vel publicis administratoribus prædicta sententia, locum habebit, sed etiam in quibuscumque alijs administratoribus (ante redditam rationem) ad Ecclesiam confugentibus, vt voluit Boerius decisio. 215. numero septimo, & hanc sententiam tenent plures relati a Remigio de Gomi in tractatu de immunitate Ecclesiarum, Fallentia. 37. & 38. Paciscus in sua praxi. fol. 150 c. 3. nu. 158. & confirmatur, quia similes fraudatores ab Ecclesia subeniri non debent, vt in dict. leg. 5. part. ibi, *Cano seria cosa razonable que a tales malfechores como estos amparasse la Iglesia, que es la casa de Dios, donde se deue la justicia guardar mas cumplidamente que en otro lugar, e porque seria contra lo que dixo nuestro Señor Iesu Christo por ella que su casa era llamada casa de oraciō, e non deue ser fecha cueua de ladrones.* Latronibus enim assimilantur, qui cum rationem reddere teneātur, personas, libros, & chirographa contrectant, occultant, & retinent, in dicta l. 5. ibi, *E los que tienen de dar quēta junto*, versiculo præcedenti, & in tutore hoc ipsum sentit Baeça vbi supra capite 13. numero. 17.

Aduersus tamen prædictam conclusionem, vrget tex. in lege tres tutores ff. de administrattorum, vbi tutores qui perfide peregerunt administrationem, non dicuntur contrectare res pupillorum, igitur si furtum est contrectatio rei alienæ inuito Domino, tutores etiam si perfidi dicantur propter iniquam administrationem, non tamen latrones & fures dici poterunt, ad hoc vt ab Ecclesia extrahi possint. Rursus pro hac sententia facit quia & si fures dicerentur isti tutores & administratores, adhuc tamen immunitate Ecclesiæ gaudere deberent, cum non possint dici fures manifesti, quibus solis Ecclesiæ immunitas denegatur, vt in capite sicut antiquitus. 17. quæstione 4. capite. inter alia de immuni. Ecclesia. lege 4. tit. 11. par. 1. ibi *Asi como a los ladrones manifiestos que tienen los caminos e las carreras*, ideo isti administratores ad Ecclesias confugientes ante redditam rationē, vel reliquorū solutionē, tāquā simplices debitores reputari debēt, quibus, culdubio, immunitatis Ecclesię priuilegiū cōpetit.

Prosedanda tamen hac dificultate dicendū erit, quod dispositio dict. l. 5. tit. 11. p 1. (pro affirmatiua sentētia superius relata) locū habeat, quādo tales administratores, tutores, collectores, siue exactores, tributorū, vel alij simiiles administratores, vel eorū factores ante redditā rationem secum bona,

pecunias,

pecunias, vel libros rationum in Ecclesias conferunt, vt colligitur ex decisione. text.in.l. 13.titul.2.libro.1.& in l.2.ti.19.li.5. in noua legum regni collectione, hij enim, tan quam publici & manifesti latrones, ab Ecclesia extrahũtur, prestita tamẽ cautione, quod in corpore nõ punientur, vt in.d.l.13. Secũda tamen cõclusio, scilicet, quod immunitate gaudere debet, locũ habet quando bona, pecunias, vel libros secũ in Ecclesias nõ contulerút, tali enim casu tãquã simplices debitores reputantur, & immunitate Ecclesiæ sicut cæteri gaudere debẽt. Quã sententiã tenet Roder. Suar. in l.2.ti. *de los gouiernos*.q.5.n.11 li.2.fori Couar.li.2.varia.c.20.n.14. Sed adhuc cõtra istos perfidos administratores ad Ecclesias cõfugientes, medela non deficit, quia creditores poterũt adire consiliũ regiũ, & dabitur illis squedula regia adhoc, vt iudices & alguacelli illos impune ab Ecclesia extrahat, ac si publici latrones essẽt, vt tenet Olanus in suis cõmunibus opinio. litera. F. nu. 113. Valdes. in addit. ad Roder. Suar. vbi sup. Gutier. in practic. q.li.1.q.1.nu.19. vbi dicit, quod si hoc casu iudex Ecclesiasticus ministros iustitiæ (tales administratores ab Ecclesia extrahentes) censuris Ecclesiasticis grauaret, eos vè pro publicis excõmunicatis declararet, vim illis manifestã inferret, & curia regia pro illa subleuãda adiri posset. Et hãc sententiã sequitur Valdelius primariæ iuris pontificij Cathedræ professor, & in nostra regali cãcellaria aduocatus & acerrimo præditus ingenio modo verò Granatensis prætorij senator meritissimus in additionibus ad Rodericũ in loco supra citato, quod extende etiam vbi talis administrator clericus esset, & à sæculari iudice caperetur, vt voluit Bobadilla in politica, li.2.c.18.n.138 poterit etiã extrahi à regno Portugaliæ administra-

tor Regius, vel factor mercatoris qui non reddita ratione illuc cõfugijt, vt in.l.6.tit.16.li.8.recop. vers.2, incipiẽti. *Otrosi en quanto toca alas personas.*

11 Et prædicta sentẽtia non solũ locũ haberet in ipsis administratoribus (modo supradicto) ad Ecclesiã cõfugiẽtibus, sed etiã contra eorũ hæredes bona siue rationes, & libros, ad Ecclesiã asportãtes: quia in materia rationũ, dicta in administratore, regulariter locũ habent in eius hærede, quãdo reperitur esse in dolo. l.3.§.hæc actio. ff. de nego. gest, l. tutelæ & in l. omnes tutores, C. arbitrium tutelæ text. elegans in l. alio. C. de in litem iurando ibi. *At enim hæres eius ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat*, & in l.6.tit.11.par.3. Romanus cons.413 numero. 2. Aymon. cons.218. numero, 3.

12 Præterea si duo fuissent vnius patrimonij administratores constituti, nõ solum qui administrauit, verũ etiam qui nihil administrauit, pro reddenda ratione cõuenitur, in tantũ, vt neque beneficio ordinis se tueri possit. Ita Bart. in l cũ alicui n.3, & 4. ff. de nego. gest. Molineus alios referens in cõsuetudinibus Parisien. tit.1.§.6.glos.6. nu.33. idque tenet Iodocus Damaderius in quæst. parium, aut similium iuris quæ est inter cõmunes opiniones plurimorũ, fo.673.co.2. Baeça in tractatu de decima tuto. capit. 15. numero.2.

Aduersus tamen prædictam conclusionem videtur text. formalis & expressus in.l.2. C. si tutor vel curator non gesserit, vbi cauetur, quod si duo tutores dati sunt pupillo, & vnus gerat, alius vero gestioni vel administrationi non se intromittat, ille qui non gessit, non tenetur rationem reddere, nisi pro ab vtroque neglectis, & non administratis: igitur prædicta sententia non est te-

nenda

nenda. In qua difficultate Molineus vbi ſupra. §. 6. gloſſa. 7. numero. 23. diſtinguendum fore exiſtimat, publica an priuata fuerit adminiſtratio, primò enim caſu proculdubio adminiſtratores publica authoritate deputatos ſingulos, tan ſcilicet, qui non geſsit, quam ille qui geſsit, ad reddendum publicas rationes compelli poſſe affirmat, licet adminiſtratio fuerit authoritate publica, vtilitate verò priuata. Ex textus in. l. 2. §. final, vbi gloſſa verbo veriorem, cum. l. ſequenti. ff. de curato. bonis dando, quod ipſe verum intelligit, preterquam ſi in ipſa commiſsione & adminiſtratorum conſtitutione. diuiſa fuiſſet adminiſtratio, ex text. in dicta. l. 2. §. ſi plures, dicit ergo quod ſiuè feudo prehenſo, ſiue pignoribus pro executione rei iudicatæ, ſiue alijs bonis (quacunque ex cauſa) de manu iuſtitiæ depoſitis deputati ſint, in electione eſſet illius cui ratio preſtari debet, quem mauis voluerit, pro tali ratione reddenda conuenire, etiam ſi penitus nihil geſsit, & quod ſic ellectus veneficium diuiſionis, ſiue ordinis minime opponere poterit, licèt hãc facultatem conueniendi, ſibè capiendi conſortes, quod ſi ſolus ſoluerit, beneſitium cedendarum habebit, ex text. in. l. in creditore. ff. de euictio: quem pro hac ſententia citauit ipſe Mollin. dicta gloſſa 6 numero. 33. In ſecundo verò caſu, ſci- 13
licèt, quando authoritate priuata tales adminiſtratores electi ſunt, contrarium ſit dicendum, ſcilicèt, quod prius ille qui geſsit, de inde qui non geſsit pro reddenda ratione & reliquorum ſolutione debeat conueniri per text. in. l. tutores, qui poſt finem §. in eum. ff. de adminiſtrat. tutor. ex eo, quia ille nullum pubublicum gerit officium, quod ipſe limitat & intelligit, niſi ex qualitate adminiſtrationis vel rei, vel ex alijs circunſtantijs conſtare poſsit, quod vtrique data fuit poteſtas inſolidum adminiſtrandi, quod in dubio eſt, preſumendum, vt voluit deciſio genuenſ. 59. num. 4. tali enim caſu tàm qui non geſsit, quã qui geſsit poterit ſimul pro reddenda ratione, & reliquorum ſolutione conueniri, & ità voluit. Bart. in. l. 1. §. ſed ſi duo. ff. depoſiti, & in. l. ſi plures, num. 1. ff. de curato bonis dando.

Predicta tamé Molinei diſtinctio, aduerſatur Accurſij ſentẽtiæ, in. l. 1. §. nunc tractemus, verbo alterius. ff. de tutel. & ratio diſtrahen. iuncto text. ibi, vbi cabetur quod ideò tutor qui non geſsit ibi ſimul cum eo qui geſsit conuentus fuit, ſcilicèt, quia cùm de facto conuentus fuiſſet, non oppoſuit beneficium ordinis, (quod ſub intelli ge, niſi conſtaret quod gerens nõ erat ſoluendo) in prædictis enim caſibus, indubitanter, ſimul poſſe conueniri reputat Barbatius conſil. 91. col. 6. in principio, quod autem oppoſita exce ptione, diuiſionis vel ordinis non gerens audiri debeat, donec gerens excutiatur, ſi mauit gloſſ. in. l. creditor, §. duobus verbo pro ſolido, C. de tranſact. & facit text. in. l. 2. C. ſi tutor non geſsit, vbi tutor non gerens tenetur pro male geſtis à contutore, in ſubſidium, non verò principaliter & inſoli dum poteſt conueniri, & hanc ſententiam ſeruatam fuiſſe in curia parlamenti teſtatur Nicolaus Boerius deciſion. 60. numero. 1. & 2. Maranta de ordine iudi. in proœmio, numero. 18. deciſion. Genuen. 176. nume. 7. Roque Gallus qui ſubtiliter hãc materiãtractat in. l. eãdẽ. n. 218, ff. de duob. reis Ioſephus ludoui. deciſio. 4. numer. 5. & quod idem ſit in adminiſtratoribus Rei publicæ aduerſus Molinei diſtinctionem eſt text. formalis in. l. quid ergo. ff. de admunici pal, vbi duobus adminiſtratoribus ad regimen ciuitatis electis, ſi alter non

admi-

adminiſtrauit, prius qui adminiſtrauit, & qui pro eo interceſsit de in de qui illum adminiſtratorē nominauit, poſtremo verò qui non geſsit conuenitur. Rurſus Molinei diſtinctio diluitur ex text. non minus eleganti in l. 1. C. quib. quiſque ordine cõueniatur, libr. 11. vbi loquendo in adminiſtratoribus bonorum publicorum Iuſtinianus dicit. *Si verò ſeparatis portionibus admunus nominati ſunt, prius proportione conueniantur qui id munus adminiſtrauerunt.* Ex quorum iurium diuiſione, manifeſte confunditur diſtinctio Molinei ex Bartolo ſupra relata, quatenus inter publicam & 14 priuatam rationem diſtingunt, in omnibus namque ſiue publicis, ſiue priuatis adminiſtratoribus (vbi adminiſtratio ab initio per dominum diuiſa non fuit) prius qui geſsit, quam qui non geſsit conueniri debet, pro ratione reddenda, & reliquis ſoluendis quod maxime locũ habet ſi a non adminiſtrante beneficium ordinis opponatur, & ita iudicauit Genuenſis ſenatus deciſ. 64. ex ſententia Barbat. in d. conſ 91. & in duobus Socijs quorum alter adminiſtrauit, alter verò deſidioſus ſtetit, idẽ iudicauit Rota Genuenſis deciſione. 176. num. 7. & ideo cauendum eſt in hoc a Molinei ſententia quatenus vbi ſup. firmauit quod publicus adminiſtrator qui non adminiſtrauit, tam ad exhibendũ & præſtandum rationes, & reliquorũ ſolutionem, vel leuato, nedum pignoribus captis, ſed etiam ſtatim, & ſine vlla bonorum mobilium diſcuſsione, per capturam & incarcerationem perſonæ compelli poſsit, tanquam qui geſsit, ſecus autem eſſe in priuato adminiſtratore, quia illum via ordinaria, & iure actionis conueniendum reputat, quamuis proter ſubiectam materiam aduerſus eum ſummatim procedendum ſit. Dico ergo in propoſito, quod licet verum ſit, quod ſi duo adminiſtratores conſtituti ſint bonorum publicorum, tam vnus, quam alter in ſolidum pro reddenda ratione adminiſtrationis obligatus ſit, tamen ſi vnus tantũ adminiſtrauit, prius ille, qui adminiſtrauit quam qui non adminiſtrauit pro reddendis rationibus & reliquijs ſoluendis, debeat cõueniri, & ita colligitur manifeſte ex deciſione d. l. 1. C. quo quis ordi. conueniatur. Cautela tamẽ erit, vt ſemper qui non geſsit, citetur, & vocetur ad aſsiſtendum ratione illius qui geſsit, quia hoc caſu ſtatim facta excuſsione abſque nouo proceſſu pro reliquorum ſolutione poterit conueniri, argumẽto eorum, quæ notantur infra. c. 1534. fere per totum. Sed modo dubitatur, an ſi ille qui adminiſtrauit mortuus ſit tempore reddendæ rationis, an etiã prius hæres eius qui adminiſtrauit, quam qui non adminiſtrauit, pro ratione reddenda conueniri debeat, & hanc quæſtionem tangit Petrus de Antiboli in ſuo tractatu de munerib. §. 1. verſ. quid ſi ruſticus, vbi reſoluit quod hoc caſu prius adminiſtrator qui non geſsit, quam hæres gerentis debeat conueniri, ex eo, quia hæres ſocij ſocius dici non poſsit, eius qui non geſsit ex tx. in l. hæres ſocij. ff. proſocio. & in ſimili caſu ità obtinuiſſe teſtatur. Dicit tamen, quod ſi computatis rationibus pecunia deficit, ab vtroque proæquis patronibus exigi debeant, ex tx. in l. ſi vnus ff. pro ſocio.

16 Sed modo pone quod quidam fuit conſtitutus adminiſtrator bonorum publicorum, vel priuati, & ipſe alium factorem (proſe ſubleuando) ad adminiſtrandum conſtituit, dubitatur modo, an adminiſtrator principalis, an vero Domi vs rei adminiſtratæ, exigere poſsit rationem ab illo factore, & videtur dicendum quod cum bona adminiſtrata non pertineãt tali principali adminiſtratori, ſed domino

qui

qui illum constituit, nullomodo, ipse ab illo absque domini mandato & potestate rationem exigere possit. ex regula quod nostrũ. ff de reg. iur. Sed prædictis non obstantibus est dicendum, quod proculdubio ius petendæ rationis competat ipsi principali administratori, cum ipse virtute mandati sibi concessi ad administrandum, illumfactorem constituerit, & ita interminis resoluit Barbatius consilio. 91. vol. 3. col. 3. versicul. circa secundum.

17 Qualiter autem agendum sit aduersus administratorem, adhoc, vt rationem reddat ponit Bar. in. l. 1. C. si aduersus rem iudi, vbi cõcludit, quod cõtra illum qui rationem reddere tenetur, dupliciter agi possit, hoc est, vt reddat rationem & reliqua soluat (quod vulgariter dicimus, *dar cuenta con pago*) & etiam vt condemnetur ad solutionem certæ quantitatis ad quã 19 restituendam declaretur reum teneri occasione administrationis sibi commissæ, & ita ex Bar. vbi supra, tenuit Genuẽsis senatus decisione. 202. num. 1. dicens quod in hoc secundo casu debitum petitum venit in processu liquidandum per computa & libros rationum, quinimo siquis solum dicat peto rationem a Petro mihi reddi, & hic generalis libellus sufficit, ad hoc vt condẽnetur ad reddendum rationem & reliquorum solutionem, quia nihil aliud est petere rationem, quam dicere, vt sibi reliqua restituantur, ex text. in. l. quamuis. ff. de condi. & demõst. & in terminis, ita tenet Soc. consil. 24. col. 11. in principio, quod ipse verum intelligit, dummodo in prosequutione causæ actor deducat certas res, vel quantitates de quibus ratio præstari debeat.

18 Nonnunquam etiam vtile esset administratori, rationes nondum domino reddidisse, nam si administrator vltimo suplicio esset damnatus, & petatur a domino, vt interim quod sibi rationes ab illo damnato præstantur, iudex supersedeat in executione vltimi suplicij, aut dubie iudex hoc facere tenetur, donec ita damnatus rationem reddat, ex doctrina Angeli in. l. 1. C. de bonis pro scripto, quem ibi sequitur Bal. Bar. in. l. 2. § 2. ff. de cust. reorũ Grego. Lupus in l. 11. tit. 31. part. 7. gloss. verb *preñada*, Anto. Gomezius in. 3. tomo varia. ca. 3. versic. secundus casus, & hanc dicit singularem cautelam pro amico capitaliter damnato, aduersus quem remota appellatione proceditur, Cepola caut. 224. & eum sequitur Celsus in eius additione, dicens q; tali casu iudex proculdubio tenebitur differre executionem, nisi qui petit rationem sit in mora præstãdi informationem, qualiter ille damnatus, sua bona aliquo modo administrauit, Ioseph. Ludouic. decisione. 70. n. 1. Peguera quæstione crimi. 22.

Vlterius dubitatur, an siquis fuerit condemnatus ad reddendum alicui rationem, statim compelli possit ad præstandum fideiussorem pro reliquorum solutione, in qua difficultate dicendum erit, quod quamuis talis teneatur, & compelli possit, ad præstandum fideiussorem de iudicio sistendo, minime tamen illud dare tenetur de iudicato soluẽdo simul. Quã sententiam tenuit Catia lupus in tractatu, de debitore suspecto fugitiuo, ex n. 9. vsque ad. 13. & eius sententiã firmauit Palatios Rub. in. l. 66. Taur. num. 36. Rodericus Suarez in titul. *de los emplaçamientos*, versic. vlterius nota. num. 4. & in hunc modũ & sub hac distinctione est intelligenda decisio Genuensis. 164. num. 22 & 23. quatenus ibi dicitur, quod obligatus ad reddendum rationem, tenetur partem liquidam realiter offerre, & pro residuo liquidando debeat dare fideiussorem, nam debet intelligi de fideiussore de iudicio sistendo, non vero de

iudica

iudicato soluendo, & hæc interpretatio est nimis vtilis ad euitandum vexationes administratorum, & ideo illam digito ligabis, quia hic casus quotidie contingit in praxi.

20 Quæro itidem, an si administrator vti suspectus de fuga captus fuit, ad instantiam petentis rationem, & calculatoribus nominatis, ambo, vel vnus cum tertio, in hoc concordant, quod administrator nihil debet, an eo ipso talis administrator appellatione vel reclamatione non obstante debeat à carcere relaxari, libere & sine cautione, an vero sub fideiussore: & hanc quæstionem dum hæc scriberem habui de facto, & videtur dicendum quod siquis fugiat eo tempore quo debet reddere rationem eius quod administrauit, eo ipso aduersus eũ sit præsumendum, quod dolum in administratione commisserit, vt in Auth. de collatoribus. §. si vero cõtingerit collatione. 9. l. 3 C. de exacto. tributorum & ita tenet in terminis administratoris fugientis vel fugam præparãtis Paulus Guillandrus in tracta. de relaxatione carceratorum, in. q. de fuga incarcerati. vers. quæro primo. n. 5. vbi dicit quod si ministri iustitiæ, vel alij qui alicui administrationi præsunt, tẽpore syndicatus vel quo reddere debent rationnẽ administrationis suæ fugerint, de loco in quo administrationẽ peregerunt, & vbi rationẽ vilicationis redere debuerũt, regulariter talis fuga facit semiplenã probationem cõtra illos, quod in dolo fuerint in tali administratione, igitur interim ꝙ causa diffinitiuè fuerit terminata, relaxari non debet administrator nisi præstitis fideius.

Sed prædictis non obstantibus in proposito dicendum erit, quod licet verũ sit, quod administrator ex causa suspicionis interim, quod rationes reddit & reliqua restituit capi possit, vt voluit Palac. Rube. in. l. 66. Tauri. num. 36. vbi Gomecius. n. 2. (quod maxime procedit, præcedente informatione de præparatorijs fugæ) tñ si durãte liquidatione rationũ, Actor non iustificauerit capturã, & illũ debitorẽ esse nõ demõstrauerit captura dicitur iniusta & tanquã contra iustitiam, & exprobatione priuilegiata facta, debet reuocari, & administrator absque fideiussione relaxari arg. tex. in. l. hæc stipulatio §. diuus, vt legatorũ nomi. cauea, ibi, *iniquum esse, superuacua cautione hæredes onerari quoties res euidens est, nullo modo fideicommissum deberi*. Et in terminis hoc voluit ita Angel. in. l. Nemo carcerẽ. C. de exacto tribu. lib. 10. Catralupus vbi sup. membro. 6. n. 20. Imola in. l. 2. circa glo. verbo suspectum ff. solu matri. & pro hac sententia est tx. elegans in. l. 1. §. hæc verba ff. ne vis fiat, ibi, *proinde si ob falsum creditũ vel ob falsam petitionẽ, missus est in possessionẽ, vel si exceptione submoueri potuit, nihil ei debet prodesse hoc edictũ, quia propter nullã causam in possessionẽ missus sit*, & facit optime. tx. in. d. l. 66. Tauri quatenus probatꝙ nõ præcedente saltim sũmaria debiti informatione nõ põt quis prodebito in carcerem retineri, crederem tamen quod si iudici aliquo pacto liqueret, quod adhuc iste administrator pro aliqua quantitate posset debitor reperiri, saltim sub dicto fideiussore de iudicio sistendo tantum, vel sub iuratoria cautione illum a carcere possit relaxare, & ita vidi iudicatum in Chancellaria in fauorẽ Petri Palomini mei clientuli.

21 Præterea si quis certo tẽpore reddere rationẽ obligatus est, ex pacto vel legis dispositione, si aduenientе eo tẽpore rationẽ reddere recusauerit, vel illã vltro nõ præstiterit, dicitur esse, in mora, & ad interesse dãnũ passi poterit cõdẽnari, quã sẽtẽtiã tenet Afflict. decis. 150. n. 3. vbi dicitꝙ ille qui tenetur redere rationẽ, & reliqua

liqua restituere, nõ reddendo rationẽ statuto tempore, est in mora, & quando tẽpus non est, in obligatione interpellatio facit obligatũ morosum, ex tx. in l. mora. ff. de vsur. & in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. decis. Genue. 164. n. 17. cautela tamẽ erit pro administratore, vel alio obligato ad reddendũ rationẽ ad euitandã morã ex interpellatione resultantem, vt si creditor illũ interpellet, ipse respõdeat, amice calculemus rationẽ, quia si in aliquo fuerim debitor, sum paratus soluere, & hoc casu nõ constituetur, in mora, quod intellige, nisi dolo id faciat debitor, quã cautelã signauit Ias in l. q̃ te mihi. n. 8. ff. si cert. pet. vbi refert aliã cautelã, quãdo rationes sunt intricatæ, & quis pro illis reddendis interpellatur, scilicet, quod ad hoc vt euitet pænã, offerat fideiussorem de eo quod aparebit debitor, quã sentẽtiã probat ex tx. in l. statuliber rationẽ, & in l. seruus qui hæredi. ff. de statuliber. Angel. in l. si residuũ. C. di stractio. pigno. & ratio est, quia mora in nõ liquidis nunquã cõmittitur, nisi per iudicẽ declaretur quid sit debitũ, ita Bald in l. acceptã. C. de vsuris, q̃ autẽ liquidũ est statim tenetur soluere per iura sup. dicta.

Deinde dubitari poterit, an ratio
22 possit reddi per procuratorẽ, & dicẽdũ est, quod sic, ex tx in Auth de collatoribus. §. fi. collati. 9. & ita tenet Abiles in capitulis prætorũ. c. 27. glo. *entreguen.* 22. & quia. tex. in. d. §. fi. loquitur de ratione reddẽda in sindicatu, tu vltra omnes vide tx. loquentem in ratione administrationis pecuniæ, vel patrimonij in l. 5. tit. 10. p. 6. ibi, *tenudo es el Obispo de dar quẽta por si, o por otro, al juez ordinario, &c.*

Rursus dubitatur, an eo ipso quod
23 quis petit rationem sibi reddi, ab illo qui sua negotia gessit, vel administrauit, eius gestionẽ vel administrationẽ & contractus circa illã per ipsum factos aprobare videatur. Et in hac difficultate dicendũ videtur, quod ista informis patientia domini habetur pro consensu & ratificatione, arg. tx. in l. quan tuberonis. ff. de peculio, sed prædicto iure non obstante contrariã sententiã tenuit in terminis Soci. cons. 24 col. pen. versi. vltim. neque obstat. vbi expresse tenet, quod nõ bene sequitur, Titius petit rationẽ a Sempronio sibi reddi bonorũ societatis, ergo ratificat societatẽ, cũ talẽ rationẽ petere potuerit absq; aliqua ratificatione, ideo quia ille actus petẽdi rationẽ indifferens est. & potest se habere ad esse & nõ esse, & quãdo actus habere se potest ad esse & nõ esse nũquã resultat præsũptio tacitæ volũtatis, ex tx. in l. pro hærede. §. Papini. ff. de acqui. hæredi. non enim probat hoc esse, q̃ ab hoc contingit ab esse. l. non hoc. C. vnde cognati, cum complicibus.

Vlterius dubitatur, an administra-
24 tor vel qui aliena negotia gessit, possit compellere dominũ, vt rationem administrationis vel gestionis à se factæ recipiat, & videtur dicendum, q̃ cum obligatio sit reciproca inter dominum & administratorem, quemadmodum administrator potest compelli à domino ad reddendum rationem eodem modo administrator compellere possit dominum ad illam recipiendã, quod probatur ex. tx. in l. 1. §. fi. ff. de contraria & vtili actio. tute. & in terminis Paul. Castrens. in l. vix certis, nume. 4. ff. de iudicijs firmauit quod illi qui aliena negotia gesserũt, possunt petere fieri calculationem, vel remissionem rationum, ad hoc vt absoluantur ab administrationis vinculo, ac post domini mortem ab hæredibus illius cui ratio reddi debet non molestentur, & hoc dicit sanum esse consilium pro administratoribus, ne bona semper maneant obligata & obnoxia pro administratione, & reliqua, vt in l. pro offic. C. de administ tuto. & hanc eãdem sententiam

tentiam refert & sequitur Abiles in Capi.pretæ.c.30.num.4.Iodocus Damauderius in tractatu de tuto. & cura.fol 99.num.2.&.3.quod si dominus rationem recipere detrectet,tunc iudex calculatorem pro domino nomi nauit,& constituo,quod nihilo debi bor est,iudex illum quitauit & libera uit annexu obligationis, & perindeli bererit,ac si dominus ipsum liberasset & quitasset, argum.tx. in.l.si ob causam.C.de euictio. vbi factum iudicis æquiparatur facto partis, ipsa parte contumace existente,de quo latius di cemus infra.c.6.num.fi.

Vltimo & finaliter,pro complemẽ to huius capitis dubitatur,an eo ipso quod tutela vel cura finitur, etiam ante redditam vel aceptam rationem administrationis, bona, immobilia, administrata ipso iure & absque vllo actu traditionis,ad dominium perueniisse dicantur,an vero illa retinere possit administrator,interim quod rationes & computa calculantur, & in primis dicendum videtur, quod possessio,siue nuda bonorum detẽtatio, semperpenes ipsum administratorem maneat, interim quod ipse rationem reddit,& talia bona restituit,cum ipsi liceat retinere illa, propter compẽsationem, vel pro sibi satisfaciendo de eo in quo minorẽ reliquauerit, quod probari videtur ex text.in.l.1.§. præterea.ff.de contra.&vtili actio.tute.ibi.*Sicerit arbitrij eius,vtrum compensare,an petere velit sumptus*, & ita tenent Dinus & Alberi ibi,Petrus Iacobinus in sua praxi.in rubr.de actione & rationibus distraen. prope finẽ vers.tutor enim,idque tenet Aberi.in l.pro offic.nu.6.col.fi.ff.de admi.tuto. &in.l.alimenta C.de neg.gest.Aymo. cons.175.nu.13.Molinatus nouissime in tracta.de retentione.nu.41.cũ igitur tutor vel curator vti possit prædicta retentione bonorum quæ administrauit, nullo modo dicendum videtur,quod bona immobilia ipso iure finita administratione ad dominũ. vel minorem preueniant, absque facto & voluntate ipsius administratoris,pignoris(enim)interim instar habent,dum rationes calculantur,& sufficitquod dum de reliquis apparet,alimenta prout antea,minoridocenti in strumentum tutelæ & inuentarium, ab ipso tutore factum à tutore vel curatore ministrentur,vt sensit Couar. pract.quæstio.c.6.num.6.licet non teneretur tutor minori alimenta ministrare,si iam restituta tutela adulto ipse tali tutoriquæstionem moueret, circa hoc an plus sibi restitui debuisset,vt in.l.imperatores.ff. de tutel.& ratio:distrahend. quam ita inteligit Viuianus ibi in casus positione, cæterum aduersus prædicta facit tex. in in.l.vnica.§.ex actio.C.de rei vxoriæ actione, vbi licet maritus sit legitimus administrator dotis, & aliorum bonorum parafernalium vxoris, tamen vxore mortua vel dissoluto matrimonio, statim ipsa bona dotalia in hæredes vxoris transeuut,vt paret manifeste ex.d.§.exactio ibi.*Cæteris videlicet rebus quæ solo continentur, illico restituendis*.Præterea facit glos.n.l.fi. verb.translationem.c. de peri.tutor. vbi tenet quod eo ipso quod quis desinit esse tutor,statim transeunt in minorem omnia quæ contract. erant ratione administrationis tutelæ,quinimo & si statim illa bona non restituit dicitur esse in mora & ex mora ad interesse tenetur,vt in.l.si postea quam ff.rem pupi.saluam fore. ibi. *Si postea quam pupillus ad pubertatem peruenerit tutor in restituenda tutela aliquam diu moram fecerit,certum est, & fructuum nomine,& usurarũ medij temporis,tam fideiussoresquã ipsum teneri.*

Rursus,pro hac sentẽtia facit,quia accessorium sequitur naturam principalis,igitur si minor aduenietepubertate, vel adducta ætate, statim &

ipso iure exit a potestate tutoris, & efficitur sui iuris, vt in.l.2.tit.7.lib 3. fori & in l 12.ti.16.par.6. eodem modo bona (saltim immobilia) quæ de se sunt nota & manifesta, statim a sua potestate exire debent, siquidem, respectu proprietatis nulla compensatio expectari debet, cum de quantitate ad speciem non fiat compensatio.

Neque huic sententiæ obstat text. in.d.§.præterea quatenus loquitur de compensatione per tutorem facienda quia cũ minor nõ possit reliquari nisi pro pecunia, illa pecunia nõ poterit cõpẽsari cũ speciebus quia de quãtitate ad species non admittitur cõpensatio, vt tenet glos.fin.in.l.fi.C.de compen.Gregor.in.l.21.gloss. verbo (estonce) tit.14.partit.5.Negusan.de pignora, 5. par.principa.membro.5. nume.11 Ioannes Boschius in tracta. de legi.nuptijs, lib.3.num. 5. Igitur si in his cessat compensationis ratio & per consequens cessare debet ipsa cõpensatio, & sic dicendum erit quod ipso iure minori restitutio facta censentur, quod maxime procederet quando tutor fuisset à patre minoris liberatus ab actione tutelæ. Quam sententiam probat Petrus Surdus decis. 184 nu. 9, &.10.ex tx.in.l. Aurelius §. Mæuia vbi notant glo.& Bart.§.de libe. lega. Alex cons.47 num.12.& ad ibi aducta in oppositum satisfacit.

Neque etiam oberit quod tx. in.d. l.si postea quam loquitur per verbum restituere, quod factum hominis requirit, vt in.l qui restituere. ff de reivendi: quia respondetur, quod ibi illa verba (restituenda tutela) intelliguntur de ratione reddenda & sic interpre-
26 tatur Accursius ibi.

An autem tutores nondum reddẽtes rationem, ad cõductionem gabellarum admittantur, vide, quod nõ per Azeued.in.l.5.tit.10.lib.9.recop numer.14.

SVMMARIVM.

1 *REI suæ quilibet est, moderator & arbiter.*

2 *Necessitas reddendæ rationis potest in testamento remitti.*

3 *Rationis remissione non obstante, administrator pro ratione reddenda & reliquis restituendis potest conueniri.*

4 *Rationis redditio fauore publico fuit introducta.*

5 *Liberatio à reddendis rationibus, quid operetur, etiam vbi verbis quantumcumque amplissimis & generalibus efficitur.*

6 *Tutor vel curator qui a reddendis rationibus testamẽto vel pacto fuit liberatus, & si pupillares pecunias otiosas habuerit, non potest de vsuris vel interesse earum onerari.*

7 *Obligatio reddendi rationes, licet testamento directo remitti non possit, potest tamen per oblicum remitti, legando administratori quidquid ipsum debere cõstiterit, ex ipsa administratione.*

8 *Reliquis legatis administratori, cẽsentur ei remissa quæ ratione doli præsumpti, & culpæ etiam latæ omissionis commissæ, ab eo exigi poterant, modo factus non fuerit locupletior.*

9 *Iuramentum non auget obligationẽ extrinsecus, sed ei intra suos limites manenti, religionis vinculum addit.*

10. Minor

10 Minor etiam ſi cum authoritate curatoris, & decreto iudicis interueniente, ſubiure iurando conſiteatur, rationem à tutore ſibi redditam fuiſſe, & obid ei quitationem fecerit, adhuc iuramento non obſtante, tutor pro reddendis rationibus poteſt conueniri, niſi illas vere redditas fuiſſe oſtenderit.

11 Adminiſtrator nullo modo vel pacto à reddendis rationibus futuræ adminiſtrationis poteſt liberari.

12 Si minor liberauerit ſuum tutorem ab adminiſtratione tutelæ præteritæ dicens, quod â ſuo tutore non petatur ratio tutelæ, eo quia eum vult ab omni cura liberare, adhuc prædicta liberatione non obſtante pro ratione reddenda & reliquis reſtituendis poteſt conueniri.

13 Teſtator ſi ſimpliciter legauit liberationem tutori, ne teneatur reddere rationes futuræ adminiſtrationis, tutor dumtaxat liberatus præſumitur, ab exacta, diligenti, ac (vt ita dicam) rigoroſa & anxia redditione rationis.

14 Liberatio ſi ſit relicta matri tutrici, an ad reliqua ea non obſtante teneatur.

15 Liberatio etiam ſi verbis multum amplis & generalibus facta ſit à reddendis rationibus adhuc adminiſtrator non cenſetur liberatus à reliquis doloſæ adminiſtrationis futuræ.

16 Culpa lata dolo æquiparatur.

17 Teſtator etiam ſi legauerit adminiſtratori, quidquid apparuerit eum debere ratione tutelæ quam adminiſtrauit, non cenſetur legatum quidquid ratione doloſæ adminiſtrationis debere conſtiterit.

18 Redditio rationis adminiſtrationis præteritæ, remitti poteſt.

19 Reliqua vbi non cenſentur remiſſa, etiam ſiquis ſit liberatus à reddenda ratione, rationem reddere tenetur cum ex redditione rationis neceſſario ad reliqua perueniamus.

20 Liberatus ab actione tutelæ vel depoſiti, non cenſetur liberatus, à reliquis, niſi iuſſerit teſtator quod hæres talem adminiſtratorem liberet.

21 Liberatione ab actione tutelæ legata, iudex poterit arbitrare an à reliquis etiam liberetur.

22 Remiſsio actionis tutelæ, â patre in teſtamento facta tutori, non extenditur ad bona legitimæ filij,

23 Reliqua & dolus remiſſa cenſentur, ſi teſtator legauerit adminiſtratori, id in quo fuerit reliquatus.

24 Tutor cui facta fuit liberatio à reddendis rationibus, ſi ipſe nihilominus ad reddendum

rationes se pacto astrinxit, tenetur reddere rationem, vt quilibet administrator.

15 *Administrator an prætextu præscriptionis, à reddendis rationibus liberetur.*

26 *In præscribendis actionibus, quæ præscribuntur propter non petentis negligentiam, neque requiritur titulus neque bona fides.*

27 *Hæres administratoris, an ex sua propria persona, actioni de rationibus distrahendis præscribere possit.*

28 *Pater an excusari possit, quin filio rationem tutelæ reddat.*

CAPVT. V.

An aliquo modo, vel aliqua ex causa, administratores à reddendis rationibus liberentur.

ADministratores pro reddenda ratione cõuenti, nonnunquam à redditione rationum se excusare nituntur, sub prætextu, quod testator, vel dominus, qui invita, vel in morte, illos in administratores elegit, necessitatem reddendæ rationis eis remisit, & ideo videre libet, an ex tali remissione, à reddenda ratione seu reliquorum solutione liberentur. In qua difficultate dicendum videtur, quod ab vtroque liberati censeantur in re enim sua quilibet estmoderator & arbiter l. in re mãdata. C. mandati, & etiam in abutendo l. sed si lege. §. consuluit ff. de pet. hære. Bobadilla plura referens in Politica, lib. 2. cap. 4. num. 3 glos. 1. litera G. & quod necessitas reddendi rationem remitti possit, probat tex. in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss. vbi necessitas reddendæ rationis potest in testamento remitti, tex. etiam in l. quidam decedens. ff. de administra. tuto. vbi pater qui filijs testamento tutorem dedit, potest illis redditionem rationum remittere.

Sed prædictis non obstantibus contraria sententia tenenda erit, imo, quod necessitas reddendi rationem, administratori, minime possit remitti & remissione non obstante, ad redditionem rationum, & reliquorum restitutione teneri, idque eleganter voluit Ruinus, cons. 54. num. 12. Damhouderius de tutore. capit 3. ex. numero 27. Couarruuias, lib 2 variarum. capit. 14. & ratio est, quia cum hoc ius reddendi rationem, fauore publico sit introductum, priuatorum pactionibus remitti no potest, vt in terminis probat Iulianus. I. C. in dict. l. quidam decens, ibi. *Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, aut mutare formam antiquitus constitutum.* Hoc autem operabitur prædicta remissio, vt liceat ob actione in rẽ, & reliquorũ restitutione, dolo, vel lata culpa, tutor vel alius administrator non liberetur, si quid tamen negligenter gessit, scrupulosa nimisque curiosa inquisitio non fiat, vt declarauit Marcianus. I. C. in. l. si seruus vetitus. ff. de lega. 1. vbi *si seruus (inquit) vetitus est ate statore rationes reddere, non hoc consequitur, vt quod apud ipsum est reliquum omnino non reddat, sibique lucri faciat, sed tantum hoc consequitur, vt scrupulosa nimisque curiosa inquisitio non fiat, hoc est, vt culpæ leuis, vel leuissimæ siue negligẽtiæ ratio no habeatur*, & per illũ tex. ita cõsuluit Salic. vt ipse refert in. d. l. cum necessitatem, & tenet Decius,

cons.

conſilio. 192. verſiculo ſecundo principaliter, & hæc eſt ferme omnium ſcribentium communis ſententia, vt refert Couar. in d. cap. 14. num. 1. quæ ſententia in tantum vera eſt & procedit, vt etiã ſi teſtator remittat adminiſtrari, per hæc verba prægmãtia, volo adminiſtratorẽ nõ poſſe cogi ad rationes, nec quouis modo vexari, vel inquietari, adhuc illa verba tantum referri debeant ad vexationem & inquietationem iniuſtam & malitioſam, non vero ad iuſtam & legitimam vexationẽ pro reliquis in poteſtate adminiſtratoris exiſtentibus, & ita formaliter tenet Bald. in l. 1 C. de his quæ pœnæ nomi. Andreas Barbatia. conſ. 4. Damauder. vbi ſupra. num. 41. Baeça de decimæ. cap. 2. numer. 160. Anto. Gomez, lib. 1 varia. cap. 12. nu. 82. Craſſus de ſucceſſionibus. § legatum. num. 5 Couar. lib. 2. variar. c. 14. num. 1. ex quibus infertur quod ſi tutor vel curator negligẽs fuit, eo quod pecunias pupillares ocioſas habuit, & eas in emptionem annuorũ reddituum, vel incomparationem prædiorum non collocauit, per ſimilem remiſsionem à patre minoris factam (eo quod hoc in negligentia conſiſtit) non poſsit ad intereſſe pecuniarum pupillarum condemnari, ex quo per talem remiſsionem negligentia remiſſa vi detur, vt in d. l. ſi ſeruus vetitus quod maxime procederet, vbi pater in teſtamento tali tutori legaſſet liberationem, & omne illud in quo condemnari contingeret, quia tunc de neglectis & omiſsis minime tenetur, vt tenuit Dinus, in dict. l. cum neceſsitatem Roman. ſing. 179. Roland. à Valle conſilio. 49. numero. 34. volumine. 1. & in tractatu. de Lucro dotis, quæſtione. 64. numero. 20. Franciſcus Marcus, deciſione. 167. numero. 9. 2. parte Caual. de tuto. numero. 125. Plotus de in lit. iur. nu. 217. in maiori impreſsione, vbi dicit, quod tali caſu iuramentum in litem aduerſus adminiſtratorem non eſt deferendum, & ratio eſt, quia licet in teſtamento directo remitti 7 non poſsit obligatio reddendæ rationis futuræ, & conſignationis reliquorum iuxta communem intellectum text in. dict. l. cum neceſsitatem. Tamen hoc fieri poſſet per indirectum, legando tutori quidquid apparuerit illum debere ex ipſa adminiſtratione, ex text. in l. ſiquis rationis ſecundum vnum intellectum. ff. de lib. lega. quod intellige, dummodo 8 abſit dolus vt voluit Couarruuias, vbi ſupra, numero. fin. verſiculo ſeptimo erit, vbi dicit, quod virtute talis legati reliquorum, cenſentur remiſſa eaque à tutore ratione doli præſumpti, & culpæ etiam latæ, omiſsionis cauſa commiſſæ, exigi poterat, modo factus non fuerit locupletior, quam ſententiam probat ex Fulgo. conſ. 25. cui omnes alios a ſe relatos aſſentire affirmat, reprobata opinione Cornei, conſ. 113. lib. 1. quatenus exiſtimat prædictum legatum, quo ad expreſſam, vel tacitam reliquorum remiſsionem, omnino valere, etiam ſi ex reliquis tutor locupletior, fiat. minime enim eius ſententia probanda foret, etiam ſi talis remiſsio iuramenti religione eſſet confirmata, quia nihilominus actio in rem ad reliqua competit, nec iuramento vel vllo pacto ſublata videtur, quia iuramentum non auget obligationem extrinſecus, ſed ei intra ſuos limites manenti, iuris vinculum addit, argumento. l. Titius in fine. ff. ad Trebellia, notat Bald in. l. ſi procurator. columna. 3. ff. de conditionib. indebiti. text. celebris, in. l. vltima, Codice, de non numerata pecunia per quæ iura ita tenet Couarru. lib. 2. variarum cap. 14. num. 1. verſiculo quinto, idem & ita intermi nis liberationis legatæ,

tradit Baeça vbi supra.n.162. ex Ancharran.consili.330. tenetque hanc sententiam Plotus de in litem iur.n 749.Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.163.num.13 quamsententiam in tantum veram esse existimat Ancharra vbi supra,vt dicat,quod etiam si minor cum authoritate curatoris, & decreto iudicis interueniente,vel iure iurãdo,cõfiteatur rationẽ à tutore sibi redditam fuisse,& ob id ei quitationem &liberationem generalem faciat, adhuc tali iuramento non obstante ,tutor pro reddendis rationibus poterit coueniri,nisi eas vere redditas fuisse ostenderit, & eum sequitur Baeça vbi supra,num.163. admodum enim hæc rationis futuræ,calculatio iure diuino & humano iuuatur, vt nullo modo,nullo ve pacto, administrator à reddendis rationibus futuræ administrationis possit liberari. Neque obstat tx.in.d.l.cum necessitatem quia ibi non remitebatur necessitas reddendi rationem administrationis futuræ , sed administrationis iam per actæ tempore legatæ liberationis,& illũ tex.ita intellexit Accur. ibi verbo rationis, quem ibidem sequitur Baeça.Sali.& Ias.& communiter scribentes.

10

11

Quinimo, & si minor liberauerit 12
snum tutorem,ab administratione tutelle præteritæ,dicens, quod à suo tutore non petatur ratio tutellæ quia eũ vult omni cura liberare, adhuc tamen prædicta generali remissione nõ obstante,pro reddenda ratione & reliquorum restitutione (modo supra relato)poterit conueneri,idque manifeste probat.text. in.l. Aurelius.§. Mæuia.ff.de lib. leg.vbi.I. C. in hæc verba cauit.*Mæuia testamento suo alterum ex tutoribus suis actione tutellæ voluit liberari,his verbis. Rationem tutellæ quam egit Iulius Paulus cum Antistio Cicerone,posci ab eo nolo , eoque nomine omni cura liberatum esse volo. Quæro an si qua pecunia ex tutella apud eum remansit peti ab eo possit? Respondi nihil proponi cur pecunia quæ pupillæ esset, & apud tutorem posita remaneret, legata videretur.*

Verum huic Cebolæ responso,obstat fortiter eiusdem Cebolæ decisio in l.creditor.§. Titia. ff. de lib. lega. vbi fere ex diametro sibi ipsi repugnare videtur,in proposita enim facti specie,pecuniam reliquam penes tutorẽ existentem , legatam tutori videri respondit,inquit enim.*Titia quæ duos tutores habebat ita cauit. Rationem tutellæ meæ quam egit Publius Mæuius cum Lucio Titio ob eo reposci nolo,quæritur an si qua pecunia apud eum ex tutella remansit,peti ab eo possit Respondi nihil proponi,cur non pecunia quæ pupillæ esset,& apud eum tutorem maneret,legata videretur.* Quis inquam duo responsa ab vno eodem quæ I.C.dimanata,in eodem indiuiduo admodum sibi aduersantia reperijt,certe vix inueniri in iure poterunt,& magis obliuioni,quam varietati & inconstantiæ.I.C.tribui debet,Accursius tamẽ in.d §.Titia verbo cur non,pro saluã da Scebolæ authoritate dixit quod illa dictio(non) abundat, eamque tipographi incuria,positam fuisse sentit,& ita prædicta iura idem in eodẽ indiuiduo dicere voluisse arbitratur. Sed certe hic glossæ intellectus minime substineri potest, siquidem iuris emmendatio & correctio vitari debet,quotiens salua ratione recti sermonis iura ad concordiam reddigi possunt,prout in præsenti concordare non difficile& erit, ideo pro se danda prædictorum iurium difficultate dicendum erit,quod in.d.§.Mæuia,ideo reliqua non præsumuntur remissa, quia nondum fuerant à debitore pecunia relinquata petita,& ideo licet testatrix dixit(ab eo posci nolo)non obid pecuniam debitam ipsi tutori remisit. ad vero in.d.§. Titia iam fue-

rat

rat per teſtatricem petita pecunia reliqua, nõdum tamen ei ſoluta, & ideo dixit, ab eo repoſci nolo, quaſi dicto tutori illam pecuniam reliquam legaſſet forte quia non erat ſoluendo: propoſitio enim illa re dicit actus reiterationem quaſi dicere voluiſſet, quod iterum à tutore non poſceretur argum. tex. in l. 2. C. de conuenien. fiſci debito in fin. Sed quia materia hæc liberationis à reddendis rationibus, nimis intricata eſt in iure, ideo quibuſdam regulis propoſitis, illam breui compendio annectam.

13 Prima igitur regula ſit, quod quando teſtator ſimpliciter legauit liberationem tutori, teneatur reddere rationes futuræ adminiſtrationis, hoc caſu, tantum liberatus præſumitur ab exacta & diligenti ac (vt ita dicam) rigoroſa redditione rationis, quam reddere tenetur quilibet rerũ adminiſtrator, nõ autẽ videatur liberatus, ab omnimoda redditione rationũ ea enim non obſtante, rationẽ reddere tenetur, & ſiquid dolo geſsit, quid ve apud eum maneat, quod vindicari poſsit, id reſtituere debeat, vt in d. l. ſi ſeruus vetitus. ita Bart. in l. Aurelio. §. Caio. num. 8. de lib. lega. Coua. lib. 2. variar. c. 14, nume. 3. Padilla in l. cũ neceſsitatem num. 7. C. de fideicommiſſ. Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 164. num. 1. Craſſus de ſucceſſionibus. § legatum, quæſt. 40. num. 1. 2. & 3. Damauderius loco ſupra citato.

14 Secundo ſupra dictam regulam extende, etiam ſi liberatio ſit relicta matri tutrici filiorum, & ita reſpondit Caſtrenſ. conſ. 445. nume. 3. in fin. lib. 2. licet ab eo videatur, diſſentire Crotus in l. nemo poteſt. nu. 55. ff. deleg. 1.

Tertio extẽde etiam ſi verbis multum amplis & generalibus legata ſit
15 liberatio, nam adhuc liberatus non præſumitur, à futura & doloſa adminiſtratione, etiam ſi expreſſe legaſſet liberationem ab adminiſtratione doloſa, vt ſentit Bart. in l. Aurelius. §. Caius. d. numer. 8. quem ſequuntur Crotus vbi ſupra, num. 54. Alexand. conſ. 62. lib. 4. Couar. d. c. 14. num. 3. in fine & num. 4. verſ. quantum licet, & in verſiculo octauo deducitur. Quod extende nedum in doloſa, verum & culpoſa
16 adminiſtratione, culpa enim ſaltim lata cum dolo æquiparetur, vt in l. quod Nerua. ff. depoſiti, exprædicta liberatione remiſſa non videtur, vt voluit Bolognin us, conſ. 13. columna. 2. verſ. & idem dico. vbi ſolum à culpa leui, & leuiſsima liberatum cenſeri affirmat.

Quarto extende etiam ſi teſtator legaſſet tutori, vel adminiſtratori,
17 quidquid apparebit eum debere, ex tutela, quam adminiſtrauit, quia adhuc non præſumitur legatum, idquod conſtiterit eum debere ex doloſa adminiſtratione, vt voluit gloſſ. in d. l. quã decedẽs ver. ſenſerit. Sali. in d. l. cum neceſsitatem & ibi Padilla. nu. 2 & 3. Couarr. d. c. 14. num. 2. Menoch. vbi ſupra. nu. 17. vbi plures alios pro hac ſententia refert, Damauderius, vbi ſupra, numer. 33. qui ea fundantur ratione, ne præſtetur anſa, vel occaſio delinquendi tali adminiſtratori, & hanc ſententiam alijs rationibus cõ
18 ptobauit Signorolus conſ. 110. num. 7. & 8.

Secunda regula, redditio rationũ remmitti poteſt ab adminiſtratione præterita. tex. gloſſ. & Doctores communiter. in d. l. cum neceſsitatem. C. de fideicommiſsis, ſed quamnis hæc remiſsio à reddendis rationibus liberet adminiſtratorem, tamen à ſolutione reliquorum minime eum liberet, vt in d. l. ſiquis rationis gloſſ. communiter recepta in d. §. Caius. tx etiã in l. creditor. §. inter cætera. ff. de lib. lega. l. ſi ſeruus vetitus, & ibi Bart. deleg. 1. Couarr. vbi ſupra. num. 2. verſiculo. Prima concluſio, licet neque
19

à reddendis rationibus ex dicta remissione non censeri liberatum voluit Ruinus d. cons. 53. numer. 12. eo quod si reliqua non cẽsentur remissa, neque etiam rationis redditio, cum ex rationis redditione ad reliqua perueniredebeamus, & ita etiam tenet Crassus de succesio. §. legatum. num. 7. facit quia qui vult consequens, necessario debet velle antecedens. l ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procurato,

Et prædictam conclusionem ve-
20 ram intellige, etiam si testator liberet tutorem, vel alium administrarem ab actione tutellæ vel depositi, quia neque hoc casu reliquacensentur remissa, nisi iusserit testator quod hæres talem administratorem liberet, quia tunc à reliquis facta censetur liberatio, vt voluit Bart. in. l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. lega. num. 7. & hanc distinctionem communiter esse receptam testatur Gozadinus, consil. 94. nu. 17. Soci. conf. 101. lib. 2. vers. aliquando liceat eam falsam esse dicat Angel. cons. 185. & eam reprobat Ioannes Crotus, in. l. nemo potest de leg. 1. Bartholomæus Soci. cons. 73. li. 3. Curtius Iunior. in. l. actione. C. de transactio. & eam late disputat Coua. d. c. 14 numer. 2. vers. (hoc ipsum) vbi
21 postquam multa hinc inde contra Bartoli sententiam adducit, tandem in ea est sententia, vt liberatione legata ab actione tutellæ iudex varijs ex causis ex qualitate disceptationis, ac personarum ex præsumptamente testatoris, rem istam æstimare debeat, vt licet indubio reliqua non iudicentur remissa, quandoque tamen ab eis debitorem liberatum fuisse diffiniatur ex tex. iuncta gloss. in. l. Aurelius §. filias. ff. de lib. lega. quod itidem (vt ipse dixit) apparebit, ex verbis ipsius liberationis, quæ ita ampla & expressa esse possunt, vt reliqua videantur remissa, vnde si testator grauauerit hæredẽ, vt ratione tutellæ, aduersus tutorem non agat, reliquorum liberatio legata videatur ex. d. l. siquis rationes, licet Bart. contrarium opinetur in. d. l. siquis. §. Caius. n. 7. motus. I. C. resp. in. l nõ solũ, la. 2. §. penul. de lib. lega. vbi non agitur de reliquorum solutione, sed de dolo per tutorem commisso, qui minime (legata liberatione) dictis verbis censetur remissus: huic etiam sententiæ assentit Crassus vbi supra, num. 6. & cum eo transit Menoch. vbi supra, num. 21.

22 Tertia conclusio remissio actionis tutellæ, à patre in testamento facta tutori sui filij, non debet extendi ad bona legitimæ filij, sed tantum ad bona quæ filius extra legitimam habuit, vt sentit Accursius in. l. Aurelius. §. Mæuia, quatenus distinguit in ter pecuniam quæ ipsius Mæuiæ esset, & apud tutores mansisset & pecunia qua Mæuiæ ratione administratæ tutellæ, deberetur à tutoribus, quasi prior non obstante liberatione peti posset, posterior verò in liberationẽ non venisset, & ita etiam sentit Coua. vbi supra in principio. Pro qua sententia facit doctrina Ferdinandi à Loaces in repetitione. l. filius familias. §. diui. num. 7. ff. de leg. 1. vbi tenet quod remissio conficiendi inuentarium à patre tutori facta in testamento non extẽditur quo ad bona legitimæ filij, nec quo ad eam tenet, quam sententiam refert & sequitur Couar. vbi supra, num. 4. in fin. & ratio est vrgentissima, quia alias pater per indirectum posset grauare legitimam filij, contra dispositionem tx. in. l. quoniã in prioribus. C. de inofficioso testamento.

23 Quarta conclusio, reliqua & dolũ remissa censetur, si testator tutori legauerit omne id, in quo damnatus fuerit, ratione administrationis præteritæ, vt tenet Cinus in. d. l. siquis rationes, vt declarat Couarr. vbi supra.

numero

numero.4.vers.cæterum Crassus loco citato, num.8. Damauderius vbi sup. numer.41.

24 Quinta conclusio si tutori facta sit liberatio à reddendis rationibus, & ipse nihilominus ad reddendum rationes se astringit, videtur liberationi renunciasse, & vt quilibet alius administrator, rationem reddere tenetur, vt voluit Alexand. cons. 102. nu. 9. volu. 1. ex tex. in l. 4. §. fi. vers. item quæritur. ff. si quis cautio. ibi. *Cum quis iuditio sistendi causa satisdare non deberet, satisdato promisit, fideiussor eius, si non pro errore satis dedit, sed ex conuentione teneri.*

25 An autem administrator, prætextu præscriptionis à reddenda ratione liberetur, aliquando in magna controuersia fuit, in qua difficultate glos. in l. si pupillus, verbo tempore liberatur. ff. de administra. tuto. huic actioni præscribi posse existimat ex tex. in l. 1. §. ad hæc C. de annali excepto. vbi tempore triginta annorum cuilibet personali actioni præscribitur, & ita tenendum dicit Castellus, in l. 27 Tauri. versiculo intellige etiam & in tracta. de ratione. par. 4. vers. *y el que por tiempo*, decis. genuē 20. numero. 4. & licet hoc sit Generale in quolibet administratore, tamen in executore testamenti secus erit, is enim adhuc intra quadraginta annos rationem reddere astringitur, maxime quando fuit constitutus ad distribuendum bona pauperibus, vel impias alias causas, vt voluit Bal. in l. id quod pauperibus, num. 83. C. de episco. & cleri. Et in tantum est verum, quod hæ actiones personales prædicto tempore præscribi possint, vt dicat Bart. in l. sequitur. §. si viam. numer. 2. ff. de vsucapio. quod in illis præscribendis, non sit necessaria bona fides, eo quia in actionibus quæ præscribitur propter non petentis ne-

26 gligentiam neque requiritur possessio, neque bona fides: cuius sententiā dicit Paulus ibi seruatam fuisse in cōsulendo per plures solemnes doctores, qui eam tenuerunt pro euāgelio, tenentque eam plures relati ab Alex. cons. 99. nume. 1. & 2. volum. 4. plures que alios pro ea adducit Menchaca, de successio. creatione §. 10. numero. 34.

Verum aduersus prædictam Bartoli doctrinam facit quod præscriptio nullo modo absque bona fide procedit, vt in capit. finali de præscriptio. & ideo eam improbat Decius, in cons. 267. num. 5. Alexan. cons. 51. nu. 2. & 5. vbi contra eam dicit esse communem sententiam idque probauit Balbus de præscriptio. 2. p. 3. partis principalis quæst. 13. Couarruuias in regula possessor. §. 8. sub nu. 4. vbi discusso hoc articulo, finaliter contra Bartoli sententiam tenet, & contra eum esse communem sententiam affirmat, & hac opinione retenta, contra Bartolum iudicauit Senatus Genuensis, decisione. 20. numer. 12. & 13. vbi dicit quod cum administrator sit in mala fide non reddendo rationem, nec etiā per triginta annos nec in perpetuum huic actioni præscribere potest, quinimo & idem Senatus decis. 203. nu. 4

27 & 5. idem in hærede administratoris qui malam fidem habuit iudicauit, quia etiam hæres ex sua propria persona huic actioni præscribere non potest, eo quod sit successor vitiorum defuncti ex tx. in l. vitia C. de acquiren. possess. & teneatur conscientiam defuncti exonerare, & ita in specie consuluit Alexà. cons. 99. num. 5. volum. 4. & cons. 51. num. 7. volum. 5. & cons. 4. num. 21. volum. 2. vbi hanc dicit communem opinionem.

Inter has tamen doctorum varietates, quadam vtitur distinctione Menchaca, in quæstio. illustribus c. 76. nu. 8. inquit enim cōsiderandos esse quatuor casus, nam aut tam creditor quā debitor erant socij illius debiti, de

cuius

de cuius præscriptione agitur, aut vterque ignorabat, aut creditor solus sciebat, aut debitor solus. Primo etenim casu imputandum esse creditori testatur, ex eo quod tã longo tempore tacuit, ei usque segnitiem damno amissionis puniendam reputat, aut quod saltem laudetur eius benignitas, interpretando illum habuisse animum remittendi debitum suo debitori, secũdo autem casu, scilicet, quãdo vterque ignorauit, omnes tenere, tale debitum iure esse præscriptum profitetur, quia in debitore ignoráte cessat malæfidei suspicio, & peccatum in quo omnis doctorum caterua fundatur. Tertio tamen casu, scilicet, cũ solus creditor scit, debitor autem ignorat, tũc præscriptione creditorem submoueri firmauit, cum in hoc debitore ignorante non possit cadere mala fides, & in creditore sciente virtute admodum longissimæ taciturnitatis præsumptio remittendi debiti adest. Quarto vero & vltimo casu, scilicet, cum solus debitor scit, creditor autẽ ignorat, præsumptionem donationis siue remissionis cessare firmat, & ideo præscriptioni rationum locum non esse defendit, ne homines istius lucri turpiter faciendi gratia, ad differendam rationem & reliquorum solutionem inuitentur, fidemque violandã existiment, & hoc quarto casu opinionem magis communem contra Bartolum procedere firmauit, in reliquis vero tribus casibus verissimam esse Bartoli opinionem profitetur.

Prædicta tamen Minchaquæ distinctio, minime senatui Genuẽsi placuit in decisione. 20. numer. 13. ex eo quia nullo iure fundatur, & quod leges & iura contraria non conciliauerit, bene tamen eam subtilem confitetur, sed ratione subtilitatis ab opinione communi minime esse recedendũ affirmat, ibique eum vt immemorem contrariæ opinionis reprehendit, vt pote quia in tractatu de successione creationc. §. 10. numer 34. & 35. vers. sed contrarium, opinionem Bartoli pro viribus subsistinuerit, quam tenendam esse nemo dubitare poterit, & tenendo illam, distinctioni Minchaquæ respondetur, quod non est dare medium, aut enim debitor sciebat se debitorẽ, aut ignorauit. Primo enim casu cum ipse malam fidem habeat, proculdubio vllo tempore non præscribat, vt in regula possessor de regu. iur. in. 6. & in. c. fin. de præscriptio. quæ iura non solũ in realibus, verũ etiã in personalib' iuribus procedũt, vt post alios tradit Balbus de præscriptio. 2. part. 3. partis principalis quæstio. 13. per totam Antonius Gabriel in communibus opinio. titu. de præscriptio. conclusio. 3. Neque obstat si dicatur quod prædicta sciencia tutoris purgatur, ex pacientia & tolerantia, seu ex præsumpra creditoris donatione, quia donatio nunquam præsumitur vt in. l. cum de indebito. ff. de probationibus.

Neque eius distinctio defendi potest in secundo & tertio casu distinctionis, vbi loquitur de ignorantia debitoris, quia non est dare medium, nã si debitor ignoratq; præscribit, nõ potest habere ciuilem possessionem, vt in l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. possess. ergo nullo modo habet possessionem, sine qua præscriptio non procedit. cap. sine possessione de reg iur, in. 6. si vero habeat animũ præscribendi, & sic debiti non soluendi, sed animum vsurpandi, tunc iam est in pecato & mala fide, eo quod habet cõscientiam læssam, & sic stamus in casu. d. regulæ possessor, & ideo in proposita specie redditionis rationis de qua agimus. Rota Genuensis in. d. decis. 20. recte iudicauit, recedendo à Bartoli opinione, rectequ distinctionem subtilem Minchaquæ improbauit, ex quibus etiam cauendum est à

senten

ſententia Pauli Caſtrenſis conſ.126. quatenus ibi tenet, quod per tranſcurſum viginti annorum præſumitur remiſsio à reddendis rationibus, inter ſocios, vbi ſocij tanto tempore tacuerunt, nec rationem ſibi reddi poſtulauerunt, quia cum ſemper ſocius ille qui rationem reddere debuit, ſit in perfidia ſiue mala fide, interim quod rationes non reddit, minime huic actioni præſcribere poterit. Et hanc ſententiam tenet contra Paul. Maſcardus de probatio. concluſion. 1257. num. 9 & 12. & ideo in terminis concludit Ayora de partiti. 3. p. cap. 30. per totum quod attenta. l. 63. Tauri hodie in noſtro regno (ſtante bona fide) non minus quam triginta annorum ſpacium ſit neceſſarium pro præſcribenda redditione rationum.

Aduerſus tamen hæredem illius, cui ratio reddenda erat, & eam ſibi reddi non poſtulauit, etiam ſi per tráſcurſum tanti temporis præſcriptio fuerit cauſata & completa, attamen illi remedio reſtitutionis in integrú ſuccurritur, ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, & reſtitutio omnino concedenda erit, propter bonam fidem in qua omnes adminiſtratores verſari debent, vt tradit Bart. in l. 1. §. ſiquis propter. num. 1 ff. de itinere actuque priua. Cuius opinionem communiter approbatam fuiſſe teſtatur Decius, conſ. 29. num. 1 deciſ. Genuen. 203. num. 5. & 6.

28 Vltimo & finaliter dubitatur, an pater ſe excuſare poſsit quominus filio rationem reddat eorum bonorú quæ ex ſuo peculio vel alias adminiſtrauit. In qua difficultate dicendum erit, quod hæc rationis redditio ad modum vtroque iure iuuatur, ac iure diuino fulcitur, vt neque pater à reddenda ratione tutelæ filio, excuſari poſsit, idque probat tex. in l. licet. C. ad legem falci. Bart. Paul. & Corneus. in l. cum oportet. §. ſed cum tacitas C. de bonis quæ libe. Bald. in l. Orphanotrophos. numero. 7. C. de epiſ. & cleri. Montal. in l. 3. verbo, el padre. titul. 7. lib. 3 fori. Baeça de decima tuto. præſ. num. 155. Pinelus latiſsime in l. 1. 2. part. ex numer. 27 C. de bonis matern. Roderic. Suarez, in quæſtione maiorat. num. 5.

Contrariam tamen ſententiam, imo quod pater filio rationem adminiſtrationis reddere non teneatur probat tex. in d. l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib. ibi *nequeat tiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre*, per quem tex. pluribus in locis doctores dixerunt, quod filius non poteſt petere à patre rationem adminiſtrationis ſuorum bonorum, licet bene pater teneatur de adminiſtratione culpoſa & doloſa, & præcipue Ioannes Faber in. d. l. cum oportet. §. fin. quem refert & ſequitur Montaluus, in l. 3. tit. 7. lib. 3. fori glo. verbo, *el padre*. gloſſ. etiam in d. §. non autem vbi Corneus, nume. 3. & in propoſito plures alios cumulauit Pinelus, in. d. l. 2. num. 33. C. de bonis mater. vbi ipſe dicit quod non ſufficit quod adminiſtratio paterna ſit culpoſa ad hoc, vt de ipſa ratione reddat, ſed neceſſario debeat eſſe doloſa, idque tenuit Neguſantius, in tract. tu de pignori. 4. mẽbro. 2 partis. num. 13. & 16 Aretin. in conſ. 27. num. 7 verſ. ad ſextum.

Pro vera tamen huius articuli reſolutione diſtinguendum erit, an pater adminiſtrauerit bona filij tanquam legitimus eius adminiſtrator, an tanquam tutor vel curator. Primo enim caſu proculdubio locum habet prima ſententia, ſcilicet, quod rationem filio reddere non teneatur, & ita eſt intelligendus tex. in dict. § non autem, & ſententia doctorum quæ in eius deciſione fundatur. Aut vero adminiſtrauit tanquam tutor vel curator, & eo caſu habet locum opinio illorum qui tenent à redditione rationis non excu-

excusari, & ita debet intelligi text. in.d.§.nō autē & d.§ sedcū tacitas, vbi hoc tenēt Bald. Paul. & Corneus Ias. in.l.prætes, nu.3.C.de transf. Rodericus Suarez vbi supra.d. numer.finali. Mōtaluus vbi supra, & rationem differentiæ constituit Pinelus vbi supra, num.27.quia pater legitimus administrator.totum commodum habet in bonis filij, nudamque dumtaxat proprietatem filjs traddere tenetur, cum vero tutor vel curator est, cum suorū bonorum vsumfructum non habeat proculdubio de fructibus rationē reddere filijs tenetur, vt tenet Barto.in.l. litis.§.pater.per tx.ibi.ff.de neg. gest. Vbi illum sequitur.Bald.Ang.& Paul. ita distinguit Barbatia in rubrica de peculio, cleri.Bald.in.l.siquis minor.2 lectura.ff. de minoribus vbi tenet, quod illud quod filius consequitur, & ex fructibus suæ præbendæ, non quæritur patri.Et hanc sententiam tenet Palac.Rub.in repetitio rubricæ.§.24 num.9.Aretinus, in.l.fin.§.1.ff.de verborum.Aymon.cons.218.nume.3.d. num. fin.& plures alij quod cōgessit Valdesius in additio.ad Roderi. in. l. 9.tit.de los emplaçamientos.nu. 21. & ipse Roderic.vbi supra.d. num. fin. expresse tenet, quod si pater administrat bona præbendæ filij clerici, tenetur ei reddere rationem administrationis, actione negotiorum gestorū, quia præbendæ habentur loco Castrē sis peculij extx.in.l.sacrosanctæ.C.de Epis.& cleric.vbi refert Augelum dicentem, se multoties vidisse, patres emancipatis filijs multa donasse, & nihilominus, ipsos patres in possessione donationum mansisse, & talia bo administrasse, & quod filius, cui itado natum fuit, in diuisione, quam facit cum alijs fratribus, de bonis patris defuncti poterit deducere tanquam debitum omnia bona sibi donata, cum fructibus, qui ad manus patris ex illis peruenisse constiterit. Idque tenet Rodericus in loco superius citato, & Rodericum sequitur Pinelus vbi sup. num.32.

Ego tamensemper de hac rigidissima sentētia dubitaui, casu quo parer, licet donauit filio emancipato re vera semper in possessione donatarū rerum remansit, quia eo casu etiam si vsumfructum illorum, sibi non reseruasset, donatio facta filio, ficta & simulata ac in fraudem gabellarum facta censetur, vt tenet Barto.in.l.postcontractum.num.4.ff.de donatio. vbi dicit arbitri iudicis relinqui an donator diutete, & remanserit in possessione, & eandem Bart.sententiam tenet Ialdin. l.illud.nume.11. C. de sacrosanct.eccles.Cepola de simula.cō trac.præsumsumptione. 24. Anton. Gom.in.l.45.Tau.numero.85 tu cogita.

Aduertendum tamen erit, quod ubi pater administrauit bona filij à se emancipati, non omnium fructuum perceptorum rationem filio reddere tenetur, sed de medietate illorum tātum, alteram enim dimidiam partem fructuum, ex legis dispositione in premium emancipationis est ille reseruata, vt in Auth.idem est.§. cum autem C.de bonis quæ libe.& in.l.15.tit.18. p.4. vbi Greg.verbo, *tener para si*. Sita men filius fuit emancipatus à lege vt quia fuit creatus Episcopus, electus in magistrum militum, vel in quæstorem, vel adeptus fuit aliam similem dignitatem, vel matrimonium contraxit, (quo casu filius statim habetur pro emancipato) vt in.l.47.Tau. quæ est hodie.l. 8. tit.1.lib.5.recopil.) pater omnium fructum à se collectorū ex præbenda, militia, vel donatione propter nuptias filio facta perceptos rationem reddere erit obnoxius, neque prædictam medietatem illorum habere debet, vt aduertit Gregor. vbi supra.

Summa-

SVMMARIVM.

QVo tempore, qu. casu, qua ve ex causa, ante tẽpus à lege vel ab homine pro reddenda ratione præfinitum ratio exigi possit.

2 Mater tutrix filiorum, si ad secundas conuolauerit nuptias, statim administrationem tutelæ amittit, & ab ea ratio administrationis exigi potest, & quid in patre.

3 Ratio, an à matre tutrice filiorum statim contractis secundis sponsalibus exigi possit, an vero debeat esse ad domum mariti traducta.

4 Differentia quæ sit, inter dolosam & culposam administrationem.

5 Pater ob dolum commissum, amittit administrationem bonorum filij.

6 Pater si dissipet bona filij, etiam cessante dolo, rationem administrationis tutelæ filij, reddere cõpellitur.

7 Culpa patris, ad hoc vt remoueatur ab administratione bonorum filij, talis esse debet, vt liberis alias non possit esse consultum.

8 Pater si semel ob dolum vel culpam, remotus fuit, ab administratione bonorum filij, amplius ad administrationem talem non admittitur, etiam si cauere velit.

9 Pater non solum ab administratione bonorum filij remouetur ob dolum vel dissipationem, verum etiam vbi admodum tenax est, vt in expensis necessarijs (pro rerum conseruatione) deficiatur.

10 Tutor vel curator in necessarijs rebus remissus, remouetur.

11 Mutus siquis non erat tempore quo tutelam acceptabit, an si postea obmutescat, priuetur administratione.

12 Multa impediunt facienda, quæ non dirimunt iam facta.

13 Vitium tutori superueniens, an extinguat tutelæ administrationem.

14 Regula iuris, qua cauetur, quod aliquando ea quæ non possunt fieri facta tenent, qualiter procedat.

15 Tutor si durante tutela sit banitus, & bona ipsius sint publicata, an statim administratione priuetur, & ab eo ratio exigi possit.

16 Curator subrogari debet in locum tutoris relegati, & idem in banito.

17 Minor per contractum matrimonij, an sui iuris efficiatur, & an ratio tutelæ statim ei à curatore præstari debeatur.

18 Minores ideo tutores & curatores habent, quia rebus suis super esse non valent.

19 Curator si minori suo ante vltimum quintum annum, v

rationem

rationem curæ reddat, non prius venia ætatis impetrata, nihilominus curatores oneribus & periculis manet obnoxius.

20 Post remotionem tutoris vel curatoris iudicis decreto factam, periculum tutelæ, vel curæ, ad tutorem vel curatorem non spectat.

21 Voluntarium ab initio, ex post facto efficitur necessarium.

22 Verbum (debet) importat necessitatem præcisam aliquando.

23 Administrare posse res suas, an quis possit ante vigesimũ quintum annum.

24 Imbecillitas intellectus, semper in minore præsumitur nisi aliter probetur.

25 Patria potestas, an per matrimonium filij minoris dissoluatur.

26 Diuites (vt in plurimum) propter eorum diuitias, omnium vitiorum expertes esse solent.

27 Diuitiæ aliquando faciunt homines contumeliosos & fastidiosos.

28 Milites contra inimicos & audaces & feroces esse debent.

29 Diuitiæ iuueniles, in magnatibus iniustitias & cõtumelias nutrire solent.

30 Frustra precibus impetratur, quod iam est, alege prouisum.

31 Præsumptio vincitur à probatione.

32 Minor an possit accipere curatorem, interim quod matrimoniũ contraxerit, vel vsque ad certũ tempus, & non plus.

33 Curatoris electio & petitio, in mera minoris facultate consistit.

34 Liberum arbitrium, disponendi de rebus suis habens, an habeat etiam in abutendo.

35 Facultas disponẽdi de rebus suis, liberis hominibus esse debet.

36 Actio iniuriarum nascitur, contra illum qui turbat aliquem in vsurei suæ.

37 Priuatio liberæ facultatis est, cõtra bonos mores.

38 Fieri multa prohibentur, quæ facta tenent.

39 Forma dat esse rei.

40 Pupillaris substitutio spirat adueniente quarto decimo anno.

41 Tutor, & curator, æquiparantur.

42 Curatoris officium vsque ad vigesimum quintum minoris annum durare, debet.

43 Pactum contra substantiam cõtractus, est nullum.

44 Voluntarium ab initio, ex post facto efficitur necessarium.

45 Verbum debet, non semper importam necessitatem.

46 Tutor testamentarius, non cessat in administratione, quantumcumque legitimo tutelam petente.

47 Absentia longa iuncta cum publica mortis fama, an mortem absentis probet.

48 Si de vita alicuius iam diu absentis dubitetur, de cõsuetudine

his

Hispaniæ dantur bona illius pro pinquioribus, cum fideiussione.

49 *Absens vbi aliquis est per tempus viginti annorum, ita vt de eius vita ignoretur, venientes ab intestato diuidunt administrationem suorum bonorum, sub fideiussione tamen quod illo aduenient quilibet pro toto insolidum rationem reddet.*

50 *Curator, ad hoc vt bonis absentis dari possit, oportet vt ipse abesse ceperit, nullo relicto, nec postea dato procuratore, tam quo adiudicialia, quam quo ad extraiudicialia.*

51 *Fœminæ vel minores, an possint creari administratores bonorũ absentis, si sit propinquiores & tales qui ab intestato succedere eo tempore deberent.*

52 *Cura bonorum filij si penes matrem sit, non potest illorum administratio per agnatos eiusdem gradus ab illa abdicari & remoueri.*

53 *Maioratus possessor si per tempus viginti annorum vacauerit, ita vt de eius vita ignoretur, sequens ingradu, in maioratu succedit, sub fideiussione tamen de restituendo maioratum cum fructibus, illo reuertente.*

54 *Mors ex quibus præsumptionibus probetur.*

55 *Probationem liquidam vbi lex requirit sufficit probatio per verisimilis coniecturas.*

56 *Constare illud palam dicitur, quod ex coniecturis apparet.*

57 *Societas per mortem ciuilem vel naturalem vnius ex socijs finitur.*

58 *Societas si ita contracta sit, vt capitale societatis intra triennium repeti non possit, intelligitur nisi interim mors alicuius ex socijs interuenerit.*

59 *Societas sui natura non transit ad hæredes sociorum, etiam si id à principio agatur.*

60 *Inuitus nullus compellitur esse, incommunione.*

61 *Societas cum patre inita, morteque patris finita, ad hæredem vel filium superstitem extenditur, si illo mortuo, hæredes, eisdem institutoribus vtantur.*

62 *Societas ex eo renouata videtur, quod quis per magnum tempus, post finitam societatem, capitale in societate habuit, & societatis rationem non postulauit.*

63 *Societas præsumitur renouata, ex præfatione siue titulo codicis rationum,*

64 *Coniux superstes dum in viduitate permanet, & ad secundas non transit nuptias, censetur esse sub præcedenti matrimonio.*

65 *Societas præsumitur continuata ex pacientia & perseuerantia vtriusque socij-*

66 *Societas iurata pro se & hæredibus, an morte vnius ex socijs finiatur.*

67 *Societas inter plures gabellarios contracta, transit ad hæredes, donec tempus conductionis sit finitum.*

68 *Societas multis ex causis, ante præfinitum tempus finitur.*

69 *Vbi præsens status, in futurum indicat damnum, attendi & inspici debet, quod accidere potest.*

70 *Executor testamenti, an à suo cõsocio executore rationẽ administrationis exigere possit.*

71 *Collega datus tutori vel curatori, aduersus tutorem vel curatorem durante tutela vel cura, agere non potest.*

72 *Tutela vel executio testamenti, si pluribus sit commissa, & aliquis eorum interim male in administratione versetur, poterit à consocio compelli, vt sibi saltim extraiudicialiter relationem rerum administratarum faciat, quod vulgo dicitur,* relacion de quentas.

73 *Socius non administrans, an de male à consocio administratis teneatur, & reliqua soluere sit obnoxius.*

74 *Tutor datus causa notitiæ petere potest vt tutor verus qui administrat minori patrimoniũ, sibi rationem vel saltim relationem rationis, reddat vt innotescat bene vel male in administratione versetur, & illius negligentiæ damnum adscribatur.*

75 *Tutor datus causa notitiæ, in omnibus ad administrationem concernentibus, tenetur sicut quilibet alius tutor.*

76 *Versuram illum facere præsumitur, qui dilatata solutione ad diem merces emit easque viliori pretio præsente pecunia reuendit, quod vulgo dicitur,* hazer mostras.

77 *Suspicio defractura est, contra illum factorem vel mercatorem qui aere alieno grauatus, sarcinullas componere cepit.*

78 *Administrator si pro aliquo fideiubet, statim cõpelli potest, vt ante tempus rationem administrationis præstet.*

79 *Fideiussionis contractus est nimis oneros⁹ & damnificatiuus.*

80 *Maritus si constante matrimonio fideiussionibus se implicauerit, an statim ab eo vxor dotem repetere possit.*

81 *Iurans se non fideiussurum pro aliquo, an iuramentum seruare teneatur,*

82 *Tutor à tutela remouetur, eo quod regia vectigalia conduxit.*

83 *Pecuniam tradens mercatori, ad dimidium lucri & damni, an ante annum rationem capitalis & lucrorum exigere possit ab eo.*

24 *Societas etiam ſi per plures annos ſit contracta, adhuc tamen a conſocijs peti poterit, vt quolibet anno rationes reuideantur.*

85 *Caſus quos annectit identitas rationis, & paritas æquitatis, non ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparandi.*

86 *Rationem qui certo tempore reddere tenetur, ſi illam ſtatuto tempore non reddit, dicitur eſſe in mora, & ſi tẽpus rationi nõ eſt præfinitum, interpellatio facit illum moroſum.*

87 *Tempus vbi à lege vel ab homine pro reddenda ratione eſt præfinitum, dies interpellat pro homine.*

88 *Tutor etiam non requiſitus, tenetur rationem reddere tutela finita.*

89 *Quantitas liquida (vbi rationes ſunt intricatæ) deponi vel offerri debet creditori, pro parte vero illiquida ſufficit offerre fideiuſſorem, ad euitandum curſum vſurarum.*

90 *Oblatio realis ſola, ad impediendum curſum vſurarum quæ cæperunt currere, non ſufficit.*

91 *Vbi agitur de reſolutione contractus, non ſufficit oblatio realis ſola.*

92 *Oblatio debiti verbalis, non liberat debitorem ab intereſſe, maxime quando creditor non reſpondit ſe nolle accipere.*

93 *Tutor tenetur minori admonere, vt ſibi curatorem petat, ſaltim ad litem, pro recipienda ratione adminiſtrationis tutelæ alias multis periculis ſe exponit.*

94 *Quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum.*

95 *Quid facere debeant obligati ad reddendum rationes quando domini ab illis rationem recipere nolunt, officio finito.*

CAPVT. VI.

Quo tempore rationes ab adminiſtratoribus exigi poſsint.

ADminiſtratorum omnium, vna eſt honeſtitatis regula, vt de alienis rebus rationes fideliter conſcribant, eaſdem exhibituri, quoties opus erit, vel ſaltim ſemel in anno, alias vt ſuſpecti ab adminiſtratione remoueri poſſunt, vt tenent Caualca. & alij relati a Gutierrez de tutelis, lib. 3. cap. 1. numero. 31. quod ego de relatione rationum faciendã nõ intelligerem, omnes tamen admonitos eſſe volo, ne temere, ſine delectu, & abſque prudentum circunſpectorumque conſilio, ſuos quondam tutores, curatores vel adminiſtratores
2 moleſtent. Sed quia dubitari quotidie contingit, quo tẽpore, quo caſu, qua ve ex cauſa, ante tempus à lege diffinitum, rationes ab adminiſtratoribus exigi poſsint, ideo hac in re animaduertendum erit, quod aliquando adminiſtrationes cum temporis præ-

finitione, aliquando vero indiffinite constituuntur. Cum temporis autem præfinitione leges tutelam & curam constituunt, vt in l. 1. §. hæc actio. & in l. finita. ff. de tutel. & ratio. distra. l. 12. titulo. 16. partit. 6. hæc autem regula procedit, nisi de nouo aliquod emergat inconueniens propter quod rationem petere domino expediat, vt in toto titulo quibus mod. tutel. finitur, & in toto titulo de suspectis tutoribus, verum vltra casus ibi expressos plures alios tibi referam, in quibus licitum est ante tempus rationem exigere ab administratoribus.

2 Et in primis sciendum est, quod si mater tutrix filiorum ad secundas cõ uolauerit nuptias statim & ipso iure tutelæ administrationem amittit, & ab ea ratio administrationis exigi potest, vt in l. omnem vbi gloss. C. ad Tertulianum secundum opinionem Ioannis, quã sequitur Tellus Ferdinandus in l. 6 Taur. numero. 30. non tamen ad petendum rationem à matre sufficiet, si ipsa sponsalia etiam de præsenti contraxit, sed opus est, vt nuptiæ sequantur, & ad domum mariti sit traducta, vt tenuit Neuizanus in Sylua nuptiali Gregor. Lupus in l. 5. titulo. 16. partit. 6. & alij quos refert Menochius, lib. 2 de arbitrarijs casu. 151. numer. 8. vbi dicit quod mater interim quod nuptiæ sequuntur, posset impetrare rescriptum a Rege vel Principe, vt secundis nuptijs non obstantibus, tutelam filiorum administrare posset. Contrariam tamen sententiam tutatur Gutierrez de tutel. libr. 1. capit 9. numero. 4. versiculo contraria tamen cum aliquibus, num. sequent. & in patre qui secundas contrahit nuptias, idem firmauit Montaluus, in l. 3. titul. 7. libr. 3. fori gloss. verbo, *el padre*, vbi dicit, quod eo ipso quod secundas contrahit nuptias, efficitur suspectus in administratione bonorum filij eius, quæ sententia probatur in authentico, de nuptijs. §. placet quoque, collatio 4. licet enim verum sit quod persona patris, cuiuscu que conditionis & qualitatis sit, filio semper debeat sancta & honesta apparere, sicut persona patroni liberto, & persona magistri discipulo, vt in l. liberto. ff. de obsequijs patrono præstand. Hoc tamen verum est, quoad obsequium quod illis debetur, minime vero quo ad administrationem illi concedendam de bonis filij, si aliqua ex causa suspectus effici atur. l. in quæstione. C. de sententiam passis. vbi Cinus notat. Ego tamen mihi satis persuassum habeo, quod prædicta sententia cum grano salis sit intelligenda, & sic quod licet pater aliquantulum per secunda vota suspectus efficiatur, attamen administratio non sit ei interdicenda, cum semper præsumatur optimum consilium capere pro filio, vt in. l. neque in

4 ea. C. de adult. nisi dolose vel culpose saltim administrare cæpisset, inter dolosam tamen & culposam administrationem Negusantius differentiam constituit, in tractatu. de pigno. membro. 4. 2. partis, numero. 13. & 16 Aretin, consilio. 72. numer. 7. versiculo ad sextum. Quorum sententiam

5 eleganter explicauit Pinelus. in. l. 1. 2. parte. numer. 33. C. de bonis mater. dicens, quod licet pater ob dolum commissum in administratione bonorum filij, administratione priuetur, quod late prosequitur Baeça de decima tuto. cap. 4. numero 8. & capit. 13. numero. 8. si tamen pater dissipet, vel aliter noceat filijs, succurritur eis, priuando illum administratione, ex traditis late per Alexand. in. l. Imperator. numero. 6 ff. ad Trebel. & per Molinam. libr. 1. de Hispano primogen. cap. 16. per totum. Ex quibus cauendum erit à sententia Paul. Castrensis in. dict. l. cum oportet. §. sub

hac,

hac, verſiculo, & pro mala quatenus dicit, quod pro mala adminiſtratione patris culpabiliter facta non obligatur pater, nec eius bona, nec tenetur rationem reddere, nec debet ab adminiſtratione repelli Sufficit namque ad repellendum eum, negligéter vel culpabiliter, in adminiſtratione bonorum filij verſari ſecundum magis communem opinionem Bartoli, & aliorũ & maxime Alex. in. d. l. Imperator columna. 2. & ibidem Paulus ſibi contrarius, & hoc ipſum ſentit gloſſ. in. l. ſiquis prioris. §. fi. C de ſecundis nup.

Cauendumque erit a ſententia Bartoli. in. d. l. cum oportet. §. non autem, vbi ad remouendum patrem ab adminiſtratione bonorum filij, exigebat alia, ſcilicet, quod paternon ſit ſolutédo, & quod bona ſint mobilia, ſuffi
7 cit enim quod culpa patris ſit talis quod ſine patris remotione filijs non poſſit eſſe conſultum, vt melius tenuerũt Bar Imola, & Segura in. d. l. Imperator. num. 108. vbi præfati doctores ponunt exemplum: veluti quando pater conſumeret vel diſtraheret pecunias aut bona filij mobilia quaſi ſecus ſit in immobilibus, quam lententiam dicit magis communem Aretinus. conſ. 172. numer. 5. verſ. ad quartum. & plures relati & ſequuti a Iaſone in. l. ſi conſtante. numero. 96. & ibi Crotus. 2. lectura. numero. 120. Boerius deciſione. 61. Gomez Arias in. l. 4. Tauri. nume. 48. & melius omnibus reſoluit Aretinus, in loco ſupra citato. quatenus contra Bartolum in. d. §. non autem dicet, vt non attendatur, an pater ſit ſoluendo nec ne.

Alexander etiam in. dict. l. Imperator in ea eſt ſententia, vt non ſufficiat lata culpa tantum, adhoc, vt pater ab adminiſtratione remoueatur, & ab eo ratio adminiſtrationis exigatur, ſed quod notabilis culpa debeat intetuenire, veluti ſi abſque ea uſa diſtraheret immobilia, vel negligens eſſet, fundos & vineas non colendo, vel ſartas tectas domorum non habendo. Eſſet enim his caſibus iniquum, expectare quod pater efficeretur non ſoluendo, prout Bartol. volebat vbi ſupra. Melius enim eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulnera tam cauſam medellam quærere. l. final. C. in quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſaria. Et hanc ſententiam dicit æquiorem Boerius vbi ſupra, numero. 15. & eos ſequitur Pinelus vbi ſupra, numero. 35. & ita erit intelligenda ſententia Bald. in dict. l. cum oportet. §. non autem, quatenus hac in re diſtinguebat inter dolum & negligentiam. Quia licet hæc diſtinctio. regulariter vera ſit, in alijs tamen in adminiſtratione bonorum vel officij, ſecus erit. Sufficit enim, quod quis circa eorum adminiſtratio nem, notabilem negligentiam committat, quia illa maxima culpa dicitur, vt tradit Ioannes de Platea in. l. penultima columna. 1. C. de annonis & tribu. doloſus enim dicitur, qui negligit facere, quod facere tenetur, vt in. l. dolus. ff. mandati, tenet Pariſius, conſilio. 74. numero. 29. Menoch. de arbitrat. lib. 2. caſu. 208. numero. 35. Baeça de decima capite. 2. numero. 138. Neque etiam obſtat text. in. l. 1. C. de bonis maternis, quam adducit Bartol. pro ſua opinione, & qui eum ſequuntur, quatenus in ea filijs (patre bona eorum alienante) ius reſeruatur, ad tempus quo fuerint ſui iuris, exquo ipſi arguunt, non ob alienationem rerum immobilium filij, patrem ab adminiſtratione eſſe remouendum. Quia reſpondetur, quod hæc reſeruatio aduerſus emptores bonorum in liberorum vtilitatem conceſſa, non priuat eos à remotione patris propter malam & nimis culpoſam adminiſtratio nem, quia cum diuerſa remedia di-

uersis respectibus competunt, licet tendant ad eundem finem, non impeditur vnum propter aliud, vt eleganter aduertit Paul. in Authentica, qui rem, numer. 3. C. de sacro sanct. eccle. vbi dicit, quod licet aduersus vsufructuarium deteriorantem rem, in qua vsumfructum habet agatur ad interclse deteriorationis, non propterea proprietarius prohibebitur, agere ad expulsionem & priuationem rei, in qua habet vsumfructum, si illa arbitrio boni viri non vtatur, & ita respondit Pinelus, vbi supra, num. 36. Bene tamen vsumfructum percipiet vsufructuarius de manu depositarij, vel administratoris, cui res vel fundus ad administrandum committitur, deductis expensis factis in arando, colendo, laborando ve vineas vel hortos.

8 Aduertendum tamen est, quod si pater semel ob dolum vel magnam negligentiam in administrando bona filij commissam remotus fuerit, amplius ad illa administranda admitti non debet, etiam si cauere velit, vt eleganter aduertit Alexand. in. dict. l. Imperator. nume. 7. Ripa, in. l. si constante, numer. fin. solut. matrimo. Pinelus, vbi supra, numer. 38. Molina de Hispanorum primoge. lib 1. c. 16. numer. 24. & 25. quia satisdatio nõ prorsus reddit tutum ius liberorum ex tx. in. §. nouissime, inst. de suspectis. tuto. l. suspectus. l. quia satisdatio. ff. eodem Franquis decisione. 10. nume. 13. par. 1 l. 1. titu. 18 part. 6. quam sententiam extende, vt locum habeat etiam in casu quo pater, vel quilibet alius similis

9 administrator fuit remotus, quia ita tenax erat, vt etiam in expensis necessarijs pro rerum conseruatione deficeret, ita Bald. in. l. fin. numero. 16 C. de sententijs passis. Segura in repetitione. d. l. Imperator. numer. 117. pro qua sententia facit text. in. l. 1. §. sed non nullus. ff. de tutel & ratio. distra & in. l. 1. ff. vbi pupil. educari de-

10 beat. Ex quorum iurium decisione tutor vel quiuis alius administrator remissus in necessarijs remouetur & ad reddendum rationem astringitur, & in terminis dicit Gutierrez de tutel. lib. 2. cap 3. numero. 48. quod tutor, neglexit præstare alimẽta minori, puta recedendo a domo sua, nulla relicta prouisione potest vt suspectus remoueri & ab illo ratio tutelæ postulari. arg. text. in l. fi. ff. vbi pupil. educari debet, & in. l. 3. §. tutor qui ad alimenta. §. de suspectis tuto. per quæ iura ita tenet Bart. in tracta. de alimen. num. 46. Surdus, in eodem tracta. tit. 8. priuilegio. 86. Pro qua sententia faciunt plura quæ circa negligentes administratores cumulat Aymon. conf. 132. num. 4. paria enim sunt rem disipare vel perdere, aut necessaria pro rei conseruatione non adhibere argum. l. necare. de liber. agnoscen. & in proposito plura etiam dixit Damaude. de tutor. cap. 7. num. 34. Vbi dicit quod qui negligenter se gerit in officio debet &

11 honore & administratione priuari. Sed modo dubitatur, an si quis mutus non erat tempore quo tutelam accepit, & postea obmutescat, priuetur administratione, & ab eo tutelæ ratio exigi possit. In qua difficultate dicendum videtur, quod licet verum sit, q mutus, vel Surdus tutor esse non possit, vt in. l. 1. §. mutus. ff. de tutelis, si tamen tempore quo ei tutela fuit decreta, non erat mutus, sed ex accidenti effectus fuit mutus, nõ propter hoc tutela finiri debeat. Nec ab eo ratio exigi possit, & ratio illa est, quia vbi res est in esse perfecto, ea deficiente, non deficit effectus. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Rursus, quia multa impediũt faciẽda, quæ nõ dirimunt iã facta. glo. in. l. vbi nõ voce ff de regul. iur. l. 1 §. quamuis autem. ff de postul. facit. c. cũ dilectus de sponsal. & quod notatur per Dinũ, in. c. factũ legitime, de reg. iur. in. 6. &

in pro

in propoſito plura cummulat Albericus in. d. l. patre furioſo, pulchraque congerunt Bart. & Imol. in. l. pluribus §. ſi placeat, ff. de verborum obligation.

13 Verum aduerſus prædicta facit glo. in. d l. 1. §. mutus verbo ſurdum, vbi tenet, quod vitium tutori ſuperueniẽs extinguit adminiſtrationem tutelæ ipſo iure, & eam ſequitur Bart. ibi, licet Salicetto diſpliceat, & etiam diſplicet Angelo Aretino. in. §. item propter aduerſam valetudinem, inſtituta de excuſatio. tuto. dicunt enim, ꝙ licet adueniente infirmitate admittatur tutoris excuſatio, non tamen ipſo iure tutela ſtatim finitur, niſi tutor illam deponere velit.

Sed prædictis nõ obſtantibus prior ſententia gloſſæ & Bartoli tenenda erit, imo ꝙ per loquelæ priuationem tutela finiatur, & de eius adminiſtratione ratio exigi poſsit. Quæ ſẽtẽtia comprobatur ex tx. in. l. complura. ff. de tutel. vbi caueatur quod in locũ furioſi, muti, vel ſurdi tutoris alij dentur, & ratio eſt quia cum tutor debeat autorari contractibus ſui minoris, quemadmodum ad tutelam loquela deficiente non admittitur, vt in. §. mutus ſuperius relato, eodem modo & eo effecto muto, à tutelæ adminiſtratione ſubmouebitur, quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent legis auxilio. l. arbitro. ff. qui ſatisdare cogantur.

14 Neque obſtat quod ea quæ non poſſunt fieri, facta tenent, quia illud procedit, vbi non eſt eadem ratio impedimenti vtroque tempore, prout in caſu de quo agimus, & ita declarant, Bar. & doctores communiter in. d. §. & ſi placeat. Alberi. in. d. l. patre furioſo, & in. l. cæcus. ff. de iudicijs. Et hanc ſententiam tenet Mainerius in. l. vbi nõ voce. nu. 7. de reg. iur. vbi idem firmauit in ſurdo, licet ſecus dicat in eo qui parum audit.

Neque etiam obſtat quod quando cauſa eſt in eſſe perfecto, ea deficiente non deficit effectus, quia reſponde tur, quod cum adminiſtratio tutelæ habeat tractum ſucceſsiuum, quocũque tempore ſuperueniat cauſa remotionis vitiatur actus, adhoc ſaltim, vt non poſsit adminiſtrator vltra procedere in adminiſtratione arg. tex. in. l ſi ſub vna. §. ſiquis viam. ff. de verborũ. obligatio. licet enim actus in quo tutela diſcernitur, ſit perfectus eo inſtãti quo tutela diſcernitur à iudice, non tamen actus adminiſtrationis dicitur in eſſe perfecto, donec durat tempus à lege vel ab homine ad adminiſtrandum conſtitutum, & ideo quocumque tempore actus adminiſtratorij defectus ſuperueniat adminiſtratori, quo mediante adminiſtrare impediatur, proculdubio remoueri debet. Pro qua ſententia eſt tx. in. l ſi pupillus. §. ſi tutor ff. de tutel. & ratio. diſtra. Vbi ſi tutor captus ſit ab hoſtibus ſtatim poteſt peti ratio adminiſtrationis à fideiuſſoribus tutelæ vel curæ.

15 Ex quibus infertur manifeſte, ꝙ ſi tutor durante tutela ſit banitus, & bona ipſius ſint publicata, ſtatim tutela cenſeatur finita, & ratio adminiſtrationis exigi poſsit. argum. text. in. l ſi tutor reipublicæ cauſa. §. fi. ff. de tute. & ratio. diſtra. & hanc ſententiam tenet Bart. in. l. ſi ſine hærede. §. fin. numero. 1. ff. de adminiſtra. tuto. vbi Bal. diſtinguit an bona fuerint publicata nec ne,

16 Quinimo & ſi tutor, vel curator non ſit banitus, ſed relegatus tantum, ſtatim curator ad adminiſtrandum dari debet. Tenet idem Bald. in. cap. inquirendum de peculio clericorum, & idem in banito dicendum exiſtimat, & pro hac ſententia adducit Iacobum de Arenis & Angel. Perulinum ita tenentes in. dict. l. ſi tutor reipublicæ cauſa. §. final. pro qua

sententia est tex. in l. non solum. §. si libertus, ff. de excusa. tuto. & idem voluit Angel. Aretin. in §. actionum verbo tutelæ. quæst. 26. inst. de actio. Mainerius, in l. quo tutela nu. 95. ff. de regul. iur. debet tamen semper intervenire publicatio bonorum ex Bald. vbi supra.

17 An autem eo ipso quod minor sub potestate tutoris vel curatoris constitutus, nuptias siue matrimonium contraxit à potestate curatoris censeatur liberatus, & rationem administrationis a curator exigere possit nimis controversum est. Et in hac difficultate diversi diversa senserũt. Paulus namque in l. 2. num. 2. C. si sæpius in integrum restitu. fuer. postu. in eã inclinat sententiam, quod si minor fœmina matrimonium contraxerit, minime à curatore rationem curæ exigere possit donec vigesimum impleverit annum. Pro cuius sententia facit text. in l. maritus. C. qui tuto. dari possunt. & in l. non ideo minus. C. de procurato. & hanc iunuit sententiam tx. in l. 3. titul. 17. part 6. quatenus ibi probatur maritum vxoris suæ curatorem esse non posse.

18 Præterea pro hac sencia facit, quia minores ideo tutores & curatores accipiunt, quia rebus suis sufficere non valent. l. 1. ff. de minor. §. 1. instit. de curato. Igitur si verum est (prout satis experientia docet) quod matrimonio à minore contracto, non solũ non efficitur magis expeditus, verum duplicatis oneribus, multo plus curis & solicitudinibus matrimonio annexis anxius efficitur, non solum dici non debet quod ipsius cura contracto matrimonio finiatur, verum (si effici posset) secundus illi curator esset adhibendus, vbi enim maius periculũ
19 in est ibi cautius agendum est. Quinimo si minori suo coniugato, curator ante vigesimum quintum annum, vel veniæ impetrationem, vltro rationes redderet, nihilominus curatoris oneribus & periculis obnoxius maneret, arg. tex. in l. 2. C. quando tutor vel curator esse desinat. Et prohac sententia est tex à contrario sensu in l. decreto ff. de suspect. tutor. vbi cauetur, quod
20 post remotionem tutoris vel curatoris iudicis decreto factam, periculum tutelæ ad tutorem nõ spectat, ergo si deficiente authoritate iudicis, minori vltro rationẽ reddiderit, bonaque illi cum reliquis tradiderit, si minor interim, quod vigesimum quintum annum ad implet, bona sua perdiderit, consumpserit, vel dilapidauerit, periculum hoc ad ipsum curatorem spectabit, ac si ipse dilapidasset, & perdidisset, ac postmodũ aduenientelegiti mætatedenuo abeo bonaexigere poteritac si nihil minori tradidisset. Eq per contractum matrimonij minor à potestate curatoris non liberetur, neque administrationis rationem exigere possit, tenet expresse Gregor. in l. 3. tit. 15. p. 2. verbo, *fasta que sea casada*. Rodericus Suarez, in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori vbi dicit, vsque ad sua tempora non vidisse obtentum quod minores per matrimonium maiores efficiantur, & eum refert & sequitur Parladorius lib. 2 rerumquotidianarum. c. 12 per totum. Pro qua sententia pondero tex. eggregium in l. 1. & in l. neque per liberos. ff. de minoribus, ibi. *apparet minoribus 25 annis eum opem posse ceui, nam post hoc tempus cõpleri virilẽ vigorem constat, & ideo hodie in hanc vsque ætatem, adolescentes curatorum auxilio reguntur: nec ante rei suæ administratio eis committi debet, quamuis bene rem suam gerentibus*, & ibi. *Neque per liberos suos rem suam maturius à curatoribus recipiant.*

Rursus hæc sententia ex eo iuuatur, quia licet liberum sit minoribus curatores accipere vel non accipere, vt in l. si impuberi vers. sed si puella, ibi, *minoribus desiderantibus*. ff. de tuto.

& cura

& cura datis ab his. & in. §. item inuiti. inſtitu. de curato. & in. l. 13. tit. 16. par. 6. tamen poſtquam ſub poteſtate curatorum ſe poſuerint, non poſſunt ab eorum cura liberari, niſi legitima
21 ætate, vt venia aduenięte, quia quod à principio eſt voluntarium, ex poſt facto efficitur neceſſarium. l. ſicut ab initio. ff. de actio. & obligatio. Et in terminis hanc ſententiam tenet Abbas conſ. 91. num. fi. volum. 1. & eum refert & ſequitur Grego. in. d. l. 13. gloſſ. verbo, *apremiados*, & pro hac ſententia videtur tx. apertus & qui cauilari non poteſt in l. 12. titul. 16. par. 6. ibi. *E eſte a tal deuele auer enguarda haſta los Veynte y cinco años*, verbum enim
22 illud, debet, præciſam neceſſitatem importat. c. oblatæ in fine de appella. c. vt famæ de ſententia excommuni. & ratio eſt in promptu, quia nemo
23 dicitur poſſe adminiſtrare res ſuas, quouſq, ad vigeſimũ quintũ annũ per
24 ueniat. l. fi. ff. de conditio. & demõſtra. interimque dum ad hanc ætatem minores perueniunt, imbecillitas intellectus in eis præſumitur, vt in. d. §. 1. inſtitu de curato. Ex quibus manifeſte coligi poteſt, quod licet minor qui eſt ſub poteſtate curatoris, matrimonium contrahat, nullatenus curatorẽ aſtringere poſsit, vt ſibi curæ rationes reddat, idque nouiſsime tenet Gutierrez poſt hæc ſcripta viſus par. 1. de tutel. c. 21. num. 34.

25 Aduerſus autem ſuperius relata, multa vrgent fundamenta, ſi enim verũ & indubitabile eſt, quod filius ſub patria poteſtate conſtitutus, per matrimonium ſui iuris efficitur, & à patria poteſtate liberatur, vt in. l. 47. Tauri multo magis vis ac poteſtas curatori in minorem à lege conceſſa finiri debet: valet enim argumentum de maiori ad minus in materia quantumcumque odioſa, vt in. l. nec in ea. ff. de adulter. Rurſus, quia tutor & curator, loco patris habetur. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furtis. tenet Specula. in tit. de ſatisdatione. §. 2. verſ. argumentum contra. num. 3. Maria. Soci. conſ. 61. verſ. circa finem col. 5. Igitur ſi patria poteſtas per matrimoniũ filij finietur, quãto magis cura finietur, æquiparatorum enim eadem eſt ratio, & per conſequens eadem eſſe debet diſpoſitio. l. illud ff. ad legem Aquiliam. Quinimo & ſi bene aduertatur pro hac opinione eſt tex apertus, in. l. 6. tit. 17. part. 6. ibi. *Porque el huerfano deſpues que es caſado, trae a ſu muger a ſu caſa, e non recibe ende embargo, en demandar quenta a ſa guardador*, & ex deciſione huius tex. Hanc ſententiã firmauit Didacus Perez in. l. 3 tit. 11. libr. 4. ordi. veter. vbi expreſſe tenet, quod quantum ad ius regium attinet proculdubio officium curatoris per matrimonium minoris finitur. Pro qua ſententia facit. tex. in l. 207. ſteli ibi, *ca el caſamiento, e la malicia ſuplen la edad.* & in muliere minore matrimonium contrahente expreſſe probari videtur in. l. 3. tit. 5. par. 2 vbi cauctur, quod filia regis quæ ſub curatoris eſt poteſtate, inea eſſe debet niſi matrimonium contraxerit, igitur manifeſte ex ea probatur, quod per matrimonium cura finitur, & praxi hanc opinionem receptam fuiſſe teſtatur, Didacus Perez vbi ſupra, idque teſtatur Monterroſus, ſeu quiſquis ille ſit, qui chancellariæ arcana non ignorauit, in. 6. tract. de ſcripturas colu. 1. ad finem. Molina. de iuſtitia & iure tracta 2. diſputa. 221. colu. 368. verſ. hæc tamen hodie Baeça de inope debitore. c, à 4. num. 4.

Hac igitur anxus difficultate Parladorus, in loco ſupra citato, negtiuam ententiam ſequutus, dicit, recte mederi poſſe talibus minoribus vxoratis, fœminis ve viro copulatis, ſi curatores iuxta vires patrimonij illis alimenta neceſſaria impartiantur, iuxta diſpotionem text. in. l. curator. ff. de

administr.tuto.& in.l.ius alimentorũ ff.de alimen.pupi.præst, & in.l.20.tit. 16.par,6.vel etiam minores sibi recte consulere posse,veniam ætatis impetrando,iuxta.l.2,C.de his qui veniam æta.impetra. Et certe hæc sententia frequenter in hac Pinciana chancellaria prævaluit,licet aliquando ex circunstantijs aliter iudicatum vidimus.

Ego tamen inter has legum varietates,& iuris consultorum controuersias,totum hoc iudicium,ex iudicis arbitrio pendere existimo.Ipse nanque pro rei & vicissitudinis qualitate pendet, recte,an nonrecte ratioà simi 26
libus exigatur. Si enim fœmina minor copulata esset viro diligenti &industrio,ac circa rem familiarem solicito,nondeberet dubitare,quin ratio curæ propriæ & vxoris , illi reddi præciperet, maxime vbi patrimoniũ esset ita tenue, ꝙ ex redditu illius & industria ac labore maritivix familia alimẽtari posset,multas enim ex hoc vexationes & incõmoda possent euitari, vt est decimæ solutio & litesquæ super alimentis à curatoribus excitari solent, ac rursus veniæ difficultatẽ & expensam euitarent,in regno autẽ Portugaliæ constitutum est, in ordinationibus.tit.67.§.64.vt minori qui cum licẽtia iudicis orphanorum matrimonium contraxerit iudex, illi rationem suorum bonorum a curatore præstari præcipiat , ac si vigesimum quintum ætatis annum impleuisset, dummodo talis decimum octauũ annum cõpletum habea,validaque sunt ex illo die quæ gerit & administrat, 29
vt refert Molina nouissime in tractatu de iustitia & iure,tracta.2. disputatio c.224.vers.quo loco obserua. pagina. 1390. vbi dicit quod veniæ ætatis in illo regno non ab alio quã à iudicibus qui dicuntur,*desembargadores do pazo*, concedi possunt, quod & in nostro Castellæ regno hoc ipsum statuendum foret maxime circa minores,qui exiguum patrimonium habẽt vt supra dicta euitarent dispendia. Quinimo & apud Cantabrenses,minore decimum octauum annum implente statim illi cura restituitur vt habes in foro Vizcaiæ in.l.2.tit.22.

In alijs autẽ minoribus diuitibus & qui opulentum patrimonium habent,opinionem negatiuam, æquissimã & rationi & bonæ politicæ consentaneam censeo,ipsis enim congruẽtius per impetrationem veniæ,vel alimentorum assignationem erit consultum,ne forte dum diuitijs affluũt, iuuenili leuitate ducti , vitiorum expertes efficiantur.Iuuenes enim vt in plurimum propter diuitiarum affluentiam, omnium vitiorũ expertes esse solent,teste Philosopho. 2.ethicorũ, vbi dicit,diuites per suas diuitias elatos & superuos esse,eo quod credunt per suas diuitias omnia possidere, quo fit,vt sint longe plus contumelioso quam alij,diuitiæ itidem iuueniles 27
faciunt homines odiosos, contumelioso,& fastidiosos, neque ex eis fortiores & robustiores iuuenes fiunt (prout nobiles esse deberẽt,ad expugnationem inimicorum)vt in.l.10 nomine domini. C. de officio præfecti præto.ibi,*nobiles & milites, contra inimicos, & feroces & audaces esse debẽt.* Sed potius per eorum luxuriam imbeciles animo,& corpore existunt , & ideo in proposito contra tales iuuenes inuehit iuuenalis satira.1.dicẽs, *luxu fugerunt crura diuitiæ moles* , & detestando diuitias iuueniles.Cepola in tractatu de Imperatore milit.eligen. volumine. 6.numero. 34. dicit quod diuitiæ iuueniles in magnatibus præcipue & potentioribus , iniustitias contumelias nutriuntur , & aliqua alia vitia praua & execrabilia animi & corpori coaceruare solent. Vnde cum libera bonorum administratio his iuuenibus admodum periculosa

culosa esse posset cũ illis cautius agendum esset, vbi enim maius periculum inest, ibi cautius agendum est, vt tradit Ioannes de Licier in tracta. de primogenitura. §. quia supra, numer. 14. volum. 12.

Si tamen opinionem Didaci Perez in distincte tenere velis, per iura & fundamenta superius relata, intellige quod tc demũ cura per matrimonium finitur, si minores masculi saltim viginti, fœminæ vero decem & octo annos impleuerint, ante tempus enim illud neque lex, neque Rex, veniam ætatis concedit, vt in. l. omnes. C. de his qui veniam æta. impetra. Hac tamen ætate consumata, matrimonium. & malitia ætatem residuam supplebũt, & in hũc sensum forte locuta fuit. d. l. 6. tit. 17. par. 7. quatenus dixit, *que el huerfano despues que es casado, trae a su muger a su casa, e non recibe embargo ninguno, en demãdar quẽta a su guardador de todos sus bienes*. Debet enim intelligi, quando vxor vel vir, erant doli capaces. & tales quibus prædicta ætas decem & octo & viginti annorum non deficiebat, pro vt prius locuta fuerat lex styli. 207. ibi: *ca el casamiento e la malicia suplẽ la edad*. Hoc enim casu necessarium non esset supplemẽtum ætatis à Rege impetrare, si quidem ipsa illud concedit, frustra enim precibus impetratur quod est à lege prouisum. l. vnica. C. de thesauris lib. 10.

Neque prædictis obstaret, tx. in. d. §. 1. instit. de curatoribus & in. l. curatorem. ff. de administra. tutor. & in d. l. 1. & 2. ff. de min. & in. d. l. 12. tit. 16 p. 6. ibi, *y este a tal dende auer en guarda hasta que el huerfano sea de veynte y cinco años*. Quia prædicta iura fundantur in præsumptione, quod minores (regulariter) fragilis sint consilij donec prædictam perficiant ætatem: vnde si probatum esset, quod tales minores vxorati, erant doli capaces industrioſi, & admodum cauti, ac circa rem familiarem solicici, vt reddita sibi substantiæ suæ ratione, prout maiores cæteri gubernationem facerẽt, proculdubio æquum esset vt illis bona traderentur cum reliquis: præsumtio namque vincitur a vera probatione, vt voluit Aymon, cons. 6. num. 7. & cons. 35. num. 5. & 146. num. 7. ex tx. in. l. finali in fi. ff. quod metus causa & in. l. nuptura in fin. ff. de iure dotium & hæc conclusio iuuatur ex doctrina Bart. in. l. 15. cui bonis. nu. 5. ff. de verbo. obliga. vbi dicit, quod si prodigus cui bonis interdictum est ad sanos reuertatur mores, & hoc manifestum sit iudici eo ipso cessare debet in administratione curator illi datus per iudicem, & illi bona libere sunt tradenda vt liberam illorum administrationẽ habeat. Quam sentẽtiam sequitur ibi Iason, num. 16. vbi addit, quod huiusmodi prodigus potest petere à iudice vt pronunciet illum ad sanos mores reddidisse. Quinimo iuxta prædictam Bartoli doctrinam dixit Bald. consil. 128. lib. 1. quod talis prodigus siue furiosus eo ipso quod ad sanam mentem & bonos mores redit, statim suorum bonorum administrationem recuperat, ex regula cessante causa: & faciunt in proposito notata per Cauali num de vsuris, num. 299. quem omnino videas. Praxi tamen receptum video in hac Pinciana Chancellaria, vt si minor pauper, agricola, siue alius qui dietim laborat, vel traficat, petat vt sibi bona sua a curatore tradantur vt ipse illa administrare, colere, & beneficiare possit, senatores nostri prouidere soleant, vt illis tradantur præstita prius fideiussione, quod ea integra & illiuata conseruauit, donec ad vigesimum quintum peruenerit annum, & quidem hoc satis congruum & iuri consentaneum apparet, cum ex hoc, idem prorsus effectus consequatur, ac si sub curatore esset, multa

que

que minorum incommoda obientur, & forsitam hoc lege statuēdum foret, cum pecuniæ alias ad veniam consequendam huiusmodi minores plurimum expendere soleant. Neque obstant verba.d.l.prima ibi, *quamuis bene rem suam gerentibus*, quia ille text. loquitur quando curator voluisset dimittere curam ante vigesimum quintum annum, etiam nolente & reluctãte minore industrio, cum enim fauore minorum introductum sit, vt vsque ad 25.annum curatores illos tenere, & administrare debeant, vt constat ex d.l.1.ibi, *apparet minorib. 25. annis eum opem pollicevi*, cessante causa bene poterit minor suorum bonorum administrationem ec valente suscipere & iuri suo renunciare, vt in.l.siquis in conscribendo.C.de pactis. cum rebus suis superesse possit & non secus quam curator administrare valeat.

32 Vlterius in proposito sese nobis offert noua, pulchra, & subtilis dubitatio, scilicet an ad euitandam veniã & prædictarum opinionum conflictum, minor possit accipere curatorẽ cum temporis præfinitione, veluti vsque advigesimum annum, vel interim quod matrimonium non contraxerit & in proposita specie dicendum videtur, id facere posse, cũ nulla lege hoc fieri prohibeatur, illud enim permissum censetur, quod iure prohibitum non inuenitur ex vulgata regula iuris.l.1.ff.de procura. Aymon.consilio 174.num.5. Secundo pro hac sententia facit, quia indubitati iuris est, q̃ 33 inuiti adolescentes curatores non accipiunt, vt in.l.si impuberi vers. sed si puella.ff.de tutoribus & curatoribus datis ab his.§ item inuiti, instituta de curatoribus & in.l.13.tit.16.par.6 Igitur si curatorem accipere non compelluntur, multo maiori ratione illum ad tempus accipere poterunt: in 34 re enim sua quilibet est moderator & arbiter.l.in rem mandata. C.man-

35 dati, quod in tantum verum existit, vt siquis habeat liberum arbitrium disponendi de rebus suis illud etiam habeat in abutendo.l.sed si lege.ff.de petitio.hæredita. hocquipe, cum iniquũ foret liberis hominibus, non esse facultatem disponendi de rebus suis, vt 36 in.l.2,§,siquis apparente fuerit manumis. quod in tantum verum videtur. vt si iudex curatorẽ taliter prouisum & acceptum per minorem decernere recusasset, minor aduersus illũ actione iniuriarum agere posset, veluti agi posset contra illum qui alterum turbat in vsu rei suæ argum.l.iniuriarum 37 §.siquis me prohibeat, versiculo at si quis.ff.de iniurijs, priuatio nãque meræ facultatis est contra bonos mores. l.penult. & ibi communiter scribentes.ff de pactis, hoc enim est, quod iure cauetur licere vnicuique, legem rei suæ dicere quam velit, vt aduertit Aymon.cons.217.num.2.per totum, ex quibus dicendum videtur, quod si huiusmodi cura sub præcitata forma à iudice decreta esset, aduenien te præfinito tempore finiretur, ita vt ratio administrationis non secus exigi posset, quam si minor vigintiquinque annorum metam ad impleuisset, idque sentit gloss.in.l.muto.§. sub conditio 38 ne, verbo donationẽ.ff.de tutelis, quatenus dicit, quod licet tutor sub conditione dari non possit, tamen si de facto à iudice datus fuisset, proculdubio datio teneret & valeret, quia multa non possunt fieri quæ facta tenent, quod præcipue locum habet quando lex quæ prohibet aliquid fieri, nisi sub tali vel tali forma, non habet clausulam irritantem, alias autem, si clausulam irritantem habuisset, a forma recedendum non esset, cum forma det esse rei, vt notat Philosophus.capit.7 &.8.Methaphysicæ & sunmas Portifex in.c.si morum de consecra.dist.in actione.1.l Iulianus in quarum. & ad exhibend. forma namque dat esse rei

ita, vt ea deficiente corruat actus & dispositio clem. 1. de rebus eccles.

39 Præterea pro hac sententia facit, quia si licet patri, filio tutorem sub conditione vel in diem dare, vt in §. 2. inst. de Atiliano tutore, & in. l. si tutor. §. si testamento. ff. de tute. & ratio distrahendo quanto magis licebit ipsi filio maiori quatuor decim annorũ in diem etiam accipere curatorem. Facit etiã pro hac sententia tx. in l. 1. C. quãdo tutores vel curatores esse desinant, vbi curatores adiuncti tutoribus desinunt curam administrare pubertate aduenient, ergo cura pro minori tempore quam 25. annorum recte datur, & in l. potuit. C. in quibus causis tutorem habenti, tutor vel cura dari possit.

40 Rursus & alia ratio vrget, quia licet ex legis dispositione sit constitutum, vt pupillaris substitutio vsque ad quatuor decimũ annũ duret, vt in l. in pupillari. ff. de vulgari. tamen pater minori tempore poterit taxare metam pupillaris substitutionis, vt in l. si ita quis. ff. eodem titul. Gregor. in l. 10. tit. 5. part. 6. gloss. verbo, *viene a edad*, ergo multo magis in nostro casu, minor ipse posset restringere tẽpus curæ, cum ex eo nullum præiuditium alicui fiat.

41 Verum aduersus prædicta faciunt, quia tutor & curator æquiparantur. l. qui neque. ff. de reb. eorum, ita Bald. per tx. ibi in l. in bonorum. ff. de admi niist. tuto. igitur si tutor non potest dari, ad tempus vel sub conditione, vt in l. actus legitimi. ff. de reg. iur & in l. muto. ff. de tutel. ibi, *sub conditione à præsidibus prouintiarum non posse dari tutorem placet.* Idem a paritate rationis dicẽdum erit in cura. Casus enim quos annectit paritas æquitatis & idẽ titas rationis non sunt quo ad iuris dispositionem separandi, ita Bart. per tex. ibi in l. illud ff. ad legem aquil.

42 Præterea, quia administratio curatoris, ex legis dispositione vsque ad vigesimum quintum minoris annum durare debet, vt in d. §. 1. inst. de curato. & in d. l. 12. tit. 16. part. 6. Igitur cum prædicta lex partitæ per verbum (debet) loquatur, quod necessitatem importat, vt in c. oblatæ in fi. de appel. gl. in clem. attẽdentes verbo (debet) de statu monachorũ. Greg. Lup. in l. 13. titul. 16. par. 6. glo. verb. *debelo confirmar* prædictarum legum dispositio, quæ iure publico est, introducta priuatorum pactis derogari & cauilari nõ poterit: priuatorum namque pactis iuri publico non derogatur. l. pacta quæ contra. C. de pactis. l. quidam decedẽs ff de admiist. tuto. l. 33. tit. 11. par. 5.

43 Rursus quia de substantia curæ est, vt duret, vsque ad 25. annum ex iuribus supra citatis, sed pactum contra substantiam contractus est nullum. l. cum manu lata. ff. de contra. emptio. vt in. l. cum precario ff. de precario, & ibi Bart. num. 1. ergo si curator accipe etur pro minori tempore, tale pactum reijci deberet, & administratio. faciẽ da foret pro tempore a lege destinato, & ita in terminis nostris videtur sentire Abbas cons. 91. num. 9. lib 1. Gre

44 go. Lupus, in l. 13. tit. 16. part. 6. gloss. verbo, *apremiados*, quod enim ab initio est voluntarium ex post facto efficitur necessarium. l. sicut ab initio. ff. de actio. & obliga. & in. l. 10 titul. 22. part. 1.

Sed prædictis non obstantibus, prior sententia tenenda erit, scilicet, quod curator accipi ac discreni per iudicem valeat pro tempore vel in diem quo illum minor perierit, & quod non duret vltra administratio, sed statim præfinito tempore lapso a tali curatore rationes exigi possint, & ad illas præstandas per iudicem compelli debeat: & superius pro hac sẽtẽtia adducta corroborantur ex eo, quia omne illud censetur permissum, quod lege non reperitur prohibitum. cap. inter

corpora

corporalia de transla.episco,Anchar. consi.243.num.2.Aymon. consi. 203. num. 23. vbi dicit,quod vbi non agitur de vitio,siue delicto, omnia censetur permissa,quæ specialiter prohibita non reperiuntur, ergo cum talis nominatio curatoris, nec prohibita reperiatur,nec aliquã speciem delicti ad mixtam habeat,proculdubio talis curator,ad tempus,in diem vel sub cõditione & peti & decerni poterit, & contractus circa hoc gestus valebit.

Neque prædictis obstãt fundamenta pro aduersa sententia adducta. Et in primis non obstat primum fundamentum,quod cum tutor & curator æquiparentur,& tutor ad diem decerni non possit,nec per consequens curator,quia respondetur, quod licet tutor & curator æquiparentur in iure tamen hoc debet intelligi in concernentibus administrationem, non vero in alijs,vt aduertit Bald.in.l.qui neque.ff.de rebus eorum. Quod confirmatur, quia isti tutores & curatores in multis dissimilantur,& nouem casus in quibus differunt congessit glo. in.l.ventri.verbo regula.ff. de tuto.& curato. datis ab his, quem sequitur Baeça de decima.c.3.num.24.Neque obstat secunda obiectio ex text.in.d. l.actus legitimi, quo cauetur, quod tutor dari non potest in diem, vel sub conditione,& per consequens, neque poterit eo modo accipi nec dari curator , quia tx.in.d.l.actus legitimi, quantum ad prædicta, iura partitarũ est,hodie correctus.ex tex.in.l.fin.tit. 16.par.6.ibi. *E aun dezimos que si alguno fuesse dado por guardador a tiempo cierto o so condicion que se acaba la tal guarda,cumpliendose el tiempo, o faltando la condicion*.Ecce igitur qualiter nec tutoris datio ad tempus iure regio prohibetur.

Neque etiam obstat,text.in.d.§.1. instit.de curato.& in.d.l.12.d.tit.16. par.6.ibi,*deuele tener en guarda hasta los veynte y cinco años*, quia illud debet intelligi,quando curator fuit simpliciter acceptus,secus vero si ad diẽ vel sub conditione, & in hoc casu loquitur Abbas.d.consi.91.num.9. Gregorius,in.d.l.13. Rursus responderi poterit,quod illum verbum debet de quo in.d.l.12.par.non semper in iure, importat necessitatem. Sed tunc demum.quando ei additur verbum, omnino,vel præcise,alias autem quando simpliciter profertur vel in dispositione ponitur, solum honestatem quandam inducit, gloss.fin.verbo.omnino in.c.1.de sponsatione impube. gloss. etiam in clementina attendentes verbo(debent)de statu monachor.Iason. in.l.1.numer.10.ff.de iustitia & iure, vel si velis respondere secundum opinionem Didaci Perez in quæstione præcedenti. Vbi tenet quod de iure Regio per matrimoniũ cura finitur,dicere poteris , q̃ illud verbum *deueles tener*,de quo in.d.l. par. debeat referri ad curatorem, quia si minor velit vsque ad vigesimum quintum annum sub illius cura esse,curator nõ poterit compellere minorem,vt alterum curatorem accipiat,vel vt à se rationes recipiat, licet si vellet minor statim contracto matrimonio recipere posset,ex tx.in.d.l.6.tit.17.part.7.& hæc sententia & iure verior.& humanior videtur.

Sed modo dubitatur,si duo fratres habeant,vnus, tutorem,alter, curatorem,& qui curatorem habet, efficiatur maior viginti quinque annorum, an poterit petere tutelam fratris,qui est sub alterius tutela,& à tutore fratris rationem exigere.In qua difficultate breuiter est distinguendum, nã aut tutor datus fuit fratri minori in testamento patris,vel aui,aut fuit datus à iudice. Primo casu dicendum erit fratrem maiorem effectum , non posse petere tutelam nec ei discernẽdam

dam fore, quia tutor teſtamentarius non ceſſat in adminiſtratione, quantumcumque legitimo tutelam petendo, ſecus tamen ſi tutor à iudice datus fuiſſet. Pro qua ſententia eſt tex. apertus in l. ſi tutor. §. ſi duobus impuberibus ff. de tute. & ratio. diſtra. ibi. *Si duobus impuberibus fratribus tutor datus ſit, & alter eorum in legitimam tutelã fratris ſui perfecte ætatis conſtituti renuerit eum qui datus ſit tutorem eſſe deſiſſe Neratius ait, quia igitur deſinit eſſe tutor tutelæ actio erit, etiam ex perſona impuberis, quamuis ſi teſtamento datus fuiſſet, non deſineret eſſe tutor, eius qui adhuc erat impubes: quia ſemper legitima tutela teſtamentariæ cedit.* Et ita reſoluerint plures relati a Boecio de decima tuto. c. 5. num. 15.

Contingit etiam quod minor curatorem habens, per varias mundi partes diuagando diſcurrit, ita vt longo
47 iam tempore elapſo, de eius vita ignoretur. Dubitatur modo, an ſtante longa abſentia cum publica mortis fama, mors illius ſit ſufficienter probata, ad hoc vt hæredes ab inteſtato, vel ex teſtamento ante abſentiam facto, poſſint rationem adminiſtrationis vel curæ, à tali curatore exigere, & certe huius dubitationis veritas, ex illa pendet quæſtione, an quemadmodum per veram minoris mortem tutela vel cura finitur, vt in. §. ſimilique modo inſti. quibus mod. tute. finit. & in l. fi. tit. 16. par. 6, eodem modo per mortem præſumptam ex longa abſentia, cum fama mortis coniuncta finiatur. Et in hac difficultate Odofredus Guido de Suca & Alberi. in Authent. hodie. C. de repud. in ea ſunt ſententia, vt ex illis duobus ſimul coniunctis, mors abſentis recte probari valeat. Quorũ opinionem pariter iure canonizauit. tex. in. l. 14. ti. 14. par. 3. ibi *E dezimos que ſi aquel de cuia muerte dudã, dizẽ que en eſtraña è luenga tierra es muerto, è gran tiempo es paſſado, aſsi como diez años, que abonda que prueuen, que eſto es fama entre los de aquel lugar, è que publicamente dizen que es muerto.*

48 Vbi Greg. verbo, *abonda que prueuen*, dicit quod ſi neſcitur de vita alicuius iam diu abſentis, etiã ſi eius mors nõ probetur per famam, ſed ex diuturna abſentia dumtaxat de conſuetudine dantur bona propinquioribus cum fideiuſsione, & talis propinquiores
49 debent illa accipere tanquam curatores bonorũ. Quinimo in propoſito dicit Bald. conſ. 90. num. 2. volumine. 2. Quod ſi aliquis eſt abſens per tempus viginti annorum, ita quod de eo neſcitur præſumitur mortuus, & ſic bona talis abſentis debent diuidi inter venientes ab inteſtato præſtita cautione, quod illa reſtituent, illo abſente redeunte. Et hanc ſententiam tenet Aymon conſ. 127. num. fin quod ego verũ intelligerem, dummodo tales venientes ab inteſtato in ſolidum obligarentur a l adminiſtrationẽ & reſtitutionem dictorum bonorum quandocumque dominum venire contigiſſet, ex tex. in. l. tres tutores. ff. de adminiſtra tuto alias enim ſi diuiſio bonorum à iudice fieret, talis abſens grauaretur onere exigendi à quolibet eorum partem ſuam, quod ſatis iniquũ eſſet. Et ideo iudicem moneo, vt ſit cautus in adiudicando talia bona propinquioribus ſub dicta cautione, ne aliquo eorum exiſtente non ſoluẽdo ipſe de ſuo ſoluat, vt in. l. Lutius. § ſi mpronij ff. de adminiſt tuto. Quinimo & in propoſito dixit Bart. in tractatu. de teſtibus, num 37, quod ſiquis ſit bagabundus ex alia cauſa quam timore ſuorum inimicorum, & elapſum ſit quinquennium. quo ignoretur an viuat nec ne, ex eo ſatis mortuum eſſe probetur, & eum ſequitur Socinus, conſ. 26. nume. 5. lib. 2. & plures alios modos probandi mortem cõgerit Maranta, in. l. 15. patet ex numero. 156.

vſque

vsque ad.num.179.ff.de acquir.hæredi Mascard.conclus.174.cum tribus sequen.

Nota

Quod autem,vbi absens curatorẽ, administratorem,vel procuratorem, reliquit,bona non possint dari per iudicem venientibus ab intestato, etiã præstita fideiussione,nisi in casu quo vere mortem probauerint,tenent Soci.cons.26.libr.2. Menoch. libr.2.de arbitra.casu.150.nume.16.vbi dicit, quod ad hoc vt curator siue administrator detur bonis bagabundi(longo tempore)absentis,oportet vt ipse abesse & bagare ceperit,nullo relicto curatore, vel administratore, vel etiã procuratore ad omnia eius negotia, tam iudicialia,quam etiam extraiudicialia. Nam vbi procuratorem siue administratorem reliquisset, frustra de curatore bonis ipsius dando agere tur,quia prædictus procurator efficit, vt succedentes ab intestato reijciantur,& siquid ex bonis absentis consequi velint,eius mortem realem & veram probare debeant. Quam sententiam tenet etiam Caualcanus in tracta.de tuto.num.331.

Pro concordia tamen supra dictorum dicendum erit,quod prima opinio procedat,quando minor se absentauit nullo relicto tutore, curatore, procuratore,vel administratore,quia tali casu,bona deberent dari propinquioribus,vt voluit Greg.vbi sup. Secũda vero procedit,quando aliquem reliquit qui ea bona administrasset,per iniquum enim esset bonis absentis, procuratorem & administratorem habentis alium curatorem vel administratorem dari,contra voluntatem siue propter opinionem ipsius qui illũ constituit. Siquidem hominibus ex eo libera suorum bonorum administratio toleretur,contra tex. in.l.2.in fi.ff.siquis à paren. fuerit manumi.ibi. *Quia iniquum est, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suorum alienationem.* Et ita erit intelligenda sentẽtia Soci.& Menochij, vbi supra ideoque in hoc secundo casu necessarium esset probare mortem veram taiis absentis aliasratio bonorum,à tali administratore ab ipso domino relicto & nominato,exigi non deberet, nec administratio venientibus ab intestato esset discernenda.

Crederem tamen, quod si talis absens curatorem bonorum nõ reliquisset, aduenientevigesimo quinto suæ ætatis anno etiam si nondum decem anni absentiælapsi essent,statim ratio ab illo curatore exigi posset, & bona essent tradenda proximioribus in administratione cũ fideiussoribus, prout voluit Greg.in.d.l.14.& in terminis Boerius,decis.88.num.1.quiacum eo casu cura de iure sit finita, vt in.§. 1.institu. de cura.& in.l.12.titu.16. par.6.quibus pertinet hærediras, pertinet etiam bonorum administratio. vt in auth.sicut hæreditas C.de legiti.tutela.Decius cons.575. numer.4.

Sed in proposito regulariter dubitatur, an si propinquior ipsius absentis sit fœmina,vel minor sub potestate tutoris vel curatoris constitutus, an isti fœminæ,vel isti minori,vel saltim eius tutori vel curatori,sit præstãda talium bonorum absentis administratio, an vero propinquis masculis & maioribus(etiam remotioribus)sit discernenda. Et videtur dicendum,q̃ similis administratio non sit tali fœminæ discernenda:quia fœminæ vel minores nonfunt capaces huius administrationis , vt respondit Alexand. cons.221.num.7 lib.6.nu.6. Decius optime.575.nume.4.ex.l.cum bonis ibi, *vel propter sexus vel ætatis infirmitatem.*ff.de cura.furio.neque etiã eius administrationis minor est capax, ex gloss.in.l.2.in principio verbo curatorem.ff de curatore bonisdan.Alex. & Decius in consilijs proximerelatis quos refert & sequitur Menoch. de arbitra.

arbitra.lib.2.caſu,150 numer.21. & 23. niſi talis fœmina eſſet mater vel auia,his enim talis adminiſtratio nõ inter dicitur,iuxta tex.in authentica matri & auiæ.C.quando mulier offic. tute. fungi.poſ.vbi gloſſ.verbo, tutelam extendit diſpoſitionem illius tx. etiam ad curã, Bal.conſ.90.lib. 2.Baça de decima.c.4 num. 73.quare Alexan.in.d,conſ.221.num.7.reſpondit, quod ſi penes matrem bona filij extarent, non poſſent per agnatos reuocari,etiam ſi ſint in eodem gradu, quo eſt mater.His accedit Boerijſententia.in.d.deciſ 88.num.1.quatenus tenet ſubſtitutum abſentis, matrẽ impedire non poſſe,cum adhuc de illius abſentis morte non conſtet: & ita tenendum cenſet Menoch.vbi ſupra.numero.22.

52

Ego tamen hac in re ſæpiſsime vidi auditores huius chancellariæ iudicantes ſtante fama de morte,cum viginti annorum abſentia, & alijs concurrẽtibus præſumptionibus, & adminiculis, q̃ bona dẽtur indiſtincte proximioribus ab inteſtato,ſiue maſculis,ſiue fœminis,ſiue maioribus, ſiue minoribus, etiam in poteſtate ſuorũ tutorum vel curatorum exiſtentibus, vel etiam dentur bona ſcripto hæredi ſub dicta fideiuſsione,vbi teſtamento condito, & hærede inſtituto, vagare cepit,ex hisque ex Bald.& Aymone retulimus,& tenet Caualcanus de tutore.d.numero.334. & ita interpretandam reputo ſententiam Gregorij.in.d.l.14.titul.14.part.3.verbo, *almas propinquo pariente*, & idem exiſtimarem faciendum fore,vbi mortis fama non eſſet probata, ſtante tamen longa abſentia,vt tenet Gregor. vbi ſupra.

Neque obſtat ſententia gloſſæ in d.l.2.quia ſine lege loquitur,quinimo & ſine ratione, quipe cum æquitati magis & rationi conueniat,vt ſucceſſores ab inteſtato talia abſentis bona perſe vel per ſuos curatores colant, & adminiſtrent. & ſic euitetur circuitus abſente mortuo apparente. Neque minus oberit text.in l.fi.C.de legi.tutori. ab Accurſio pro dicta opinione adductus,quia ille loquitur in tutela, quæ & perſonæ,&rebus ſimul datur,& non eſt æquum vt minor hoc onere grauetur, ſcilicet, vt cum ſuis rebus ſupereſe non valeat,alienarum rerum adminiſtrationi ſe ingerat, vt ſentit tx.& gloſſ.ibi.

53

Ex quibus infero, quod ſi poſſeſſor maioratus per tempus viginti annorũ vagauerit,ita vt de ipſius vita ignoretur,&de eius morte ſit fama,immediatus ſucceſſor mittendus ſit in poſſeſſionem bonorum maioratus, ſub prædicta fideiuſsione, & fructus interim perceptiuenientibus ab inteſtato ſint adiudicandi, itidẽ ſub prædicta fideiuſsione & in beneficiato vagabũdo. Hanc ſententiam tenẽt Rebuffus tit. de collatoribus,fol.612.verſicul.ſitamen tandiu, & ita faciendũ erit,quotienſcumque Epiſcopus contuleritbeneficiũ abſentis,qui ignoratur,viuus ſit,an mortuus,ex gloſſ.in.c.non oportet,el.1.de conſecra.diſt.5. Corſetus ſingulari incipienti,vagabundus, & ita habebit effectum, quod dicit idẽ Rebuff.in praxi.tit. de reprobata beneficij viuen.impetra.num.21.vbi dicit,quod excuſatur epiſcopus ſi contuleritbeneficium abſentis,qui longa fuit abſentia detentus,ſi ignoraret,viuus eſſet an mortuus, forte enim non excuſaretur,niſi prouiſionem ſub prædicta fideiuſsione faceret de reſtituẽ dis fructibus quandocumque beneficiatus veniſſet, quod maxime verum intelligo vbi ageretur de prouidẽdo ſimplici beneficio, licet enim mors præſumptionibus probetur, vt retuli ſup.n.52.adhuc cũ vere de morte non probatur, bona prædicta fideiuſſione interueniente præſtari debent.

54

Neque obeſt ſupradictis, quod per centum annos quis viuere præſumitur vt in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ quæ ab hoc per vulgares allegatur, quia adhuc ſi ex aduerſo per liquidas iuris præſumptiones de morte conſtaret, ſufficeret ad hoc, vt vocatis ad meiora tum, vel præſentatis ad beneficium iam diu vagantis, poſſeſsio præſtari
55 poſſet: vbi enim lex probationem liquidam requirit, præſumptiones etiã ſufficiunt, gloſſ. fin. in fin. in l. ſi tutor. petitus. C. de periculo. tutor. Decius eam non allegans. conſ. 54. nume. 3. l. diuortio. §. ſi fundus, verbo, palam, ff. ſoluto matrim. vbi illud palam conſta
56 re dicit, quod ex coniecturis compre henditur. Et hanc ſententiam tenet Molina de Hiſpanor. primoge. cap. 4. lib. 3. num 40. quod maxime procedit in his quæ ſunt difficillimæ probationes, vt tenet Aymon. conſ. 73 numer. 19. Quinimo præſumptiones legales dicuntur liquidiſsimæ probationes. l. ſiquis locupletes. ff. de manum teſta. Maſcard. concluſ. 212. num. 2. Petrus Surdus, conſ 1. num. 42. & conſ. 132. num 7.

Vlterius dubitatur, quo tempore ſocius, a ſocio adminiſtrante, rationem exigere poſsit & multis ex cauſis hanc adminiſtrationis rationem a ſocio exigi poſſe, probatur ex. l. ſi conuenerit in prin ff. pro ſocio. §. ſoluitur inſtit. de ſocie. l. 10. titul. 20. part. 5. & quia huic in noſtro inſtituto conuenit videre caſus, ex quibus ſimilis ratio exigi valet, eos ſigillatim dinu-
57 merabo. Primus igitur caſus erit ſi vnus ex ſocijs naturaliter, vel etiam ciuiliter mortuus fuerit, quia eo caſu non ſolum quo ad mortuum ſocietas finitur, verum quo ad omnes alios ſocios, finita erit, & ab eis rationes exigi poterunt, niſi aliter in ſocietatis initio actum fuerit. l. Actione. § ſoluitur inſti. eod. tit. Matiençø, in l. 2. tit. 9 gloſſ. 1. n. 17. lib. 5. recopila. & Greg.
58 in. d. l. 10. partitæ. verbo. *por la muerte*, dicit, quod ſi inter ſocios ſit conuentum, quod capitale ſocietatis repeti non poſsit, intra triennium intelligitur, niſi interim aliquis ex ſocijs mortuus fuerit & ita conſuluit Alexand. conſ. 34. volum. 2. Anchar. conſ 394.
59 Et ratio huius concluſionis eſt, quia ſocietas ſui natura non tranſit ad hæredes, etiã ſi id a principio agatur, vt in l. verum. §. in hæredem & in l. adeo. ff. pro ſocio, & in l. furti. § fi. ff. de his qui notant. infamia. Quibus conſonat. l. 1. tit. 10. p. 5. & ita tenet Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 48 nu. 1. Matiençø in l. 2. tit. 9. lib. 5. recopil. gloſſ. 1. num. 15. Pro qua ſententia
60 facit, quia nemo inuitus compellitur eſſe in communione, cum ex ea diſcordiæ excitari ſoleant. vt in. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de legat. 2. Rurſus, & hoc in hærede illius, qui ſocietatem contraxit, maxime hoc locum habet, quia eſt perſona incerta tempore contractæ ſocietatis, & cum in certa perſona, ſocietas contrahi non poteſt, vt in. d. l. adeo. Quod in tãtum verum eſſe dicit Grego. Lupus, in. d. l. 1. gloſſ. verbo. *herederos*, vt hoc verum eſſe, & procedere profiteatur, etiam ſi ad certum hæredem contrahentes ſe referrent cum ex hæredis aſsignatione, libera teſtãti voluntas toleretur, quod eſt contra bonos mores, vt in. l. cum duobus. §. idem reſpondi. ff. pro ſocio, Gregorius. in. dict. l. 10. partitæ gloſ. verbo, porla muerte, idque tenet Molina de iuſt. diſputa 414. Supra dicta tamen ſententia ſequentibus modis limitatur. Primo vbi poſt mortem ſocij defuncti eius hæredes cum alijs ſocijs ſuper exiſtẽtibus cõtinuarent ſocietatem, quia eo caſu, defuncti ſocietas inter eos prorrogata, vel renouata videtur, vt tradit Bald. in. l. mandatum. numero. 3. C. mandati. Vbi dicit, quod ſocietas quæ eſt,
61 cum patre, morte finitur, niſi eiſdem

iſtori-

iſtoribus filius hæres cum ſocijs patris vteretur: quia hoc caſu nec etiam cum hærede pupillo ſocietas reuocata videtur, vt eleganter tradit Gutierrez. d. capit. 28. numero. 2. Neque his obſtat quod tutor authorari non poteſt contractibus pupilli niſi loquatur, vt in. l. vbi non voce. ff. de regu. iur. & in. l. 1. infi. ff. de authori. tuto. quia illud habet locum in actionibus expreſsis, ſecus autem in tacitis, vt reſoluit Guillermus Mainerius in. d. l. vbi non voce. num. 4.

62 Secundo etiam cenſetur renouata ſocietas ex eo quod poſt tempus ſocietati præfinitum, quis per longum tempus ſuum capitale non deduxerit vt tenet Alexand. conſ. 132. numero. 2. volumine. 5. Petrus de Vuald. in tracta. de duobus fratri. 3. parte principali. numer. 6 vbi hoc verum intelligit, quando pater defunctus negociabatur cum pecunia, ſecus vero ſi tantum ponebat operam, ex qua percipiebat emolumentum, quia tunc circa perficienda iam incepta, continuatur ſocietas, ſecus vero, ſi de nouo incipit, quia alia eſt opera patris, alia opera filij. l. ſi non ſortem. §. libertus ff. de cõdictione indebi. & hanc ſententiam refert & ſequitur Pala. Rubeus in repetitione rubric. de donationibus. §. 61. num. 1. &. §. 62. num. 28. Matienço in. l. 2. tit. 9. lib. 5. recopil. gloſſ. 12. nu. 16. Gutierrez vbi ſupra, nu. 2. in fine.

Tertio ſocietas præſumitur renouata & proſecuta, ex titulo ſiue præ-
63 fatione librationum, vt voluit Bar. in. l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de adminiſtra. tuto. quem refert & ſequitur Straca in tractatu de mercatura. 2. parte. numero. 54. facit deciſio Genuen. 31. numero. 8 Gutierrez vbi ſupra. num. 3. vbi idem eſſe inter coniuges infert, dicens, quod altero eorum mortuo, videatur contracta ſocietas per ſuperſtitem & hæredem defuncti, interim quod bona non fuerint inter eos diuiſa, & ita damna & lucra interim ſuperuenientia ſint vtrique communia. Et ratio illa eſt, quia coniux in
46 viduitate permanens, dum ad ſecundas non conuolat nuptias, cenſetur eſſe ſub præcedenti matrimonio, ex text. in. l. vltima. C. de bonis matern. ibi: *ſiue in priori matrimonio pater ex quo filios habuit permanere voluerit, ſiue nouercam filijs ſuper induxerit.* Et hanc ſententiam ibi tenent Cinus Bar. Alberi. & Aretinus, Pinelus ibi, numero. 4 Tiraquel. de nobilitate. c. 18. numero 9. Matienço plures alios pro hac ſententia adducens in. l. 2. tit. 9. lib. 5. recopil. gloſſ. 1. num. 9. Palac. Rub. Gregorius & alii, quos etiam refert Gutierrez. d. cap. 48 num. 4. ex pa
65 cientia (enim) & perſeuerantia vtriuſque partis præſumitur inter eos continuata ſocietas, argumen. text. in. l. quæritur. §. quis impleto. ff. locati. l. legem. C. eod. l. in rebus. §. vltimo ff. de precario. l. 20. titulo. 8. part. 5. late per Ioan. Garcia de coniugali aqueſtu. n. 55. &. 169.

66 Quarto limita, niſi ſocietas proſe & hæredibus ſuis contracta fuiſſet iureiurando confirmata, non enim eo caſu per mortem alterius ex ſocijs diſſolueretur ſocietas, nec ratio peti poſſet ante tempus præfinitum & ſocietati deſtinatum. Quia iuramẽto hinc inde appoſitum facit tenere ſocietatẽ in perſonas hæredum, vt expreſſe reſoluit Faber in. §. ſoluitur. n. 3. inſti. de ſocietate. Greg. in. d. l. 10. glo. verbo, *por la muerte*, & hanc ſententiam dicit notandam & menti tenendam Gutierr. vbi ſupra. num. 5. &. 6.

Quinto limita niſi ſocietas contra
67 cta fuiſſet inter plures gabellarios qui vectigalia regia vel reipublicæ cõduxerãt. Eo enim caſu, ſocietas (vno ex ſocijs mortuo) ꝓtinꝰ in hæredes ſuos cõtinuatur, donec locatio fuerit finita, vt in. l. adeo & in. l. verũ. §. in hæredẽ ff. pro ſocio. & in. l. 1. tit. 10. part. 5. ibi

Fueras ende si la compañia fuesse hecha sobre arrendamiento de algunas cosas del rey o del comun de algũ concejo. An autem etiam ad secundos (hoc est hæredes, hæredum conductorum) societas horum vectigalium transeat, tangit Gutierrez & accurate suo more resoluit. dict. cap. 48. numero. 7. cum sequentib.

68 Præterea multis etiam ex causis socius a socio ante præfinitum tempus societati rationem exigere poterit. Primo si socius esset prodigus & male morigeratus, vt in. l. si conuenerit, & ibi tenent communiter scribentes. ff. pro socio, & in. l. 41 tit. 10. part. 5. vbi cauetur quod si socius sit in legatione Regia, vel communis alicuius ciuitatis, vel villæ, vel si ad aliquod regium vel ciuitatis officium fuerit electus: vel si pacta in societate contenta non seruauerit: vel si non possit vti recommuni (prout erat inter socios conuentum) protinus societas dissoluitur.

Itidem & finitur administratoris officium, eo ipso quod quis est decoctus, vt resoluit decisio de Franquis. 55 numer. 2. & 3. & ideo statim ratio administrationis (etiam ad multum tempus constitutæ) exigi potest, quinimo sufficit quod verisimilis, vehemés ve præsumptio sit, quod administrator in locis non tutis merces domini vel etiam societatis habet reconditas, veluti iuxta flumen, quod sic passim terram inundat, vt impleat omnẽ vicinum locum, quia licet verum sit quod casum, aduersam ve fortunam expectare non sit ciuile, vt in. l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verborum

69 obligation, tamen vbi præsens rei status in futurum indicat damnum, inspici ac considerari debet, quod accidere solet, ita Barto. in. d. §. sacram. & in. l. si idem cum eodem. § fi. ff de iurisd. omn. iudi. & in marito de cuius inopia timetur, ita tenet gloss. in. l. 2. verbo suspectum. ff. soluto matrimonio, vbi Bart. num. 9. Alexand. numero. 20. & idem Alexand. in. l. sciendum in principio. ff. qui satisdare cogan. Quod tamen verum intelligo nisi talis administrator domino fideiussoribus præstitis cauisset, tunc enim, ex quo dominus est assecuratus, minime ante præfinitum tempus rationem exigere posset. Sed dubium erit in proposito, an quemadmodum socius a socio qui solus administrauit rationem exigit, vt supra proxime retulimus eodem etiã modo testamentarius a suo contestamentario rationem exigere valeat, & dicendũ videtur, quod si socius videat socium bona administrationis dilapidare, vel in periculo illa aliquã doponere, statim ab ipso rationem exigere possit, & quod hoc casu tutor à contutore, rationem exigere possit (durãte etiam tutela) videtur probari manifeste ex tx in. l si plures. §. 1. ff. de admi. tut. Vbi tutor qui non administrat, ante finitã tutelã à cõtutore potest eã exigere: & hanc sententiã etiã in executoribus testamenti veram esse testatur Ioãnes Andrea in additionibus ad speculatorem. §. nunc vero aliqua, vers. sed in simpliciter, ex tx. in l cum curatore. ff. de administ. tuto.

Aduersus autẽ prædictã sentẽtiã fa 71 cit tx. in. l. actus. ff. eo. vbi durãte administratione non tenetur quis reddere rationem collegæ, sed sufficit quod illum ad administrandum admittat, & in. l. aduersus. C. eo, & ibi Salicetus, num. 1. In hac tamen difficultate glo. in. d l. aduersus, plures cũmulat solutiones: verum tamen Accursius in. d. l. si plures. verbo exigere, huius difficultatis veram & genuinam rationẽ attingit, & ita prædicta iura intelligenda reputat, scilicet, quod tx. in. d. l. si plures loquatur, de ratione extraiudiciali, quam nos vulgo, *Relacion de quentas*, appellamus, text. vero in. dict. l. actus, & in dict. l. aduersus

loquantur

loquantur de ratione iudiciali & finali. Et hanc eſſe gloſſæ interpretationem amplectitur poſt Iacobum de Rabena, Ioannes Andreas in loco ſupe- 75
i. us citato, quem ſequitur Bertachinus in tractatu de Epiſcopo. 6. parte num. 64, vbi dicit, quod executores teſtamentorum debent ſibi inuicem actus communicare, quos faciunt, alias, qui non facit, vel qui non communicat ſocio adminiſtrationem, poteſt vt ſuſpectus deferri, & hæc accuſatio eſt publica & cuilibet de populo competit, fauore piæ cauſæ, videlicet quando executor vnus non admitteret ſocium ad exequendũ piam cauſam, & maxime ſi ipſe non fideliter exequeretur, idem que eſſe fatetur quo ad alia relicta non pia, ratione piorum. Et quod tutor honorarius rationem à tutore gerente du-
72 rante tutela exigere poſsit, probat expreſſe text. in. d. l. ſi plures. Ex quibus notabilem elicio cõcluſionẽ, ſcilicet, quod contutor durante tutela, executor à collega, durante executione teſtamenti, ſocius a conſocio durante ſocietate, ex cauſa relationem rationum extraiudicialem exigere poſsint, vt videre & colligere poſsint an in eo quod adminiſtrant ſint fideles & recti, prout adminiſtratores eſſe debent, vt tenet Grego. in l. 26. tit. 12
73 part. 5. ibi, *quenta verdadera*. Et hæc ſententia ſumma nititur æquitate, ſiquidem collega de male adminiſtratis per conſocium rationem reddere tenetur, vt in. d. l. ſi plures. §. 1. ibi, *conſtat enim hos quoque excuſsis prius facultatibus eius qui geſsit conuenire oportere*. Et ita explicauit Bart. in l. 1. §. vſque adeo. ff. de tute. & ratio diſtra. & hanc relationem non ſolum poterunt petere ſupra dicti, verum etiam & tu-
74 tor datus cauſa notitiæ tantum cum etiam illi interſit, ne in ſubſidum pro mala adminiſtratione, veri tutoris conuenitur, vt in. l. quæro. §. idem Paulus. ff. de teſtamen. tutela vbi cauetur, quod tutor datus cauſa notitiæ in omnibus adminiſtra-
75 tionem tutelæ concernentibus, tenetur ſicut quilibet alius tutor.

Ex quibus autem indicijs & coniecturis aliquem male adminiſtrare col-
76 ligi poſsit, videre nunc libet: & in primis verſuram adminiſtratorem facturum præſumi poteſt, qui dilata ſolutione ad diem, merces emit, eaſque vilioti pretio præſente pecunia reuendit (quod nos vulgo dicimus, *hazer moutras*) hunc enim male vti ſubſtantia ſua, non eſt colligendum, qui nimo breui tempore ad inopiam perventurum facile perpenditur, vt voluit Iaſ. in. l. ſi conſtante numero. 138. ff. ſoluto matrimoni. Straca in tractatu de mercatura. 2. p. numero. 28. vbi dicit ſimile damnum per argumentum a ſolitis timeri poſſe: ſiquidem & in iure validiſsimum eſt, argumento tex. in. l. quod ſi nolit. §. quia ſi dua ff. de ædili ædicto. & in. l. certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi cert. petat. l. fidei commiſsi poſt principium. ff. de vſur. Decius, conſilio. 595. num. 31.

77 Secundo itidem ſuſpicio facturæ erit contra illum adminiſtratorem qui cum ære alieno grauatus eſſet, ſarcinulas componere cepit, vt in. l. ab hoſtibus. §. final. ff. ex quibus cauſis maio. Ex cuius fundamento Cicero dixit, *maxime de ſtatu illius dubitatum arbitror, qui ære alieno grauatus iam ſarcinulas componere cepit*. Idemque erit ſi alia receſſus indicia apparuerint, de quibus per gloſſ. in l. quæ ſitum iuncto tex. ibi. ff. de pigno. quã ſequitur Paulus in. l. ſi longius §. ſi. filius numero. 3. & 4. ff. de iudi. & eſt text. in. l. 17. tit. 13. part. 5. in prædictis enim & ſimilibus caſibus coniectura proprius accedit, mercatores & factores & alios adminiſtratores qui hoc faciunt, cicius rationes conturbaturos, vt voluit Straca vbi

ſupra,num. 31.vbi dicit quod bonus iudex varie in prædictis omnibus cõſtituet,dolus an fraus præſumi poſsit vt in l.infundo.ff.de rei vendi. &.in.l. fin.ff.de actio.& obliga.habẽda enim erit ratio temporum, locorum, periculorum,ſuſpitionum ſummarum,& qualitatum perſonarum, iuxta gloſſ. in.l.in omnibus.ff de iudi. quod totũ arbitrio ipſius relinquitur, vt tradit Menoch.de arbitra, libr.2. quæſt.87. per totam, quem omnino videas in propoſito.

78 Vltra ea tamen quæ ibi cũmulauit Menoch.dubium erit an ſi adminiſtrator durante adminiſtratione pro aliquo fideiubeat, ſtatim compelli poſsit,vt adminiſtrationis rationem (ante tempus adminiſtrationi præfinitum)domino reddat,& dicendum videtur in propoſito,quod ſtatim & an-
79 te tempus ab eo rationem exigere liceat,quia contractus fideiuſsionis eſt nimis oneroſus & damnificatiuus, vt voluit Angelus in.l.in perſonam. §.1. ff.de pactis,vbi dicit, quod ſi maritus
80 conſtante matrimonio fideiuſsionibus ſe implicauerit,ſtatim ab eo mulier dotem repetere poterit, quemadmodum ſi iam ad inopiam peruenisſet,& eum ibi ſequitur Iaſ. numero.3. Alexand.in.l.ſi conſtante,columna.7 & eos refert & ſequitur Maranta diſputatione.6.num.13. Baeça de decima.tuto.c.2.nume.82.vbi dicit quod ille qui pro multis fideiubet, videtur male agere negotia ſua & vxor poteſt petere vt dos ponatur in loco tuto,& & idem tenet Pala. Rub.in.c. per veſtras,§.18.num.9.Barboſa,in l. 1. 3.p. num.58 ff.ſolut.matrim. Petrus Surdus conſ.114.nu.15.Quorum ſententia comprobatur ſapientiæ. c. 20. ibi.*tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni. & pro extraneis aufert pignus ab eo.*& rurſus c.22.dicit, *noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis*,vbi nouæ æditio habet,ne ſis inter eos qui ſtipulata manu fideiubent,&pro debito obſtringunt. Ac rurſus ſapiens ibidem.c.17.dixit,*ſtultus homo plaudet manibus,cum ſpoponderit pro amico ſuo.* Et in propoſito hunc actum fideiubendi plus omnibus exagerauit Conradus Pelicani,relatus à Caualino in tracta.de vſur.§.32.numer.253.vbi hunc actum fideiubendi ne dum rei familiari periculoſum eſſe dicit,ſed etiam contra rationem & conſcientiam, & etiam contra Dei præceptum eo quod fideiubens confidit in hominem carnem & ſanguinem inſtabilem, & male dicit hominem qui confidit in homine,cuius maledictionis ego (& ſi non fideiuſſerim, ſed patri meo fideiubenti ſucceſſerim) tormentoſum, & detrimentoſum experimentum feci:dum enim pro quedam ſatis ingrato amico fidem iuſsiſſet, multaſque annui redditus ſolutiones (vt fideiuſſor),p eo feciſſet,virtute ceſsionum à creditore(pro annuis redditibus)ſibi factarum, poſſeſsionem bonorũ principalis fuit conſecutus, ac paulo poſt diem vltimum clauſit,cum ergo ego dicto patri meo ſucceſsiſſem, & tanquam vniuerſalis hæres me hæreditati immiſcuiſſem, & quatuor deinde annis illam pacifice poſsideſſem,barbarus ille principalis, virtute cuiuſdam publici aſſerti inſtrumenti,mihi litem mouit,patremque meum,integram annui redditus ſortẽ, (pro principali redimendo) a ſe recepiſſe profitebatur,ac proinde omnes redditus a die receptionis decurſos mihi adſcribi poſtulabat, eiuſque bona cum redditibus me reſtituturum inſtabat, & poſtquam fui condemnatus, vt ad ratiocinãdũ cũ ipſo ſederẽ,mihi plures redditus ac fructus fuerunt onerati,& ſic in quadam magna ſumma fui reliquatus, & pro reliquorum ſolutione omnia bona in quibus dicto meo patri ſucceſſeram, mihi fuerunt

ablata

ablata: postmodum vero per appellationem (ad hanc chancellariam) causa deuoluta, Deus optimus maximus que instrumentum quo pars aduersa nitebatur, falso fabricatum fuisse (fere miraculose) detexit, ac proinde bona fuerunt mihi cum redditibus restituta, verum & si victoriam litis reportaui, plus mille quingentorum scutorum summam (in litigando) iactu ram feci. Glorifico tamen Deum, si quidem cum Zacharia dicere possum, *salutem ex inimicis nostris & de manu eorum qui oderunt nos*. Ex istis enim admodum ingentibus calamitatibus & literatiociniorum, quam cum prædicto ingrato principali peregi animum meum ad huius tractatus perfectionem appuli, ac deinde in perferu
82 tandis ratiociniorum difficultatibus summis lucubrationibus in sudaui. En igitur Candide lector, quã calamitosus & damnificatiuus sit, actus ille fidei iuuendi, de quo superius agebamus, de quo etiam Salomon Prouerbiorum. c. 6. dicit, *sponde noxa præsto est*. Crederem tamen, quod etsihic actus fidei iuuendi, sit nimis onerosus & damnificatiuus, non tamen contra conscietiam & rationem dici possit, prout Conradus asseruit, dum enim quis se vt fideiussor obligat, proculdubio opus charitatis exercet, proximi
81 necessitati subueniendo. Et nunc est, quod iurans se non fideiussurum pro aliquo de mundo, iuramentum hoc minime seruare tenetur, siquidem cõtra charitatem fuerit factum. Oldral. consilio. 90 Maranta de ordi. iudicio. 6. part. actu. 9. nume. 39. vbi hanc conclusionem verissimam reputat proximo in discrimine constituto, idque late explicat Gutiertez de iurament. confirmatorio. 1. par. cap. 72. num. 5. vbi quæstionem hanc problematice defendit, quinimo prædictas Salomonis sententias ad terrendum homines prolatas fuisse arbitror, vt quantum possent animis frequenti & in consulta fideiussione abstinerent, ne forte ex illis contingat nimis debitis illa queari, & ideo Conradus, illa præcepta moralia & politica, non debuit protinus ad obseruantiam legis diuinæ trahere, & ita eum reprehendit Canalinus vbi supra, numero. 254. forte tamen causa exagerationis illud asseruit.

82 Præterea & tutor à tutela remoueri, & ratiocinijs astringi poterit, eo q̃ vectigalia regia conduxit, vel illa conducenti, fideiussor existit, vt tradit Albericus, in. l. 1. C. ne tutor vel cura. vectig. conducat. Quam sentẽtiam sequitur vnico verbo Baeça in tractatu de decima tutoris. c. 2. num. 119.

83 Vlterius pone quod quis dedit pecuniam mercatori vel campsori, ad dimidiam lucri vel damni. Dubitatur modo, an hoc casu, quandocũque velit à tali mercatore vel campsore rationem principalis cum interesse exigere possit. In qua difficultate Bar. in. l. neminem. C. de suscepto & archiarijs, lib. 10. dixit quod ante finẽ vnius anni talis ratio minime exigi possit, & textum ipsum ad hoc ibi dicit mirabilem, & in. l. siquis. numer. 8. C. de naufragio. & eum sequitur Capela Tolosana decis. 447. Castellus, in. l. 27. Tauri, vers. quo ad quintũ, Et in vers. sed quia dixi, Ias. in. § sequens, nu. 43. instituta. de actio. vbi refert Romanũ in quodam singulari suo ita sensisse, idque tenet Corsetus, in singularibus suis verbo mercator, Petrus de Vual. in tractatu de duobus fratri, in fine duodecimæ partis, vbi text. in. d. l. neminem ad hoc singularem esse profitetur.

Contrariam tamen sententiam, tenet Bar. sibi contrarius, in. l. Lutius libro, &c. in principio. ff. pro socio, vbi tenet, talem rationem quocunque tẽpore petipossse, nisi aliter fit actũ inter partes & eius sententiam veram, cẽ.

affirmat Bald. in rubric. C. pro socio. num. 5. Iaſ. in l. 1. nume. 11 C. de errore calculi. Quorum ſententia comproba ri videtur de iure regio, ex text. in l. 11. tit. 10. part. 5. vbi cauetur ſocium à ſocietate quocumque tempore diſcedere poſſe, niſi aliter actum ſit. Pro qua ſententia facit ſententia Ruini. conſ. 54 nu. 12. verſiculo tertio principaliter. volum. 1. & Bart. in l. cũ precario. ff. de precario, vbi dicunt, quod etiam ſi in mandato ad adminiſtrandum conceſſo, dictum fuerit à domino, quod tribuit adminiſtratori facultatem adminiſtrandi continuo & perpetuo, etiam ſi adiecta ſit clauſula de nonpetendo rationem adminiſtrationis, & cum promiſsione de ſtando ſimplici dicto adminiſtratoris, adhuc (etiam ſi fratri ſit tale mandatum conſtitutum) talis facultas adminiſtrandi poteſt reuocari, & quandocumque ab eo ratio exigi poterit, eo quod nõ poſsit conſtitui procurator irreuocabilis, & eorum ſententiam ſequitur Plotus in l. ſi quando. C. vndevi. nume. 747 pag. 358. in magna impreſsione. Vbi hanc concluſionem extendit etiã ſtante iuramento, de nonreuocando, vel rationem non petendo, per text. iuncta gloſſ. in c. fi. §. finali de procura. in. 6. & Alex conſ. 18 volumine. 2. vbi dicunt quod ex pactis de non petendo rationem, & ſtando iuramento adminiſtratoris ſolum cenſetur remiſſa ſcrupuloſa rationum redditio, & culpa leuiſsima, vel etiam leuis in adminiſtratione commiſſa, non vero lata culpa vel dolus, nec reliquorum reſtitutio, & ideo ſi hoc caſu rationis librum non exhibeat de more confectum, & reliqua non reſtituat, contra eum in litem iurari poſſe, etiam ſi pena fuerit impoſita contra petentem talem rationem quia hoc caſu pæna apponi non poteſt.

In hac tamen difficultate diſtinguendum erit, an calculus cum capitali lucris & intereſſe ſimul ante annũ petatur, & hoc minime locũ habeat. vt ſentit Bart. in d. l. neminem argum. illius tex. ſecundum facti ſpeciem, de qua ibi, quod etiam ſenſit idem Bart. in l. non ſolum. §. liberationis verba, nu. 7. ff. de lib. lega. periniquum enim eſſet, vt poſtquam mercator pecunias ad traficandum recepit, & in emptionem mercium eas erogauit, ante annum & pecuniam & lucrum reddere compelleretur. Quo facto fides ipſius frangi poſſet, vel non ſine magno damno remaneret, cum forte merces congruo tempore comparatas ad lucri faciendum in congruo tempore diſtrahere compelleretur. Quod quidem ab omni humana & politica ratione ſatis eſt alienum. Aut vero calculus & ratio tantum petitur, hoc eſt, *relacion de quentas*, ſine reliquis, & hoc caſu recte ante annum ad relationem rationis agitur, neque hoc negaſſe Bar. exiſtimo, dum dixit, intra annum rationem peti poſſe, de hac enim relatione rationum ſenſit, ferendus enim erit qui rationes ad ſe pertinentes inſpicere deſideraſſet, prout in ſocijs firmat Soci. conſ. 213. col. 3. verſiculo, prima concluſio, vbi tenet quod non obſtante quod ſocietas ad longum tẽpus fuerit contracta. adhuc à ſocijs peti poterit, vt quolibet anno ratio reuideatur, quod vulgo etiam dicitur, *hazer habanzo*. Et hanc diſtinctionem probauit Straca in tracta. de mercatura. C. de contractibus mercatorum: ex qua deduci poterit interpretatio ad tex. in d. l. 1. partitæ, quatenus dicit, q̃ ſocius quandocumque velit rationem à ſocio exigere poſsit, quia hoc intelligendum erit dummodo ſi intra annum à ſocietate diſcedat relationem rationum tantum exigat, anno vero finito recte rationem cum capitali & reliquorum reſtitutione petat. Et facit pro ea tx. in l. cũ plures. §. 1. ff. de adminiſt. tuto.

84

Et

Et hæc diſtinctio optime poterit adaptari in locis vbi viget Forus de Sepulueda quo cauetur, vt quolibet anno tutores proximioribus minorũ rationem reddant: debet enim intelligi de relatione rationum, vt notat Montal. in l. 2. tit. 7. lib. 3. fori, verbo, *de les quenta*, vel etiam in omnibus alijs qui de iure quolibet anno rationem reddere tenentur, vt in. cap. quia contingit. §. vt autem præmiſſa de religio. damibus & in Concilio Tridentino ſeſsione. 22. c. 9. & in caſu l. 25. tit. 9. par. 2. & in receptoribus pænarũ Cameralium, vt in. l. 23. tit. 2. lib. 3. recopi. Vel etiam in omnibus alijs quibus commiſſa eſt adminiſtratio, cum 85
temporis præfinitione à lege vel ab homine, quia caſus quos annectit idẽ 88
citas rationis & paritas æquitatis nõ ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparãdi. §. pari ratione inſti. quibus mod. ius patriæ poteſt ſolui. l. illud. ff. ad legem Aquil.

Ab alijs autem adminiſtratoribus, qui ſine temporis præfinitione ſunt conſtituti, veluti in ſequeſtris, œconomis & ſimilibus quandocunque iudici videbitur adpetitionem partiũ, vel etiam ex officio, ratio exigi poterit, & maxime ſi cauſa propter quam fuit conſtitutus ceſſauerit, vt tenet Bald. in l. fin. ff. de bonis authori. iudi. poſi. Abb. in c. 1. num. 1. de depoſito. Franciſcus Curtius in practa. de ſequeſtris quæſt. 26. num. 81. volum. 4. Quinimo ſi iſti adminiſtratores, eo ipſo quod remotio ſequeſtri per iudicem facta fuerit illis intimata, celeriter ſequeſtrum non reſtituant, in mora eſſe dicentur, & non reddendo rationem ad intereſſe partis leſſæ tenentur argu. tex. in l. 1. & ibi tenent communiter ſcribentes. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. tenet Bald. conſ. 62. & eandem ſententiam firmauit ſenatus 86
Neapolitanus, vt refert Matthæus de Afflict. deciſ. 150. num. 3. vbi expreſſe tenet, quod ille qui tenetur reddere rationem, & reliqua reſtituere, ſi ſtatuto tempore illam non reddiderit, ſtatim eſt in mora, vel ſi tempus ab initio huic rationi non ſit conſtitutum, interpellatio facit eum moroſum. Et hanc ſententiam tenent doctores cõmuniter in l. ſi mora. ff. ſolu. matrim. & in l. mora. ff. de vſur. & in. l. quod te mihi. ff. ſi cert. peta. & eam tenet Senatus Genuenſis deciſ. Genue. 164. nu. 87
17. & loquendo in executoribus vltimarum voluntatum, hoc ipſum tenet nouiſsime Molina de iuſt. & iur. 1. p. c. ſi. quem omnino vide. Si vero tempus à lege vel ab homine fuit huic reddition rationum conſtitutum, tali caſu dies interpellat pro homine, & 88
ſi aduenient die rationem non offerat, ſtatim in mora conſtituitur, vt voluit gloſ. in d. c. quia contingit, verbo ſingulis annis, vbi tenet, quod tutor etiam non requiſitus rationem tutelæ, vel curæ reddere debet, quod ſi illã non reddiderit, vel obtulerit, ad intereſſe tenetur, vſque in diem quo tutelam reſtituit. Quæ ſententia probari videtur in l. tutor qui reportorium. §. 1. cum l ſequenti & in l. Lucius. §. quæſitum ff. de adminiſt. tuto. & per prædicta iura ita tenet Baeça de decima tuto. c. 2. numer. 94. vbi tenet, quod ſi tutor non habeat vnde ſoluat tale intereſſe, extra ordinem coherceri debet, vt in. l. ob fœnus. ff. de adminiſtr. tuto. & prædictam ſententiam tenet Grego. in l. 8. tit. 14. part. 5. glo. verbo, *ciertos*, deciſio. Genuẽ. 164. nume. 17. qualiter autem prædictum intereſſe conſiderari & computari debeat eleganter oſtendit Couarr. lib. 3. variar. c. 4 a num. 1 Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. p. c. 2. num. 4. & 5. & de hac computatione latius ſuo loco dicemus. 89

Quid autem agẽdum erit, vbi quis à lege vel ab homine fuit interpellatus, ſi pars debiti liquida, pars vero illi

quida fit, qualiter ve huic administra tori consulatur, vt cursum vsurarum euitare valeat, interim quod rationes calculantur, & reliqua restituuntur. In qua difficultate Angelus & Imola in.d.l.si mora solu.matrim.& in.l.statu liber rationem.ff.de statu liber. dicendum existimant, quod huic administratori satis consultum erit, si par 91
tem liquidam statim realiter offerat &pro residuo quod liquabitur, fideiusorem præstet, quam cautelã firmauit etiam Cæpola cautela. 27. Alexand, cons.102.volum.1.& cons.24.num.4 volumin.4.Socinus & Ias.in.l.1.ff.qui satisda.cogantur.decisio.Genue.164 num.23.Surdus,cons.248.num.5.volumine.2.Tiraquel de retractu.Lign. §.1.gloss.19.per totam,& ob id deten 76
tus in carceribus vt reddat rationem relaxabitur seruando decisionem tx. in.d.l.statu liber ex quo.dixit Bald.in addit.ad specula. vers.an excommunicatus quod detentus in carceribus pro expensis,si soluat liquidas, & pro illiquidis caueat, relaxari debet. Præ dictam tamen determinationem An geli Imol.& sequacium, ego veram intelligo,in eo qui ab initio satisdationem pro administratione peragenda non præstiterat: is enim necessitari non debet,ad hoc vt de nouo fideiussorem quærat, siquidem per primã fideiussionem satis est minori consultum.

Oblatio autem de qua supra, debet esse realis,consignando illam pecuniam liquidam coram iudice, vel sequestro publico, non enim solum illã verbaliter offerre sufficeret, nisi realiter illam consignet. vt in. l. si creditor.l.acceptam.C.de vsur.vbi Bar.Sali. & Paul. & hanc sententiam ante omnes tenuit Accursius,in.l.fi.verbo voluntatis.C.arbitri.tute.Cuma.& communiter scribentes in.l,qui Romæ.§. sua.ff.de verbo.obliga.vbi omnes concordi.iudicio in hoc consentiunt, scilicet, quod oblatio realis sola, ad impediendum cursum vsurarum quæ ce perunt currere,non sufficiat. Pro quorum sententia ex tx.in.l.tutor pro pupillo.§.1.ff.de administr.tuto.ibi, *non sufficit obtuliſſe, niſi & poſuerit deſignatam tuto.in loco*. Vbi hoc tenet Accursius glo.verbo notat Negusam, de pigno.3.par.membro.305.partis& ratio est,quia vbi agitur de resolutione contractus,non sufficit oblatio realis sola sed requiritur realis pecuniæ cõsignatio.& depositio, vt in.l.fi ate & ibi Pau.C.de pact.inter empto. Bald. in,l.acceptam vbi late de materia disputauit Boerius,decisio.124.num.25 & in proposito dixit Alexandr. in.d.l. qui Romæ in principio,quod oblatio crediti verbaliter facta, non liberat debitorem ab interesse, quãdo creditor non respondit se nolle recipere, & eius sententiam sequitur Rota Genuensis decisione.24.num.12.& nouẽ qualitates quæ in hac depositione necessario ad liberandum debitorem debent interuenire. Cummulauit Menoch.de arbitra.libr.2.casu. 232. per totum.

In prædicta tamen difficultate,veritatis scopum melius omnibus tetigit Cauali in tracta.de vsur.nu.299. vbi dicit,quod ad hoc vt tutor consulat securitate suæ, aduersus periculũ & damnum vsurarium in futurum,donec redditæ sint rationes &reliqua soluta,non sufficit nuda oblatio, vt in. d.l.fi.C.arbitri.tuto.Sed necessario requiritur quod sit taliter facta, vt appareat non esse fictam seu nugatoriam, sed ita realem,vt nonstet per tutorem sed per adultum vel curatorem ipsius in moraconstitutũ. Quia cum de negotio bonæ fidei agatur, à circunstantijs negotij,& personarum, & totius rei qualitate pendebit, vt in,l.bona fides ff.de depositi,quid enim (dicit ipse)si pubes est in primo,secundo,vel tertio pubertatis anno,&bis aut ter à

tutore

tutore denunciatur, & interpellatur vel etiam in ius vocatur, ad hoc vt curatorē ſibi petat, qui rationes audiat, proteſtando ſe ad rationes præſtandum, & reliqua (ſi qua ſint) ſoluenduni 93 paratum eſſe, ſi tamen nihil aliud actum ſit non putauerim hoc ſufficere, ea enim quindecim vel decem & ſex annorum ætas, harum functionum inexperta, nimis imbecillis eſt, & circumuentioibus obnoxia, his qui iuridicundo præſſunt. Quare in propoſita ſpecie dicendum exiſtimat, tutorē hoc caſu bona fide non eſſe perfunctum, nec menti.d.l. finalis fatisfeciſe, vt cumque verba obſeruaſe videatur & ob id neque vſuris interim exonerari, niſi ipſe tutor tali minori curatorem (ſaltim ad litem) & rationem recipiendam petierit, vel dari fecerit cum effectu, vt in.l.admone.C.qui petant tuto. vel niſi proximiores agnatos, vel cognatos etiam, in ius (ſi opus fuerit) interpellauerit, ad hoc vt talē curatorem eligant, & dari faciant per iudicem. Et hunc reputat verum eſſe intellectum ad tx.in.d.l.fi C. arbitriū tutelæ, debet enim intelligi, de adulto & capaci talium denunciationum ſeu interpellationum, vt putà ſi iam ætatem ſaltim viginti annorum im- 94 pleuiſſet, vel ita induſtrius eſſet, vt idoneum ſe oſtenderet, ad rationem ſimilem recipiendam, alioquin non ſolum mora non purgatur, verum etiam conduplicatur mora, & culpa tutoris, qui adulti ſui imbecillitatem imperitiam, vel mentis alienationē notam habuit, vel habere debuit, ſi cū eo ſolo prædictas interpellationes faceret, debet enim hoc caſu imbecillitas, vel imperitia, & ignorantia adulti, propinquorum conuocatione ſuppleri, quod enim fit à tutore, cum propinquorum minoris aſſenſu, & authoritate præſumitur dolo carere, vt tradit Aymo.conſ.319.num.54.alioquin non bona, ſed mala fide, & animo, de fraudandi tutorem verſatum fuiſſe, eſt dicendum. Ex quibus infert intellectum ad tex.in.l.ita autem.§.ſi tuto. ff.de adminiſtra.tuto. quatenus dicit, quod tutor tenetur pupillum maiorē factum admonere, vt ſibi curatorem petat: quia non ſufficeret ſolum puberem admonere, vt ſibi curatorem petat, niſi eius ætatis induſtriæ & peritiæ ſit, vt ſciat quid faciat, & poſsit ſibi curatores idoneos petere ſibique per ſe ſuper hoc conſulere, alioquin niſi etiam minoris propinquos ſerio & prudenter moneat, perinde erit, ac ſi adminiſtrationem vltro deſereret, ſolo pubere admonito.

Si vero iam curatorem habeat minor ſufficit quod tutor illum vel eo authore puberem (etiam ſemel extraiudicium) debite interpelletur, dicens illi ſeparatum eſſe rationes reddere & reliqua ſoluere (quod nos vulgo dicimus, *offrecer quenta conpago*) quia hoc facto proculdubio ceſſaret curſus vſurarum in futurum, etiam ſi iam tutore ſilente & ceſſante ceperūt currere. Neque hoc caſu neceſſaria eſſet conſignatio de qua ſupra, ex quo iam non tutor, ſed curator eſt in mora recipiendi rationem, quod enim per me non ſtat (dicere poſſet) mihi imputari non debet, ex vulgata regula iuris, in.l.ſi ex ſtipulatu.ff. de verborum, ex qua reſolutione infertur verus intellectus, ad tex in.d.l.tutor pupillo, dum loquitur de tutore offerente pecuniam pupillarem, & tamen nō vult ſoluere niſi tuto, & pleniſsime liberatus, quia tali caſu nihilominus currerent vſuræ pupillares, niſi legitime deponat & conſignet. Rurſus ex ſupradictis infertur intellectus ad tex.in.l.ait prætor.§.cæterum.ff.de minori, quatenus in emptionibus rerum minorum bonam exigit fidem: ſemper enim in contractibus cum illis geſtis debet eſſe bona fides, cæterum ſi circunuentum eum in aliquo inuenetit

rit iudex, contractum rescindet, & omnia in integrum statum reponet vt in l. si iudex circũcto. ff. de mino.

Vt autem nihil sub controuersia hoc incœpto relinquamus, illud quod supra ex Angelo, & Imola retulimus quod propter illiquida debeat præstari fideiussor, videamus an possit habere instantiam, vel anita simpliciter sit intelligendum. In qua difficultate quamuis Fanus de pigno. 5. p. 3. membro. num. 102. & Alciatus, in l. quod re mihi, ff. si cert. petat. & Alex. in l. 4 §. ait prætor. ff. de re iud. instantiã dare intendat, dicens, quod prædicta necessitas fideiubendi in obligatis ad ratiocinia. solum locum habeat, quando administrator est pauper, vt in l. statu liber. raionem. ff. de fideicommiss. liber. non vero quando est diues & opulentus. Et tamen supra dicta sententia, indiffinitiue magis communiter tenetur, scilicet, vt obligatus ad ratiocinia quantumcumque sit diues & opulentus fideiussorem præstare debeat pro reliquis, vt in terminis tenuit Tiraquelus in tractatu de retractu. Linagie. §. 1. gloss. 19. & eum refert & sequitur Decius Genue. 164. numer. 23. Gregor. in l. 8. tit. 14. part. 5. gloss. verbo, *afruenta*. Ego tamen totũ hoc ex iudicis prudentis arbitrio pendere arbitror, ipse namque ex circunstantijs perpendet, necessaria sit 95 fideiussio, nec ne.

Vltimo & finaliter dubitatur, obligatus ad reddendam rationem quid facere debeat si dominus ab eo rationes accipere detractat. Et breuiter in proposito est dicendum, quod domino nolente agere ad petitionem rationũ ad euitandam futuram calumniam, & cursum vsurarum, administrator debet denunciare domino, qualiter ipse est paratus illi rationem reddere, quod si adhuc pertinaciter dispungere rationem detractet, ad hoc vt eius probationes non pereant, poterit à iudice petere, vt ad perpetuam rei memoriam, testes quos habet circa parcellas suæ administrationis recipiat citato illo domino, de cuius præiudicio agitur, ac deinde ex sua parte calculatorem nominet, & alterum in contumacia domini à iudice nominari faciet, & coram eis suos inuctarios & libros rationũ exhibeat, quibus inspectis & cognitis, calculatores, quis eorum, & in quanto fuerit reliquatus ostendent. Ac demum si iste administrator in aliquo fuerit reliquatus, ad euitandum cursum vsurarum tenebitur iterum dominum requirere, vt prædicta reliqua recipiat: quod si recipere noluerit, penes sequestrum publicũ vel in æde sacra deponere tenebitur. Et hæc praxis manifeste deducitur ex tex. in l. fin. C. de vsur. pupi. & ex tx. in l. tutor qui repertorium. §. fin. ff. de administ. tuto. & dicemus latius. cap. 15. num. finali.

SVMMARIVM.

1 *Actor forum rei sequi debet.*

2 *Administrationem si quis (extra locum sui domicilij) de bonis alterius fecerit, non apud iudicem domiciliarium, sed apud iudicem loci administrati negotij pro ratione reddenda conueniri debet.*

3 *Rationẽ præstare potenti vel magnati habitanti in fortalicio quis non compellitur, sed demum ad ministratore petente, domus concilij debet pro ratione reddenda assignari.*

4 *Blanditiæ & orationes dominorũ in subditos instar oppressionis & coactionis habentur*

5 *Administratoris bona (si pro nego-*

tiatione administrata in locodomicilij) si ita bona quæ ibi habet, non sufficiant, pro reliquorum solutione) an debeat remitti ad locum gestæ administrationis.

6 Si ille cui ratio redditur, locum domicilij administratoris pro reddēda sibi ratione elegit, nō debet pro solutione reliquorū faciēda) persona administratoris ad locum administrati negotij remitti.

7 Taciti & expressi idem est iudicium.

8 Clericus qui aliquam administrationem coram sæculari iudice acceptauit, an pro ratione administrationis reddenda, possit Coram tali sæculari iudice conueniri.

9 Clericus qui acceptauit tutelam coram sæculari, coram ipso pro reddenda tutelæ ratione conuenitur.

10 Familiares & ministri sanctæ inquisitionis, licet regulariter non possint pro suis delictis coram iudice sæculari conueniri, ab ipso que puniri, tamen si aliquam gesserint administrationem, & in ea peragenda deliquerint à iudicibus sæcularibus & capi & puniri poterunt.

11 Clericus si dolosam rationem reddat, an possit per sæcularem iudicem pro reliquis incarcerari.

12 Decisio tex. in c. siquis suadente 17. quæst. 4. non habent locum, nisi in casu quo per violentiam & temerariam manus iniectio nē contra clericum procedatur.

13 Episcopus si administrauit bona principis laici, & ante quam rationem reddat & reliqua soluat, est in fuga, vel de illa timetur, potest ab ipso principe sæculari incarcerari.

14 Iudex laicus est, incapax iurisdictionis ecclesiasticæ.

15 Clericus neque pacto, nec etiam iuramento interposito, iurisdictionem laico iudici prorrogare potest.

16 Clericus si aliquo pacto vel modo iurisdictionem iudici sæculari prorrogauerit, vel illi se submittat, grauiter vemit puniendus.

17 Episcopus qui bona principis administrauit, debet coram metropolitano pro ratione reddenda conueniri.

18 Iudex alias incompetens, ratione incidentiæ efficitur competens.

19 Incidencia, licet sit modus tolendæ incompetentiæ non tamen est modus tolendæ incapacitatis.

20 Incapacitas ab illo dumtaxat toli potest qui potest efficere capacem.

21 Clericus qui est obligatus ratiocinijs sæcularibus potest capi & incarcerari pro reliquis, dummodo capiatur & incarceretur per iudicem ecclesiasticum.

22 Clerici ex consuetudine gallorum, in actionibus realibus corā iudicibus

iudicibus sæcularibus conueniuntur.

23 *Consuetudine an introduci possit, vt clericos curam iudice æculari conueniatur.*

24 *Clericus nullatenus fori priuilegium amittit, quando ex permissione iuris canonici, tutelam vel curam legitimam, vel miserabilium personarum acceptat.*

25 *Clericus si tutelam datiuam, vel testamẽtariam affectauit, cum legitime possit illam recusare, omnino fori priuilegium perdit, quo ad rationem illius præstandam.*

26 *Episcopus sæcularis administrationis (vltro) suscipiens, quodã modo ab ecclesiæ gremio deijcitur & submouetur.*

27 *Clericus licet per pactum sæculari iudici iurisdictionem prorrogare non possit, tamen delinquẽdo coràm eo, contra canonum statuta, multis ex causis, contra ipsius bona posset prorrogare.*

28 *Clericus qui falsum coram iudice sæculari deposuit, qualiter possit ab eo puniri.*

29 *Iurisdictio quando respectu certæ causæ per legem ciuilem alicui vniuersaliter attribuitur, sub illa dispositione comprehenduntur clerici actiue & passiue, in quibus viget illa qualitas in qua fundatur iurisdictio.*

30 *Bobadilla in sua politica cummulat. 131. casus in quibus clericus coram iudice loco potest conueniri.*

31 *Propter defectum vel negligentiam iudicis ecclesiastici, clericus trahi potest coram iudice sæculari, pro reddenda ratione.*

32 *Potestas ecclesiastica, si deficiat in corrigendis clericis, potest potestas sæcularis illos corrigere.*

33 *Exemptio clericorum a potestate sæculari, an sit de iure diuino.*

34 *Clerici ratione temporalium rerum, an sit Regiæ iurisdictioni subiecti.*

35 *Iudex ecclesiasticus, si per censuras procedat aduersus iudicẽ sæcularem, qui clerici bona temporalia pro reliquis tutelæ, curæ, vel depositi sæcularis executauit, vim illi facit.*

36 *Clericus quia iudice ecclesiastico, vel eius prælato, fuit ter monitus, vt a negotijs sæcularibus abstineret & hoc non obstante negotijs sæcularibus se immiscuit, non gaudet priuilegio fori, circa illa negotia sæcularia quæ tractauit.*

37 *Clericus si sit pilli parius, occasione artis potest sub camarlengo conueniri.*

38 *Clerici qui aduersus canonum statuta mercimonijs se immiscent, quantum attinet ad illa mercimonia, pro sæcularibus iudicantur.*

39 *Clerici negotiatores non conueniũtur coram iudice laico, vt clerici,*

sc

ſed vt clerici mercatores, & vt meri laici.

40 Iuriſdictio priori & conſulibus data, priuatiue, an vero accumulatiue cenſeatur illis conceſſa.

41 Iuriſdictio quotiens alicui conceditur, cenſetur conceſſa accumulatiue non vero priuatiue.

42 Iuriſdictio data iudici mercatorum per ſtatutum Florentiæ circa cauſas mercatorum, accumulatiue, non vero priuatiue conceſſa cenſetur.

43 Iuriſdictio ſi alicui competat in certis generibus cauſarum, ſemper competit priuatiue ad aliam iuriſdictionem vniuerſalem.

44 Dictiones, tantum, ſolummodo, & dumtaxat, faciunt implicitā negatiuam.

45 Statutum ſi dicat de adulterio ſo luscapitaneus cognoſcat videtur alijs adempta iuriſdictio.

46 Iuriſdictio maioris magiſtratus ad hoc vt excluſa cenſeatur, non ſufficit alicui conceſſam fuiſſe iuriſdictionem per dictiones taxatiuas.

47 Qui totum dicit nihil excludit.

48 Priuatiue tunc cenſetur conceſſa iuriſdictio, quando in commiſsione dicitur expreſſe, vel ex verbis commiſsionis tacite colligitur, quod ille ſolus cognoſcere debeat, & non alius.

49 Prior & conſules mercatorum an pro reddenda ratione contra hæredes factorum vel mercatorum cognoſcere poſsint.

50 Laicus ſi alicuius loci pij fuerit conſtitutus adminiſtrator, an coram iudice eccleſiaſtico (tā tum) poſsit conuenīri pro reddē da ratione.

51 Adminiſtratores tam clerici quā laici fabricæ, vel alterius loci pij, coram quo iudice rationem reddere debeant.

52 Vbi litigatur an laicus fuerit adminiſtrator loci pij, proculdubio coram iudice ſæculari conuenitur.

53 Epiſcopus vel eius vicarius, an poſsit rationem horreorum ſiue poſitorum publicorum a laicis adminiſtratoribus exigere, & illas cenſuris ad illam reddendā aſtringere.

54 Mons pietatis, qualiter apud Itā les conſtitui ſoleat.

55 Poſitum ſi a conſulibus & proce ribus ciuitatis, ſit de pecunia pu blica conſtitutum, epiſcopus illū viſitare, rationemque illius pe tere non poteſt.

56 Miſerabiles perſonæ qnæ alias caſum curiæ habent, an iuſte pe tere poſsint, vt ratiocinia ſua rum tutelarum vel aliarum ad miniſtrationum in curia regis calculentur.

57 Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.

58 Reipublicæ expedit, ne illicitæ ex torſiones fiant.

59 Rationes vbi reddere debent, mi nor, vel vidua, vel ſimilis, ali

cui

cui magnati, vel potenti, etiam nõdum constito de aliqua oppressione, quam eis intulerint, adhoc vt rationes incuria calculari faciãt, sufficit allegare timorẽ præsumptũ oppressionis, ratione potentiæ.

60 *Allegare timorẽ sufficit, vbi litigandum est cum potẽti, ad hoc vt causa incuria regis retinea tur.*

61 *Regium officium est facere iudicium atque iustitiam, & libera re de manu calumniantium vi oppressos, peregrinis, pupillisque & viduis & his qui facilius opprimuntur, præbere auxilium.*

62 *Rationes bonorum publicorum, domino loci vel eius iudici, in domo concilij præstari debent & non alibi.*

63 *Rationes publicas reddi, quilibet de populo petere potest in iudicio etiam sine mandato-*

CAPVT. VII.

Vbi & apud quem iudicem pro ratione administrationis reddenda agendum sit.

CVM non raro cõtro uerti soleat vbi, & apud quem iudicem pro ratione administrationis agẽdum sit, nõ abs re erit, si hoc in loco circa huius rei disceptationem, aliqua addamus, & in primis dicendum videtur, quodquilibet administrator pro ratione administrationis reddẽda corã suo 1 iudice conueniri debeat, actor enim forum rei sequi debet. l. actor. C. vbi in rem actio. c. si clericus laicum de foro compet. l. 57. tit. 6. par. 1. Verum licet 2 ex regula iuris actor forum rei sequi debeat, tamen eam patitur limitationem, scilicet, vt siquis extra locum suî domicilij administrationem fecerit, non apud iudicem domiciliarum, sed apud iudicem loci administrationis conueniri debeat, vt voluit Iustinianus in auth. de collatoribus, §. super, & §. siquis autem, collat. 9. & in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocinijs agi oport. & in l. 3 2. tit. 2. par. 3. ibi. *La catorzena es quando algun home ouiesse tenido en guarda bienes de huerfano, o de loco, o de desmemoriado, o de señor en razon de mayordomia, o ouiesse sido maestro, o guardador de moneda, o de mineras, o guardador de montes, o de dehessas, que en aquellos lugares es tenudo de responder, e fazer quenta sobre qualquier destas cosas, o de otras semejantes, do vsaua dellas por razon del officio que tenia.* Et ratio decidendi illa fuit, quia melius in loco administrationis probationes & instrumenta rationum inueniri poterunt, vt in. d. l. 2. C. vbi de ratioci agi. oppor. ibi, *in militari oportet iudicio respondere, in quo & instructio sufficiens, & nota testimouia, & verissima possunt documenta præstari,* & in negotiorũ gestore hoc ipsum iudicauit Senatus Genuensis decis. 161 num. 1.

Consultus tamen Pomponius, in. l. talis. § Priscus. ff. de condi. & demõst. totum hoc arbitrio iudicis reliquisse videtur, ibi, *Verissimum est autem, vt alias aliud ex persona, loco q, sit æstimãdum,* & quod hoc arbitrio iudicis sit reliquendum, tenet glos. ibi verbo æstimandum, quam sequitur Paul. ibi, sed hoc erit intelligendum, in rationibus à liberto patrono præstãdis, de quibus

tex.

text. in. dict. §. Priscus loquitur, ibi enim loquitur vbi patronus, vel qui rei publicæ causa abest rationes reddidebet, quia reddere tenetur libertus patrono operas obsequiales, vel ei qui rei publicæ causa ab est, fauore publico, ne dominus qui in rei publicæ negotijs est intricatus, cõpellatur ad locum administrationis peractæ accedere, pro ratione recipienda, ex quo publica vtilitas lædi posset, (quæ non solum priuatæ, verum Regiæ commoditati est præferenda) vt in authẽtica res quæ. C. communia de legat. & in. l. fin. §. fin. C. de cadu. tolen. & ideo arbitrio iudicis hoc reli quitur, vt videat congruum an in congruum sit, administratorem ad domum talium dominorum pro reddenda ratione accedere. In alijs autem, regulariter rationes in loco administrationis sunt præstandæ, ac dispungendæ, vt in iuribus supra relatis, & in. l. fin. titul. 14. lib. 9, recopila. vbi loquendo in his qui dicuntur, *fieles cogedores*. Vt in loco administrationis rationes reddeant collectionis cauetur. Et ita intelligendum ecoseo, quod notat Viuianus in d. §. Priscus quatenus dicit, quod si rationes alicui magnati præstari debeant, administrator illas reddere tenetur, in domo ipsius magna-
3 tis. Et ita tenuit Otalora de nobilita 5 part. cap. vltimo, numer. 16. non tamẽ rationes præstare deberet magnati, stante & habitante in fortalitio. Sed demum (administratore petente) domus concilij ciuitatis, vel villæ vbi dominus esset, pro ratione reddenda signari deberet, vt voluit Bald. in. l. cum sententiam. C. de senten. & inter omni. iudi. Abiles in capitul. prætor. capitul. 30. numero. 2. versiculo, *y acaben*, & ita decisum fuisse per dominos suppremi consilij testatur Auen. prima parte de exe quend. mand c. 9 nu. 4. & licet ibi loquatur quando dominus rationem bonorum rei publicæ a Syndicis & Rectoribus villæ, vel ciuitatis exigit, idem dicendum erit (& maiori ratione) quando dominus peteret rationem sibi reddi de administratione suarum rerum, vt in. d. § Priscus, nam si administrator, in domo ipsius domini rationem reddere compelleretur, forte ob ipsius magnatis potentiam, oppressionem, vel reuerenciam, compelleretur signare partitas, quæ alias iure signandæ non erant, quod si non oppresione, forte
4 blanditijs id fieri posset, quæ quidem blanditiæ dominorum in subditos, instar oppressionis & coactionis reputantur, iusta illud *est orare, ducum, species violenta inuendi, & quasi nudato supplicat ense potens*, Mascard. de probatio. conclusione. 193. his enim violentijs iudici ouiare congruit, ne illicitæ extorsiones fiant, vt in. l. Illicitas. §. fi ff. de offi. præfidis, & ideo in. d. §. Priscus totũ hoc iudicis arbitrio cõmititur, ipse nãq; videre poterit, expediat, vel nõ, in domo magnatis, vel potẽtis rationes calculari.

Caueat tamen administrator ne libros rationum extra locum administrationis habeat, tempore reddendæ rationis, nam proprijs expensis illos ad locum illum vbi ratio calculatur adducere debet, vt probat text in. l. Prætor ait. §. Sed & hoc, & ibi notat Paul. ff de ædendo, diuersum tamen esset, si conueniretur pro reddenda ratione in loco domicilij, & libri sint in loco gestæ administrationis, tunc enim afferri deberent, ad locum vbi ratio calculatur, expensis & periculo, rationem extra locum administrationis petentis, quod intelligit verum Petrus Surdus in tractatu de alimen. lib. 1. q. 47. nu. 9. Nisi administra

tor congruo loco & tempore iam domino obtuliſſet rationem in loco ad miniſtrationis, & ipſe fuiſſet in mora recipiendi, & ex tunc adminiſtrator alterius loci incollatum contraxiſſet, vel ſi de reuidenda ratione ageretur, & eum refert & ſequitur Gutierr. de tutel. lib. 3. cap. 1. nu. 126. Quinimo, & in propoſito dixit Cephalus, conſilio 8. per totum, quod ſi tutor obtulit rationes, & conſtituit minorē in mora, & ipſe recipere noluit, a reddendis rationibus liberatur, quod neutiquam probare æquum eſſet, pro vt, neq, Gutierrez probauit, tamen Paul. in dict. §. Sed & hoc 5
num. 2. tenet, quod ſi pro negotiatione geſta in vno loco, adminiſtrator conueniretur in loco domicilij, & bona quæ ibi haberet nō ſufficerent pro reliquorum ſolutione, debet remitti ad locum geſtæ adminiſtrationis, quam ſententiam probare intendit ex tex. in l. Procuratores. §. Si plures ff. de tabul. exiben. Prædicta tamen Paul. ſententia, tam ſine textu (vt
6 pote quia nō ſit in rerū natura quem ipſe allegat) quam etiam ſine ratione morali fundatur. Quia cum ille cui ratio redditur iam locum domicilij pro reddenda ratione elegerit, non debet pro ſolutione facienda perſona adminiſtratoris ad locum geſtæ adminiſtrationis remitti. Cum reſpectu ſolutionis reliquorum nihil in d. l. 1. & 2. C. Vbi de ratiocinijs agi oppor. & in alijs iuribus ſuperius relatis dictum fuerit, & ſic videtur relictum diſpoſitioni iuris communis, de qua per text. in l. Hæres abſens. §. Si quis tutelam ff. de iudi. vbi Vlpianus in hæc verba reſpondit: *Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur certo loco adminiſtrauit, & ſi ibi domicilium non habuit, ibi ſe debebit defendere, & ſi non defendatur, neque ibi domicilium habeat, bona poſſideri patietur*, vbi gloſ. verbo, *ibi debebit*, dicit, quod ſi ibi non habeat bona, & latitat alibi, debet iudex pronunciare de ibi mittendo, & ſi ibi non inueniatur, mandabitur executioni per iudicem ad cuius curam pertinet, nihil tamen ibi de perſona remitenda ad locum contractus, vel geſtionis diſponit. Rurſus, quia remiſsio non habet locum in contractibus, quando actor renunciauit foro in quo alias de iure poterat reum conuenire, vt tenet gloſ. in l. 1. ff. Si quis in ius voca. non ierit, quam defendit Bart. ibi Paul. in dict. §. Si quis tutelam, & ratio ea eſt potiſsima, quia ex quo creditor illum iudicem elegit, non poteſt poſtea ad alium pro complemento iuſtitiæ recurrere, adducendo reum ad alium locum extraquem fuit conuentus. Sed per requiſiteriam bona erunt capienda quocumque loco ſita fuerint, argumento eorum quæ notat Bald. in authentica habita, numero. 35. C. Ne filius pro patre, vbi tenet: *Quod eo ipſo quod quis elegit vnum ex pluribus iudicibus, manet abſortum ius alterius*. Neque oberit ſi quis dicat, quod gloſſa ſuperius relata loquitur quando expreſſe renunciauit, quia idem erit & ſi tacite renunciauerit: taciti enim & expreſsi idem eſt iudicium. l. Cum quid. ff. Si certum petatur.

Sed modo de ardua, ſubtili, ac ni-
7 mis agitata (non dum tamen bene digeſta) quæſtione dubitatur, ſcilicet, an clericus qui aliquā publicam
8 adminiſtrationem ſecularem coram iudice ſeculari (ſponte) acceptauit: poſsit ab ipſo ſeculari iudice (pro ratione talis adminiſtrationis reddenda) adſtringi, & dicendum videtur, quod eo ipſo, quod clericus de manu iudicis ſecularis adminiſtrationem rerum profanarum acceptauit, ab ipſo iudice pro reddenda

ratio-

ratione illius poſsit conueniri, quia clerici officia publica exercentes clericalibus priuilegijs gaudere non debent, ita Auſtricus de poteſta. ſeculari ſuper Eccleſ. regul. 1. num. 17. & ioquēdo in clerico qui depoſitum de manu iudicis ſecularis acceptauit. Hanc ſententiam tenuit Bal. in l. acceptam, num. 4. C. de vſuris, vbi dicit quod talis clericus ſine libello, ſtrepitu, vel figura iudicij, pro tali ratione reddenda debet conueniri, & ratio eſt, quia tunc non proceditur per modum iudicij, ſed executiue, & ex cōſequentia, ratione officij ſuſcepti: & Baldi ſententiam ſequitur Iaſſo, in l. ſi fideiuſor. §. vltimo. ff. qui ſatisda. cogan. Maranta de ordine iudicio. 4. parte, diſtinctione. 11. num. 37. Afflictus deciſione. 24. num. 3. Franciſcus Marcus, deciſione delfinali. 1057. 1. part. Andreas Gail. lib. 1. obſeruatio. c. 37. nu. 6. vbi pro hac ſententia, refert Innocencium, in rubrica de foro compe. idem tenentem, Rebuffus in l. ſequeſter, nu. 109. ff. de verbor. ſignificatione, Tiraquel. de retract. tit. 2. §. 4. glos. 7. nu. 9. Mexia in pragma. panis concluſione. 5. num. 33. Bobadilla in politica, lib. 2. capit. 18. numero. 130. & quod clericus qui coram iudice ſeculari adminiſtrationem tutelæ, vel curæ acceptauit, coram ipſo iudice ſeculari pro reddenda ratione tutelæ poſsit cōueniri, tenet Guillermus Benedictus, in repetione. cap. Rainuntius, verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, numer. 128. fol. 78. & eandem ſententiam tenet Maſuerius in ſua praxi. c. de iudicibus, num. 23. vbi teſtatur ita ſeruari in curia parlamenti, & in eo qui habet priuilegiū ne pro ſuis delictis coram iudice ſeculari poſsit conueniri, idē tenet cōcordia Inquiſitorum cum iudicibus Cancellariæ facta, verſi. *Que los que tuuiere*, vbi dicit, quod licet Família

9

10

res', & miniſtri Sanctæ Inquiſitionis habeant priuilegium, vt non poſsint coram iudicibus laicis pro ſuis delictis cōueniri, tamen ſi adminiſtrationem aliquam ſecularem acceptauerint, perdunt fori priuilegium, & a ſecularibus iudicibus pro delictis in adminiſtratione commiſsis poterūt conueniri, accoerceri, vt igitur a noſtro inſtituto non diſcedamus, Guillelmi Benedicti & Maſſuerij ſententiam ſupra relatam, ex ratione Baldi, ſequitur Gregor. Lupus in. l. 5. tit. 10. part. 6. gloſ. verbo, *al juez ordinario*, Menochius de recuperand. poſſeſsione, remedio. 15. num. 214. & nouiſsime Caſtellus a Bobadilla in ſua elegā ti politica prætorum, lib. 2. c. 18. nu. 130. & 138. vbi etiā a iudice ſeculari capi poſſe (quādo timeretur de fuga) firmauit, & hæc ſententia in tantum

11 vera viſa fuit Archidiacono, in. c. 1. de depoſito, vt dicere audeat, quod ſi clericus male reddat rationem ſecularis adminiſtrationis, poterit pro reliquis, a iudice laico in carcerem detrudi, neque obid incurret pœnam Canonis ſi quis ſuadente. 17. quæſt.

12 4. & cum ſequitur Abbas, ibi, num. 7. vbi declarat deciſionem text. in. d. c. ſi quis ſuadente non habere locum, niſi in caſu quo per violentam & temerariam manus iniectionem contra clericum proceditur, neque eius deciſionem extēdendā eſſe ad caſum in quo iudex laicus aliqua iuſta ac peculiari ratione, contra clericum procedit. Veluti quādo agitur pro reddēda ratione, & reliquorum ſolutione, quod maxime verum eſſe profitetur, vbi clericus qui ſecularia adminiſtrauit diues eſſet, & aliquibus fribolis & malicioſis excuſationibus, ſe defendere vellet, & in hunc modum intelligēda crir ſententia, Berthachin.

13 in tract. de Epiſcop. lib. 4. p. 1. q. 14. n. 21 vbi dicit, quod quādo Epiſcopus adminiſtrauit

nistrauit bona principis laici, & ante quã rationẽ reddat, est in fuga, vel de illa timetur, potest per ipsum principẽ incarcerari, pro ratione reddẽda, quod ego verum intelligo quãdo reperitur dolose administrasse, vt in.l. 118.styli, ibi: *Otro si, el que es clerigo, si recaudo las pechos, e las rentas del Rey, e faze alguna falta en ellas, que le puedan los Alcaldes del Rey mãdar prẽder, e ser preso en la prision del Rey.* Neque mirum cum hoc casu quando clericus simile officium sæculare acceptat, statim efficiatur de foro sæculari, vt in.l.5.tit.10.part.6. ibi: *Tenudo es el Obispo de dar cuenta por si, o por otro al juez ordinario*, & ibi Grego. verbo, *el juez ordinario*, dicit, habes hic casum in quo Episcopus efficitur de foro iudicis sæcularis, & nimirum, quia ex quo lex ciuilis ei dat distributionem, ipse similiter teneatur reddere rationem coram iudice sæculari, ipse tamen dicendum extimat quod in simili casu, debeat adiri Regium consilium, & ab eo & Rege cedula impetretur, vt Episcopus talem rationem sæculari iudici reddat: igitur si hæc fiunt in viridi, quid in arido (hoc est in alijs clericis, & prælatis inferioribus) fiet.

14 Sed aduersus prædicta faciũt, quod cum iudex laicus sit incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ, vt in.c.1.& per totum.11.quæst.1.& in.c.quæ in Ecclesiarum, & cap. sanctæ Mariæ de consti. minime clericus per acceptationem talium administrationum, iudici sæculari iurisdictionem poterit

15 prorrogare, quod in tãtum verũ est, vt clericus, neque pacto, neque etiam iuramento interposito, iurisdictionẽ laico iudici prorrogare possit, vt in c.significasti.c.si diligenti de foro cõpe.& in terminis clerici qui coram sæcular. iudice se obligauit rationem tutelæ reddere, ita tenent Bobadilla

16 d.c.18.n.184. Quinimo, si clericus aliquo pacto, vel modo iurisdictioni sæculari se submitat, grauiter est puniẽdus, vt in Cãcilijs Mileuitano & Carthaginensi continetur, & in.c.in olita, & c.placuit.11.q.1. Quorũ iuriũ sententia, ab Innocentio tertio fuit cõfirmata, in.d.c.si diligenti, & ex prædictis fundamentis contra Bald. & Guillelmum tenendum putant, præcipue Bernard Diez, in regul. 92. Mexia in loco superius citato, num.33. Gutierrez, lib.1.practicarum, quæst.24.& nouissime Safagundus affinis noster, in repetione.c. fin. de sequestratione

17 possessio.& fruct.ex nu.47. vsque ad num.52.& loquendo in Episcopo qui bonorum alicuius principis administrationem exercuit, expresse tenet Salicet.in authen.t.licet.C. de sacrosanct.Eccles.quod coram Metropolitano, & nõ coram seculari rationem reddere debeat, Gutierrez nouissime, de tutel.lib.3.capit.1.num.9. vbi dicit, quod saltim persona clerici per iudicem competentem Ecclesiasticum capi poterit, vel excomunicari ad requisitionem iudicis secularis.

Neque huic sententiæ obstare videntur pro contraria opinione superius adducta, & in primis ratio Bald. & sequacium, quatenus dicunt, quod iudex secularis in casu de quo agimus non cognoscit per modum iudicij, sed executiue, & ex quadam consequentia ratione officij susceptj: quia eorum ratio penitus iuris dispositionibus aduersatur, aut enim contra clericum (iudicialiter) via ordinaria, aut executiua est procedendum, & in quocumque euentu, debet dari libellus, & formari iudicium, quia alias iudex parte non petente de his intromittere se non potest, vt in.l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de damno in facto. Si ergo debet formari

mari iudicium saltim summarium & executiuum, & iudex habet causæ cognitionem saltim summariam, ergo formato iudicio contra clericum procederet, quod manifeste iuribus in contrarium adductis aduersarur, igitur ratio Bal. & sequatium subsiste re minime potest.

Neque etiam obstat si dicatur, quod iudex aliàs incompetens ratione incidentiæ efficitur competens, vt in.l. quoties. C. de iudi. & in.l. 2. C. ad exhibend. quia iudex fæcularis respectu clericorum, non solum est incompetens, sed etiam incapax, vt in capit. 1. & per totum. 11. quæstione. 1. Couarruuias, practicar. quæstion. capit. 31. numero. 1. & 2. Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 9 per totam. & sic illa incidentia, licet sit modus tollēdæ incōpetētiæ, nō tamē est modus 19 tollēdæ incapacitatis, iuxta textū, in cap. tuam de ordi. cognitio. capit. lator qui filij sint legiti. capit. vt quæstionis. §. prohibemus de hæred. in. 6. quod est verum & procedit, etiam si 20 ab immemoriali tempore iudex aliquis laicus aduersus clericos cognosceret, quia adhuc hoc incapacitatis vitium etiam ex lapsu temporis, cuius initij memoria non extat, non purgatur, ita Aymon. consilio. 82. numer. 7. facit: quia incapacitas ab illo dumtaxat tollī potest, qui potest facere capacem: cum ergo solus summus Pontifex vtriusque iurisdictionis (lege euangelica) potestatem & exercitium habeat iuxta illud Matthe. capit. 16 & 18. Ecce duo gladij hic & in. capit in nouo. 21. distinctione. capit. quodcumque. 24. quæstione. 1. quod nouissime confirmatum est in sacro Concilio Tridentino sessione. 14. capit. 15. & sessione. 25. cap. 3. incapax iurisdictionis ecclesiasticæ, a solo summo Pontifice capax effici poterit, Auserius de potestate fæcula. super ecclesiasticos. regula. 1. numero. 1. & 2. neque aliter principaliter, vel incidenter aduersus clericos iurisdictionem suam extendere poterit, imputet enim sibi iudex fæcularis, qui tutelam tali discernere decreuit, vel depositum clerico tradidit.

Neque etiam obstat alia secunda ratio, quam doctores adducunt pro saluanda Baldi sententia, dicendo quod in proposita specie iudex non de iure, sed de solo facto cognoscit, quod illi lege canonica permittitur vt tenet Bart. in. dict. l. quoties vbi Iason. numero. 6. idem in. l. Titia. numero. 6. & 7. & ibi Alexand. ff soluto matrimonio, Aymon, consilio. 253. n. 2. Icbuf. n tract. de decim. q. 10. n. 2 & 3. Couarruuias, in. 4. 2. parte. c. 8. §. 12. numero. 3. Gutierrez, in quæstione canonica. 34. numero. 17. vbi pro hac conclusione plures alios refert, hoc enim intelligendum erit, quando res illa de qua agitur est tantum re ipsa spiritualis & talis in qua de mero facto a iure separato dumtaxat cognoscitur, veluti quando iudex fæcularis cognoscit, an quis sit excommunicatus, si patronus alicuius ecclesiæ decimas præteritas soluerit, quem intellectum tenet gloss. finalis. in. l. 1. C. de iure & facti igno. ex text. in. capit. decernimus de senten. excommunicat. lib. 6. & in. capit. 2. de iure iurando eodem libr. 6. & eam sequitur Padilla, in. dict. l. 1. numer. 54. Secus tamen esset, si res vel persona de qua agitur spiritualis sit, & talis in qua factum a iure inseparabile, vel compulsio personæ ecclesiasticæ interuenerit, quia hoc casu, iudex fæcularis etiam ad causam facti incapax est text. in. capit. si iudex laicus de sententia excommun. prout (aliud agens) docuit eleganter Ancharran. in regula eaque. numero. 10. de regul. iur. in. 6 Alex. in. l. Titia, nu. 6. ff solu. matrim. Menoch. de recupe. posse. re-

medio. 15. numero. 234. & ideo, etsi clericus prorrogasset iurisdictionem sæculari iudici & iam per tres sententias fuisset cõdemnatus, adhuc posset de vitio incapacitatis opponere, & audiendus esset, ita Decius cons. 141. Gamma, quæstione. 5. numero. 25. vers. & in primis quam ponit post decisiones. 22

Neque etiam obstat sententia Guillelmi Benedicti, quatenus tenet, quod clericus qui tutelam coram sæculari iudice acceptauit, coram ipso rationem illius reddere debet, quia illud potest intelligi, dummodo (clerico recusante rationem reddere) nõ ab ipso sæculari, sed a suo iudice ecclesiastico illam reddere compellatur. Iudex nanque ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium iudicis sæcularis, quando opus est, vt in. c. cum ad verum. 96. distinctione. cap. principes. 23. quæstione. 5. cap. 1. de officio ordinarij, & è conuerso sæcularis ecclesiastico auxilium præstat: nam vna potestas per aliam iuuatur. capit. quoniam, distinctione. 10. l. 59. titulo 6. part. 1. ad quod etiam faciunt notata per Innocen. in. cap. licet ex suscepto de foro competen. & in. cap. 1. de officio ordinarij, & in terminis nostris, hanc sententiam tenet Gregor. 23 Lupus, in. l. 23. titul. 6. par. 1. vbi dicit, quod clericus qui est obligatus ratio cinijs sæcularibus, potest capi & incarcerari, quod ipse intelligit, dummodo capiatur & incarceretur per iudicem ecclesiasticum, non per sæcularem, quod tamen esset sub intelligendum dummodo talis clericus non esset suspectus de fuga, quia tali casu capi etiam posset per iudicem sæcularem, vt ducatur ad suum episcopum, ita Innocen. in. cap. vt famæ. numer. 3 de sententia excommunica. Ioannes Andrea. in. cap. 2. de pignori. Felin in cap. cum non ab homine, columna. 1. de iudicijs, Francus in. capit. dilectis de appella. Vel secundo posset responderi quod sententia Guillelmi intelligatur, vbi est consuetudo, quod clericus tutor, vel administrator laici, conueniatur coram iudice laico, pro reddenda ratione, prout in regno Franciæ fieri consueuit, vt ipse Guillelmus (appensate) animaduertit dicens, quod ex consuetudine Gallorum clerici in actionibus realibus coram iudicibus sæcularibus conueniuntur, idque ex Fabro colligitur in. §. final. institu. de satisdatio. Boerio decisione. 69. numero. 20. Tiraquello libr. 1. de retractu. §. 32 gloss. 1. numero. 81. quam consuetudinem non fuit ausus approbare Couarruuias in practicis. cap. 31. numer. 5. ex quibus manifeste patet, consuetudine introduci posse, vt clericus coram iudice sæculari conueniatur. 24

Cum tamen in hac regali chancellaria causa quorundam Abulensium, in proposita specie de clerico laici tutore agitaretur, admodum difficilis fere omnibus iudicibus visa fuit, vt adquartam vsque aulam illam causam remiserint & adhuc sub iudice lis est. 25

Hæ tamen doctorum varietates, & Iuris consultorũ controuersiæ, forte fædere distinctionis cociliari possent, aut enim clericus tutelam, vel curam alicuius miserabilis personæ (misericordia motus) acceptauit, aut alteri administrationi (ratione lucri faciendi) se immiscuit, quod vtique facere posset, secundum Innocen. in. d. cap. 1. numero. fin. de obligatio. ad ratiocinia. Primo enim casu, clericus nullatenus priuilegium fori amitteret, cum ex permissione iuris Canonici tutelam legitimam, vel miserabilium personarum accipere licite possit, vt in capit. peruenit. 87. distinctione. & in. capit. 1. & secundo. 88 distinctione, & in l. Orphanotrophos. C. de epis. & cleri.

quibus

quibus conſonat text. in l. 45. & 48. titulo. 6. part. 1. Secundo vero caſu, ſ. ilicet quando ipſe clericus talem tutelam affectauit, cum legitime poſſet illam renuere, omnino fori priuilegium perdat, ſaltim quo ad hoc, vt ſæculari iudici (de cuius manu adminiſtrationem accepit) rationem reddat, & ratio illa erit po-
26 tiſsima, quia clericus vel etiam epiſcopus ſæcularem adminiſtrationem (vltro) recipiens, quodammodo ab ecclesiæ gremio deijciturr vt in auth. de ſanctiſsi. epiſco. §. Deo amabilis, collatione. 9. & in. l. 14. titul. 16. par. 6. & loquendo generaliter in epiſcopis & clericis. Hanc ſententiam probat tex. in. c. epiſcopus. 88. diſtinctione. ibi. *Epiſcopus, aut ſacerdos, aut diaconus, nequaquam ſæculares curas aſſumant, ſinaliter deijciantur*, quod præcipue locum haberet, ſi in talibus adminiſtrationibus dolo verſatos fuiſſe reperiantur, quia hoc caſu, nullatenus ab eccleſia illis foret ſubueniendum, vt in. cap. 2. ne clerici vel monachi, ibi, *quod ſi poſt modum facere præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraudem, indignum eſt ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat*
27 *in eccleſia ſcandalum generari.* Licet enim clericus expreſſe & per pactum iuriſdictionem iudici ſæculari prorrogare non poſsit, aduerſus eius perſonam, vt in. d. c. ſi diligenti & in. l. 45. tit. 6. part. 1. ibi, *mas no enſus perſonas.*
28 Tamen delinquendo coram eo contra canonum ſtatuta, multis ex cauſis, iudici ſæculari iuriſdictionem (ſaltim quo ad bona) poſſet prorrogare, vt per Paul. Caſtr. in. l. ad dictos. numer. 6. C. de epiſco. audi, & videmus in clerico qui falſum coram iudice ſæculari depoſuit, qui (vt ſupra retulimus) ab eodem ſæculari iudice poteſt puniri, vel ſaltim captis pignoribus in bonis multari, & ita eſt intelligenda gloſ. in. d. l. nullum. C. de teſtibus, ſicque temperanda erit prædicta communis ſententia contra gloſſam Innocen. Hoſtienſem, Ioannem Andream, Panormita. & alios in. c. verum de foro competenti. vt voluerũt Archidiaconus in. d. cap. verum de foro compe. Bertachinus de Epiſcopo. 5. par. lib. 4. numero. 65. volumine. 4. Ioannes Gutierrez, in practicis quæſtio. c. 24. n. 1.
29 Bobadilla, lib. 2. politic. c. 18. num. 21 quem omnino vide, quia innumeros refert caſus. Pro cuius ſententiæ confirmatione adduco, dictũ Abbatis in c. cæterum. num. 6. de iudicijs, vbi no tanter dicit, quod quando reſpectu certæ cauſæ per legem ciuilem alicui vniuerſaliter attribuitur iuriſdictio, ſub illa diſpoſitione comprehenduntur clerici actiue & paſsiue in quibus viget illa qualitas, in qua fundatur iuriſdictio, etiam in præiudicium ordinariæ iuriſdictionis, quam ſententiam firmauit Iaſon. in. l. de quibus, numer. 39. ff. de legi. idem Iaſon in præludijs feudorum. 1. quæſtione principali & eius ſententia comprobari videtur ex deciſione tex. in l. 57. & 59. titu. 6. par. 1. quibus in locis, plures dinumerantur caſus, in quibus iudex ſæcularis non ſolum clericos coram ſe trahere, verum & illos multare ac punire poterit, ibique plura in confirmationem huius ſententiæ cummulat Gregorius Lupus, & plures alios caſus in quibus iudex ſæcularis clericos coram ſe trahere poteſt, enumerat Bertachinus. d. numero. 95. & 96. viginti etiam caſus cummulat Aufrerius in clementina. 1. de officio ordinarij, in additione ad ipſos ibidem facta, ac rurſus alios triginta & quatuor caſus ipſe refert ibi in regula ſecunda melius tamen & accuratius rem hanc ſcrutauit, Caſtellus a Bobadilla nuper cauſarum fiſcalium in patronum creatus, omnium bonarum literarum acerrimus ſcrutator,

30 in sua politica prætorum, vbi in lib. 2 c. 18. centum ac triginta & vnum casus aggregauit, in quib⁹ iudex sæcularis de causa clerici cognoscere & iudicare potest, inter quos casú de quo agimus annectit. nu 130. & 227. Tu tamen amantissime lector supradicta digito ligabis, quia forte nullibi ita late & diffuse scripta reperies & vide de hoc Azeuet in l. 7. tit. 18. lib. 9. recop. num. 14. Vnum tamen in proposito omittendum non erit, quod si talis depositarius tutor vel curator clericus, pro reddenda prædictæ administrationis ratione, coram iudice ecclesiastico fuerit conuentus, & ipse ecclesiasticus iudex in administratione iustitiæ negligens sit, a tali grauamine poterit appellari (ratione illatæ violentiæ) adcuriam siue chancellariam, & ibidem peti poterit, vt causa retineatur, & proculdubio retinenda erit quia ratione negligentiæ iudicis ecclesiastici, clericus potest trahi coram
31 iudice sæculari, vt in. cap. princeps sæculi. 23. quæst 5. vbi gloss. dicit, quod vbi potestas ecclesiastica deficit in ad
32 ministratione iustitiæ, laicus potest corrigere clericos, idque manifeste suadetur ex tex. in. capi. sunt quædam enormia eadem causa & quæstione, id que tenet Abbas, in. c. 1. de iudicijs, Grego. Lupus, in. l. 59. titu. 6. part. 1. Mexia in pragmatica panis, conclusione. 5. num. 66. Bobadilla vbi supra. num. 93.

33 Ex quibus singulariter infertur exẽptionem clericorum a iurisdictione sæculari non esse de iure diuino, prout hoc late defendit Couarruuias. d. c. 31. num. 2. vers. contraria opinio, 9 ego proculdubio verisimum reputo, maxime quo ad bona temporalia ipsorum clericorum. Ratione namque
34 temporalium bonorum, clerici regibus suis subditi existunt, vt eleganter tenet Petrus a Monte in sua Monarchia conciliorum. quæst. 4. nume. 2. & rationem huius conclusionis ponit eleganter gloss in l. munerum. §. patrimoniorum, verbo, Pontifex. ff. de mune. & honoribus, ibi, *quia vt prædia possideant a lege humana est.* & rursus ibi, *& ideo proprio principi pro suo episcopo subsunt.* Et hanc sententiam tenet Innocentius in. c. postulanti de foro cõpeten. quatenus ibi dicit, quod constitutio Imperatoris ligat possessiones clericorum in suo territorio.

Ex quibus elicio conclusionem in
35 praxi notabilem, scilicet, quod si iudex ecclesiasticus procedat per censuras aduersus iudicem sæcularem, eo quod aduersus clericum tutorem, vel depositarium reliquatum procedit via executiua, capiendo eius bona temporalia vim illi inferre dicatur, cum ex supra relatis (pro cõcordia opinionum sibi aduersantium) capax sit iudex sæcularis huius iurisdictionis ad uersus tales clericos, vltro se sæcularibus administrationibus immiscentes. Quam cõclusionem verisimã & indubitabilem reputo, quando prædictus clericus ante susceptam administrationem sæcularem, fuit per iudicem ecclesiasticum ter admonitus, ne
36 se tali administrationi immiscceret, & spreta hac admonitione, de facto administrationem illam sæcularem acceptauit. Ex tali enim inobedientia fori priuilegium amisit, vt sentit Abbas in c. 2. num. 6. ne clerici vel monachi, idque tenet Bonicontus in tractatu de priuilegijs credito. num. 12. volumin. 4. Bertachinus in dicto tractatu de Episcopo loco superius citato. num. 26. Straca de mercatura. 3 p. num. 9. Securius tamen erit, vt iudex sæcularis requirat iudicem ecclesiasticum prohac executione faciẽda, vel pignoribus clerici capiendis pro reliquis vt euitetur conflictus opinionũ sibi aduersantium, vt sentit Gutierr. d. c. 1. num. 9.

Infertur etiam ampliatio ad text.

in l. vnica. §. 3. tit. 13. lib. 3. recopilat. quatenus dicit, quod factores mercatorū comparere debent coram priore & conſulibus pro reddenda ratione ſuarum adminiſtrationū: debet enim intelligi & ampliari, etiam vbi talis factor ſiue inſtitutor, vel alias negotiationi propoſitus, eſſet alterius iuriſdictionis, etiam eccleſiaſticæ. Quam ſententiam tenuit Bald. in additionibus ad Speculatorem, in tit. de reo in rubrica, quatenus dicit, quod ſi clericus eſt pilliparius, occaſione artis, poteſt conueniri ſub camarlengo, & ante eum ita tenuit Petrus de Velloperti ca in. l. finali. de iuriſdictio. omni. iudi. quem & alios (contra Albericum contrarium tenentem) refert Grego. Lupus, in. l. 1. verbo, *meneſterales*. tit. 4 par. 3. & præcedentis concluſionis ratio ea eſt præcipua, quia clerici aduerſus canonum ſtatuta mercimonijs ſe ueſæcularibus adminiſtrationibus ſeſe immiſcentes, quod attinet ad talē negotiationem, pro ſæcularibus iudicantur, vt in l. 2. C. de epiſcopis & clericis, & quo ad ſimilem negotiationē non ſecus ac alij ſæculares reputātur neque priuilegio & immunitate clericorum potiuntur, vt in clementina. fi. de cenſibus, vbi Cardinalis numer. 2. Albericus in l. vniuerſi. C. de vectiga. & communis Specula. in tit. de immunitate eccleſiaſtica in fine. Geminianus, in. cap. quamquam de cenſi. & ibi Philip. Francus, Petrus de Antiboli, in tractatu de muneribus. 6 par. num. 21. & 41. Grego Lupus, in. l. 49. tit. 6. par, 1. verbo, *las franquezas*, & in terminis dixit Cardinalis in clemen. 1. num. 16. de vita & honeſta. cleri. clericos negotiatores fori priuilegium amittere, & poſſe conueniri coram iudicibus laicis, & conſulibus mercatorum, idque optime ſuadetur, ex text. in. l. finali. C. de iuriſdictio. omnium. iudi. & ita tenet Benuenutus Straca, in tracta. de mercatura. 3. par. num. 9. vbi dicit quod tales clerici mercatores & negotiatores non conueniuntur vt clerici, ſed vt meri laici mercatores, & ideo non iure petunt ad epiſcopos ſuos remitti, & multa ibi in propoſito congerit, eum ſequitur Azeuetus in. dict. l. vnica. §. 3. numero. 8.

Sed obiter (pro explicatione prædictæ legis regiæ) dubitatur, an iuriſdictio conceſſa dictis priori & conſulibus, cenſeatur conceſſa priuatiue, an vero accūmulatiue, & in propoſita ſpecie regula eſt, quod quotiens alicui tribuitur iuriſdictio, accummulatiue, nō vero priuatiue cenſeatur conceſſa, ita tenet Bald. in. l. 1. C. de offi. cio præfecti vrbis. Romanus, conſil. 393 a numer. 3. vſque ad vndecimum. Decius, conſ. 13. num. 3. Quibus in locis tradunt, quod iuriſdictio conceſſa iudicibus mercatorum per ſtatutum Florenciæ circa cauſas mercatotum accummulatiue, non vero priuatiue cenſetur conceſſa: & eorum ſententiā ſequitur Aretinus conſ. 59. colum. 3. volumin. 3. Menochius de arbitrarijs lib. 1. quæſt. 40. numer. 4. vbi teſtatur, quod ita obſeruatur Papiæ, vbi etſi mercatores habeant ſpeciale tribunal, tamen prætor nō impeditur quo minus de cauſis eorum cognoſcere poſsit, eoſque ſequitur Benuenutus Straca in tracta. de mercatura. c. quo modo procedendum ſit in cauſis mercatorum. 2. particula partis finalis. numer. 6. cum ſequentibus. Et ex noſtris hanc ſententiam tenuit Auendañus de exequend. manda. 1. p. c. 1. num. 29. Ioannes Garcia de nobilitate gloſſ. 1 num. 5. Ioannes Gutierrez lib. 3. practi. quæſtio. quæſtione. 42. numero. 5. in fine.

Contrariam tamen ſententiam in propoſito tenuerūt Abbas & Felinus, in. cap. cæterum de iudi. quos ſequitur Auenda. ſibi contrarius, prima parte de exequend. manda. c. 5. num. 1. verſ.

43 quod limito. Vbi tenet, quod si incer-
tis generibus causarum competat ali
cui iurisdictio, semper competit pri-
uatiue ad aliam iurisdictionem vni-
uersalem, & ponit exemplum in cau-
sis messium, damnorum, vel aquarum
diuidendarum, siue panis aut carnis
quæ venditur in aliquo quarterio ciui
tatis, & ante eum ita tenet Afflictus
decis. 41. in fin. eosque refert & sequi
tur Azeuetus in d. l. vnica per textum
ibi vbi cauetur, quod de causis & con
tractibus, rationibus datis & aceptis
mercatorum Burgensium, vel etiam
vniuersitatis capitaneorum mercato
rum siue magistrorum nauium de Bil
bao, prior & consules Burgenses, pri-
uatiuam iurisdictionem habeant, ibi
que non solum ordinarij iudices, ve-
rum etiam regij senatores, ac supre-
mi senatus iudices inhibẽtur ne de
causis eorum cognoscant, seque in
tromittere valeant, etiam vbi alias
iure speciali per casum curiæ cognos
cere possent, vt patet ex verbis eiusdẽ
legis ibi, *o que sean contra regidor, ni
por otro ningun caso de e corte*, & ibi, *que
solamente conozcã dellos el dicho prior
y consules*, dictio enim illa (*que solamẽ
te*) cũ sit dictio taxatiua prorsus alio-
rum omnium iudicum iurisdictionẽ
excludit & eneruat, vt tenet Iacobus
de Arenis in tractatu positionum. §. 4
num. 12. volum. 1. vbi dicit quod hæ
dictiones tantum solummodo, & dũ-
44 taxat, faciunt implicitam negatiuam
& eius sententiam sequitur Angel. in
l. 1. per tex. ibi. C. vbi & apud quem, dũ
45 dicit, quod si statutum dicat, de adul-
terijs solus capitaneus cognoscat, vi
detur alijs iudicibus adempta iurisdi
ctio, & hanc eandem sententiam tenuit Bart. circa interpretationem dictionis tãtum, in l. viros. C. de diuers. officijs pulchra etiã in proposito præ
dictarum dictionum dixit Corrasius
in titulo. C. de impuberum. nume-
ro, 14.

46 Decius tamen cons. 3. numer. 4. in
tertia militat opinione, dicens, quod
ad hoc vt iurisdictio maioris magis-
tratus censeatur excluſa, non sufficit
concessam fuisse iurisdictionẽ per ali
quam ex dictis dictionibus taxatiuis,
nisi expresse dictum sit in commissio-
ne, quod solus ille cui commissio di-
rigitur, & non alius cognoscat. Et hãc
sententiam ante eum tenuit Angelus
in d. l. i. C. vbi & apud quem, & eum re
fert & sequitur Thomas Grammati-
cus cons. 2. nume. 8. Ripa. in tracta. de
peste tit, de remedijs præscrutatiuis,
num. 62. Menoch. d. casu. 40. numer. 8
Ioannes Garcia vbi supra, & hæc qui
dem sentẽtia in nostræ Hispaniæ tri
bunalibus frequenter recepta fuit, &
me patrocinante in hac regali Chan
cellaria praxi approbatam vidi, ex dis
positione dictæ legis regiæ, vbi post
quam dictis priori & consulibus con
cedit iurisdictionem per dictionem
taxatiuam, adhuc iudices supremos
inhibet, ne de prædictis causis mercа-
torum & de illorum rationibus, accep
tis, & datis se intromittant, neque ad
petitionem partis cognoscant, idque
his verbis cauetur, *a los quales manda
mos no conozcan de ellos, y los remitan
a los dichos prior y consules*, & rursus
statim dicit, *que de la sententia o sen-
tencias que dieren los dichos prior y con
sules entre las partes, si alguna de ellas
appellare, q̃ lo pueda hazer para ante el
Corregidor dela dicha ciudad de Burgos
y no para otra parte*. Hoc enim consti-
tutum fuit, ad faciliorem exitum &
expeditionem causarum mercatorũ
& in fauorem commerciorum, & ideo
in eadem lege regia statim subdit. Y
*si los dichos Corregidores y dos mercade
res confirmaren la dicha sentencia que
ansi fue dada por los dichos prior y Con
sules, mandamos que dello no aya appel
lacion, ni otro recurso alguno. Saluo que
se execute realmente y con effecto*. Ex
quibus verbis ibi, *ni otro recurso alguno*

deducit

deduci poteſt, quod etiam ſi talis ſententia manifeſtam iniuſtitiam contineat, adhuc neque in chancellaria, neque etiam in ſupremo regis Senatu, de manifeſta eius iniuſtitia per viam ſimplicis querelæ tractari poſ-
47 ſit, lex enim quæ totum dicit, omnibus iuris remedijs viam percludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. tamen in hoc vltimo cogitabis. In alijs vero Regnis & prouincijs vbi lex noſtra regia nō obſeruatur, ſi alicui priuatiue fuerit cō ceſſa iuriſdictio, maior iudex circa eius cognitionem minime ſe intromittere poterit, quod maxime locum
48 habebit, quando per dictionē taxatiuam iuriſdictio fuerit commiſſa, tūc enim priuatiue conceſſa cenſetur, quando dicitur expreſſe. vel ex verbis commiſsionis tacitæ colligitur, quod ille cui commiſsio dirigitur ſolus & non alius de cauſa cognoſcere poſsit, 51
etiam ſi alij iudices non inhibeantur, & ita reſoluit Menochius, plures pro
49 hac ſententia referens. d. numero. 8. Gutierrez. d. quæſtione. 24. lib. 3. Ioannes Garcia in loco ſuperius citato. An autem prior & conſules cognoſcere poſsint de ratiocinijs quæ ab hæredibus factorum vel mercatorum reddūtur, lato ſermone diſputat Straca loco ſuperius relato, nume. 44. tu illum videas, quia optime loquitur.

50 Vlterius dubitatur, an ſi laicus fuerit conſtitutus adminiſtrator alicuius loci pij, coram iudice eccleſiaſtico rationem reddere ſit aſtringēdus, an vero coram fæculari conueniri poſsit, & dicendum videtur quodcum prædictus adminiſtrator ſit de foro fæculari, apud fæcularem iudicem tātū pro ratiocinijs talis adminiſtrationis poſsit conueniri, ex tex. in. c. ſi clericus laicum de foro competent. idque partito iure expreſſum videtur in l. 61 tit. 5. par. 1. ibi, *Y non deuen y poner legos, por dos razones*, & inferius dicit, *y la otra razon es porque ſi los clerigos fizieſſen en ello algun engaño, poderlesyan apremiar por derecho de ſanta Igleſia, e fazerſelo emendar mucho ayna, lo qual no podrian fazer alos legos, porque los haurian de lleuar ante los juezes ſeglares.* Vbi Gregorius verbo, *ante los juezes ſeglares*, notabilem dicit prædictam legem ad limitationem tex. in. l. 1. &. 2. C. vbi de ratioci. agi. oport. idque probatur in. l. 32. tit. 2. parti. 3. licet Octauianus Oſaſcus deciſione. 31. numero. 6. huius rei cognitionem mixti fori eſſe profitea tur.

Contrariam tamen ſententiā, imo quod apud iudicem eccleſiaſticum talis adminiſtrator pro reddenda ſimili ratione debeat conueniri, probat tx. in clementi. quia contingit. §. vt autē de religio. domi. idque expreſsius hodie conſtitutum extat in ſancto Concilio Triden. ſeſsione. 22. c. 9. vbi cauetur, quod adminiſtratores tam clerici, quam laici pro reddenda ratione adminiſtrarionis rei eccleſiaſticæ ab ordinario eccleſiaſtico poſsint compelli, idque his verbis cauetur. *Adminiſtratores tam eccleſiaſtici quam laici, fabricæ cuiuſuis eccleſiæ, etiam Cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, elee moſynæ montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis ordinario: conſuetudinibus & priuilegijs quibuſcumque in contrarium ſublatis, niſi ſecus forte in inſtitutione, & ordinatione talis eccleſiæ ſeu fabricæ expreſſe cautum eſſet, quod ſi ex conſuetudine aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, alijs ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc cum his adhibeatur etiam ordinarius & aliter factæ liberationes, dictis adminiſtratoribus minime ſuffraguentur.* Et licet ibi nō declaretur quis ex ordinarijs aſsiſtere debeat, fæcularis (ſcilicet) aut eccleſiaſticus, tamen de ordinario eccleſiaſtico intelligi debet, cui ius peten

di

di rationem rerum ecclesiasticarum tribuitur. Et ita fuit declaratum per dominos Cardinales declaratione. 159. quam refert Bobadilla in sua Politica prætorum lib. 2. c. 17. num. 138 & ita tenendum reputat Molina de iustitia. 1. par. c. fi. in fine, versiculo illud postremo.

Neque huic sententiæ obstant iura canonica & regia pro contraria opinione adducta, quia tex. in d. c. si clericus laicum debet intelligi, vbi dubitaretur, an laicus Ecclesiastica bona 52 administrasset, in casu enim dubij, deberet coram suo iudice conueniri, neque posset trahi pro reddenda ratione coram ecclesiastico iudice, anteaquã declaratam esset per sæcularem, quod administrasset bona ecclesiæ, & ideo si iudex ecclesiasticus antea cognosceret, an administrasset, vel non, vim inferre diceretur, & ratione violentiæ ad curiam regiam posset appellari, & ibi quotidie huiusmodi causæ nullæ pronunciari, & ad sæcularem iudicem remitti solent, & in decreto dicitur, *por ninguno, y al seglar.* Et ita intelligi debet sententia Octauiani supra relata.

Neque obstant leges partitæ supra relatæ, quia ille leges loquuntur de administratione bonorum episcopatus ad episcopum pertinentium, non vero de bonis ecclesiæ, & eius patrimonij, nõ enim habet administrator bonorum episcopi idem priuilegium quod habet administrator bonorum 54 ecclesiæ, cum à separatis non fiat illatio.

53 Vlterius in proposito dubitatur, an Episcopus, vel eius vicarius possit ad ministratores publicorum horreorũ, vel positorum compellere, ac censuris ecclesiasticis astringere, vt sibi talium administrationum rationes reddant: & videtur quod ex tali compulsione, vim illis inferredici non possit, cum publicorum horreorum visitatio Episcopis (lege ciuili) sit concessa, in authentico de collatoribus. §. ciuitatum, ibi. *& frumentis ciuitatum.* Ac rursus, ibi. *singulis autem annis impletis sanctissimum Episcopum cum quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos qui ab ipsis ordinati sunt,* & in l. fin. §. Irenarchæ, ibi. *Item episcopi qui præsunt pa ni.* Licet hic Episcopi non accipiantur pro prælatis seu Antistite, sed pro inspectore & censore annonæ, secundum Budeum in pandectis Florentinis in explicatione huius loci. Et hãc conclusionem quamuis sub dubio tenet Iuan. Gutierrez in quæstion. canonica. 35. num. 28. & alij relati a Bobadilla lib. 2. c. 17. num. 138. litera. F.

Sed prædictis non obstantibus, in proposita specie breuiter distinguendum erit, aut enim episcopus agit pro extorquendis rationibus positorum, qui testamẽto vel alia vltima voluntate fuerunt constituti pro subueniendis pauperum necessitatibus, tẽpore caristiæ in grano siue pane cocto (prout hoc instituit in patria mea Benauentana licenciatus a Cartagena, singulari virtute ac sãctitate pollens, non minus quam diuicijs affluens) tali enim casu proculdubio poterit episcopus laicos administratores eorum, ad rationem reddendam compellere. & in hoc casu videtur tex. apertus in. d. c. 9. Concilij Tridentini, sessione. 22. vere enim simile positũ instar mõtis pietatis haberi debet, quorum mõtium pietatis, in Italia ingens est numerus. Dicitur inquam mons pietatis, summa quædam pecuniæ ad perpetuum vsum & commodum pauperum deputata seu coacernata, hoc modo, quod pro subuentione pauperum (quitempore caristiæ ab Hebræis excoriantur, Christiani omnes pro libito voluntatis certam eleemosynam contribuunt, quatenus ex illis quæ offerũtur & promittuntur, quædam fieret numerorum sufficiens summa, conser-

uanda

uanda in columis, ad hoc vt egẽti cui libet mutuari poſſet, vt in neceſsitatibus ſubueniretur, cumque ſummam pecuniæ congruam coaceruatam habẽt, ſtatim rectores ciuitatis pro eorum conſeruatione ſequentia capitula conſtituunt, ſcilicet, vt adminiſtratores eorum, cuſtodiant dictam pecuniarum ſummam, & ſint ſemper parati ad mutuandum illam egentibus ciuibus, vſque ad certam & determinatam quantitatem, & non plus. Secundo conſtituitur, vt pecunia ſic mutuata pignoribus idoneis prius acceptis præſtetur, eaque ſuo periculo depoſitarius, ſiue adminiſtrator cuſtodiat, in domo ad hoc conſtituta, & reſtituẽtibus mutuum intra annũ reddat, non reſtituentium vero pignora publicè vendantur, ad hoc vt monti pietatis ſatisfiat, reſiduum vero debitori reſtituatur, & horũ omnium, & totalis ſuæ adminiſtrationis rationes ſcribat, & reddat. Tertio, quod vltra pecuniam mutuatam, exigant tot denarios pro qualibet libra mutuata, ab illis quibus mutuatum fuit, & hoc, non vt vltra ſortem aliquid mõti accedat, ſed pro ſatisfaciendis adminiſtratoribus, qui publico pauperũ bono, in ſupradictis ſuo cum periculo & labore deſeruiunt, & pro expenſis cõductionis domus, & emptione librorum rationum, & aliarum rerum huic operi inſtituto incumbentium, & hoc inſtitutũ licitũ, pium ac ſanctum dicitur. Vt affirmat Thomas de Vio, in tracta. montis pieta. cap. 1. per totum, volumine. 11. tractatorum, Molina de iuſtitia diſputatione. 325. tractatu. 2. litera. B. col. 3. quod maxime verum eſſet, niſi illud quod vltra ſortem accipitur, ad augendum montem pietatis acciperetur, tali enim caſu fœnoratitius hic cõtractus mutui habe retur vt ipſe eodem loco, colu. 5. ſub litera B. profitetur, idque lege ciuili permiſſum extat. in l. Sancimus. §. interdicimus ibi: *Egentium pabula & alias pias cauſas.* C. de ſacroſ. Eccleſ. Tradit que Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ in præfatione, pagi. 10. & 11. qua propter iure optimo talem pietatis mõtem viſitare, eiuſque rationes diſpũgere poterit Epiſcopus, vel eius Vicarius, & ita tenuit etiam Paul. Caſtrenſ. conſilio. 23. viſo puncto, column penul. Tiraquel. vbi ſupra, pag. 14. Gutierr. d. quæſt. 35. num. 28.

55 Si vero tale poſitum conſtitutum fuiſſet ex pecunia publica, per conſules & proceres ciuitatis, minime poſſet Epiſcopus illud viſitare, neque eorum adminiſtratores & depoſitarios ad reddẽdũ ſibi rationes aſtringere, cum hoc caſu viſitatio & rationum diſpunctio, iudicibus ordinarijs loci, & eius decurionibus in ſuis oppidis competat, vt in l. 1. & 2. C. de conditis in publi. horreis, vbi gloſ. & communiter ſcribentes, lib. 10. & in toto titulo. C. de frumentis Vrbis Conſtãtinopolitanæ, & hodie hoc manifeſte conſtitutũ eſt in pragmatica poſitorum, quæ hodie eſt. l. 8. titul. 5. lib. 7. in noua legũ regni colectione, ibi: *Que cada año ſe tome cuenta del dicho depoſito, diſtinta de la que ſe toma de los proprios: y que para ello ſe diputen dos Regidores cõ la juſticia, los quales la tomen hallandoſe preſentes el Regidor, Diputado paſſado, y el preſente,* & hanc diſtinctionem firmauit Bobadilla in ſua politica, lib. 2. c. 17. nu. 134. 56 & lib. 3. c. 3. num. 9.

Vltimo, & finaliter dubitatur an miſerabiles perſonæ (quæ alias caſum curiæ habent, vt in l. 1. C. quando Imperator inter pupil. & viduã) poſſint petere, vt ratiocinia ſuarum tutelarum, vel aliarum adminiſtrationum propriæ ſubſtantiæ, in regia curia calculentur. In qua difficultate breuiter eſt tenendum, quod licet petere poſ-

ſint

sint in curia, vt administratores sui ad præstandum & dispungendum rationes condemnentur, minime tamen audiri debeant, si administratores ad reddendum sibi rationes in curia postulauerint. Cum de natura ratiociniorum sit, vt eodem loco quo facta fuit administratio, ibi eorum calculatio fiat, ex ratione legis. 1. & 2. vbi glo. & Doctores C. vbi de ratioci. agi oporte. Quæ est, quia ibi habilius
57 instructio sufficiens habetur, & verissima possunt testimonia monstrari. Rursus, quia si administrator extra locum administrationis rationẽ reddere compelleretur, officium administratoris illi foret damnosum, cum aliquas & forte magnas & extraordinarias expensas pro illuc eundo faceret, contra text. in. c. 2. de fideiusori. Crederẽ tamẽ, quod si huiusmodi miserabiles personæ, dum in loco gestæ administrationis rationes calculantur, vexarentur per iudicẽ, vt calculatores, possent appellare ad Curiã, &
58 ibi petere, vt rationũ causa retineretur, ibiq; terminarẽtur rationes, & iure retineri posset, cũ ad officiũ iudicis pertineat, ne illicitæ extorsiones fiãt, vt in. l. illicitas. §. ne potẽtiores. ff. de officio præsi. & causa retinẽdi ratio
59 nes in curia erit arbitraria, ex ratione tex. in. l. penultima. §. priscus. ff. de condi. & demonstra. ibi: *Verissimum est autem, vt alias aliud ex persona locoque sit æstimandum.* Quinimo & supremi iudices pro cliues esse debent, ad retinendum similes rationes in curia, cõstito de aliquo grauamine istis miserabilibus illato interim quod rationes in loco gestæ administrationes dispunguntur, ex ratione, text. in l. 41. tit. 18. par. 3. ibi: *Porque señaladamente los Emperadores y los Reyes son juezes destos tales, mayormente que de los otros, e a ellos pertenece de les fazer alcançar derecho, e de los mantener en justicia, demanera que no reciban tuerto, ni fuerça de los otros que son mas poderosos que non ellos.* Quinimo, & si rationes dispungerentur inter aliquẽ magnatem, vt aliam personam diuitem & opulentam, & minorem, vel similem aliam miserabilem personã, sufficeret allegare aduersarij poten-
60 tiam & præsumptam tyrannidem, ad hoc vt nullo alio apparente grauamine, rationes in curia retinentur, quia sufficit allegare timorem vbi litigandum est cum potenti, ad hoc vt causa pro casu curiæ recipiatur, vt in. d. l. vnica. C. quando Imperator inter pupil. & viduam, ibi: *Cum alicuius potentiam perorrescunt*, & miserabilis persona dicitur, orphanus, etiam si maior sit quatuordecim annorum, vt tenet Gregor. Lup. in. d. l. 41. verbo, *los huerfanos*, quando talis est patre orbatus, contra sententiam Pauli, in rubrica. C. quando Imperator, huiusque praxis testis est, Couarr. practi. quæst. cap. 6. num. 2. Quinimo, & si non esset miserabilis persona, quæ de oppressione timetur, adduc si iusta timoris causa interuenit, poterit petere, vt
61 rationes in curia calculentur & retineantur, quia proprium Regum officium est facere iudicium adque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & perigrinis pupillisq;, & viduis qui facilius opprimuntur à potestatibus, præturæ axilium,
62 cap. 1. 87. dist in ctione, Marti. Laudensis in tract. de principibus, quæstione 116. volumine. 10. Rationes autem bonorum publicorũ, in domo publica (quam dicimus, *de Ayuntamiento*) dispungi debent, vt in. l. fin. in fin. C. de debitoribus ciuita. lib. 10. facit tex. in l. fin. in fi. ff. de administra. rerũ ad ciuita. pertinen. & ita tenet Guidõ Papæ decis. 361. num. 9. Auend. de exequend manda. 1. par. cap. 10. num. 38. versi. item nota Bobadilla in politica,

lib.

lib. 5. cap. 4. nu. 5. vbi plus dicit, quod prædictæ rationes publicæ, non debent priuatim diſpungi in domo alicuius officialis publici, ſed palam in domo Concilij apertis ianuis & coram procuratore communis, quartos, & ſeſmeros ciuitatis, & aliorũ vicorum ciuitatis, quinimo & quod qui libet ex vicinis, ſeu popularibus qui talibus rationibus aſsiſtere velit, non eſt reijciendus, cum poſit animaduertere de aliquo errore, dolo, vel fraude ab officialibus commiſſo, & rationẽ ex eo reddit, quia ſi diſpunguntur publicæ rationes, publicè & ab omnibus popularibus debet examinari, quod ego verum intelligo, ſi veniret ad domum concilij, & ibi in tali parcella, vel tali, errorem, dolũ, vel fraudem interueniſſe explicite & in ſpecie expreſsiſſet, alias magnum eſſet incõueniens quod omnes populares vellent rationibus aſsiſtere, vel poſſet dici, quod quolibet priuato de populo volentim copia talium rationũ, præſtanda foret ei, vt de erroribus & fraudibus in illis contentis animad-
63 uerteret. Si quidem illam reddi rationẽ, quilibet de populo petere poteſt in iudicio, etiam ſine mandato, vt tenet Bar. in l. Vbi pactum, num. 11. C. de tranſactio. Inno. Hoſtien. & Felin. in c. Dilecti de maiorita. & obedien. Curia Piſſana, lib. 2. capi. 18. lib 15. & ibi Azeuetus, litera CC. fol. 75. n. 44. vbi nonnullos alios pro hac ſententia refert.

SVMMARIVM.

1 Perſonæ calculatorum, quales eſſe debeant.
2 Infamis, an ad diſpungendum rationes eligi poſsit.
3 Calculator nominatus a parte, vel iudice, an acceptare calculatori officium compellatur.
4 Æſtimatores, quando ad æſtimandum compelli poſsint.
5 Calculatores, ſi a re publica non ſint deputati, minime ad calculandum rationes aſtringi debent.
6 Calculatores qui ſteterunt in mora calculandi, an teneantur partile ſſæ ad intereſſe, quod ex tali mora reſultauit.
7 Arbiter nominatus, qui arbitriũ non acceptat, an peccet.
8 Calculatores vel arbitri, poſtquã officium calculandi, vel arbitrandi acceptauerunt, per iudicem poſſunt aſtringi ad calculandum, vel arbitrandum.
9 Officium ſuum (parte non petente) iudex interponere non debet.
10 Calculatores ſi non calculẽtur rationes quas diſpungẽdas aſſumpſerunt, poſſunt adſtringi per iudicem, donec eas diſpungant, & interim in domo alicuius priuati recludi debent.
11 Calculatores vota ſua pronunciare recuſantes, poſſunt in carcerem detrudi donec eorum vota proferant.
12 Calculatores, ſi adhuc pertinaciter vota ſua exprimere detrectent, non ſolum incarcerantur, verum & illis alimenta denegantur, donec officium ſuum impleant.
13 Recuſari, an calculatores à partibus, vel iudice nominati poſsint.

14 Iudex

14 *Iudex ab aliquo electus, minime ab eo, recusari potest.*

15 *Testis communis, a nullo ex partibus potest repulsari.*

16 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent legis auxilio.*

17 *Iudice existente suspecto, periculosum est coram ipso litigare.*

18 *Iudice supecto existente, diuina, naturalis, ac moralis ratio dictat, ne corã eo causa agitetur.*

19 *Recusare nudũ ministrum, quis minime potest.*

20 *Sententia lata a iudice recusato est nulla.*

21 *Calculatores, ante quam calculare incipiant, quid iuraee debeant.*

22 *Calculatores inter mercatores ad dispungendum ratioues priuatim electi, an iurare debeant, & quid.*

23 *Partium consensus, tolit suspicionem, quam alias tolere deberet iuramentum.*

24 *Calculatores a partibus, vel iudice nominati, an aliquam causæ cognitionem habeant.*

25 *Calculatores ex legis dispositione solum habent facultatem calculandi & dispungendi rationes, illasque iudici præsentandi.*

26 *Lex, si actui faciendo resistat, submouet potentiam ab actu.*

27 *Calculatores, non secus ac arbitri reputantur.*

28 *Arbitri, pro dispungendis rationibus nominari possunt.*

29 *Calculatores si iuxta iuris dispositionem, condemnauerunt tutores, vel curatores, in vsuris, vel reddibus pecuniæ pupillaris, an eorũ votũ debeat per iudicem confirmari, an vero commissionem excedere dicantur.*

CAPVT. VIII.

De personis calculatorum, ac de eorum iurisdictione, & potestate.

1 AMNunc opportune videre libet, de personis calculatorum, ac de eorum iurisdictione & potestate, & in primis videndum erit, quæ personæ ad calculandum eligi & nominari possint, & quidem ad huiusmodi calculandi ac dispungendi rationes ministeriũ, quilibet de mundo eligi potest, etiã si in minori ætate vigeat, vt in l. 5. tit. 4. pa. 1. 3. & in l. 3. tit. 9. libro. 3. recopil. Quam sententiam extende, vt

2 etiam si in famis sit, ad id nominari recte possit, vt voluit Accursius, in l. Pedius, verbo ignominiosus per tex. ibi ff. de arbitris, & ita tenet in diuisoribus hæreditatum Aiora de partitio. 1. parte. c. 4. num. 2. & 3.

Sed modo in proposito dubitatur,

3 an calculator à parte, vel iudice nominatus, possit officium calculatoris renuêre, an ve in vitus ad acceptandum compelli possit. In qua difficultate breuiter distinguendum erit, an talis calculator ad id de publico sit deputatus, an vero priuatim sit nominatus per partes ad calculandum. Primo

mo enim caſu eo etiam inuito & reluctante, omnibus iuris remedijs, ad acceptandum & calculandum cõpelli poterit, quod ſi adhuc calculare nolit, iudex illum capere, & carceribus mancipare poterit, vt voluit Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. gloſ. 4 3. n. 8. vbi loquendo in æſtimatoribus dicit, quod licet æſtimatores nõ poſſint cogi preciſe ad æſtimandum, vbi non ſunt ad id de publico deputati: tamen ſi ad id de publico fuerint cõſtituti (eo quod publicæ perſonæ reputantur) omnibus qui illos nominauerint, officiũ ſuum impertire debẽt, quod ſi id facere detrectauerint, iuris remedijs ad id adſtringi poterunt, id que ſentit Bart. in l. 1. §. cura carnis. ff. de officio præfecti vrbi, & in l. 1. ff. naute caupo & ſta. Ioannes Garcia, 5 in tracta. de expenſis. c. 24. nume. 26. Si vero a publico deputati non fuerint, minime ad calculandum compelli debent, niſi vbi iam calculandi miniſterium in ſe aſſumpſerunt, eo enim caſu minime illis rennuere licet, vt notat gloſ. Bart. & Albericus, in l. 3. §. penul. ff. de recep. arbit. l. 29. 6 tit. 4. par. 3. Aiora de partitio. 1. p. c. 4. n. 4. Quinimo, ſi poſtquam calculandi officium aſſumpſerunt, per illos ſtet, quo minus rationes calculentur, ac diſpungantur, & interim aliquid damni partibus emerſerit, parti læſæ ad intereſſe tenebũtur, niſi ex aliqua iuſta cauſa in mora calculãdi ſteterint. Vt in terminis teſtatur Moli. vbi ſupra, Ioan. Garc. loco ſupra citato, num. 25. Quinimo, & pecati mortalis (calculator qui fuit in mora) 7 reus eſſe dicitur, ſi ex eo partem damnificauit. Vt ſentit Baptiſta de S. Blaſio in tracta. de arbit. q. 77. vol. 8. & ante eum ita ſentit gloſ. in c. ſicut. 11. q. 1. verbo ſicut, vbi dicit, ꝙ ille qui nõ aſſumit arbitri officiũ peccat contra charitatẽ, cũ ex eo poſsit cõponere inter partes, & in propoſito dixit Curtius Iun. in l. penul. n. 13. C. de pact. & arbiter, qui negligit cauſam terminare, litem ſuam facit, & eandẽ ſententiã tenet Rom. ſingulari i. 700. & eos refert & ſequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu. 341. num. 8.

8 Aduertendum tamen eſt, ꝙ licet prædicti arbitri, qui officium calculandi aſſumpſerunt, ad illud agendũ compelli poſsint, tñ eos iudex ex officio cõpellere non debet, ſed demum vbi a parte aliqua petitum fuerit, vt 9 tenet Greg. in l. 26. tit. 4. p. 3. eo ꝙ iudex non poteſt interponere officium 10 ſuum, parte non petente, vt in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de damno in fecto: partibus tñ petentibus, iudex deberet hos calculatores in domum alicuius priuati recludere, donec integrã rationẽ, vel ſaltim vtriuſq; vota ſaltim ſeorſũ & ſeparata (in caſu diſcordiæ) coram iudice producant, ita Bal. in l. 1. per tx. ibi. ff. vbi pupil. educ. debeat, idq; probatur manifeſte in l. 29. tit. 4. p. 3. ibi: *Y ſi ellos fueſſẽ tã porfiados q̃ no lo quiſieſſen hazer, deuenles dſpues apremiar teniẽdolos encerrados*, quã ſentẽtiã tenet in calculatoribus 11 Auẽd. de exeq. mãd. 1. p. c. 20. n. 7. Quinimo & ſi adhuc pertinaciter vota ſua 12 proferre nolint in carcerem detrudi poſſent, quinimo & illius poſſunt alimẽta denegari, vt tenet Bal. in c. cum ſpeciali de appellatio.

13 Dubitare tñ inter calculatores aſſidue cõtigit, an iſti calculatores ab aliqua ex partib⁹ recuſari poſsint. In qua difficultate breuiter ſunt tres caſus cõſiderandi, aut enim ambo calculatores fuerunt abvtraq; parte cõcordi iudicio electi, aut quilibet ſuũ nominauit, aut aliquẽ ex illis (ob partis cõtumaciam) nominauit iudex. Primo enim caſu recuſationi locus nõ erit, ex vulgata regula, ꝙ ſemel placuit de reg. iur. in. 6. & in eo qui iudicẽ elegit ꝓbat noſtrã cõcl. tx. in c. ſi autẽ iuſta 14 gl. ver. ſi quis tertio. 2. q. 3. vbi cauetur

quod ille qui iudicem elegit, minime illū recusare potest, quod etiam
14 probatur ex text.in. ca. cum olim de causa possessio.&proprie.& ita tenet Ancharr.consi.158.num.19. Maran. de ordin.iudiciorum.6.par.num. 76, facit tx.in.l.generaliter. §. Sed iuramento.C.de rebus creditis,ibi: *Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium,in his quæ ipse facienda procurauit.* Recte etenim illi conuenit illud, semel loquutus est Deus &illud quidquid procedit exore meo non faciam irritū. Rursus facit,quia
15 cōmunis testis repulsari non potest ab aliquo eorum qui illum produxit l.si quis testibus.C.de testi.c. si testes § fin.4 quæst.3.l.31,tit.16.par.3.vbi Gregor.verbo,*desechar*, hoc in praxi cōmuniter seruari testatur, quod tamen debet intelligi, rebus in eodem statu manentibus, secus tamen , si aliqua noua recusandi causa superueniſſet:quia eo casu proculdubio a qualibet ex partibus recusari posset cap. insinuante, & ibi Abb. num. fin. de officio de legat.vbi dicit, quod illequi aliquem in iudicem elegit, ex noua & iusta causa superueniente, quæ reddit iudicem sibi suspectum, poterit illumrecusare.Vt pote,si post quam fuit electus,affinitatē,vel magnam amicitiam cum parte aduersa contraxit, & plures alias recusationis causas cumulat Maranta de ordi. iudi.6.par.ex num. 27. vsque ad. 77. & ratio ea est potissima , quia nouis morbis,noua conuenit antidota præ
16 parari. Vt in cap.cæterum de iuram. calum.quæ enim de nouo emergunt, nouo indigent legis auxilio, vt in.l. ab arbitro. ff.qui satisda.co g.Maran. vbi supra,num.76. & hoc quidē ratio ni est satis consentaneum,cum valde sit periculosum sub iudice suspecto li
17 tigare,vt in auth.de triente & semisse. §.hæc omnia , quinimo, vt inquit Summus Pontifex in.c.quod suspecti
18 3.quæst.5.Diuina,moralis, & naturalis ratio dictat,non esse coram iudice suspecto litigandum, idque comprobat Menoc.de arbitra.lib.2.cent. 2.casu.152.nu.1.& in proposito plura cumulat Ioan.Garc.in.d.c.fi.Aiora.d.c.4.num.10.& 11.vbi in additione adiecta secundæ impressioni, hāc conclusionem & veram & indubitabilem reputat.Maxime,vbi talis calculator esset electus vt arbiter, ita vt super dubijs in rationibus incidētibus nō solùm calculare,verum & pronūciare posset. Quā licentiā pronunciā disuper calculis & articulis rationū, calculatores nostri temporis passim vsurpant,tam in vno, quam in altero pronunciando,quod quidem aduersatur legis Regiæ dispositione,in.l.50. tit.5.lib.2.in noua legum Regni collectione,ibi:*No los nombren para ningun articulo que consista en derecho*, Dictio enim illa negatiua, *no los nōbren*,submouet potētiam ab actu nominandi tales calculatores, ad declarandum super iuris articulis in rationibus incidentibus,vt tenet Bald.in l.nō dubium,num.10.vbi dicit, quod prohibitum a lege non debet sub aliquo colore attentari. Secus tamē esset , vbi quis nominatus esset ad calculandum tantum:quia hoc casu,minime posset recusari , cum sit nudus minister,qui de iure recusari nō potest , vt in. c. super eo, &in.c.nouit de appell.glos.in.c.fi de præscript.Secūdo vero & tertio casu,scilicet, quā
19 do calculatores fuerunt seperatim a partibus,vel iudice electi,tum eū, & ego tuum possumus recusare,non solū ratione suspitionis,verū &ratione imperitiæ.calculatio enim, vel æstimatio rerū debet fieri a peritis & expertis,vt tenuit Ioā.Gar.vbi supra,&
20 si talis recusatus recusatione nō obstāte in causa procedat, q̄ per ipsum fa-

casus

factum fuerit, nullum erit, vt in dict. l. 31. Partitæ, quod intellige, vbi de facto nominati essent calculatores ad declarandum in iure & in facto, eo enim casu qui recusauit non tenebitur stare calculationi, non minus ac si recusatus tempore quo pronunciauit mortuus fuisset, vt voluit Ioannes de Platea, in l. 1. in fine C. de his qui non implent. lib. 10. quæ sententia non solum locum haberet, vbi isti calculatores nominati essent, vt arbitri, verum etiam vbi vt arbitratores electi fuissent, vt voluit Ioannis Garcia vbi supra, nu. 27, licet in hoc contrarium teneat Guiller. de Cuno, in l. si quis ex consensu C. de Episcop. & cleric. relatus & secutus ab Auendaño. 2. p. de exequen. manda. c. 32 num. 10.

21 Prius tamen, quam isti calculatores calculare incipiant, iurare debent secundum formam traditam in l. 31. titul. 5. lib. 2. recopilat. ibi: *Y que al tiempo que fueren nombrados, juren que antes ni despues de hechas las cuentas, no recibiran dineros, ni otra cosa de las partes, ni de alguna dellas,* 24 *hasta que les sea tassado el dicho salario, y que ansi mismo juren, que fielmente haran las dichas cuentas, y daran sus pareceres sin afficion alguna.* Licet vius legis forma passim per ignaros iudices & in expertos omitti soleat, non recipiendo hoc iuramentum, vsque in fine rationum, & quando rationes coram eis producuntur, neque in hoc calculatores scrupulantur, quinimo a partibus recipiunt stipendij partem, statim quod rationes dispungere incipiunt, melius tñ & conuenientius lex Regia supra relata seruãda foret, cũ ex eo sequeretur facilior rationũ exitus

22 Quod autem de iuramento calculatorum dictum est, non solum vbi rationes iudicialiter dispunguntur seruandum erit, verum etiam vbi priuatim inter mercatores calculatores sunt nominati, hoc enim etiam casu, in initio rationum priuatarum iurare debent calculatores, secundum formam traditam in. dict. l. 51. ex his quæ notat Bald. in l. hac edictali. §. his illut. C. de secund. nupt. quod ego verum intelligo, sub sequenti distinctione, an de iudicis mandato calculentur, vel non, primo enim casu, conclusio Bald. indubitabilis erit, secundo vero casu minime, nisi de hoc inter partes conuentum esset. Tunc enim conuentio pro lege haberetur, vt in l. contractus de regul iur. Lucas de Pena in l. 1. C. de nauicularijs, lib. 11. Carolus, Molin. in consuetu, paris. tit. 1. §. 3. glos. 33. numer. 7. & hanc distinctionem probauit Ioannes Garcia. d. c. 24. num. 18. loquendo in æstimatoribus a partibus nominatis. Et ratio ea est potissima, quia consensus partium supplet vim iuramenti, & suspitionem quam ipsimet partes de istis æstimatoribus & calculatoribus habere possent. 23

Vlterius videndum erit quam potestatem, quam ve iurisdictionẽ calculatores nostri habeant. Et dicendum videtur, quod calculatores quodammodo iurisdictionem, vel saltim notionẽ quandam habeant, maxime vbi præeedẽte iudicio a partibus, vel etiam a iudice in partiũ defectu nominãtur, vt sentit consultus in l. cui libertas. ff. de conditio. & demonstra. ibi: *Amplissimi consules arbitrum dabunt, qui excussis rationibus, nõ tantũ quæ reliqua sunt Ephaphroditi constituent, verum etiam quas rationes, quæque instrumenta reddere aut exhibere dominis suis debeat,* vbi Pau. Castr. notionẽ quandã prædictos calculatores habere affirmat, dicens, q̃ ex simplici facultate illis concessa, potestatẽ habeãt pronunciãdi sententiã, alterũ al-

teri condemnando, idque memoriæ tenendum reputat, licet post modum aliter obseruari testet. Et in genue fateatur prædictos calculatores facultatem habere (dum taxat) videndi & referendi rationes, & producendi illas in scriptis coram iudice, easque post modum iudicem recte an non recte factas iudicare, & ex hac Pauli sententia videtur hodie cõdita. l. 50. titul. 5. lib. 2. recopil. quatenus dicit: *Mandamos que de aqui adelante, quãdo los juezes mandaren nombrar contadores, o otras personas, no los nombren para ningun articulo que consista en derecho, ni para otras cosas q̃ ellos puedan determinar por el proceſſo, sino que tan solamente los nombren para cosa que consista en cuenta, o tassacion, o pericia de persona, o arte.* Ex quibus verbis manifeste paret calculatores omnes, solum habere a lege facultatem calculandi ac dispungendi rationes, illasque coram iudice producendi, vt super dubijs iuris quæstionibus, ipse sententiã suam proferat. Et hanc sententiam tenet etiam Castellus, in. l. 27. Tauri, versiculo quæro an isti, vbi testatur se vidisse hoc sæpissime iudicatũ, multasque calculatorum rationes, eo q̃ alterum alteri condemnabant, subuersas, & irritas pronuntiatas fuisse. & hanc sententiam tenet Aiora de partitio. capitul. 4. numero. 24. quod secus ipse existimat, si per iudicem aliquis ex articulis iuris calculatoribus fuisset commissus, vt super eo pronuntiarent.

Huic tamen Aioræ limitationi, me subscribere non audeo, cum ex verbis prædictæ legis Regiæ manifeste constet, calculatores eligi, & nominari non posse, ad pronunciandum super aliquo iuris articulo, quãdo enim lex disponit negatiue, actũ fieri prohibendo, sub inouet potentiam ab actu, ita vt factum contra prohibitionem sit nullum, ita notat Bart. in. l. cum lex numero. 3. ff. de fideiussor. Bald. in. l. non dubium, numer. 20. & 21. C. de legit. Ex quibus manifeste patet, quod neque iudex, prout, neque partes, calculatoribus committere poterunt, vt secundum jus in dubijs rationum quæstionibus pronunciare possint. Iudicis enim & partis factum, pari passu ambulat, vt in. l. si ob causam. C. de euictio. Crederem tamen quod ipsemet partes, possent calculatores tanquam arbitros iuris nominare, committendo illis, vt circa iuris articulos in rationibus incidentes, iuris peritos cõsulant, & secundum illorum sententiam rationum dubia declarent, minime tamen alterum alteri condemnare debent, vt notat Alexand. consilio. 21. num. 11. & 12. volumine. 7. Cui assentit Benuenut Straca de mercatura. 2. part. numer. 67. vbi dicit calculatores ad dispungendas rationes electos, arbitros dici posse, quod ego verum intelligo vbi non simpliciter, sed cum potestate arbitrandi electi fuissent, super reddendis namque rationibus arbitri nominari possunt. Vt voluit Catialupus in tractat. de arbitris lib. 3. c. 8. & hoc casu, veram intelligo sententiã Aioræ, supra relatã, quatenus dicit, q̃ si calculatores cõdenauerint tutores ad solutionem interesse pecuniarum minoris, vel ad restitutionem fructuum prædiorum, si talis condemnatio sit iusta, debet per iudicem confirmari, alias non debet dicere, quod confirmat sententiam calculatorum, sed simpliciter cõfirmare debet vota calculatorum, quia cum sententiam ferre alias non possint, super dubijs in iure consistentibus, inutilis esset confirmatio sententiæ nullæ, ex defectu iurisdictionis,

25 27 28 29

&

& in hunc modū intelligi debet ſententia Pauli ſupra relata, & prædicta lex regia, & Aioræ concluſio quatenus ſimpliciter tenet, calculatores a partibus nominatos iuriſdictionē habere delegatam, cum alias niſi a partibus tacite, vel expreſſe illis fuiſſet delegata, loqueretur contra mentem & verba prædictæ legis Regiæ, ꝙ nō eſt tanto viro dignum, iudices tamen noſtræ Cancellariæ cum attēta veritate, non tamen iuris ſubtilitate iudicare debeant, vt in l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil. nunquam in prædicta difficultate inſiſtunt, ſed in eo ſolo, an calculatorum vota ſint iuri & rationi coadæquata, & quidē hoc per omnes iudices fieri deberet Cum nō ſit imponenda lex verbis ſed rebus, vt in l. fin. C. communia delega.

SVMMARIVM.

1 INuentarij confectio, *legitimæ adminiſtrationis nomine continetur.*

2 *Inuentarium eſt caput rationis.*

3 *Adminiſtratores, & maxime tutores & curatores, ante inuētarij confectionem adminiſtrare non poſſunt, niſi tempore peritura.*

4 *Rationem, qui veram rectamque, & in nullo ſuſpectam rationem reddere cupit, in initio rationum inuentarium legitime confectum calculatoribus exhibere debet.*

5 *Tutor honorarius an inuentarium a ſe ipſo confectum in rationibus exhibere debeat.*

6 *Hæres an inuentarium exhibere teneatur, in ratiune quam fidei commiſſario reddit.*

7 *Orphanotrophus, ſiue hoſpitalarius, an inuentarium exhibere debeat, in ratione quam reddit rerum hoſpitalis*

8 *Fiſcus an inuentarium in ratione bonorum proſcriptorum exhibere debeat.*

9 *Parochus qui rerum Eccleſiæ rationem reddit, inuentarium in primis exhibere debet.*

10 *Inuentarium tutoris, an fieri debeat coram iudice & tabellione.*

11 *Vſufructuarius an inuentarium conficere teneatur.*

12 *Pater qui filij tutelam ſuſcipit, an inuentarium conficere teneatur.*

13 *Patet qui habet vſumfructum in rebus aduentitijs filij, an rationem reddere teneatur.*

14 *Adminiſtrator omnis qui rationi reddendæ, lege, conſuetudine, vel pacto eſt obligatus, inuentarium exhibere debet.*

15 *Inuentarium ab alio quàm tutore, vel curatore confectum, an ipſis dum rationem reddunt prodeſit.*

16 *Hæres qui inuentarium non confecit, neque falcidiā, neque Trebellianicam deducit.*

17 *Iuramentum in litem deferri poteſt, contra eos qui cum inuentarium conficere tenerētur, eius confectionem omiſſerunt.*

18 Iudex, an necessario inuentarij confectioni assistere debeat.

19 Inuentariū, an illud exhibere sufficiat, quod testator paulo ante mortem de suis bonis cōfecerat.

20 Inuentarium ab vno ex hæredibus confectū, an alijs prosit hæredibus,

21 Inuentarium factum à marito, vel vxore, sufficit produci in partitione bonorū per hæredem.

22 Inuentarium factū a iudice, ex officio, de bonis testatoris minoris, Ecclesiæ, vel hospitalis, an administratori prosit, vel hæredi.

23 Tutor, vel turator, non potest se iubare ex inuentario a se non cōfecto.

24 Tutores, curatores, prælati, vel parochi, Ecclesiarum Orphanotrophi, & his similes, an solemne inuētariū conficere teneātur.

25 Ob non confectum inuentarium, ille administrator suspectus dū taxat, habetur qui publicā administrationem suscepit.

26 Consequētia hæc, aliquis tenetur conficere inuentarium: ergo propter eiusdem omissionem, aduersus eum iuramentum in litem deferri potest, nō recte procedit.

27 Iuramētum in litem, licet aduersus hæredē administratoris (ratione omissi inuentarij) præstari non debat vbi lis nō fuit cum defuncto cōtestata, ipso tamen hærede in dolo existente, aduersus illum deferri poterit.

28 Administratores qui peculiarem & non publicam administratio nem habent, sufficit quod solam bonorum descriptionem faciāt, nisi ab illo cuia interest, vt inuentarium solemne fiat, petitū fuerit, quia eo casu sola bonorum descriptio non sufficiet ad hoc, ne iuramentū in litē deferatur.

29 Fraus, vt non fiat in confectione inuentarij, quælibet res debet inuentarizari stimatæ, ne tempore restitutionis aliæ non æque bonæ restituatur.

30 Iuramentum in litem, an aduersus Episcopum, vel parochum Ecclesiæ, ob non confectum inuētarium deferri valeat.

31 Pœnales dispositiones, minime extra casum in quo loquūtur extendi debent.

32 Episcopo, vel paroche Ecclesiæ, inuentarium bonorum non conficiente, cui aduersus eum, iuramētum in litem deferri debeat.

33 Iuramentum in litem, ipsi damnum passo, non vero eius hæredi deferri debet.

34 Hæredi, vel successori damnum passi, etiam si dicat quod perfamam habet damni notitiā, & æstimationem rei amissæ, vel non traditæ, iuramentum in litem deferri non debet.

35 Iuramentum in litem, ei soli deferri debet, qui verisimiliter potest scire rei veritatem.

36 *Probationis omne genus transit ad hæredem, præter priuilegium probandi per iuramentū in litē.*

37 *Habilitas personæ debet concurrere, in eo cui iuramentum in litem defertur.*

38 *Iuramentum in litem vbi est deferendum, quantitas super qua est iurandum, prius est arbitrāda & assignanda per iudicem.*

39 *Administrator a confectione inuentarij excusatur, si consuetudine regionis vsurpatum erat, ne conficeretur inuentarium.*

40 *In confectione inuentarij, qui cadit a syllaua cadit a toto, nisi aliter se habeat loci consuetudo.*

41 *Consuetudinis intuitu factū, iure factum esse censetur.*

42 *Hæres, tutor, vel alius administrator, qui inuentarium confecit secundum loci consuetudinem, etiam si iuris formam in eo non seruauit non potest capi pro detritis defuncti, neque in litem aduersus eum iuratur.*

43 *Consuetudine si sit introductum, vt inuentarium ab hæredibus, vel administratoribus non fiat, nō delinquet ille qui secutus fuerit consuetudinem.*

44 *Consuetudinem secutus, in nullo peccat.*

45 *Tutor, vel curator inuentarium facere non astringitur, quando pater minoris propter bonam fidem quam de ipso habuit, confectionem inuentarij illi remisit, tenetur tamen aliqualem descriptionem facere.*

46 *Remissione inuentarij, a patre tutori facta non obstante, iudex ex officio bona pupilli, vel adulti inuentarizare poterit, ne forte in aliquo defraudetur.*

47 *Pater in constitutione vsusfructus, de bonis filij, in tertio, vel quinto meliorati, an inuentarij confectionem remittere possit.*

48 *Vsufructuario, etiam si inuentarij confectio remittatur, adhuc illud facere astringitur.*

49 *Successori maioratus, siue fideicommissario, an confectio inuētarij remitti valeat.*

50 *Rei suæ quilibet est moderator & arbiter.*

51 *Possessor maioratus, licet quo ad fruitionem fructuum, tanquam vsufructuarius habeatur, at tamen in rei veritate, dominium bonorum maioratus (saltim reuocabile) habet.*

52 *Confectio inuentarij quantuncunque à patre minoris tutori remissa sit, non debet extendi ad bona legitime filij.*

53 *Pater directe, vel indirecte filiū in legitima grauare non potest.*

54 *Pietas paterna, semper pro filio optimum consilium capit*

55 *Iuramentū in litem, an aduersus tutorem rusticum, inuentarium non conficientem deferri possit.*

56 *Rustici aliquando sunt sagaces.*

57 *Tutor, an â confectione inuentarij liberetur, si tempore quo illi fuit decreta tutela, morbo sonitico, vel alia perpetua infirmitate laborabat.*

58 *Administrator a confectione inuentarij excusatur quando res minoris sunt ita lõge, vel in absconsa, vt sine magna & probabili difficultate inuentarizari non possint.*

59 *Quãdo quis tenetur ad factum, difficultas faciendi excusat a mora.*

60 *Tutor excusatur a confectione inuentarij, quando in illo faciendo verisimiliter tantum expenderet quantum ascendunt bona minoris inuentarizanda.*

61 *Expensa in refaciendo, rei valorem adæquare non debet, & ideo si verisimile sit, quod illum adæquauit, euitandus est circuitus.*

62 *Tutor a confectione inuentarij excusatur, vt (vtilitati & auctoritati minoris expedit, illud nõ fieri, & quam cautelam hoc casu adhibere debeat.*

63 *Administrator non tenetur exhibere inuentarium, quando rationes post triginta annorũ discursum (post summam administrationem) calculari possunt.*

64 *Inuentarij, & descriptionis bonorũ dictiones, vna promiscue vti solent.*

65 *In materia inuentarij, quando lex loquitur de hærede, tutore, curatore, Episcopo, parocho, hospitalario, vel alia persona publica, per verbum inuentarium, semper intelligitur de inuentario solemni, & secundum ius, vel consuetudine conficiendo.*

66 *Inuentarij dictio, quando profertur a lege, loquendo de fisco, depositario, æconomo, procuratore negotiorũ gestore, vxore quo ad bona mariti, patre quo ad bona filij, debet intelligi de simplici bonorum descriptione.*

67 *Inuentarij & descriptionis bonorum finis, vnus & idem est.*

68 *Descriptio, siue inuentarizatio bonorum, si obscure, in folio, & sub iuramento veritatem fiat, iuramentum in litem in dubijs parcellis deferri potest, aduersus illum conficientem.*

69 *Hæres, si quid dolo inuentario scribere prætermiserit, dupli pœna punitur, & tripli, si sit Regius administrator, & creditoribus patris pupillus in solidum tenetur.*

70 *Instrumenta, appochæ, & priuilegia minoris, vel Ecclesiæ, siue aliarum similium personarum, qualiter in inuentario sint describenda.*

71 *Administratores coguntur deferre, omnes de mendacio conuincuntur circa inuentarij confectionem, vel rerum administrationem, dum*

dum tationes præſtant, quia ex hoc indubijs parcellis, contra eos iuramentum in litem deferri poterit.

72 Tutor, vel alius adminiſtrator, ſi in relatione rationis quam durante adminiſtratione præſtat, de mendacio in aliquo conuincatur, abſque alia cauſa, ab adminiſtratione remouetur, & ab illo ratio adminiſtrationis exigitur.

73 Mendaces, leges odio habent.

74 Iuramentum in litem, vbi contra adminiſtratorem defertur, deferri non debet, ei qui alias de periurio fuit conuictus, vel infamia iuris, vel facti fuit notatus.

75 Iuramentum in litem deferri debet damnum paſſo, dummodo non ſit minor, & habilitas perſonæ adſit.

76 Hæres, an inuentarizare teneatur fructus quos colligit, vt de illis creditoribus defuncti (ſicut & ipſi hæreditarijs) ſatisfaciat

77 Inuentarij confectio, reponit hæredem in priſtinum ſtatum.

78 Fructus hæreditati obuenientes, mortuo defuncto, ante vel poſt aditam hæreditatem, eam & augent & vberiorem reddunt.

79 Hæreditas ſtatim quod eſt adita, tam non dicitur amplius hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium.

80 Commoda & damna hæreditatis ſuperuenientia, hæredi aſcribuntur, etiam ſi ante, vel poſt aditam hæreditatem contingant.

81 Hæres hæreditatem adeundo, quaſi contrahit cum creditoribus & legatarijs.

82 Hæreditas ſi augeatur à lunione, fœtu pecorũ, vel partu ancillarum, augmentum cædit hæredi, qui inuentarium confecit.

83 Hæres, a die quo inſtant creditores hæreditarij, fructuum hæreditatis rationem habere debet, eos in libro rationum deſcribendo, pro vt quilibet alius adminiſtrator.

CAPVT. IX.

De inuentario ab adminiſtratore, calculatoribus exhibendo.



VM Confectio inuentarij, legitime adminiſtrationis nomine continetur, ex gloſ. in l. 2. §. Si pater, verbo neque legitime. ff. ad Tertullianum. Quinimo & inuentarium caput ſit rationis, vt voluerunt Bart. & Imol. in l. Cum tale, § 1. ff. de condit. & demonſtra. Curtius ſi. tracta. de ſequeſtris, num. 17. Gregor. Lup. in l. 5. verbo, las deudas, tit. 6. parti. 6. Baeça de decima tutoris. cap. 2. numer. 169. Ajora de partitio. c. 2. num. 10. ex eo fit, quod ſi aliquis ex adminiſtratoribus ante inuentarij confectionem, alia, quæ tempore peritura adminiſtra-

ſtrauerit, ex eo ſolo efficiatur infamis, & ſuſpectus de mala in futurũ adminiſtratione, ita vt a bilia ſtatim remoueri poſsit, vt in.l.fin.§. illo. C. arbitri.tutel.& in.l.Tutor qui repertorium, in princip. ff. de adminiſtra. tuto.Baeça.d.cap.2.numer.64. & 66. Ideo qui rectam veramque rationẽ, & in nichilo ſuſpectam præſtare cupit, in introitu adminiſtrationis, inuentarium conficere debet, illudq; poſtea in rationibus coram calculatores exhibere tenetur, vt in.l. fin. C. Arbitri tutel.& in.l.6.titu.11.part.6. Baeça.d.cap.2.num.62.in fi. Conſtantinus ad leges Regias, articulo.131. Cuius etiam inuentarij conficiendi cura, ad tutorem etiam honorarium incumbit, vt tenuit Acur.in.d.l.tutor qui repertorium, verbo feciſſe, quem ibi ſequitur Bar.relatus & ſequutus a Saliceto, ibi, Guillelmus Mainerius, in.l.Quo tutela, num.70. ff. de regul. iur.Gutierr.de tutel.2.par.cap. 1.nu. 53. Hæres etiam inuentarium tenetur exhibere in rationibus, quas fideicommiſſario redit, vt appareat aliqua bona ſint deteriorata, ſua culpa, vel dolo, vt tenuit Bald.in.l.filium quem habentem.numer.fin.C.famil. herciſcun.Molin.de Hiſpanorum primogen.lib.1 cap.28.num.3. Ioſephus Ludouic. deciſione.66.2. par. ex nu. 1. Vbi de hoc nonnullas fallencias congerit.

Item & Orphanotrophus, ſiue hoſpitalarius, inuentarium, ſuarum rationum exhibere debet, vt in. l. Orphanotrophos, & ibi Paul.num 4. C. de Epiſcop.& cleri. Quinimo, & etiã fiſcus de bonis proſcriptorum rationem præſtans, ab onere conficiendi inuentarium non liberatur, vt in.l.ſi quis intra. C. de bonis proſcripto Neque parochus qui bonorum ſuæ Eccleſiæ rationem diſpungit, ab hac cura exhibendi inuentarium excuſatur. c. de Siracuſanæ, & ibi gloſ. 12. quæſtione. 2, licet Bald. hoc in Beneficiatis cautum non reperire fateatur. Hiſpani tamen in hoc Regiam Gotorum conſtitutionem habent, in l.2.titul.1.lib.5. in Foroiuzgo, vbi peculiaris forma fuit tradita in confectione inuẽtarij bonorum Eccleſiæ, in hæc verba. *Nos creemos que bon cõſello ſera de noſtro Regno, ſe nos mandaremos por noſtra ley, que las coſas de Sancta Ygleſia ſean guardadas, e por ende eſtablecemos en eſta ley, que mantenente quel Obiſpo for ordenado, que faga eſcrito de las coſas de la Ygleſia, preſentes cinco homes buenos, y aquellos ante quien fue hecho el eſcrito, prueuen eſte eſcrito con ſus manos. E deſpues de la morte de aquel Obiſpo, el otro Obiſpo que fuere en ſu lugar, ſegundo aquel eſcrito demande las coſas de la Ygleſia, y ſi alguna coſa hallare iniquada, la demande a los herederos del primer Obiſpo, o d aquellos aquien pertenecen ſua bona del Obiſpo,* & rurſus inferius dicit. *Otro ſi mandamos eſto guardar de los otros ſacerdotes, e de los diagnos, e de todos los otros clerigos.* Quinimo & prædicta forma quaſi in nihilo mutata, hoc ipſum conſtitutum fuit ab Henrico Secundo, in.l.2.& 3.tit.5.lib.1.fori, quod hodie eſt confirmatum, per.l.6.titul. 2.lib.1.in noua legum Regni collectione, & licet prædicta iura non aperiant, an tale inuentarium coram tabellione fieri debeat, tamen tutoris inuentarium (cui prædictæ perſonæ aſsimilantur) coram tabellione fieri debet, vt in.d.l.Orphanotrophos, & l.non aliter. ff. de adoptio. quatenus ibi cautum reperitur, vt coram publicis perſonis fiat, & ita tenet Guillermus Mainerius, in.d.l.Quo tutel.nu. 54. vbi inter perſonas publicas enumerat tabelliones.

Itidem & vſufructuarius inuentarium facere debet, rerum ſibi in vſum fructum conceſſarum, cum de illis rationem

tionē proprietario reddere debeat, vt in, l. 1. §. rectè. ff. vſufructu ſqueadmodum caueat, licet gloſ. ibi, verbo facient, hoc magis de conſilio, quam de præcepto eſſe exiſtimet. Communiter tamen eius ſententia à Doctoribus reprobatur, & eam præcipue impugnat Angel. in. §. cōſtituitur inſtitu. de vſufructu, Rebuf. in conſtitutio. Galicis. 1. tomo, tit. de ſententijs prouiſio. art. 13. gloſ. 3. num. 18, Iacobus de Sancto Georgio, in. l. fin. §. 1. C. de iure delibe. Afflictus deciſi. 342. num. 3.

12 Pater itidem qui filij tutelam ſuſcepit, ad inuentarij confectionem tenetur, vt tenuit Speculator, in tit. de inſtrumen. æditione. §. finali, verſicu-
13 lo quid in patre, vbi dicit, quod licet pater habens vſumfructū in bonis filij aduētitijs, nō teneatur reddere rationē adminiſtrationis, tū quia poſſet alienare bona ipſius filij, inuētariū de illis facere debet, vt ſciri poſſit tēpore reſtitutionis, an aliqua bona deficiant, ex his quæ in inuentario deſcripta fuerunt, & vt recurſum habeat filius contra emptores taliū 17 bonorum. Et hanc ſententiam tenet etiam Ioannes de Gradibus in additio. ad Guidonem Papæ, deciſio. 351. verbo rationem, Pinelus in. l. 1. 2 p. num. 23. C. de bonis mater. Gutierr. de tutel. par. 3. cap. 4. num. 2. & hanc rationem formalem adhibuit tx. in l. 6. titu. 2. lib. 1. in noua legum Regni collectio. ibi: *Y por el dicho inuentario, ſi alguna coſa de las que anſi hallaren eſcriptas fuere vendida, o enagenada ſin derecho, la pueda demandar y tornar a la Yglesia*, & vt hoc vnico verbo concludamus regula generalis con-
14 ſtitui debet, vt omnis adminiſtrator qui rationi reddendæ lege, pacto, vel conſuetudine, eſt adſtrictus, inuentarium rerum a ſe receptarum facere, & calculatoribus exhibere debeat, aliàs pœnis legalibus ſubdatur, quod extende, etiam admaritum ſuperſtitem, vel vxorem in retentione bonorum manentem, vt tenet Aiora de partitio. cap. 2. num. 8.

15 Sed dubium erit in propoſito, an adminiſtrator obligationi inuentarij conficiendi ſatisfeciſſe dicatur, ſi exhibeat inuentarium bonorum ad miniſtratorum ab alio tertio confectum, an vero præciſe ab ipſo factū, vel ad eius inſtantiam conſcriptum eſſe debeat, vt pœnas non conficientis inuentarium euadat, quæ in hæreditate eſt, vt vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs teneatur, vt in l. fin. §. ſin vero poſtquam. C. de iure delibe. & in. l. 5. & 10. titulo. 6. partit.
16 6. Quinimo in pœnam non confecti inuentarij hæres, neque Falcidiam, neque Trebellianicam deducit, vt tradit latè Roland. conſili. 27. n. 13. & plures cumulat Oſaſcus, qui idem tenet Deciſione Pedemontana 147. num 8. & 148. per totam, vbi varias in hoc Doctorum ſententias fœdere diſtinctionis ad concordiam redigit. Aduerſus vero tutores & curatores & his ſimiles, pœna non conficientis inuentarium ea eſt, vt iuramentum in litem: parti cuia intereſt fieri deferatur, vt tenet Accurſius in. l. officio, verbo, tenebitur. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & in. l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tutor. & ibi communiter ſcribentes, & in. l. 6. tit. 11 par. 6. quibus ſic præhabitis, in propoſita ſpecie dicendum videtur.
18 Quod nō aliter tutores & ſimiles obligationi conficiendi inuentarium ſatisfiant, quā ſi inuentarium ſolemniter cōfectum coram iudice & Tabellione & ad eorum inſtantiam producant, alias aduerſus eos iuramentum in litem deferri poſsit, licet hoc de preſentia iudicis de conſuetudine nō obſeruetur, vt ex alijs refert Gutier-

rez

rez de tutel.par.2.num.81. versi. Sed non esse. Idque in substituto qui successit pupillo, tenet Bar. in l in ratione la. 1. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falci. vbi tenet, quod si substitutus, tempore quo fideicommissum restituit rationem reddat, exhibito inuentario a tutore pupili facto, non debet gaudere beneficio inuentarij, & eius sententiam sequitur Imol. ibi in fine Roland. a Valle in tracta. de inuentario, fol. 116 num. 3. & ratio ea est potissima, quia vbi a lege confectio inuentarij exigitur, eiusdē confectio personalissima est, ita vt ab alio cōfectum nō releuet administratorem ab eius confectione, ita Bald. & Doctores cōmuniter in. d. l. fi. §. cum igitur, num. 18. Caualcanus in tracta. de tutore,
19 num. 108. Inuentarium namque debet incipi per hæredem ipsum, quod in tantum verum est, vt dicat Bald. in d. num. 18. quod etiam si ipsemet testator Paulo ante eius mortem suorum bonorum inuentarium fecisset, adhuc eius hæres non posset se tueri aduersus creditores & legatarios prætextu talis inuentarij. Neque illi etiam pro desset, quod aliqui ex creditoribus, vel legatarijs confiterentur, quod nulla alia bona erant in bonis defuncti tempore mortis, quā ea quæ inuentario defuncti continebantur, quia adhuc alijs hoc non cōfitentibus vltra vires teneretur, & hanc sententiam refert & sequitur Gregor. Lupus in. l. 10. tit. 6. par. 6. verbo, *las mandas*.

20 Contrariam tamen sententiam videtur tenere Imol. in. l. cum hæreditate. ff. de acquir. hæredi. quatenus ibi dicit, quod per inuentarium ab vno ex hæredibus confectum, probari potest. Quod bona defunctus reliquerit, & cum sequitur Mōticulus in tra-
21 cta. de inuentario. c. 10. num. 462. vbi dicit, quod in partitionibus bonorū, sufficit exhiberi inuentarium, siue descriptio bonorum a marito, vel vxore confectum, licet ipsi filij & hæredes, nullum aliud inuentarium cōfecerint. Quam sententiam nouissime tenet Gutierr. de tutelis. 2. part. cap. 1. num. 51. quem in proposito videas a num. 49. vsque ad. 53. Et hanc sententiam videtur tenuisse Bald. in d. §. eum igitur, num. 15. quatenus dicit, quod inuētarium pupilli prodest substituto pupillari, maxime quando conuēitur ex facto patris pupilli, vel respectu paternæ hæreditatis, & ratio est secundum eum, quia beneficiū inuentarij transmittitur ab hærede in eius successores, cū sit in rem scriptum, dicens, quod in hoc nulla alia ratio potest assignari, licet (vt ipse dicit) secus esset, quando substitutus cōueniretur tanquam nouus hæres pupilli, forte pro legaris, vel fideicommissis in secundis tabulis relictis, vel a creditoribus ipsius pupilli, non vero quando a creditoribus paternis cōuentus esset: quia hoc casu inuentarium prædicti pupilli substituto non prodesset, ac si pupillus maior factus testamentum suum condidisset, de noua enim hæreditate tractatur. Et breuiter idem sensit Bald. ipse in. d. l. filium, quem habentem, num. 40. ex cuius sententia resultat limitatio ad propositionem Bartoli pro contraria sententia adductam, & eam exornat multis argumentis & iuribus Aiora cap. 2. num. 22. per totum, quem omnino vide.

22 Quid autē dicendū erit, si mortuo administratore, vel marcatore, iudex ex officio inuentaūri suorū bonorū fecit, absente, vel ignorante scripto hærede, vel successore abinteſtato, an hæres postea veniēs se iuuare possit prætextu dicti inuentarij, an vero inuentarium a se confectum necessario exhibere debeat, alias, vltra vires

hæ

hæreditarias teneatur, in qua difficultate reſolutiuè dicendum erit, q̃ ad hoc vt talis hæres ex tali inuentario ſe iuuare poſsit, neceſſario tenebitur illum coram iudice ratificare intra tempus conficiendi inuentariũ, iurans ſe nulla alia bona reperiſſe in bonis defuncti, & proteſtando q̃ ſi aliqua alia bona inuenerit, illa in inuentario deſcribere faciet. Idq; voluit Damauderius in tracta. de tutore ex tex. in l. bonorum. ff. rem ratam haberi, folio. 19. column. 4. a numero. 19.

23 Tutores tamen, vel curatores, & eis ſimiles, non poterunt ſe iuuare ex inuentario ab alio quam a ſe confecto, tempore tutelæ, vel curæ ſibi delatæ, etiam ſi producant inuentariũ bonorum patris pupili, tempore eius mortis confectum, per iudicem, vel hæredem, ſiue per creditores paternos, aliud enim eſt inuentarium hæreditatis adeundæ, & aliud inuentarium per tutores, vel curatores faciẽdum, ad legitimandum eorum perſonam, vt notat Bart. in d. l. tutor qui repertorium, Caualcanus de tutore, loco ſuperius citato, vbi affirmat, quod tutor neceſſario tenetur aliud inuẽtarium (quam hæredis) conficere, quam ſententiam tenet Cæpola cautel. 229. vbi dicit, quod ad hoc vt tutor ſimile diſpẽdium euitare valeat, poterit facere vnum inuentarium cũ ſolemnitate vtriuſq;, & de hoc vide Gutierr. vbi ſupra. d. num. 49.

24 Aduertendum tamen erit, quod licet hæredes, tutores, curatores, Epiſcopi, ſiue Eccleſiarum rectores, Orphanotrophi & ſimiles, ſolemne inuentarium conficere teneantur, vt ſupra proxime adnotauimus, tamen cæteri adminiſtratores, & ſi prædictã ſolemnitatem non adhibuerint, non debent in aliquo calumniari, ſi ſaltim ſimplicem bonorum deſcriptionem confecerint. Vt tenet Raphael Cuma. in. d. §. quod vulgo, quem ibidem ſequuntur Alexand. num. 4. Vincentius de Herculanis, num. 1. idque tenet Molina de Hiſpanor. primoge. lib. 10. cap. 28. num. 9. Aiora de partitionibus. cap. 2. num. 13 ille namque (ob non confectionem ſolemnis inuentarij) cenſetur eſſe in dolo, qui pubicam adminiſtrationem quodammodo habet non vero qui priuatim adminiſtrat, alias ſequeretur, quod contra procuratorem ad negotia, negotiorum geſtorum, & ſimiles qui priuatas adminiſtrationes ſuſcipiunt, & rationem adminiſtrationis reddere aſtringuntur, propter ſolemnitatem inuentarij omiſſam in litem iurari poſſet, quod minime eſt dicendum, quia non bene ſequitur: aliquis tenetur rationem reddere. Et inuentarium conficere: ergo propter inuentarij comiſionem, aduerſus illum in litem iurari poteſt, vt notanter animaduertit Molina loco ſupra citato. d. nu. 9. Corneus, conſil. 8. lib. 4. Gutierr. de tutelis. 2. part. cap. 2. num. 15. & 16. quod ego verum intelligo, niſi talem in adminiſtratione doloſè verſatum fuiſſe cõſtiterit, argument. text. in l. alio. C. de in litem iurand. vbi licet aduerſus hæredem tutoris, qui inuentarium non confecit, iuramentum in litem deferri nequeat, vbi lis cum defuncto, nondum fuerat conteſtata, vt explicat Couarr. lib. 2. variar. cap. 14. nu. fin. verſi. vltimo in fine. At tameu ipſo hærede in dolo reperto & de eo cõuicto, iuramentum in litem contra eum deferri poterit, vt in l. 6. tit. 11. par. 3. vbi Gregor. gloſſa finali, iſtius legis deciſionem, ad cæteros adminiſtratores extendit. 25 26 27 28

Hoc tamen in propoſito non eſt omittendum, quod licet iſti adminiſtratores, qui priuatam adminiſtratio-

tionem susceperunt, simplicem (tantum) bonorum descriptionem facere, & in rationibus producere teneãtur, hoc tamen intelligi debet nisi ab eo cuia inter fuit non fuit petitum, vt solemne inuentarium conficeretur, ipso tamen hoe petente, proculdubio solemne inuentarium, & fieri & produci deberet, quod si neque fecerit, neque produxerit administrator, aduersus eum iuramentum in litem defertur, vt ex multis resoluit Molin. d. cap. 28. num. 10. vel saltim descriptionem bonorum facere debe ret, duobus, vel tribus testibus adhibitis, ex cognatis illius cuia interest. Et in vsufructuario qui instante proprietario inuentarium solemne fieri, illud non confecit, & saltim hãc solemnem bonorum descriptionem facere recusauit, ita tenet Bertrand. consi. 243. num. 6. & 7. lib. 2. & hanc limitationem summe notandam & menti tenendam dixit Molina. d. nu. 10. in fine.

Ego tamen supradictæ sententiæ subscribere me non audeo, quia esset extendere iura pænalia ad casum in quo de iure pæna, nondum est imposita, contra. l. odia. ff. de reg. iuris. Et ideo dicendum censeo, quod si is qui descriptionem tantum bonorum de iure facere tenetur, ad instantiam illius cuia interest solemne inuentarium conficere detrectet, ipse qui inuentarium fieri postulat, coram iudice & tabellione ad hibita omni iuris solemnitate, illud inuentarium conficere possit, eo modo quo in posterum sibi magis sit consultum, magisque via fraudibus. percludatur, & ita senserunt Alexand. & Cumanus, relati & secuti a Gregor. Lupo, in. l. 5. tit. 6 par. 6. glos. verbo, *las deudas*, idque tenet Monticulus de inuentario. c. 6. num. 8. Ruinus consi. 19. lib. 2. & hæc erit optima cautela pro in-

tereſſatis. Ne quid per gratiam, vel colludium forte sub ducatur, vt in. l. si quis intra. C. de bonis præscripto. & vt melius & securius sciri possit, quæ, quales, quante ve fuerint resque traduntur vsufructuario potienda, & vt apparere possit tempore finiti vsus fructus, an aliquid ex inuentario fuerit alienatũ, quid ve tẽpore perierit, vt tenet Bar. in. l. 1. §. seruus. ff. de ventre in possessio. miten. & facit optime ratio text. in. l. 6. tit. 2. lib. 1. recopila.

29 Quinimo, & in proposito dixit Salic. in. l. forma. ff. de censibus, quod ad hoc ne fraus fiat in rebus inuentarizatis, quelibet res debet scribi æstimata, ne tempore restitutionis alia similis forma, dissimilis prætio restituatur, & eum sequitur Guillermus Mainerius in. l. quo tutela, num. 59. ff. de regul. iur. & quod ita infrantia vsurpetur testatur Casaneus in consuetu. Burgundiæ, Rubr. 6. §. 6. verbo parinuentaire, numer. 5 versi. curia autem parlamenti Matth. de Afflict. decis. 342. num 3.

30 Vlterius in proposito dubitatur, an sopposito, quod in. d. l. 6. titulo. 2. lib. 1. recopilationis, non imponitur pœna contra Episcopum, vel parochum inuentarium non conficiẽtẽ. De rebus Ecclesiæ, aduersus eos adhuc iuramentum in litem deferri possit, & videtur dicendum, quod cũ in casu prædicto, lex illis pænam non irrogauerit, iuramentum ve in litem deferri iuueat, minime contra ipsos sit deferendum: odiose nanque & pœnales dispositiones minime extra casum in quo locuntur extendi debẽt, vt in. d. l odia, & in. l. commodissime ff. de liber. & posthum. & ita in termis tenet Felin. in. c. cum de putati de iudicis, Barbatia, in. c. cum in officijs num. 10. de testamen. moti ex sententia glossæ, in. c. fi. 5. quæst. 3 Quæ nullo modo permitit, vt Episcopi & rectore/

ctores Eccleſiarum tutoribus, vel curatoribus aſsimilentur, ibique plures differentiæ rationes cumulant, & eãdem ſententiam tenet Abb. in c. audi tis de in integrum reſti. tenentque plures alij relati a Couarr. in cap. 1. de teſtamen. num. 10.

Contrariam tamen ſententiam, immo quod aduerſus Epiſcopũ, vel rectorem Eccleſiæ, inuentarium non conficientem de rebus Eccleſiæ, in litem iurari debeat, eo quod ſimiles ſint tutoribus & curatoribus, tenet Socinus, conſi. 46. 1. par. Afflictus deciſione. 169. num. 5. Plotus de in litẽ iurando. §. 4. num. 85. in parua impreſſione, & hæc ſententia probabilior apparet ex eo, quia eadem æquitas, ſiue ciuilis ratio militat in clerico, q in laico inuentarium non conficiente, hoc enim ipſum vtrobiq; agitur, ſcilicet, ne bona minorum, vel Eccleſiarum propter negligentiam, vel malam tutorum, vel rectorum adminiſtrationem, vel dolum, auaritiam, ſiue fatuitatem depereant, & vſurpentur, occultentur, vel dilapidentur, q in maximum rei publicæ detrimentum reſultaret.

32 Et hac vltima opinione retenta, dubium non leue reſultat, cui ſit deferendum iuramentum in litem, vbi Epiſcopus, ſiue rector Eccleſiæ inuẽtarium (modo ſupra relato) non fecit. Et videtur dicendum, quod ſit deferendum ſucceſſori in Epiſcopatu, vel rectoria, quia hæc delatio iuramenti, ex parte damnum paſsi fauorabilis eſt, vt in l. ſi quando. C. vnde vi, & ita tenet Caſtrenſis, poſt Angelum, in l. finali § hoc iudicium. ff. ne quis eum qui in ius, vbi Alexan. affirmat, quod ideo hæredi, ſiue ſucceſſori damnum paſsi, iuramentum in litem præſtari debet, quia hoc iuramentum datur authoritate legis, & eius ſententia ſuffragatur ex deciſione tex. in capit. 1. in princip. Si de inueſtitura inter domi. & vaſſallum lis oriatur, in vſibus feudorum, ibi: *Si teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris ſacramento decidatur, idemque in eorum ſucceſſoribus obſeruetur*, per quem tex. prædictam ſententiam, & veram & communem teſtatur Couarr. in ca. quamuis pactum. 1. par. §. 5. num. 7 Idq; iudicatum fuiſſe in Neapolitano Senatu, teſtatur Afflictus deciſ. 169. per totã vbi ingenue fatetur, quod de hoc nulla potuit particularis deciſio, per Senatores reperiri.

33 Aduerſus tamen prædictam ſentẽtiam, tenet Baldus in l. ait prætor in principio. ff. de iure iurando, vbi tenet iuramentum in litem ipſi damnum paſſo, non vero eius hæredi deferrendum fere ſecutus gloſſa, in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. Idque aperte probatur, in l. generaliter editit ibi: *Cumultum diſcrepet iuramentum hæreditarium, a principali ſacramento*, & ratio eſt ſecundum eos potiſsima, quia cum hoc iuramentũ in litem ſit affectionis, male poterit deferri hæredi, qui forte rei veritatẽ non nouit, & hoc in tantum verum eſſe reputat Acurſius, in. d. l. in bonæ fidei, vt affirmet, quod etiam ſi hæres dicat, quod per famam ſcit rei æſtimationem, adhuc illi non eſt tale iuramentum deferendum, ne forte aperiatur via per iurios, & eum ibi ſequitur Bald. eique aſſentit Bart. in l. 1. §. pœna. ff. de lib. agnoſcen. quatenus tenet, quod iuramentum ei ſolum deferri debet, qui veriſimiliter præſumitur ſcire rei veritatem, & ideo dixit Bald. in l. 2 C. de condictio. indebiti, quod omne genus probationis tranſit ad hæredem, niſi priuilegium probandi per iuramentum, quia in iuramenti in litem delatione ſemper debet concurrere habilitas perſonæ, ex Bart. in l. in actionibus, numer. 17.

verſi-

versicul. quarto & vltimo. ff. de in litem iuran.

Inter has tamen doctorum varietates, dicendum censeo, quod prior sententia regulariter locum habeat, quando verisimiliter successor, vel hæres potuit habere notitiam damni, defuncto illati. Secunda vero intelligatur quando rei notitiam minime habere præsumitur, & ita sentit Iasson, in d. l. si quando nu. 51. C. vnde vi, Plotus, ibi, num. 619. in magna impressione. Idem Iasson in repeti. l. admonendi, num. fin. Cassaneus, cõsil. 7. col. penul. & eum refert & sequitur Gouarr. vbi supra, Rolandus a Valle, consil. 52. lib. 1. Tiraq. plures suo more referens de rectratu cõsanguí. §. 2. glos 2. num. 3. Afflictus, vbi supra, num 8. & 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 208. num. 12. & casu. 109. numero. 11. & 12. & plures casus in quibus iuramentum transit ad hæredé, cummulat Philippus Portius, conclusione. 3. lib. 1.

38 Est tamen in proposito aduertendum, quod prius quam iuramentum deferatur, debet iudex assignare iuranti certam quantitatem (pro suo arbitrio) vsque ad quam affectionem suam extendat, ex text. in l. in actionibus. § 1. ff. ad exhibendũ, ibi: *Iudice quantitatem taxante*, & in l. 6. tit. 11. par 3. ibi: *Apreciando toda via el juzgador e asmando, hasta que quantia manda al huerfano que iure*, & ita tenet Bart. in d. l. in actionibus, numer. 17. Afflictus, decis. 169. num. 9. vbi dicit, quod ista fuit noua decisio sacri Consilij Neapolitani, quæ habet vim legis, & facit ius, quod perpetuo est menti tenendum.

Vt autem conflictus prædictarum opinionum euitetur, melius consiliũ erit, vt mortuo Episcopo, ad petitionem Ecclesiæ obtineatur cedula in regio consilio, ad hoc, vt corrector proximior seu dignior ciuitatis eiusdem Episcopatus, faciat, vt hæredes Episcopi defuncti nominent æstimatores damnorum contingentium in rebus Episcopatus, durante administratione sui Episcopi defuncti, & illud quod hij æstimatores cum nominatis ab alio, vel ab vno cum tertio taxauerint, soluatur. Et ita practicatum fuisse multoties in Regio Consilio, testatur Molin. lib. 1. de Hispano primogen. capit. 27. num. 3. quod etiam vtilissimum Consilium visum fuit Ioann. Garciæ in tractatu de expensis. c. 11. num. 68. idem per successores maioratum faciendum fore, arbitratur, Molina, vbi supra, licet fateatur nunquam hoc in Regio Consilio petitum fuisse, vsque ad sua tempora, iudicibus tamen ordinarijs locorum admonet, vt si ab illis hoc petatur, suum officium interponere nõ recusent, cum ex simili cautela omnis precludatur via fraudibus.

Aduertendum tamen erit, quod licet regula sit, quod contra tutores & curatores & similes administratores, inuentarium non conficientes, iuramentum in litem vsque ad quantitatem per iudicem assignatam deferatur, tamen multi sunt casus in quibus talis iuramenti delatio locũ non habet de quibus sigillatim agendum duxi.

39 Et primus erit, si ex consuetudine regionis, vsurpatum, & consuetudine introductum est, vt tales administratores inuentarium non conficiãt, quia hæc consuetudo a confectione inuentarij administratorem immunem reddit, vt notat Bart. in. l. tutor qui repertorium, num. 18. ff. de administratio. tuto. Specula. in titulo de instrumento æditione circa finem, vers. sed quid si hæres. Vbi dicit, quod in confectione inuentarij qui cadit a syllaua, cadit a toto, nisi aliter se habeat

beat consuetudo loci, in confectione inuentarij, Petrus Surdus decisione.
41 222. numero. 6. quod enim fit secundum cõsuetudinem, iure factum esse dicimus, cum ipsa consuetudo ex iuris authoritate vigorem sumat, vt in. §. ex non scripto institu. de iure natur. & hãc sententiam tenet Aymon. Craueta de antiquitate. 1. parte limitatione. 4. numero. 28. Porcelinus de inuentario. cap. 1. nu. 6. vol. 6. tractatuum, Roma. singula. 19. decisio. Genue. 35. numero. 1. Quinimo & si consuetudo esset iniqua, qui eam seruaret, excusaretur a dolo, vt notatur in tracta. de mercatura pag. 689: nume. 54. & in hærede, qui intuitu consuetudinis inuentarium non confecit. Hanc eandem sententiam tenent Bald. Paul. & Iasson in. l. fin. §. & si præfatam C. de iure de liber. Guidon. Papæ in tractatu de inuentario, numer. 9. Plotus, in. l. si quando, numer. 56. in
42 magna impressione. C. vndevi. quo sit vt si hæres conficiat inuentarium bonorum defuncti, secundum loci consuetudinem, etiam si formam iuris præter miserit, non possit capi prodebitis defuncti. Et hanc sententiam tenet Ioseph. Ludouic. in suis communibus opinio. fol. 525. illatione. 91. Azeuetus, in. l. fin. titul. 21. lib.
43 4. Recopilationis. numero. 88. decis. Genue. 35. numero. 3. & In terminis dixit Porcelinus vbi supra quod si consuetudine fuisset vsurpatum, vt hæredes non facerent inuentarium bonorum defuncti, non delinqueret hæres, qui talem sequeretur consuetudinem, neque ob id creditoribus & legatarijs vltra vires hæreditarias teneretur, Gutierr. de tutel. d. cap. 1. numero. 32. quia qui sequitur consue
44 tudinem non peccat, neque in legem committit. l. fi. ff. de pignora actio. l. tutor. qui repertorium. ff. de admin. tutor. Porcellinus. dicto. numero. 6. decis. Genuæ: 56. num. 7. ad probationem tamen talis consuetudinis, non sufficiunt testes tantum, qui de illa consuetudine deponant, nisi & in simul producantur sententiæ aliquæ, ex quibus constet in contraditorio iudicio fuisse pro consuetudine iudicatum, & ita nostra chancelleria quotidie obseruatur ex doctrina glossæ in c. quoniam contra deprobatio, vbi cauetur, quod actum in iudicio, non aliter quã ex ipsis actis iudicialibus probari potest, & ita tenet Crotus, cons. 131: n. 51: Mascard. concl. 1392. nu. 5. & ad minus deberẽt produci duæ sententiæ, quia consuetudo iudicialis ex bino actu introducitur, ex glo. cõmuniter recepta in rubrica. C. quæsit longa contuetu. & ita tenet Biuius, lib. cõmun. opin. vers. consuetudo. nu. 2. & 3. licet contrarium videatur teneri per Ioseph. Ludouic. decis. 1. 2 p. ex n. 18. cũ aliquibus sequentibus vsq; ad. 24. in causa, tamen propria aliquã do vidi nostros iudices in fauorem meum sententiam protuliss, & si acta iudicialia non produxi, sed eo quod testes a me producti erant tabellionis numeri, qui de similibus sententijs coram ipsis prolatis testimonium perhibuerunt, & de hoc fuit mihi executoria liberata, etsi aduersarium fortem, & pluribus fauoribus munitum habui. Et hanc sententiam firmauit Gutierrez. nouissime de tutel. 2. parte. cap. 1. numero. 33.

Secundo limita, nisi pater quit stamentarium tutorem vel curatorẽ
45 filio dedit, propter bonam fidem quam de ipso habuit, illi inuentarij confectionem remisit, vt in, l. fin. C. arbitr. tutel. ibi. *Nisi expresse testatores inuentarium conscribi vetuerunt*. Et hanc sententiam tenet Porcellinus loco supra citato Montal. in, l. 2. titul. 7. lib. 3. fori. Menoch.

de arbitrarijs lib. 2. casu. 208. nume. 24. & hæc remissio inuentarij a patre facta admodum excludit doli præsumptionem, vt propter inuentarij omissionem, vel dolum præsumptum, aduersus talem tutorem vel curatorem in litem iurari non possit, vt ex Fulgo. Alexand. & Afflicto firmauit Molina. lib. 1. de primogen. cap. 28. numero. 17, Crederem tamẽ
46 quodnon obstante remissione inuentarij a patre facta, si tamen vt inuentarium solemne fiat, iudici visum fuerit, adhuc ipse ex officio illud conficere poterit argumento tex. in l. vtilitatem de confirmando tutor. ibi. *Vtilitatem pupillorum Rector sequetur, non scripturam testamenti vel codicillorum*, & in l. si plures verficul si parens. ff de administratio. tuto. ibi, *quia parentis standum voluntati qui vtique filio recte prospexit.* Et hanc sententiam tenet Baeça de decima tutor. c. 2. numero. 49.

Aduertendum tamen erit, quod
47 licet pater dum tutorem vel curatorem filio constituit, illi remittere possit confectionem inuentarij, tamen hoc locum non habebit, in constitutione vsus fructus, quia eodem modo quo cautio remitti non potest, neque etiam remitti potest inuentarij confectio, vt voluit Alexand. in l. nemo potest numer. 18. ff. delegat. 1. Iasson. cons. 40. numero. 2. Boerius decisione. 61. nume. 12. vbi tenet, quod etiã si per testatorem esset inhibitum vsufructuario, sub pena, ne inuentarium de bonis vtendis & fruendis conficeret, nihilominus inuentarium confi cere teneretur. Et hanc sententiam
48 sequitur Pinel. in l. 1. 2. parte. numer. 76. C. de bonis mater. Menchaca de succes. creatio. §. 10. nume. 668. Et hanc sententiam dixit communem Iulius Clarus lib. 3. recepta sentent. §. testamentum. quæst. 66. Soc. iunior cons. 115. lib. 1. Bellonus, cons. 14. numero. 3. vel saltim hoc operabitur, vt sufficiat descriptionem bonorum tã tum facere, ita Ioseph. Ludou. decis. 66. nume. 37. par. 2. Aduersus (tamen) prædictam sententiam, tenent Paul. in l. cum tale. §. Titius, numer. 2. ff. de condi. & demonst. quatenus affirmat quod successori maioratus, potest remitti inuentarij confectio, & idem in fideicommissario absque dubio di
49 cendum reputat. Cuius sententiam dicit communem Parisius, cons. 68. numer. 57. Aymon, cons. 174. nume. 11. Couarr. in c. 1 num. 17. de testam. Iulius Clarus vbi supra, versic. quoad primum. num. 14.

Sed pro concordia prædictarum opinionum dicẽdum erit, quod ideo vsufructuario vera confectio inuentarij remitti non potest, & quod quacumque pœna a testatore imposita propter inuentarij confectionem, ad huc illud facere debeat, quia si inuentarium rerum fruendarum non efficeretur, & bonitas siue status rerum non describeretur, specificandoque, qualia, quanta ve essent, bona quæ vti frui deberent. tempore finiti vsus fructus, minime sciri posset, an talis vsus fructuarius salua rerum substantia bonorũ illorũ fructus potitus fuisset, quod esset contra substantiã vsus fructus, vt in l. 1. ff. vsus fructuarius quemadmodum caueat. Pro qua sententia facit, quia non valet pactum contra substantiam actus vel contra ctus. l. cum manu sata. ff. de contra. emptio. Pauli tamen & sequatium sententia intelligi debet, quãdo per testatorem maioratuum, vel fideicõmissum instituentem, vocatis ad successionem inuẽtarij confectio inhibere
50 tur: quia ei a lege nõ denegatur, vtcõfidere possit de bona cõsciẽtia vocatorũ ad maioratũ vel fideicõmis. nã in re sua quilibet est moderator & arbiter.

Sed

Sed prædicta ratio animum non acquieſcit: quippe cum eadem ratio militet in vſufructuario quæ militat in fideicommiſſario, vtroque enim caſu à domino rei vel rerum fruendarum vſusfructus rerum potiendarum conſtituitur, quo fit vt quilibet ſuæ rei legem quam voluerit, dicere poſſit.

Quare ſecundo dicendum erit, quod is cui vſusfructus relinquitur, ſolam naturalem poſſeſsionem quodãmodo habet, vt in l. naturaliter. ff. de
51 acquirend. poſſeſsione poſſeſſor tamen maioratus, vel fideicommiſsi, non ſolum veram poſſeſsionem, ciuilem & naturalem habet, vt in. l. 40. Tauriſ. ſed verum dominium (licet reuocabile) habet interim quod bona maioratus retinet. Ex text. in. l. Titia cum teſtamento, §. Titiæ cum nuberet. ff. deleg. 2. & ibi notant Barto. Paul. Angel. & Cuma. & plures alios referens. Hanc ſententiam ſequitur Ludouicus a Molina. de Hiſpano. primoge. lib. 1. c. 19. numero. 5. & idem
52 quod in maioratus poſſeſſore dicendum erit, quando teſtator legaſſet alicui fundum ad vitam, ita vt poſt eius mortem ad hæredem reuertatur, ſiue adalium ſubſtitutũ, his enim cui prædicto modo fundus fuit legatus proculdubio pro tempore vitæ ſuæ verũ dominium habet, & cenſetur illi legata proprietas, pro eius vita reſtricta & coarctata. Neq; aliquod eſſet inconueniens, quod dominium alicuius rei, modo ſupra relato, alicui relinqueretur vt in. l. Sempronius Atalus. ff. de vſufructu lega. idque voluit Molina. lib. 1. de Hiſpa. primoge. c. 1. nu. 19. Guiller Benedictus, in ſua quæ
53 ſtione theſauraria, quam ponit poſt repetitionem c. Rainuntius num. 10. Præcedens tamen concluſio limitanda erit, vbi fundator ſeu inſtitutor
54 maioriæ in eius inſtitutione expreſſe cauiſſet, ſe velle eiuſdem maioratus poſſeſſores tantummodo vſufructuarius, non vero proprietarios eſſe, prout in conſtitutione multorum maioratuum apponi ſolet, vt refert Molin. d. c. 19. numer. 35. tali enim caſu cum inſtar ſimplicis vſufructuarij habeatur, ſequens ingradu iure petere poterit, vt inuentarium rerum maioratus ſolemniter conficiatur, etiam ſi inſtitutor maioriæ eiuſdem confectionem illi remiſſerit, ne violetur eiuſdé vſufructus natura: nemo enim poteſt facere quin leges in ſuo teſtamento vigorem habeãt, vulgata. l. nemo poteſt. ff. deleg. 1.

Rurſus in propoſito eſt aduertendum, quod licet pater tutori filij ſui remittere poſsit confectionem inuentarij, tamẽ prædicta concluſio locum non habebit, quo ad partem tangentem legitimam ipſius filij, ne ex hoc filius in legitima grauari contingat. Et hanc ſententiam in terminis tenuit Loaces, in. l. filius familias §. Diui. numero. 71 ff. delegatis. 2. & eum refert & ſequitur Couarruu. lib. 2. variar capit. 14. numero. 4. vbi concludit, quod quantumcumque confectio inuentarij ſit tutori a patre remiſſa, non tamen illa remiſio extendi debet, ad bona legitimæ filij, quæ ſibi ex legis diſpoſitione debetur. Et eius ſententia confirmatur ex eo, quia ſi patri permitteretur, quo ad bona legitimæ filij remiſſionem inuentarij facere, quis dubitat quim per indirectum pater filium in legitima grauare poſſet, gratificando amico vel cognato in tutorem electo, contra tex. in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſta. vbi directe vel indirecte inhibitur patri ne filium in legitima grauare poſſit.

Quod ſi dixerit non eſt præſumẽdum, quod pater filio damnificare velit,

54 lit,cum semper pietas paterna,optimum consilium pro filio capiat,vt in l.neque in ea.ff.de adulte.& quiahoc præsumitur propter enixum & ardentissimum desiderium parentum in liberos, ex gloss.in.l. Paulo Calimacho.§ Pomponius.ff. leleg.3.& circa amorem parentum erga liberos pulchra cummulat Aym. cons.1.n.2.Respondere etiã poteris,quod & si verũ sit(ex supradictis) quod lex multum de patre erga filiũ confidat,circa eius prouisionem. Tamen si aliter iudici visum fuerit expedire, adhuc talem tutorem vel curatorem ad inuentarij confectionem adstringere poterit: quod si adhuc ipse conficere illum recusauerit,iudex ex suo officio prædictum inuentarium facere poterit ex iuribus superius relatis,ipsi namque iudici,expeditiudicare&arbitrare,recte,an non recte pater filio suo minori prospexerit,vt in.d l.vtilitatẽ ff.de confirman.tut.ibi. *Nam patris voluntatem prætor ita accipere debet si nõ fuerit ignarus, scilicet eorum quæ ipse prætor de tutore comperta habet.*

Rursus iuramentum in litem con
55 tra non conficientem inuentarium locum non habet, vbi talis administrator rusticus vel simplex esset, ita Calcaneus,cons.93.colum.2.vers.tertio adduco.Soci.senior cons.39.lib. 1.& plures alios pro hac conclusione refert Plotus,in.d.l.si quando, nume. 251.C.vnde vi,& loquendo in eo administrator. qui neque inuentarium neque librum rationum exhibet. Hanc sententiam tenet Menoc.lib.2 de arbitra.casu.194.numero.63. Caualcanus de tutore. numero. 59. versiculo & est contra. Et quod idem sit dicendum in rustico, vel simplici hærede, qui inuentarium bonorum defuncti non confecit, tenet idem Menochius, vbi supra, numero.67. quod intelligas cum distinctione de
56 qua ibi. In his tamen rusticis priuilegiandis, nimis cautus debet esse iudex, quoniam aliquando rustici sunt sagaces, vt voluit Accursius,in, l Athlete.§. de rusticis, verbo interdum.ff de excusa.tuto. Decius, in l.si quis id quod,numero.34. ff.de iuris. omnium iudicum. & in.cap. super literis,numero.7. in fin. de rescriptis. & ibi Boerius, numero.66. Ripa. in tractatu de pestc,numer.249. & hoc ex prudentis iudicis arbitrio pendere,tenet Menochius.d.casu 194 numero.1.&.2.quatenus dicit,quod iudex pro sua diligentia arbitrabitur, rusticum excusationedignum,aut indignum esse,idque loquẽdo circa exhibitionem libri rationis tenet casu 208.num.23.

57 Præterea excusaretur tutor a confectione & exhibitione inuentarij si tempore quo tutela fuit illi decreta,& ea durante morbo sontico, vel alio perpetuo impedimento laborauit,vt voluit Bartol.in,l.tutor. qui repertorium,numero.17 ff.de administra.tutor. Porcelinus, in d.tractatu. de inuentario cap.1.numero 13. Iason.consil.111.versicu.5.mouecor.volumin.1.hæc tamen Bartoli & sequatium sententia, maxime minorum commodis aduersatur, licet enim iuris institutis sit constitutum,vt tutor ratione perpetui morbi ab alijs personalibus muneribus liberetur,vt in Rubro &nigro.C de his qui morbo se excusant.lib 10 vbi prædicta sententia fundatur, tamen titulus ille nihil ad fundamentum dictæ opinionis adstringit,quippe cum manifeste loquatur de muneribus admodum personalissimis, vt per alium substitutum expediri non possint,cum propriam electi industriam & capacitatem requirant, quo casu cum illud ministeriũ per procuratorẽ minime expediri possit,vt in.l.in.

ter

ter artifices.ff.de solutio.Grego. Lupus in l.9.titul.8.part.5.verb. menestrales, non obligat quemquam moruo impeditum,ad eius administrationem, at vero in casu de quo agimus, non tam industria tutoris vel curatoris attenditur in eius electione,quam vt sit vir bonus fidelis,& dilligens pater familias,vt in l. suspectum.ff.de suspectis tuto.& in.l.1.tit. 18.par.6.Igitur cumquilibet diligens pater familias,vtiliter per procuratorem negotia sua gerat,qualiter excusabitur tutor, qui saltim per procuratorem inuentarium bonorum minoris facere neglexit. Licet enim ille qui moruo fontico laborat excusationem legitimam habeat,ad hoc, ne compellatur coram iudice comparere,tamen non excusaretur,si suum procuratorem non mitteret, vt in l.quæsitum.§.de re iudica.quem Bart. pro sua sententia adducit, idque tenuit Specula.in tit.de procuratore §.2.in fine.Greg Lupus, in.l.2.verbo, *fueren enfermos*.tit.7.part.3. Quinimo,& vbi industria personæ fuisset electa, adhuc negotium per alium expediri posset,vt in eo artifice qui alij domum ædificare promisit, animaduertit Paul.Castren.in.l. Continuus.§.itemqui insulam.nu.2.ff.de verborum,vbi dicit quod ille artifex qui promisit perse ipsum aliquod ædificium conficere,non ideo minus dicitur per se ipsum facere,si dum adhibet operarios illis dictat,quid facere debeant: licet ipse manum non applicauerit materialibus,vel instrumentis.Ex quibus tenendum censeo, quod si administrator moruo fontico, vel alia perpetua infirmitate laborauerit,saltim per procuratorem debeat conficere inuentarium, vbi à lege requiritur eius confectio, quod si id non faciat aduersus illum in litem iurari poterit.

58 Vlterius & a confectione inuentarij administrator excusatur,quando res inuentarizandæ ita inoculto essent, vt sine magna & probabili difficultate,& pecuniarũ dispendio, inueniri, seu ad manus peruenire non possent, vt tenet Bart. in.d.l. tutor qui repertorium, numero. 15. pro cuius sententia facit, quod ipse Bart. notat in.l.quod te mihi.numer. 14.ff.si cert petat., vbi dicit, quod quando aliquis tenetur ad factum, difficultas faciendi excusat à mora.

Rursus & excusaretur administrator ab inuentarij confectione,si veri simile esset, quod in confectione talis inuentarij, vel descriptionis bonorum tantum,vel paulo minus expenderetur quantum res inuentarizandæ valerent,ita Bar.in.l.Mediterraneæ.C.de annonis& tribut.& eum sequuntur ibi Angel.& Bald.numero 3.dicens, quod expensa in re facienda,reiualorem adæquare non debet, & si sit verisimile,quod illum adæquauit,vel supperauit cuitari debet circuitus, vt in.l. dominus testamento C.de condi. insti.& eandem sententiam tenet Plotus,in.d.l.si quando.§. 9.numero.19.in parua impressione. C. vndevi., vbi dicit quod in simili casu tutores & curatores a tali inuentarij confectione immunes essent, & ita etiam tenet Ioannes Garcia de expensis.c. 20. num.fin.

Præterea, etiam excusaretur tutor, qui inuentarium bonorum minoris non confeciſſet, si probaret, quod vtilitati ipsius minoris, illud non facere expediuit, ea quippe ratione, ne exiguitas sui patrimonij detegeretur, ita Bartol. in. dict. l. tutor. qui repertorium.numero. 16. argumen.text. in l. 2. §. tractari. ff. ad Tertilia. Et hanc sententiam sequitur hypoly.de

Marsil. singula. 502. Plotus vbi supra, numero. 20. Guillermus Maynerius, in. l. quo tutella, numero. 64. ff. de regulis iuris, Iacobus a Canibus in tracta de executio. vltima. volunta. §. repetitis, numero. 13. vbi dicit, quod hoc casu iudex potest remmittere inuentarij confectionem, Ioannes Garcia vbi supra, numero. 22. & ratio prædictæ conclusionis est illa, quam refert Imperator, in leg. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur, libr. 10. ibi: *Quid enim tandurum, tamque inhumanum est, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis de tegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias.* Pro qua sententia facit etiam ratio text. in l. 20. titul. 16. partita. 6. vbi licet pro constituendis alimentis pupillo, tutor teneatur adire iudicem, vt in l. ius alimentorum. ff. de aliment. pupil. præst. tamen si ipse tutor intelligat, quod ex tali iudicis additione, coram iudice tabellione & testibus, paupertas patrimonij pupilli manifestabitur, ipse tutor absque iudicis decreto, poterit ipsi minori, arbitrio (tamen) boni viri, ac recti patris familias alimenta præstare, & quidquid in illis præstiterit, erit illi in calculo recipiendum, & in alijs similibus casibus: hanc sententiam indubitabilem reputat, Caualcanus de tutore, num. 63.

Licet autem ex supradictis, vtilitati minorum videatur prouisum, tamen præfati Doctores non aperiunt, quid hoc casu sit tutoribus, vel curatoribus (ea de causa inuentarium non facientibus) consulendum, vt omnino iutamenti in litem delationem aduersus ipsos euitare valeant, nullaue illis culpa imputari possit. Baldus tamen hac astrictus difficultate, in. l. cum solito, numero. 4. C. qui bonis cædere possint, in proposito illis consulit, vt prædicto casu occurrente, tutor vel curator addito præside, sub iure iurando præstetur, nichil, vel parum esse in patrimonio minoris sui, quia hæc protestatio loco inuentarij habetur, & eum sequitur Montalbus, in. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori glossa, verbo, *por escripto*, Gregorio Lupus, in leg. 99. titulo. 18. verbo, *tantas cosas*, ad medium par. 3.

Hæc tamen Baldi cautela non placuit Ioanni Andrææ in additionibus ad Speculator. titulo de actore ab vniuersitate, versicul. plures, verbo inuentarium, quatenus tenet, inuentarium faciendum fore per tutorem, etiam si vilissima sint, quæ minor habet: & eius sententiam sequitur Berthachinus in tractatu de Episcopo, lib. 4. parte. 4. n. 34.

Ego tamen prædictas Doctorum sententias, in hũc modum conciliari posse arbitror, scilicet, vt sententia Baldi relata, locum habeat, quando verisimiliter ex confectione inuentarij, vilissimarum rerum (cum alia bona non haberet) detegeretur minoris paupertas, maxime vbi antea diuitijs affluens, communiter reputabatur, magis enim conueniret, vt hæc opinio diuitiarum conseruaretur, quam vt inuentarium exigui ad modum patrimonij fieret. Cum ex hoc inuentario fœlices ipsius minoris exitus (forte) impediri possent, eius paupertatem detegendo. Opinio vero Ioannis Andrææ intelligatur, quando minor habuisset bona, tam optima, quam vilissima, quia hoc casu omnium bonorum & etiã vilissimarum rerum inuentarium fieri deberet. Cum magis importet bonorum scire qualitatem & valorem, neque ex descriptione vilissimarum quæque rerum, opinio

nio diuitiarum læderetur.

63 Vltimo & finaliter, a talis inuentarij confectione tutor liber erit, (vel ſaltim ab eius exhibitione) quando rationes elapſis triginta annis peterentur: quia ſi extranſcurſu tanti temporis, rationi reddendæ eſt præſcriptum, vt in.l.aduerſus.C.de negot.geſt.& in. l.i.C. de annali exceptio.quanto magis huic actui confectionis inuentarij præſcriptū erit. Idem enim dicendum eſt de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum, vt in.l. quæ de tota.ff.de rei vendicatio. Et hanc ſententiam veram reputat, Bald. in. dict.l. aduerſus. Caſtellus, in l.27. Tauri, verſiculo intellige etiam, & inferius ſuo loco latius examinabitur.

64 In hac tamen inuentarij materia, hoc vnum ſcire operæpretium erit, ſcilicet, quod iura tam Ciuilia quam Canonica, his duobus vocabulis inuentari (ſcilicet) & deſcriptionis bonorum, paſsim promiſque vtuntur, vnūq; pro alio multoties vſurpāt. Idq; fecit Imperator Iuſtinianus in authentico, vt nulli iudicū. §. & hoc verbo deſcriptionem vbi gl de præſcriptione pro inuentario ſolemni intelligendam reputat, & licet quo ad effectus inter vtrumque nullum diſcrimen conſtituatur, vt teſtatur Franciſcus Curtius in tractatu de ſequeſtris, numer. 17 Pinel. in.l. 1. 2. parte, numero. 23 & 24. C. de bonis maternis, Ioannes Garcia de expenſis. capitul. 11. numero. 65. cum tam ex vno quam ex alio, quid, quale, quantum ve, ad adminiſtratorem peruenerit, facile dignoſci poſsit, quod eſt præcipuus inuentarij ac deſcriptionis finis & ſcopus, tamen quo ad ipſorum formam & ſolemnitatem, maxime differunt, vt aduertit Ludouicus a Molina, lib. 1. de Hiſpanorum primogen. capitul. 15. numer 33.

65 & vt in eorum cognitione errare nō poſsis, animaduetere debes, quod quando cumque lex loquitur de hærede, tutore, curatore, Epiſcopo, parocho Eccleſiæ, hoſpitalario, & alijs, qui publicam (quodammodo) adminiſtrationem habent, etiam ſi loquatur de deſcriptione, ſemper debet intelligi de ſolemni inuentario, coram tabellione ſaltim & teſtibus conſcripto, ſecundum formam traditam a lege, vel conſuetudine patriæ, in qua confici debet, cum præcitatæ perſonæ ad ſolemnem inuentarij confectionem teneantur, ex 66 legis diſpoſitione. Si vero lex loquatur de fiſco, æconnomo, depoſitario, procuratore, negotiorum geſtore, vxore in bonis mariti retentionem habente, patre filij tutore, & ſimilibus qui priuatam quodammodo adminiſtrationem exercerent. Etiam ſi vtatur verbo inuentarij, intelligi debet de ſimplici bonorum deſcriptione, de cuius forma inferius dicemus.

67 Aduertendum tamen erit, quod cum inuentarij & deſcriptionis bonorum, vnus & idem ſit finis, nempe, vt dignoſci poſsit, quæ bona, cuiuſque qualitatis, ponderis, vel menſuræ ſint quæ adminiſtrantur, licet in ſolemnitate differant, eodem tamen tenore & forma conſcribi debent. In vtroque enim bona ſunt ſcribenda candide, clare, liquido & ſigillatim, & denique ita diſtincte, vt abſque alia probatione euidenter, manifeſte ve appareat, quæ, qualia, & quanta bona receperit, ita vt ſine vllo dubio, de illis poſsit onerari, & eorū valor dignoſci, alioquin ſi inuentarizacio, vel deſcriptio 68 obſcure, cōfuſe & ſub folle (vt aiunt) fieret, procul dubio aduerſus publicos & priuatos adminiſtratores iuramentum in litem deferri poſſet,

t si inuentarium, vel descriptionem omisissent, cum idem sit quid non fieri, vel omissa forma & solemnitate fieri, vt in l. qui Romæ. §. Flauius ff. de verborum obligationi, de quo multa per Troylum Maluitij, in tractatu de canonizatione sanctorũ, dubio. 3. nu. 39. Et prædictam sententiam tenet Salicet. per text. ibi, in l. fin. C. arbitri. tute. Bar. in dict. l. tutor qui repertorium, num. 21. vers. venio, Socin. consi. 59. Bar. consi. 150. Et pro hac sententia plures alios refert Plotus, in d. l. si quando, § 5. numer. 28. in parua impressione, Aior. de partitio. c. 2. num. 18. Caualcanus de tutore, num. 58. & 59 vbi dicit, quod inuentarium debet fieri coram iudice, & cum eius decreto, & debet esse purum, liquidum, & clarum, & omnia bona præsentia, & in futurum aduenientia in eo contineri debent. Confinia itidem, & bonorum æstimatio, & eandem sententiam tenet Dueñas in regul. 287. incipienti decretum, num. 15. Monticulus in tracta. de inuentario. c. 12. num. 56 Rolandus in eodem tracta. quæst. 73. num. 43 Petrus de Rauena singul. 90. Et hanc dicit communem sententiam Caualcanus de vsufructu. mulie. relicto. nu. 145. & ita practicatum fuisse in Granatensi Senatu, testatur Aiora vbi supra, dicens, quod aduersus quendam administratorem Sancti Ioannis de Tarifa, iuramentum in litem fuit delatum, eo quod dum inuentarium bonorum dicti hospitalis ostenderet, descripsit, quadam petã argenteam, non expresso eius valore, vel pondere, & quidem iustissime delaratũ fuit, cum alias facile daretur occasio defraudandi & damnificandi Ec. lesiam, minorem, vel dominum de cuius patrimonij administratione agitur, dando aliam peiam minoris ponderis, minoris itidemque valoris. Exquibus dicendum erit, quod ad rectam inuentarij descriptionem, necessario debent cõscribi omnia bona, mobilia, immobilia, & semouentia, cum signis, ponderibus & expressione valoris, & alijs qualitatibus suis, ex quibus rerum valor facile dignosci possit, quod si id non fiat, iure optimo iudex poterit iuramentum in litem deferre, aduersus talem administratorem, vt iudicauit Senatus Genuensis decisione 173. num. 14 in fi. Plotus vbi supra, num. 604. in magna impressione.

69 Hæres tamen, vel etiam tutor si aliqua bona in inuentario ponere & describere neglexit, vel cõsulto omisit: licet tali inuentario legitime cõscripto fides adhibeatur, adhuc propter dolum & fraudem in eo admissum, dupli pœna punitur, vt in l. fin. C. de iure delibe. vbi in § licetia, ita Imperator statuit, *illo videlicet obseruando, vt si ex hereditate aliquid hæredes surripuerint, vel celauerint, vel amouendum curauerint, posquam fuerint conuicti in duplum hoc restituere, vel in hæreditatis quantitatem compũtare compellantur*, & ita in facti contingentia iudicatum fuisse, testatur Salicet in d. § licentia, vbi eam dicunt communem Alexand. & Iason, quos refert & sequitur decis. Genue. 25. num. 1. in fine, Caualca. de tutore d num. 59. Mascard. de probat. conclus. 1392. num. 4. loquendo in tutore & curatore. Administratores tamen regij patrimonij (hoc casu) tripli pœna plectuntur, vt in l. 18. tit. 5. lib. 9. recopil. Bobadilla, lib. 5. polit. c. 6. num. 28 vbi aliorum administratorum, (vsurpatores bonorum, pœnas refert. Quinimo, & tutores minorũ qui aliquid in inuentario dolose scribere omisserunt, in solidum tenentur creditoribus & legatarijs patris pupilli, Damauderius de tutore. c. 3. n.

16.

16 quod & in tantum procedit, vt si hæres ipse, etiam si minor sit, non describat in inuentario, quod ipse debebat testatori, in dolo etiam dicitur, ex Alexand. de Neuo, consi. 38. num. 19. Petrus Surdus, decisione. 216. numer. 5.

70 Debent itidem inuentarizari ac describi instrumenta, appochæ & priuilegia, quæ in bonis administrandis reperiuntur, ac describi debent expressis nominibus debitorum, & quantitatum debitarum numero, neque (vt nō nulli voluerunt) opus erit, de verbo ad verbum omnia hæc instrumenta annotari, sed sufficiet summam seriem & substantiam in illis contentam referre, vt aduertit Gregor. Lupus, in l. 15. tit. 16. par. 6. glos. verbo, *traslados*.

71 Cauere etiam debent administratores, ne demen latio, vel periurio in rationibus conuincantur, quia ex eo solo, absq; alia probatione, doloin administratione versatos fuisse præsumitur, & in casu dubij, aduersus eos iuramentum in litem deferri poterit, ex Alexand. consi. 74. num. 1. volum. 7. Quam sententiam in tantum veram reputat Socin. consi. 213. colu. 1. versi. cōuincitur, vt constanter affirmet, quod si tutor in relatione rationis quam (durante tutela) præstiterit in aliquo mendatio, vel periurio reperiatur, respectu administrationis, quam gerit, ex eo solo ab administratione (vt suspectus) possit remoueri, quia leges odio habent mendaces, & eum sequitur Plotus in loco supra citato, num 13.

73 Hoc tamen iuramentum in litem de quo agimus, non cuilibet damnū passo deferri poterit, sed ei dum taxat, qui bonæ opinionis, bonæ quæ in dolis & famæ fuerit, vt in tra. de de mercatu. fol. 709. num. 178. & fol. 784. num. 10. Neque etiam deferendus erit minori, quia rei veritatem ignorare præsumitur, ex Bart. in l. in actionibus, nu. 17. ff. de in litem iur. vbi dicit, quod iuramentum in litem damnum passo deferri debet, dummodo non sit minor. & habilitas personæ adsit. Et hæc sententia manifestè colligitur ex text in l. 6. tit. 11. part. 3. ibi: *Despues que fuesse de hedad.*

75

76 Sed pro complemento huius capitis, dubitatur modo, an hæres qui cū beneficio inuentarij hæreditatē adiuit, instantibus creditoribus defuncti, non solum de bonis in inuentario descriptis, sed etiam de fructibus, redditibus, & emolumentis ex illis perceptis, rationem reddere teneatur, quando dicit hæreditatem solué do non esse, & imprimis dicendum videtur, quod etiam de fructibus, reddi tibus, & emolumentis ex hæreditate perceptis, ratione reddere teneatur, quod ex sequentibus suadetur. Pri-

77 mo, quia hic est beneficij inuentarij finis & scopus, vt hæres ratione additionis hæreditatis, in damno non remaneat, sed in pristino statu reponatur, ita vt faciat censeri hæreditatem non aditam. Ita Monticulus in tracta. de inuentario. c. 1 numer. 56. Igitur, cum verum sit, quod fructus augent hæreditatem, vt in l. item veniunt. ff. de peti. hæredita. Ang. gel. in l. 1. § hæc stipultatio, colum penult. versic. & si hæreditas. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. Rolandus de inuentario, fol. 61. versicu. an si hæreditas pro non adita habeatur, & vt hæreditas iacens iudicetur, dubium non erit, quin fructus redditus, & emolumenta, de bonis hæreditarijs percepta, ita ipsi hæreditati accedant & cohærean, vt tanquam ipsamet hæreditas reputentur & restituantur, quod extende non solum ad fructus ante aditionem hæreditatis perceptos, verū

78 ad eos qui post aditam hæreditatem fuerunt collecti, vt in.dict.l.item veniunt §.item nō solum ff.de peti.hære. licet (enim) hæreditas non recipiat augmentum per quæsita aliunde per hæredem, recipit tamen augmentum & incrementum ex fructibus ex ipsa perceptis, vt notat Bart.in l.si creditores, n.2. ff. de separa.bono. & interminis nostræ quæstionis, hāc partem (licet perfunctorie) tenet Guido Papæ in tracta de inuētario. e.1.n. 17 vbi dicit, q̄ credit hæredem posse cōueniri a creditoribus pro fructib⁹ perceptis ex hæreditate a morte testatoris, vsque ad redditionem rationis bonorum hæreditariorum.

79 Pro parte tamen negatiua, imo, quod hæres prædictos fructus, reditus ve, & emolumenta, ab hæreditate procedentia, precipuos habeat, & de illis creditoribus hæreditarijs rationem non reddat, ex eo probari videtur. Primo, quia postquam hæreditas est addita, iam non dicitur amplius hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium, ita glos. in. l.1. §. veteres verbo per vnum reliquorum. ff de acquirenda possessione, Bar. in d l. si creditores, num fin. & hanc dicit communem sententiam Gutierrez in repetitione c. quamuis pactum, versic. omnino seruari debet, num. 8. de pactis, in. 6. & lib. 1. pract. quæstio. quæst. 49. numer. 2. Igitur ratione dominij, 81 fructus ex hæreditate perceptos suos faciet, propter possessionem & bonā fidem, titulo pro hærede adiunctam, vt in §. si quis a non domino instiderū diuisione. Secundo, quia fructus paternæ successionis, non dicuntur paterna substantia, neque paterna successio, ex l. in fideicommissariam ff ad Trebell. Vicent de Franq. decis. 38. num. 3. vbi dicit fructus non esse partem hæreditatis, sed ex ipsis rebus hæreditarijs accepto ferri, & interminis dixit Petrus Surdus, decisione 15 num. 3. quod fructus qui percipiuntur ex rebus hæreditarijs, non dicuntur hæreditarij, sed cedunt lucro hæredis, & q̄ pro eis non teneatur creditoribus & legatarijs, tenet idē Surdus, cōs. 128. n. 27. Rursus, quia fiomnia dāna hæreditati obuenientia, hæreditatem adeunti adscribuntur, vt in. l. in ratione, la. 2. & ibi communiter scribentes. ff. ad leg. Falcid. & melius. in. l. 3. tit. 11. p. 6. cadē etiā ratione, omnia commoda, fructus, & molumenta percipere debebit, ex text. in. l. secundum naturam ff. de reg. iur. & in proposito dixit Rip. in. l. si is qui quadrigenta, la. 1. colu. fin. ff. ad Trebel. quod si post aditam hæreditatem augeatur hæreditas, fœtu pecorum, partu ancillarū, alubione, vel seruorum institutione, hæres qui inuentarium legitimæ confecit. Sentit commodum huius augmenti. & pro eo nō tenetur, & eū refert sequitur Rolan. a Valle, in tract. de inuēta. fo. 84. versi sexta est vtilitas. Et pro hac sententia pondero tex. in. l. fin. §. & si præfatam C. de iure deliber. ibi: *In tantum creditoribus & legatarijs teneatur, quantum valent res ad eos deuolutæ*, ponderando illa verba valent res, ad eos deuolutæ, quam debent intelligi, tēpore confecti inuentarij, quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. si extraneus §. in dilectis. ff. de noxalibus, quasi contrahit namque hæres (a deundo hæreditatem) cum creditoribus & legatarijs, pro rebus tempore additionis in bonis defuncti existentibus, & non alijs, & sic actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem, vt in. l. non omnis ff. si cert. petatur.

Certe quæstio nostra est anceps, subtilis, & valde difficilis eo magis, quia eam adhuc a nullo viderim agitatam,

tatam, quare licet in hac Regali Cancellaria, ſecundum negatiuam opinionem, aliquando fuerit iudicatũ, vt a quibuſdam peritiſsimis aduocatis accepi. Tamen hac in re diſtinguendum cenſeo in hunc ſane modũ, 83 an fructus fuerint per hæredem collecti, antequam inſtarent creditores, vel poſt. Primo enim caſu ratione tituli poſſeſsionis & bonæ fidei, quam hæres habet, fructus ſuos faciet, maxime conſumptos, quatenus nõ fuerit factus locupletior. Quinimo, & ſi bona fides non adeſſet, dummodo mala abeſſet, ad acquiſitionem fructuum ſufficeret, Couarr. lib. 1. variarum. c. 3. num. 8. Menoc. de recuper. poſſeſ remed. 15. num. 628. Petrus Surdus, concluſ. 115 numer. 7. Secundo vero caſu, omnes fructus a die quo inſtarunt creditores percep tos, in libro rationum deſcribere debebit, pro ſatisfaciendis creditoribus, veluti quilibet alius adminiſtrator, & procultura, cura & adminiſtratione, congruum illi ſalarium erit præſtandum, cum alias diceretur eſſe in damno, neque in eo præſtando iudex deberet eſſe tenax & parcus, ſed magnificus & ſplendidus. Et prædictam diſtinctionem colligo ex tex. in l. 1. C. de peti. hæredita. ibi: *Vſuras vero pecuniarum, ante litis conteſtationẽ ex die venditionis hæreditariarũ rerum, ab eo factæ qui antea poſſidebat collatas, nec non etiam fructus bonæ fidei poſſeſſores reddere cogendi non ſunt, niſi ex his locupletiores extiterint. Poſt litem autem conteſtatam, nõ venditarum rerum, non ſolum quos perceperunt, ſed etiam quos percipere poterant,* & hæc diſtinctio meo æquilibrio ſatis æquitati & rationi conſonat, tu tamen cũ caſus occurrerit, matura perpenſo conſilio cogita.

84 Vltimo & finaliter aduertendum erit, quod licet iuramentum in litem aduerſus adminiſtratores (in prædictis caſibus) deferri poſsit, parui iæſſæ, vel damnum paſſo, at tamẽ aduerſus hæredes adminiſtratorum rationem reddentes, pro dolo, vel culpa defuncti deferri non debebit, vt in l. fi. C. de in litem iuran. & in l. 6 titu. 11. par. 3. Si tamen ipſi hæredes in dolo extiterint, poſtquam adminiſtrator deceſsit, & ipſi bona hæreditaria (cũ alijs adminiſtrandis) occupauerunt, proculdubio iuramentum in litem aduerſus illos deferri poterit, vt in d. l. 6. par. ibi: *Pero dezimos, que ſi los herederos del guardador fizieſſen engaño en los bienes del huerfano, o ſe menoſcabaſſen por culpa dellos, que en entonce bien puede el juzgador fazer jurar a los demandadores, en aquella miſma manera que jurarian contra el guardador ſi fueſſe viuo, o ouieſſe hecho en los bienes del huerfano tal engaño, o tal menoſcabo como eſte.* Et ex his hoc caput maneat expeditum.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator rationem redditurus, librum ſiue codicem rationum, vbi accepta & data, introitus & exitus continentur, calculatoribus exhibere debet.*

2 *Adminiſtratori dicenti ſe librum rationum non confeciſſe, an ſit credendum.*

3 *Adminiſtrator ſi confiteatur librum rationum feciſſe, at tamen illum perdidiſſe an illi ſit credendum.*

4 *Quando aliquis ad cuſtodiam alicuius rei tenetur, non creditur*

tur illi, etiam si iuret illam amisisse, ni casum amissionis probetur.

5 Liber rationum vbi ab administratore, vel etiam eius hærede nõ exhibetur in rationibus, non solum administrator ipse, verum & hæres eius in dolo esse præsumitur.

6 Liber rationis non solum æddi & exhiberi debet, verum etiam calculatoribus est tradendus, pro rationibus dispungendis.

7 Administratori si à domino fuit promissum, quod in rationibus eius simplici dicto fidem adhibebit, an etiam hoc casu librum rationum exhibere debeat, & eo illum non exhibente, iuramẽtum in litem ipsi domino deferatur.

8 Vnico testi, an partes vt credatur pasciſci possint.

9 Partes facere possunt per pactum vt copia credatur.

10 Partes facere possunt, vt probationes inualidæ, valeant inter eos.

11 Si ille cuius iuramento standum erat ex pacto, antequam iuret, conditionem suam deteriorem fecerit, culpatæ vè, aut infamatæ vitæ fuerit effectus, an is qui eius iuramento stare promisit, reuocare illam facultatem iurãdi possit.

12 Pactum siue conuentio de standoiuramento alicuius, censetur habere illam clausulam, scilicet rebus sic stantibus.

13 Confectio libri rationis est de substantia actus administratorij.

14 Substantialia contractus pacto contrahentium remitti an possint.

15 Legatum liberationis aredendaratione, non facit quem desinere teneri, ad reddẽdum libros rationum.

16 Conuentio de standoſimplici dicto fratris, intelligitur dummodo dolus absit.

17 Iuramentum de standoſimplici dicto administratoris in rationibus, nõ excusat administratorẽ ab exibitione libri rationis.

18 Iuramentum, debet intelligi, secundum naturam actus super quo interponitur.

19 Iuramentum habet inſe illam tacitam conditionem scilicet, si dolus absit.

20 Actus iure prohibitus, nõ firmatur iuramento.

21 Pactum de standoſimplici administratoris dicto solum liberat administratorẽ ab scrupulosa inquisitione, & a culpa leuissima, vel leui, in administratione commissa.

22 Iudices qualiter ſe habere debeãt cum partibus, circa exhibitionem librorum rationalium.

23 Administratores non possunt in carcere detineri pro expensisratione defectuum siue contuma-

cia

cia in non exhibendo librum rationis causatis.

24 Administrator non tenetur exhibere librum rationum, extra locum administrati negot. j.

25 Scripturæ communes, debent a partibus in rationibus exhiberi.

26 Tutores plures si simul tutelam administrauerunt, omnes librū rationis ædere debent, quod sit ꝟnus solus ædatur, alij se subscribere debent æditioni

27 Petens librum rationis, ꝟel ꝟilā tium exhiberi & produci ab altero sotio, ꝟel administratore, an talem librum, ꝟel ꝟilantium approbare ꝟideatur

28 Petens terminum ad soluendū iudicatum, ꝟidetur iudicium approbare

29 Producens instrumentum minus solemne, ꝟidetur illud approbare.

30 Instrumētū ꝟidetur ille produce requi illū ab altera parte exhiberi postulat.

31 Data & accepta libro rationū scripta, dicuntur indiuidua & connexa, maximè ꝟbi omnia ex ꝟnica administratione procedunt.

32 Habens rationes, & instrumenta communia, illa exhibere & manifestare tenetur, ad instantiam & petitionem illius cui etiam communia sunt.

33 Producens instrumentum, non omnia ꝟidetur simpliciter confiteri, sed eatenus quatenus instrumentum probat.

34 Liber rationū ad hoc ꝟt probet, qua forma debeat esse scriptus.

35 Mercatores duos libros habere debent, aduersaria scilicet, & codicem rationum.

36 Libro magistrali (siue de caxa) non habenti omnes partitas iornalis, siue manualis, an fides aliqua sit adhibenda.

37 ꝟbi ex ratione librorum non reperiuntur, omnia scripta fuisse, sed aliqua omissa, præsumitur contra administrarorem, factorem, mercatorem, ꝟel campsorem, quod rationem non legitimè, sed dolose confecerit.

38 Manuale habetur loco originalis, respectu libri de caxa, siue magistralis.

39 Si ꝟnus ex Socijs fuit caxa societatis, alter ꝟero factor, qui emebat & ꝟēdebat, & qualibet hebdomada, in sabbato emptiones & ꝟenditiones: in papirijs siue manualibus scripta ad librum de caxa, ꝟel magistrali transferebat, manualibus aput caxam manentibus, an alijs socijs rationem petentibus, ipse caxa non solum librum magistrale, ꝟerum etiam manualia teneatur exhibere.

40 Rationes societatis reddi debent alijs socijs manualibus simul cum libro magistrali, siue de caxa productis.

41 Li

41 Liber tutoris, vel curatoris nihil interest, an tutoris manu, vel alterius sit scriptu.

42 Liber rationum cuiuslibet administratoris, inscriptionem, siue præfationem habere debet.

43 Rationum conficiendarum modus, ab officialibus qui multare cipiunt, qualis esse debeat.

44 Ratio quæ non potest legi non videtur reddita.

45 Ratio intricata non est ratio.

46 Rationum intricatio fraudem & dolum inducit.

47 Expensæ minutæ, etiam si intricate scriptæ sint, iuramento administratoris standum erit.

48 Administratores omnia singulariter, explicitè, & particulatim in libro rationum scribere debent.

49 Rationes in folle exhibere quid sit.

50 Liber rationum si in folle sine distinctione & expressione causa dati & accepti scriptus sit, circa parcellas intricatas vel difficillimæ speculationis, aduersus administratorem iuramentum in litem deferri potest.

51 Causam nõ adijcere accepti, vel expensi, vel talem adijcere quæ intelligi nequeat, æquiparatur.

52 Causam aptam, potentem & cohærentem, esse oportere dicit Baldus.

53 Libri rationis parcellæ, an debeant scribi cum dic & console.

54 Diei omissio, an noceat administratori in parcelis datis.

55 Obligatus ad rationem reddendam, an satisfaciat huic obligationi, si codicem rationum, vel membranas legendas tradat.

56 Medicos defectus nõ vitiat rationem.

57 In reddendis rationibus, cũm administratoribus, vel alijs eas reddentibus durè nimis agendũ non est.

58 Rationalis iudex, scrupulosus esse non debet.

59 Administrator qui librum rationis exhibet quas parcellas in eo scriptas veras esse probare debeat.

60 Expensæ minutæ probantur per iuramentum illius qui expendit.

61 Mors non parum fidei addit scripturis mortuorum.

61 Liber mortui maiorem fidem facit.

62 Mors vim obtinet iuramenti.

63 Quãdo frater minoris, bona eius administrauit, eo solum quod affectio sanguinis, & pietatis ratio interuenit, credendum est libro expendentis.

64 Rationes si verisimilia contineant, in his quæ sunt difficilis probationis, iuramento administratorum standum est.

65 Liber rationis, cancellationibus, indu-

ctionibus, & super inductionibus, & omni denique suspitione carere debet.

66 *Rationes non inualidantur, eo quod ab alioqua administratore in libro scriptæ sint.*

67 *Scriptum in libro mercatoris, penes ipsum existente de ipsius consensu scriptum censetur.*

68 *Ordinis peruersio, an vitiet rationem.*

69 *Liber rationum, ad hoc vt bene dicatur scriptus & confectus, quid continere debeat.*

70 *Si difficultas, vel impossibilitas sit in exhibitione libri rationū, an ratio aliter fieri possit, hoc est in specto vilancio quod vulgo dicit,* carta quenta, *vel in specto manuali.*

71 *Manuale, vel liber rationis, cum breuiaturis scriptus esse non debet, quia aliter facillimè fraus committi posset.*

72 *Qui aliquid dicit, nomine quo nū cupari solet vti debet.*

73 *Vox & eius significatum, habent se tanquam materia & forma.*

74 *Manualibus, apapiris, vel fogacijs, qualiter, & quando, credendum sit in rationibus dispungendis.*

75 *Tutores & curatores, caueant, ne rationes suas cum rationibus pupillorum, vel minorū promiscue describant, quia ex eo solo in dolo esse presumūtur-*

76 *Tutor si res proprias, veletiā alienas in inuētario, vel libro rationis sui minoris describat, eo ipso res tutoris in illo scriptæ censentur esse ipsius minoris, in tantum, vt nec ipse tutor debeat ad probandum admitti, quod tales res erant sui ipsius, vel alienæ.*

77 *Apochæ tutoris creditur de solutione crediti minoris, sibi ipsi factæ.*

78 *Publicanus siue Gabellarius, potest petere a mercatore vt sibi librum emptionum & venditionum exhibeat, vt ex eo ratio gabellæ cum ipso calculetur.*

CAPVT. X.

De exhibitione libri rationum & de parcellis in illo descriptis qua ve forma confectus esse debeat vt fides illi adhibeatur.

IMPOSSIBILE quidē est, recte iudiceque rationem ab administratore, reddi, nisi librum iuridico modo confectum, pro rationibus dispungendis, ratiocinatoribus exhibeat, ex eo nā que introitus & exitus patefiunt, vt i n.l.fi.§.inter cætera & ibi notat Bartolus.ff.de lib.lega.& in.l.si ita fuerit l.2.§.quæstio.ff. de manummiss.testa.

1 Castellus, in.l.27. Tauri, vers.ad quar tum

cum vbi dicit quod administrator rationem redditurus, librum, siue codicem rationum, vbi acepta & data, introitus, & exitus contineantur, calculatoribus exhibere debet, quod si illud nõ exhibeat, malitiose occultasse præsumitur, & ideo aduersus eum iuratur in lite, arg. tx. & quæ ibi notat Bartol. in l. tutor. qui repertorium. ff. de administ. tutorum, & in l. fin. §. inter cæteras. ff. de libe. legata. & in l. si cui libertas, & in. l. cum seruus. ff. de conditio. & demonstr. Barto. in l. 1. §. offic. ff. de tutel. & ratio distra. Socin. in cons. 46. colu. 2. circa finem vers. secunda pars. Cuynus, cons. 54. num. 14. volum. 1. Ancharr. cons. 316. num. 4. & licet prædicta iura & doctores in locis supracitatis de tutore dumtaxat & curatore tationem reddente loquantur, tamen idem est, quo ad alios quoscumque administratores, vt voluit Areti. in dicto. §. officio. Benuenutus Straca, in tractatu de mercatura. 2. p. num 68. Bæça de decima tutoris, c. 2. num. 179. Petrus de Vbald. in tractatu de duobus fratri. par. 12. nu. 7. Socinus loco supra citato Ioannes Garcia de expensis. c. 20. num. 22. Rebuffus in l. bobes. §. inter edere. ff. de verbor. signific. Bobadilla (multa vnico verbo annectens) in proposito lib. 5. politicæ. c. 4. num. 71. & in tantum vera est prædicta conclusio, quod etiã si administratores negarent librũ nõ confecisse, adhuc illis credendum nõ esset, eo quod propter consuetudinẽ illis mandatum censetur, argumen. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. & in l. fina. in fin. C. de fideiussor. Ancharr. cons. 316. num. 4. Straca. d. n. 68. quinimo in proposito dixit Rebuf. vbi supra, quod si administrator confiteatur librum fecisse rationum, illum tamen perdidisse adhuc illi nõ sit credendum, nisi casu fortuito illũ amisisse probet, & ratio est, quia eum ad officium administratoris (ex officij natura) pertineat, rationis librũ conficere, & illum dilligenter custodire, semper præsumitur illum supprimere & occultare non vero illum perdidisse ita Ancharr. cons. 316. nu. 4. Soci. cons. 159. colum. 3. quod ego verum intelligo, etiam si administrator iurasset illum librum perdidisse, quia quando aliquis rem aliquam tenetur custodire, non statur eius iuramento, quando dicit se illam perdidisse, sed necessario casum probare debet, vt tenuit Felin. in c. accepit de fid. instrumen. Gratus, cons. 23. num. 10 Soc. d. cons. 159. vers. 1. quia & eos refert & sequitur Baeça de decima tutor. c. 3. num. 180. & 181. vbi plus dicit, quod vbi liber rationum non exhibetur ab administratore, vel eius hærede, non solum administrator, verum & eius hæres, vel successor in dolo esse præsumitur. si ipse hæres rationem prædecessoris reddat, & obit cõtra eos omnes in litem iurari possit. quã sententiam ante eum tenuit Alexand. cons. 74. num. 2. lib. 7. & consil. 65. lib. 1. & cons. 62. lib. 4. & cõs. 164. lib. 5 Franciscus Marcus decis. 145. per totum. Molineus in consuetud. Paris. § 6. glos. 6. Alber. in. d. §. officio. vbi dicit, quod non sufficit librum rationum, ab administratore ædi, vel exhiberi, sed quod realiter illum tradere tenetur pro rationibus discutiẽdis, aliquando tamen libro rationum non exhibito & tradito, serui gerentes res pupillares possunt in tortura de illo, ac de statu rerum administratarum interrogari, & maxime quando in scribendis rationibus fraus ab administratoribus imputatur, vt in. l. 1. §. de seruis. ff. de tut & ratio distra. & ibi Bart, num. 1. & communiter scribentes.

Sed modo de pulchra & subtili quæstione quæritur, scilicet si promissum

fuerit

fuit per dominum administratori, quod in rationibus simplici eius dicto fidem præstabit, an (si hoc casu) librum rationis non exhibeat, adhuc contra administratorem iuramentum in litem deferri possit, an vero libri confectio, ex dictis verbis illi remissa videatur. In qua difficultate Bartol. & doctores communiter in l. fin. ff. de prætor. stipula. numero. 6. dicendum putat, prædictam conuentionem valere, ita vt absque alia probatione, simplici dicto administratoris credatur, quam sententiam sequitur Alexand, consi. 130. in fi. vo lumine. 1. Cagnolus in. l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo, nume. 124. faciunt notata ab Afflictis decis. 91. numero. 10. Socin. cons. 90. volumine 4. decisio Genuen. 78. numero. 7. vbi hanc reputat communẽ sententiam, & secundum eam semel atque iterum iudicatum vidisse, Straca in tracta. mercaturæ. C. de contractibus mercatorum, fol. 132. nume. 6. & præ
8 dicta communis sententia ex eo confirmari videtur, quia si partes possunt facere, vt credatur vnico testi, in causa propria, vt voluit Barto. in. l. fin. C. de fide iusso. quanto magis poterunt capitulare, vt vni ex partibus credatur. Secundo facit, quia si partes pos-
9 sunt facere, vt copiæ credatur, cui alias non crederetur, vt in authenti.
10 si quis in aliquo ducumẽto. Itẽ & partes facere possunt, vt probationes inualidæ valeant inter eos, vt notat. Inocen. in. c. cum causam de testibus Bal. in. l. fi. C de testibus eodem modo simplici administratoris dicto ex conuẽ tione partium fides adhiberi poterit, quod maxime verũ reputo vbi declaratio facienda esset per iuramentum, vt tenet Plotus in. l. si quando. C. vnde vi. nu. 748. vbi refert & sequitur Iasonem in. l. ius iurandum quod ex con-

uentione. ff. de iur. iur. dicentẽ, quod alias prædicta conuentio, de qua agimus, non sit valida quinimo & dixit Bart. in. d. l. fin. huiusmodi conuentionem posse creditorem, vel dominum reuocare, antequam administrator, vel debitor iuret, eius tamen, sententiam reprehendit. Alexand. d. consil. 130. Afflictis decisio. 91. numero 10.
11 verum prædictam Bart. sententiam, cum grano salis admittendam reputo, scilicet vbi ille cuius iuramento erat standum, antequam iurasset, cõditionem suam deteriorẽ fuisset, cui patæ, quæ vel infamatæ vitæ fuisset effectus, tunc enim, eo quod iuxta superuenit causa illi non credendi, recte reuocari posset illa facultas a creditore vel domino, sibi concessa, vt tenuit Angel. in. dict. l fin. per text. in. l. cum quis, & in. l. si cum Cornelius. ff. de solutio, cuius sententiam, ibi probarunt. Cuman. & Imol. Placuitque Socino. dicto consilio. 90. & eos refert & sequitur Straca. vbi supra, vbi refert Iasonem loco supra relato dicentem, ipsum de facto propositæ quæstionis, vix fuisse consultum; & modo supradicto respondisse, & eius sententiam sequitur Plotus vbi supra numero. 743. & sane eius consilium iuri consentaneum est ex. l. si cum Cornelius. ff. de solutio. quæ enim de nobo emergunt nobo indigent legis auxilio. l. ab arbitro. ff. qui satisdar. cog. & ideo supradictam limitationẽ eo etiam casu veram, esse, reor,
12 vbi talis conuentio de stãdo simplici dicto iurata fuisset, quia pactum siue conuentio de stando iuramento, censetur habere illam clausulam scilicet rebus sic stantibus, vt in. c. quemadmodũ de iure iuran. & ita tenet Mascard. de probatio. conclusione. 1157 num. 31.

Tamen aduersus prædictam sen-

tentiam sequentia vrgent fundamenta. Primo quia confectio libri rationum est de substantia actus administratorij, vt in.d.l. 1.§.offic. ibi, *officio tutoris, incumbit, rationes actus que sui conficere.* Sed ea quæ sunt substantialia contractus pacto contrahentium remitti non possunt, vt in.l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione.l.cum manusata.ff. de contrahenda emptione, tenet Alciatus, in titulo de eo quod interest.capit.1. num.15.ergo ex prædictis verbis, a domino in contractu appositis non censetur liberatus administrator a confectione libri tationum & interminis nostris dixit Barto.in.l.fina.§. inter cætera.ff.de liber.lega.quod legatũ liberationis a reddenda ratione non facit quem desinere teneri ad reddendũ libros rationum, & quod conuentio & promissio de stando simplici dicto fratris, intelligitur dummodo dolus adsit, tenet Bartol. in.l.fin.ff.de prætorjis stipulatio.iuxta finem, per rex.in.l.creditor.§. Lutius.ff. manda. vnde quod per dicta verba non intelligitur remissa libri confectio, cuius amissio inducit præsumptionem doli, tenet Ruinus consilio.54.numero.14. volumine.1 vbi dicit, quod illa verba, habent eandem interpretationem, quam habet simplex liberatio a reddenda ratione administrationis, hoc est, vt non oneretur ratione negligentiæ in rebus administrandis contingentis, eandem sententiam tenet Plotus in tracta. de in lit. iurando, numero.194. in maiori impressione, quod in tantum verum esse voluit, vt etiam si interponatur iuramentum de stando simplici dicto administratoris, adhuc non excusabitur ab exhibitione libri rationum. quia iuramentum debet intelligi secundum naturam actus super quo interponitur, vt in.l. fin. C. de non numera,pecunia.Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio.1.parte.capit.37. numero.2. &.3. quæ sententia confirmatur, quia iuramentum habet in se hanc tacitam conditionem, si dolus absit, vt in.l.si libertus. ff. de oper. liber. Pro qua sententia facit, quia actus iure prohibitus, non firmatur iuramento, vt in terminis tenet Gutierrez vbi supra.cap.43.numero 2.quod autem remissio libri rationis, sit actus iure prohibitus patet, cum ex eo daretur administratori occasio fraudandi, & doli committendi in futura administratione, vnde cum dolus futurus remitti non possit, etiam iuramento interposito, pactum quo remittitur, infirmatur, vt voluit Ruynus, vbi supra, numero. 14. & ita concludit Plotus in loco supra proxime citato, numero. 749. vbi plus dicit quod sub hoc pacto de stando simplici dicto administratoris, solum censetur administrator liberatus ab scrupulosa inquisitione, & a culpa leuissima, siue leui, sed non censentur liberatus a culpa lata, nec a dolo vero, vel etiam præsumpto, & ideo si librum rationum legitime, vel de more confectum non exhibeat, aduersus illum in litem iurari possit, non obstante dicta promissione iurata, & pæna, si fuerit apposita. Ego tamen intelligo, quod etsi legitima libri confectio remissa non videatur, ex dicta promissione, tamen virtute prædictæ clausulæ censentur remissæ solemnitates, & forma quibus liber rationis de iure confici debet, dummodo aperte constare possit de veritate administrata-

13 14 15 16 17 18 19 20 21

ſtratarũ rerum emptionum, vel venditionum, vel aliorum actuum adminiſtrationis, & ita ſentit Molineus inconſuetu. Pariſ. glo. 6. §. 6. nu. 21. & q̃ tale pactũ non profit adminiſtratori, tenet Bart. conſ. 168. nu. 4. & quod etiam ſi ſimplici dicto quis ſtare promittat, debet intelligi de dicto iurato. tenet Maſcardus de probatio. concluſione. 1214. numero. 13.

Et tenẽdo prædictam ſententiam non obſtant fundamenta pro aduerſa opinione incontrarium adducta, & in primis non obſtat ſententia Bartol. in. d. l fin. ff de prætor. ſtipula. numero. 6. vbi tenet, quod valet pactum quod ſtetur ſimplici dicto creditoris circa damna & intereſſe quod contingerit dolo, vel mora & imperitia debitoris, quia prædicta ſententia Bart. vera eſt ſi ille creditor cuius dicto erat ſtandum, bene arbitratus eſſet, ſi autem male reducitur ad arbitrium boni viri, argum. text. in. l. hæc venditio. ff. de contrahend. emptio, & in l. imperium. §. generaliter. ff. de reg. iur. & in. l. 6. titul. 16. par. 7. idque tenet Soci. vbi ſupra. Afflictis, deciſione. 91. numero, 10. Plotus. dict. numero. 742. quod quidem remedium, cum in noſtro caſu adhiberi non poſsit, facile poſſet dominos ſiue principales, minores ve damnificare, quod non eſt ferendum, vel poſsit illi aliter reſponderi, quod licet pactum de quo ibi, valeat, non tamen prohibetur creditor probare aliter rem ſe habere, quia illa facultas declarandi damna & intereſſe, operatur, vt ex declaratione inducatur quædam iuris præſumptio, quod in declarando non fuerit immemor ſalutis æternæ, neque nomen Dei ſubmendatio deierauerit, & ita reſpondet Plotus vbi ſupra. nu-

mero. 740. & ſequenti.

Qualiter autem iudices debeant ſe habere cum partibus circa exhibi
22 tionem librorum eleganter deſcribit Molineus in conſue. pari. tituio. 6. §. 6 numero. 34. dicens, quod adminiſtratores debent coram iudice citari ad offerendum compotum, ſiue librum rationum, quod ſi hij non compareãt, in termino a iudice aſſignato, accuſetur eorum contumacia, ſemel atque iterum, quod ſi adhuc contumaces exiſtant, datur ſecundus defectus, & virtute horum duorum defectuum, debite obtentorum, datur eis aliud certum pro ſori conſuetudine moderatum, etſi interim non compareant ad rationem reddendam, & librum rationis exhibendum, vt rebelles ad id per capturam aſtringuntur, ac in expenſis illorum defectuum condemnantur quod ſi adhuc in ſua pertinatia perſiſtant, & librum rationis non offerant, & exhibeant, alij duo defectus accuſari debeant, ad hoc vt ad ſolutionem ſumæ actori debitam, vel in id quod actori intereſt (premiſſa iudicis taxatione) condemnentur, & etiam vſque ad realem debiti ſatisfactionem incarcere detineantur, licet incarcere detineri non poſsint adminiſtratores, pro expenſis litis ratione defectuũ in nõ exhibẽdo librũ ratio
23 nis cauſatis, ſed ſolũ pro principali, vel pro ſuma quam per iuramentum in litem, actor ſibi deberi declarauerit. Nullo tamen modo, ab incarceratione perſonæ eſſe incipiendum, quod ego intelligo verum, niſi de fuga talis adminiſtratoris timeatur. Si vero ab initio, vel ex poſt facto refuſis expenſis defectuum adminiſtrator comparuerit, & confiteatur, ſe adminiſtrationem ſuper qua conuenitur

peregiſſe , vel hoc conſtet ex actis, dantur ei(ad ſummum) duodilationes, ad producendum librum rationum, quibus elapſis per incarcerationem ad illum exhibendum compellitur, & ſimiliter ad reliquorum ſolutionem condenatur. Si de reliquis) vir tute iuramenti in litem iam conſtiterit, ſi autem a principio neget ſe talem adminiſtrationem peregiſſe , vel ſuccepiſſe tunc partes ſuper allegationibus contrarijs , ad probandum admittuntur , & cauſa vſque ad tres ſententias ſuper illo facto via ordinaria proſequitur, hæc ille.

24 Aduertendum tamen eſt , quod etſi adminiſtrator pro reddendis rationibus librum ædere, ſiue producere teneatur , vt ſupra retulimus, attamen librum ædere , vel exhibere non teneantur extra locum geſtæ adminiſtrationis , & ita (in terminis reddendæ rationis) tenet Paulus.in.l.prætor ait in fin. ff. de æden.deciſio.Genuæ 98.numero. 4. Crederem tamen quod ſi extra locum adminiſtrationis neceſſario mittendus foret , vt puta de vna prouincia ad aliam , iudex debeat addire vires idoneos , qui videant librum , vt ſciant quæ folia habeat, quid ve contineat ſuiſque rubricis folia ſubſigillent,ne fraus fiat ita Bartol.in prætor ait §. fin.ff.de ædendo. Aceuetus in.l. 9. titulo. 6. lib.4 recopilationis , numero.4. melius tamen eſſet, vt rubricarentur folia, de manu alicuius notarij, qui incalce libri fidem faciat , qualiter tempore quo traditur petenti illum tranſmitti, tot folia continebat,non tamen miti debent originales libri de vno regno ad alium , vt in ferius apparebit & conſtat ex.l. 10. tit. 18. libr.5.recop.

25 Debent etiam a partibus , ſcripturæ communes in rationibus exhiberi , ad meliorem rationum claritatem & expeditionem , vt in. l. ſiquis ex argentarij. § cogentur.ff.de ædendo , & melius & expreſsius in.l.17.tit.2.par.3.ibi .*Eſſo miſmo ſeria quando los compañeros tunieſſen cartas de las quentas que fueſſen communales , o el perſonero que tuuieſſe las cartas o las razones que perteneciſſen a las coſas del huerfano , o mayordomo de ſeñor, o maeſtro de moneda , o de otras obras de que tunieſſe eſcrito de las quentas , o el recado dellas , o en qualquier deſtas razones que auemos dicho , o en otras ſemejantes dellas , tenudo es el que tuuiere las cartas , o los eſcritos de los moſtrar en juyzio ſi gelo mandaren los ſeñores dellos , o otros que tuuieren derecha razon para demandallos* , vbi Gregor.verbo , compañeros dicit quod deciſio prædicte legis partitæ, ad mercatores etiam extendi poſſet & quod ipſi ad exhibēdos librosrationum poſſunt compelli , ad intentionem actoris fundandam , & eum ſequitur Baeça de decima tutoris.c.3. num.183.

26 Rurſus in propoſito eſt aduertendum , quod ſi plures tutores tutelam adminiſtrauerunt ſimul , omnes ædere debent libros rationum, aut ſi vnus ædat ſolus æditioni ſe ſubſcribere debent alij,vt in.l.ſiquis ex argentarijs.§.1 . verſi. nam etſi plures.

27 Sed modo in propoſito dubitatur, an his qui librum rationis , vel vilantium petit ab altero exhiberi, vel produci,talem librum vel vilantium productum & exhibitum approbare videatur, & dicendū videtur quod ex eo,quod quis librum vel

vilan-

vilantium exhiberi poſtulat, ego ipſo in eo contenta & ſcripta, approbare videatur argumento l. ad ſolu-
28 tionem. C. de re iudi. vbi petens terminum ad ſoluendum iudicatum, videtur iuditiũ approbare, quod ita te-
29 nent Roman. conſ. 9. in fine. Gratus, conſ. 47. numero. 22. volumine, 2. Nata conſ. 242. numero. 23. Cephalus, conſ. 3. numero. 45. Menoch. de recuperan. poſſeſsion. remedio. 15. numero. 122. quos refert & ſequitur noviſsime Petrus Surd. conſ. 43. numer. 7. itẽ ſiquis producat inſtrumentum minus ſolẽne, cenſetur illud approbare ita Bald. in l. alia colum. 2. verſi, ſed pone quod quis confitetur. C. de de his quibus vt indig. Alexand. conſil. 184. colum. 2. lib 7. Feli. in. c. cum venerabilis columna. 7. limitatione. 2. & ibi Decius, columna, 16. verſicu. quinta concluſio, de exceptio. Iaſſo. conſ. 161. columna. 3. poſt medium
30 lib. 2. Sed eadem ratio approbationis videtur in petente ſcripturam vel librum exhiberi, quæ in illam producente, ſatis enim producit inſtrumẽtum, qui illud produci poſtulat, quia actus productionis, non atribuitur producenti, ſed petenti & mandãti exhibitionem & productionem fieri Item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſi nomi. facit doctrina Batt. in. l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia, num. 1. ff. deleg. 1. vbi ſi conſilium generale, dat poteſtatem prioribus, nominandi prætorem, videtur prætor nominatus, a conſilio mandã
31 te, & hanc ſententiam his & alijs argumentis defendit Aymon, conſilio 275. ex numero. 2. vſque ad quartum Simon de Prætis de interpreta. vltima. volun. lib. 5. dubita. 4. numero. 66 fol. mihi. 141. Petrus Surdus deciſio. 109. num. 6. comprobatum ex ſententia ex eo, quia data & accepta in libro rationum conſcripta, dicuntur in diuidua & connexa, maxime ſi omnia proficiſcũtur ex eodem negotio & adminiſtratione, vt tradit Ripa, in l. admonendi. numero. 124. ff. de iure iur. (& latius ſuo loco dicemus) ex gloſſ. ſingulari, in. l. etiam. §. ex cauſa ff. de minor. Curtius ſenior, conſilio. 20. ergo petens productionem libri, ſiue vilancij indiuidui, propter vnitatem officij, vt voluit Angel. in. l. ſumptus. C. de adminiſtratio. tutor. Corneus, conſ. 81. lib. 4. verſic. ſaltem per talem productionem, & exhibitionem, omnia in libro rationum contenta approbare videtur, hæc ille.

Ego tamen prædictam Aymonis ſententiam, neque veram neque iuri vel rationi conſentaneam eſſe arbitror, in caſu, quo librum rationis vel aliquod aliud inſtrumentum cõmune exhiberi petatur: qui enim rationum exhibitionem petit, non vtique veram, vel falſam eam eſſe profitetur, neque in illam aliquo pacto conſentit, ſed illud dumtaxat intendit, vt inſtrumentum rationum (quod ſibi & adminiſtratori commune eſt) exhibeatur, ad videndum an ex eo experiundi ſit cauſa, vt in. l. exhibere. ff. ad exhibendum, & in. l. locum habet. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhiben, ... de cum quilibet ha-
32 bens rationes vel inſtrumenta communia, illa manifeſtare & exhibere teneatur, ad inſtantiam illius, cui communia etiam ſunt, vt tenent Bartol. Bald. & Salic. in. l. fin. C. de ædendo & de iure regio in terminis eſt text. elegãs in. dict. l. 17. titul. 2. part. 3. ibi. *Quando alguno de los compañeros tuuieſſe cartas de las quentas que fueſſen comunales de todos, &c.* & ibi. *Ca en qualquier deſtas razones que auemos dicho, o en otras ſemejãntes de ellas, tenudo es el que tuuiere las cartas o los eſ-*

critos de las mostrar en juyzio, si gelo demandaren en juyzio los señores dellas. Non enim ex eo quod vnus ex socijs, vel alter eoia interfit, rationes quas nõ recognouerat exhiberi petit, illis assentire videtur, ac veras illas esse confitetur, nisi expresse peteret, vt pars in cuius potestate sunt, illas tationes coram iudice producat, quia hoc casu forte haberet locum doctrina & sententia Aymonis ex eo enim quod productionem rationum per alium facit, per se ipsum facere videtur, ex vulgata reg. iuris, intelligo tamen q̃ non omnia in libro rationum contenta simpliciter confiteri, & approbare videatur, sed eatenus quatenus instrumentum, vel librum rationis probat, vt voluit Bartol. in. l. post legatum, numero 2. in fin. ff. de his quibus, vt indig. Alexand. consilio. 124. numero. 4. volumine. 7. vbi dicunt quod producens instrumentum, non
33 omnia videtur simpliciter confiteri, sed eatenus quatenus instrumentum probat, sequitur Roman. consilio. 234. Ofasceus decisione Pedemontan. 38 numero. 10. quem refert & sequitur Mascard. de probation. conclusione. 916. numer. 7. quid autem dicendum sit vbi parcelæ essent connexæ inferius. capit. 13. dicemus.

34 Ad hoc autem, vt liber rationum prouet, videndum erit, qua forma scriptus esse debeat, & mercatoribus, & alijs hominibus negotiorum, formam scribendi librum tradit text. in. l. 10. titulo. 18, libr. 5. Recopilationis & de iure communi
35 Bald. in rubrica. C. de constitution. pecun. vbi dicit, quod mercatores duos libros habere debent, aduersaria scilicet, & Codicem rationum aduersaria autem ita dicta sunt, quia si semper præmanibus versentur, in quibus mercatores, campsores & similes, primum rationem accepti & expensi, negligenter & sine ordine (memoriæ dumtaxat gratia) conscribunt. & hic liber idiomate nostro *borrador o manual* appellatur alter vero liber qui dicitur codex rationum, in quo libro dilligentissime, & singulari ordine, parcellæ manualis referũtur & hic liber Hispano sermone *libro de caxa*, appellatur, & hanc sententiam tenet Straca, de mercatu. 2. parte, numero. 51 & de prædictis libris & forma scribendi illos, expressam mencionem facit text. in. dict. l. 10. recopilationis cuius verba hæc sunt. *Mandamos que de aqui adelante todos los bancos y cambios publicos y los mercaderes y otras qualesquier personas, assi naturales como estrãgeros q̃ tratarẽ assi fuera destos Reynos, como en ellos sean obligados a tener y assentar la quenta en lengua Castellana en sus libros de caxa y manual por debe y ha de auer, por la orden que tienen los naturales destos Reynos assentando el dinero que recibieren y pagaren, y a que personas, y dedõde son vezinos, para que por los dichos libros puedan dar quenta, de como y en que han pagado las mercaderias que traxeren de Reynos estraños y ha como han prouey do el valor de los cambios que huuieren hecho para fuera destos Reynos, y que los tales libros no se puedan entregar ni inuiar originalmente a sus compañeros ni mayores, sino el traslado de ellos para que quando les fuere pedida quenta, la puedan dar, y que los dichos mercaderes estrangeros tengan libros todos que sean de sus quentas, assi de memorias como de ferias, como de otra qualquier condicion que sean, que tocaren a negocios en lengua Castellana y que entre la hoja del deue y ha de*

auer

auer, no dexen hojas en blanco, y que las letras de cambio que dieren en los casos, y para las partes y lugares donde se pueda cambiar para ganar en estos Reynos, las den en lengua Castellana, y las que dieren para fuera dellos, en lengua Castellana, o Toscana, sopena que los vnos y los otros que no cumplieren lo susodicho pierdan todo lo que dexaren de assentar, y por la segunda vez el doble, y por la tercera la mitad de sus bienes, y sean desterrados perpetuamente destos, y se reparta desta manera. La vna tercia parte para 36 *nuestra camara, la otra para el juez que lo sentenciare, y la otra para el que lo denunciare, y los que no tuuieren la dicha quenta de sus libros en lengua Castellana, sean cõdenados en pena de mil ducados, los quales se repartan en la forma susodicha.*

Sed modo in proposito dubitatur an libro magistrali, siue de caxa non habenti omnes partitas iornalis, siue manualis, fides aliqua sit adhibenda & dicendum videtur, quod si partitæ in manuali descriptæ, in libro de caxa, siue magistrali scripta non inueniantur, rationes non sint perfectè conscriptæ, ac per consequens nulla fides tali libro rationum sit adhibenda, quia vbi ex ratione librorum reperitur, non omnia scripta fuisse, sed 37 aliqua omissa, præsumitur contra ad ministratorem factorem, mercatorem, vel campsorem, quod rationem non legitime, sed dolose confecerit, ita Socin. cons. 190. versic. confirmat colum. 2. lib. 1. Parisius, cons. 90. num. 29 lib. 1. Alciatus respons. 46. tom. 2, lib 6. nume. 6. decisio. Genue. 173. numero. 12. & rario est. Secundum Alcia. quia iornale, vel manuale, habentur locum protocolli, siue originalis, ex quo formatur liber magistralis, vnde cum ambo non concordent in facto serie, & substantia formali partitarum tali libro magistrali minime est standum, quinimo 38 dicendum censeo, quod vbi vterque liber (si licet manuale & de caxa) ab vno solo ex socijs est confectum nec vno nec alteri præscribente credatur, quia mendax in vno in reliquis etiam mendax præsumitur argument. text. in. l. fin. ff de rei vendication authentic. contra qui propriam. C. de non numerat. pecunia. & in regula semel malus, & in terminis ita tenet Parisius, cons. 90. vol. 1

39 Sed in præsenti non absre erit de alia quæreri quæstione, quid si vnus ex socijs fuit caxa societatis, alter vero factor, qui emebat, & vendebat, & qualibet hebdomada (in sabbato) emptiones & venditiones in suis apparitis siue manualibus scriptas ad librum magistrale siue de caxa transferebat, manualibus illis retentis, dubitatur modo an si ratio ab alijs socijs exigatur, ab ista caxa, ipse tam manualia illa, quam librum de caxa exhibere teneatur, etiam si illa manualia rupisse statim quo ad librum magistrale fuerunt translata, profiteatur & probet, & cum hæc quæstio iam mihi patrocinanti contigeret, contra talem caxa iuramentum in litem esse (meæ parti) deferendum propugnaui, & hoc 39 ex sequentibus fundamentis, obtinui primo, quia ex. dict. l. regia, rationes societatis reddi debent alijs socijs. manualibus & *libro de caxa*, productis, & exhibitis, vt patet ex tex. ibi, *Y tengan manual y libro de caxa*, & rursus ibi, *para que por los dichos libros puedan dar quenta*. Igitur illis non exhibitis ratio minime reddi potest, rursus quia illa aduersaria, siue manualia instrumenta communia societatis dicuntur. Vnde cum socius teneatur communia omnia

instrumenta in rationibus exhibere (vt in.l.17.tit.2.par.3.ibi. *Esso mismo seria quando alguno delos compañeros tuuiesse cartas de las quentas que fuessen comunales de todos*, & rursus in eadem lege. *Caen qualquier destas razones que auemos dicho o en otras semejantes dellas, tenudo es el que tuuiere las cartas o los escritos, de los mostrar en juyzio: si gelo mandaren los señores dellas, o otros que tuviessen derecharazon para demandallas*,, vbi Grego. tener quod vsurarius non solum tenetur ædere libros, sed etiã manualia proculdubio tam vnum quam alteri librum exhibere tenebitur.

Et prædicta sententia eo maxime casu procedit, scilicet, quando pro parte rationem sibi reddi postulantis, liber magistralis de falso redarguitur, tali enim casu, proculdubio ille a quo ratio petitur manualia exhibere debet, simul cum libro magistrali, quia ille liber habetur instar instrumenti quod de falso ciuiliter redarguitur, cuius fides nullo modo probatur, nisi & originale exhibeatur, vt in authentico de tabellionibus §.fin. & ita tenet Bald. in.l. Casius colu.2.ff.de senato. Octauianus Chaquera decis.117.nume.12.cum ergo iornale siue manuale dicatur protocolum, ex quo formatur liber magistralis, siue de caxa, vt voluit Alciatus responso.64.tom.2.lib.6.num.6. decisio Genuen.173.nume.6. manifeste conuincitur, quod liber magistralis, dolum & malam fidem contineat, si manualia etiam simul cum illo non exhibeantur. Nec obstaret quod reus diceret, prædicta manualia perdidisse, rupisse, & dilacerasse, & quod.d.l. parritæ dicit, *el que los tuuiere*, quod verbum dicit existentiam habilitatem, & possibilitatem exhibendi, quia cum rationes etiam cancellatæ cõmunes sint, quia per eas probatur debitum. Hinc inde precessisse, & vtri que parti interesse eas apparere ex tx. in.l.fullo.§.qui ancillam. ff.de furtis, ibi. *Nec refert Cancellatæ nec nesint, quia ex his debitum magis solutum cõprobari potest*, & in.l. dissolutæ. C. de fide instrum. & in Authen. de mandatis princi. §. publicorum, & in.l.1. C.de apochis.publi. & in.l, nec in ea. C. de discussoribus lib.10. & hanc sententiam tenet Straca de contracti. mercato. pagi.441.numero.30. nullo alio modo veritas apparere poterit per naturales illius actus probationes, & ideo aduersus illa manualia, non exhibentem iustissime iuramẽtum, in litem defertur vsque ad quantitatem per iudicem taxatam, vt in.l. in hac actione. §. præterea. ff ad exhibendum, & in.l.19.tit.2.par.3. & ita iudicatum fuit in hac regali Chãcellaria semel atque iterum, visa ac reuisa causa in litevertenti inter Antonium Monterum, & Andream Monterum ciuitatis Toletanæ conciues, me prodicto Antonio actore patrocinante, hactenus de forma libri rationum mercatorum, campsorum & sociorum.

40 Nuúc vero videndum restat, qua forma liber tutoris, vel curatoris alterius ve administratoris confici debeat, & in primis sciendum est, quod nihil interest, quod liberationis sua propria tutoris, an alterius manu sit conscriptus, ita Abbas, in.c.2.nu.12. de fide instrum. Ioannes Andrea in additio. a specu. titu. de instrumento Edidio. §. nunc dicendum, in additione magna, & eos refert Straca, vbi supra, num.65. quod ego verum intelligo: in libris tutorum & curatorum, secus tamen esset, si esset liber societatis, quia licet probaret contra socium scribere mandatem, non tamen probaret cõtra alios socios, qui non mandauerunt, nisi impartitis omnino

omnino connexis, vt voluit Pariſius, conſ. 47. Aymon. de antiquitate. 6. particula primæ partis princip. num. 56. Menoch. de arbitra. caſu. 92. nu. 8. vbi diuerſitatem conſtituit, inter librũ conſcriptum de mandato vnius ſocij, & eum qui ſcriptus fuit, ab inſtitore ab omnibus ſocijs approbato.

41 Vt igitur a capite huius libri rationis formam deſcribamus, in primis ſciendum erit, quod liber rationum cuiuſcumque adminiſtrationis inſcriptionem ſeu præfationem habere debet, in hunc modum. Hic eſt liber rationis tutelæ Titij, mei minoris, vel talis ſocietatis, eo modo, quo realiter veram & cognoſcibilem talis libri confectionem & intentionẽ oſtendat, ita vt dubitari non poſsit, librum illud ad rationes de quibus agitur conueniens eſſe, & quod prædicta inſcriptio, præſertim in libris mercatorum fieri debeat, tenuit Decius, conſ. 21. numer. 1. Soci conſ. 87. columna. 3. & 4. verſ. circa ſecundam Straça, vbi ſupra, num. 53.

Præterea, vt talis liber rationum legitime confectus dici poſsit, taliter debet eſſe ordinatus, vt ex eo cõputationes, proue, an improue ſint relatæ, explorari poſsit, tunc autem cõputationes recte explorantur, cum acceptum bene latum eſt, & expenſum ſimiliter probe eſt expenſum, ad hoc ergo acepta & data, probe poſita eſſe debent, vt docet conſultus, in l. cum ſeruus. ff. de conditio. & demonſtrat. Bart. in l. 2. C. de nauicularijs. vbi dicit. Nota ex hac lege, conficiendarũ

42 rationum modum, ab officialibus qui multa recipiũt, & multa ad alios transferunt, debent enim quæ recepe runt ſcribere, & quidem nominatim a quo receperint, & ex qua cauſa, vt in. l. a paritores. C. de exacto tributo. Item cui dederint nominatim, vt in. l. neminem. C. de ſuſcepto. & arquia. Item & diem receptarum rerum, ſpeciatim ſcribere, ſi enim prædicta ſpeciatim & ſigillatim non ſcripſerint, non videtur reddita ratio, cum ille cui eſt reddenda, non poſsit ex libro intelligere & agnoſcere ſiquid

43 machinationis in ipſius rationibus ſit admiſsum, vt in. d. l. neminem, ratio enim quæ non poteſt intelligi non

44 videtur reddi. l. 23. tit. 19. lib. 9 recopil. ibi. *Y dar quenta clara y cierta al arrendador*. Quinimo & intricata ratio non eſt ratio, vt in. l. argentarius. § ædi. ff. de ædendo, ſed magis

45 ex intricatione rationum fraus & dolus præſumitur, & aduerſus illam intricantem iuramentum in litem deferri poteſt. l. ſuma. 22. ff. de peculio, & ibi Bart. tenet Bobadilla in ſua pol tica prætorum, lib. 5. cap. 4. nu. 71. licet prædicta ſententia locum non

46 habeat, circa minutas expenſas, quia etſi intrincatæ eſſent ſcriptæ iuramẽto tamen adminiſtratoris ſtandum eſſet, vt in. l. fin. § incomputatione, & ibi notant communiter ſcribentes. C. de iure de libe. & in. l. ſiquid pro redemptione. ff. de donatio. & in. l. diuus. ff. ſi cui plus quam per. l. falcid. & tenet Molin. in conſuetud. Pariſ. glo. 6. § 6. num. 25. & ita explicat Bobadilla, vbi ſupra, num. 73. & ſi certe intelligendus tex. in. l. 112. ſtili, quatenus dicitur, quod adminiſtratori ſi iuramẽto ſtatur. quãdo dubitatur, an aliquid receperit, nec ne, quæ autem dicantur expenſæ minutæ inferius dicemus.

47 Debent igitur adminiſtratores omnia ſinguläriter explicite, & particulatim, in libro rationum deſcribere vt poſt Bartol. vbi ſupra voluit Bald. conſ. 150. deciſio. Genue. 164. nume. 22. & deciſ. 137. Maſcardus de probatio. 2. par. caſu. 976. numero 7. Straca, in loco proxime citato, n. 58.

Baeça

Baeça de decim.c.3.numero.282.ex simili namque descriptione, administrator suam diligentiam & bonam fidem demonstrat.vt in.l.1.§. officio. ff.de tutel.& ratio distra.ibi.*Sic enim actus sui fides & diligentia demonstratur*, & e conuerso si id non faciat, dolus remissio,& negligencia manifeste arguitur,vt tenet Aymon de antiqui ta.limitatione.4,numer. 44.& cons. 225.num.4.Molineus.d.§.6.num.14 Ludouic. Damauderius in tractatu. de tutore.c.vnico de tutorum & curatorum iustificatione. num. 10. Greg. Lopez,in.l.25.tit.9.par.2. verbo,*dar quenta*:ad hoc ergo,vt tutoris,vel alterius administratoris dolus, culpa, vel negligencia circa libri confectionem argui non possit, debet esse cautus omnia scribendo, sigillatim singulariter & de die in diem tam respectu eius quod recepit, quam illius q̃ expendit,dicés sic,tali anno collegi ex tali fundo tot modias tritici , vel ordei,& expendi in collectione tantum tali die in tot operatijs,&c. vel si voluerit aliquid pro minore dicat causã ex qua soluit,vel recepit, quia rationes etiam causam habere debẽt ex qua acceptũ datum ve ũt,hoc enim sonant illa verba quæ vulgari sermone dici solent,*dar quenta y razon*,& ita tenet Bar.in.l.2.C.de nauicula.lib.11. Abba.in.c.2.numero.12. de fide instrumen.Gutierrez de iuramento confirmatorio.1.par.c.40.nu. 18 Bobadilla.lib.5 politicæ.capit.4. num,71.Menoch.de arbitrarijs,lib.2 casu.209.num 14 vbi dicit quod ille qui aliena negotia tractauit præstare debet rationes legendas in suis codicibus,nõ autẽ in folle ex exhibere,ab illis sumptum, qui pecunias in marsupio ostentant,nec qualis, quanta ve sit ostendunt, quemadmodum eleganter explicat Alcia.lib.4.deverbor.significatione.numer.4.Erasmus centuria,9.qui trad.4.prouerbio. 37. quod si liber in folle, & sine distinctione,& expressione cuusæ dati & accepti scriptus sit,proc. Idubio circa parcellas intricatas, vel difficillimæ speculationis,aduersus talem administratorem iuramentum in litem locum habebit,vt aduertunt, Plotus & Gutierrez in locis supra proxime citatis, vbi dicunt,quod hoc casu,ex solo domini iuramento,res & rerum qualitas,æstimatio,fructus redditus & prouentus probabũtur,ita ac si nullum librum rationum exhibuisset administrator, & idem dicendum erit, vbi causa expensi esset obscura & intricata, æquiparantur enim hæc,vel causam non adijcere.vel talẽ adhibere quæ intelligi nequeat,& ita in facto consultus,respondit Alexan.cõs. 172.nu.6.volu.2.Bart.in. l. quidquid astringendæ.num.1.ff.de verbor. obligatio.quinimo& in proposito dicit Bal. in.l.generaliter quæstio.4. C.de non num.pecunia.num.9.causamhanc aptam,petentem,& coherentem esse oportere, & idem tenuit Anania cons. 129.licet Bald.in rubr.C. de fide instrumentorum,num. 33.dicit,coniecturalem causam probare, & adconfirmationem scripturæ sufficere, vbi alias causam probare oportet,si scriptura non esset.Et hanc sententiamrefert & sequitur additio ad Abbatem in.c.2.de fide instrumen.Iass.in repetitione legis admonendi sub nu. 96. eamque probat Felinus,in.d capit.2. numero.29.Straca de mercatur.loco supra citato,num.60.

48 49 50 51 52

Quod autem Bart. in loco supra citato firmauit, scilicet, partitas scribendas fore cum die &consule ex tx. in.d.l.cõperimus.C.de nauicula. lib. 10.probari etiam videtur manifeste in.l.1.§ æditiones.ff. de ædendo,ibi, *rationes cum die & consule ædi debẽt.* & rursus ibi rationem reddit dicens,

quo-

quoniam acepta & data non alias poſ-
ſunt apparere, niſi dies & conſul fuerit
æditus, quinimo & in propoſita ſpe-
cie dixit. Bald. ind. rubr. C de fide in-
ſtrumen. nume. 30. rationes neceſſa-
rio ſub certo die eſſe conſcribendas,
& plerique cõſulem addi ſolere, & ho
die principis, ſiue imperatoris nomẽ
idque (ante eum) tenuit Ioann. Andr.
in loco ſupra proxime citato, vbi diẽ,
& conſulem expreſsim appo nere, ne
ceſſariũ eſſe dixit, idque probat Maſ
teſel. ſingula. 429. Iaſſ. plures referẽs,
in. d. l. admonẽdi. num. 96. Straca, vbi
ſupra. num, 61. deciſio. Genue. 126. n.
4. & 173. n, 13.

53 Contrariam tamen ſententiam,
imo quod omiſsio diei non noceat ad
miniſtratori, quominus ſuo libro ra-
tionum fides adhibeatur (dummodo
rationes ex tali libro recte conferri
poſsint & ex illis de reliquis conſtet)
videtur probari in. l. cum tauernam
§. idemque ſit. ff. de pigno. vbi inſtru-
mentum priuatum fidem facit, & de-
bitum probat etiam ſi in eo dies quo
fuit confectũ appoſitus nõ ſit, quæ ſen
tẽtia comprobatur ex his quæ in pro
54 poſito rationum tradit Abb. conſilio
28. volum. 1. numer. 1. vbi dixit, quod
obligatus ad rationem reddendam,
ſatisfacit obligationi, ſi codicem ra-
tionum vel membranas legendas tra
dat, & eius ſententia comprobatur,
ex text. in, l. argentarijs. § ædi. ff. de
ædendo. ibi: *ſed vt ea ſola pars rationũ*
quæ ad inſtruendum aliquem pertineat,
inſpiciatur & deſcribatur, per quem tx.
prædictam ſententiam tenuit Octa-
uia Oſaſcus deciſ. 128. nume. 5. Ioan.
Garcia de expenſis. c. 20. numero. 22.
verſ. vnde ſi liber. & quidem eorũ opi
nio magis ac magis æquitati & bonæ
fidei congruit, non enim æquum eſ-
ſet, vt propter admodum leuem omiſ
ſionem iuramentum in litem, aduer-
ſus adminiſtratorem præſtaretur, mo
55 dicus namque defectus, non vitiat ra
tionem, vt voluit Bald. in. l. 1. num. 2.
C. ſi aduerſus ſolu. Plotus in loco ſu-
pra citato. § 5. num. 9. in paruis. Mo-
lineus. d. gloſſ 6. nume. 16. Rurſus pro
hac ſententia facit, quia in reddenda
56 ratione dure nimis (cum adminiſtra-
tore vel alio illam reddente) agendũ
non eſt, nec rationis receptio ſcru-
57 puloſa eſſe debet l. ſi ſeruus. ff. deleg.
1. Menoch. de arbitrarijs, libr. 2. caſu
209. num. 34. Bobadilla in ſua politi
ca prætorum, lib. 5. c. 4. num. 72.

Prædictam tamen diei omiſsionẽ
rationem nõ vitiare, intellige, vbi ex
eius omiſsione non reſultaret incer-
titudo, vt tenuit Baeça de decima. c.
3. num. 182. qui refert Ancharr. conſil.
316. qui mihi tale nõ probat, nec etiã
probat Soci. ab ipſo relatus conſ. 46.
ſed nihilominus, eius ſententia veriſ
ſima eſt, & eam probat & firmat Mo-
lineus vbi ſupra num. 21. vbi dicit q͡
vbi ex omiſsione diei non emerſerit
ambiguitas, ſiue incertitudo, tunc ſuf
ficit deſignaſſe annum, menſem vel
aliud tempus, aceptæ vel expenſæ pe
cuniæ, vt putà tempus vindimiarum
vel meſsium, quia ſufficit ratio quæ
diſpungi poſsit. Et eius ſententiam
firmat Couar. practicar. quæſtio. cap.
20. nume. 2. in fin. & Ioſeph Ludouic.
deciſ. 56. num. 14.

Nec prædictis obſtat quod pro cõ
traria ſententia ſuperius retulimus,
& in primis, non obſtat text. in. d. l. cõ
perimus, quia in caſu illius text. ideo
dies de neceſsitate eſt adhibendus,
in receptione ſpecierũ, quia ſpecies.
quæ in naui includuntur, intra an-
num ſunt reſtituendæ, & ſic appoſitio
diei neceſſario requiritur, vt ſciri poſ
ſit, quando ſint reſtituendæ, quo ve tẽ
pore earum ratio eſſet reddenda, &
ita ex contextura prædictæ legis col
ligitur.

Nec etiam obſtat text. in. d. l. 1. §
æditiones

æditiones, quia text. ille loquitur in numularijs, siue campsoribus qui lucrum ex pecunia sibi tradita, reddere tenentur, non enim quantum fuisset lucrum constare posset, nisi dies acceptæ pecuniæ, ex eorum libris manifeste constaret, & ita illum tex. intellexit Bald. in rubrica C. de fid. instrum. numero 31. vers. reuertar. sentitque Gregor. Lopez, in l. 112. gloss. verbo trasladorio. tit. 18. part. 6. ex qua solutione infero, quod si tutor scripsit in libro rationum minoris, quod dedit pecuniam mercatori ad lucrum, & diem non apposuerit, aduersus eum iuramentum in litem deferri possit minori, si alias non constaret ex qua die lucra computari deberent.

58 Aduertendum etiam erit in proposito, quod licet ille qui librũ rationũ exhibet, probare debeat omnia eius capita vera esse, vt in l. quæ sub conditione, & ibi notat Bart. ff. de condition. & demonstratio. Molineus vbi supra. d. num. 21. Hæc tamen probatio. aliquando fieri poterit, per priuata singrapha, nec semper authentica instrumenta, aut testes omni exceptione maiores exposcit, imo admittuntur probationes per coniecturas (arbitrio iudicis æstimandas) isenim ex fide & integritate, eius qui expendit, & qualitate expensarum arbitrare poterit, admiti, an reijci debeant expensæ, ita Corneus in l. fin. §. incõputatione. C. de iure de liber. Molineus. d. num. 21. vbi dicit, quod quando expensæ minutæ & modicæ sunt, veluti quinque solidorum sufficit iuramentum eius qui expendit, considerata eius qualitate, idque ante eum voluit Specula. in tit. de instru. æditio. §. nunc vero aliqua vers. vigesimo, quid si executor. Plotus in. d. tracta. de in litem iurando in parua impressione §. 12. nume. 8. Baeça de decima tuto. c. 21. num. 28 Ioan. Garcia de expensis. c. 20. num. 23. Bobadilla, nouissime in sua politica prætor. lib. 5. c. 4. num. 35. vbi tenet hoc seruandum fore in libris masarij, de cõcilio hæredis, executoris, testamenti, tutoris, & aliorum administratorũ nec in his diem apponi necessarium esse reor, sed saltim debebit apponere causam expensi, quia alias expendenti non creditur nisi causam expẽsarum etiam minutarum adijciat, nõ enim debent tales expensæ approbari, in quibus non apparet causa, sed quædam profusio, vt in l. cum plures. §. in primis. ff. de administra, tuto. & in. d. §. officio. Tenet Bald. in rubr. C. de fid. instrum. num. 34. vbi concludit dicens, quod in redditione rationum, oportet quod administratores assignent causas expensarum, & si sint verisimiles probantur expensæ per libros suos, adiuncto iuramento si viuunt, vt in l. siquis pro redemptione C. de donatio.

Aduertendum tamen est, quod licet Bald. loquatur conditionaliter, scilicet, quando administrator qui reddit tationem viuit: tempore quo redditur ratio (quasi dicere velit,) q̃ administratore defuncto & non iurante, hæredi incumberet onus probandi, administratorem mortuum, partitas in libro descriptas (etiã cum causa) expendisse, cum ipsi hæredi qui non expendit iuramentum deferri non posset, vt pote quia non esset bene instructus super illis expensis. Tamen in proposito dicendum erit, quod etiam si administrator mortuus fuerit, libro suo, (legitimo modo cõfecto) fides sit adhibenda, in partitis verisimilibus, quia mors non parum fidei addit scripturis mortuorum, vt voluit Bart. in l. admonendi. num. 27 ff. de iure iurando, & quod liber mortui, maiorem fidem faciat tradit Bal. in l. comparationes. nume. 14. vers. sed

59 60 61

ſed iſta. C. de fide inſtrum. & in l. in tercartulas. C. de conueni. fiſci debitoribus, lib. 10. Soci. conſ. 161. colu. 2. verſicul. neque obſtat ſi dicatur, & conſ. 295. colum. 2. poſt medium verſicul. tertio principaliter, lib. 2. & in terminis ita tenet Paul. Caſtrenſis conſ. 131. quem ſequuntur Ruinus, conſ. 18. numer. 2. lib. 4. Brigianus de finibus regundis. c. 62, nu. fin. Aymon. conſ. 265. num. 5. dicens, quod vbi ad ſupplendam fidem libri rationis, requiritur iuramentum ſcribētis illud iuramentum neceſſarium non eſſet vbi ſcribens mortuus iam fuiſſet, eo
62 quia mors vim obtinet iuramenti. Et hanc ſententiam ſequitur Decius in l. 1. notabili. 2. C. de ædendo, idem cō ſil. 151. vbi dicit quod mors illius qui ſcripſit, æquipollet ac ſi viuus iuraſſet, & eos omnes ſequitur Petrus Ioā nes Ancharranus, quæſtione. 55. nu. 7. parte prima. Aymon de antiquitate. 1. par. §, nono. vidimus, nu. 36. Damauderius de tutore fol. 84. num. 40. plures pro hac ſentētia adducit Maſcardus de probatio. 2, p. concluſione. 669. num. 55. Petrus Surdus, deciſ. n. 7. & per totam & eorum ſententia exhoc cōprobari videtur, quia non eſt præſumendum, quod tempore mortis mendatium in libro rationum a ſe ſcriptum non declaraſſet, cum qui
63 libet moriens, & ſi non præſumatur ſanctus Ioanes Baptiſta, vt dicit Aymon conſ. 6. num. 5. Tamen præſumē dum ſit, quod non fuerit immemor ſalutis æternæ, vt in l. fi. C. ad legem Iuliam repetunda, & hoc acommuniter accidentibus præſumi debet, vt dixit Aymon loco ſupra citato. Soci. conſ. 161. verſ. nec obſtat ſi dicatur. prima parte.

Crederem tamen, quod ſententia Pauli, & ſequatium, non ſit ſimpliciter vera, ſed tali libro credendum ſit, concurrentibus aliquibus aliꝭ admiculis, & ideo dixit Riminald. conſ. 358. numer. 14. quod licet parcellis a mortuo in libro rationum deſcriptis, magis credatur, tamen non plene ſed ſemiplene probet ipſius liber, & eum ſequitur Pariſius conſ. 7. nu. 15. & 16. & idem Pariſius in propoſito dixit conſ. 87. num. 6. lib. 1. quod prædicta ſententia locum habeat, vbi ſumma eſſet modica, & eum ſequitur Gratus reſponſo. 81. num 6. lib. 1. Benintendis deciſio. 47. num. 12. Quinimo & Boerius deciſio. 105. nume. 5. & 6. adduc requirit, quod talis mortuus fuerit homo bonæ vitæ & famæ, & quod fuerit ſolitus ſcribere veritatē, quod in ſcriptura ſit cauſa debiti, & quod in libro ſit ſcriptum aliquid contra ſcribentem, idque tenet Guidon Papæ, deciſione. 441. Petrus Ioan Ancharr. loco ſupra citato. nume. 6. & 7. & ibi. num. 9. tenet, quod etiam requiritur, quod conſideretur & attendantur facultates ſcribētis, puta quod credior ſit ditior debitore, Graueta, cō ſil. 73, num. 41. Ioſeph Ludoui. deciſ. 88. 2. num. 3. vſque ad. 12.

Rurſus credendum eſt libro rationum, quando ex operis euidentia cō ſtat, & apparet, tantum quantum in libro dicitur, veriſimiliter expendi potuiſſe, quia tunc etiam ſi expenſa in parcella contenta ſit magna, libro rationis creditur, abſque alia prouatione, modo aliæ coniecturæ adſint, vt voluit Bal. in rubr. C. de fide inſtrumen. num, 34. verſ. interdum, & in l. quæ ſub conditione. ff. de conditio & demonſtratione Molineus vbi ſupra num. 19. Bart. & communiter. ſcribentes, in. d. § in cōputatione, Angel. in §. fina. inſtitu. de verborum, Ioannes Garcia de expenſis. d. c. 20. nume. 23. vbi dicit, quod ſi appareat opus confectum licet qui expendit & fabricari fecit, non ſcripſerit in libro rationum, quantum expenderit in materialibus

rialibus adhuc ex eo solo, quod ad oculum & ad sensum patet de opere confecto illi est in calculo recipiendum, quod perperitos fabros expẽdi posse declaratum fuerit, & quod sufficit hoc casu, quod tutor vel alius administrator in libro rationum cõtulerit, quod tale ædificium fabricauit in cuius constructione centum vel mille expédit quia sufficit quod de opere confecto constet, per operis euidentiam, ita Gutierrez de tutel. lib. 3. c. 1. num. 147. Et idem dicendũ erit, vbi capitaneus generalis, Custos Castri, vel alia similis eggregia persona, expẽdisset in custodia Castri, vel in expugnatione alicuius ciuitatis vel regni, quia si diceret in libro rationum, expendi tot milia ducatorum, videlicet in ingenijs igneis in exploratoribus, in missis & sacrificijs pro bono euentu belli, adhuc sine alia probatione illi esset talis parcella in calculo recipienda, si ex operis magnitudine, difficultate & temporum opportunitate, tot milia ducatorum expendi potuisset. Idque retro ante temporibus Magno Duci Gundisaluo Fernandez a Cordoba contigisse refert eius Coronica lib. 3. c. 3. Ille scas in sua historia ponrificali, sub vita Iulij secundi. §. 1. vbi refert, quod cum Catholicus Rex Ferdinandus administrationem regnorum Hispaniæ legitime adeptus esset, tanquam auus inuictissimi Caroli quinti sui nepotis, ad instantiam quorundam æmulorum dicti Gundisalui, rationem ab eo exigit, de pecu 64
nijs ab ipso receptis, & expensis, in debastatione regni Neapolitani, & tandem cum de magna ducatorum summa oneratus fuisset, per comites sacrarum largitionum, prædictus Gundisaluus domi suæ reddidit, & libellum quendam rationis produxit, prose exonerando, in quo in hũc modum scriptum erat. In primis dico quod in debastatione regni Neapolitani in orationibus, missis & sacrificijs (pro gratia & fauore Dei & sanctorum consequendo) expendi tu mam ducentorum mille, texcentorũ & triginta & sex ducẽtorum, & nouem argenteos, quæ omnia inter monachos, moniales clericos, pauperes, & vidua s distribui, & statim in alia parcella dicebat. Item quod expendi in exploratoribus & cursoribus, pro penetrandis & cognoscendis arcanis & cõsilijs inimicorum, summam sex centorum mille, quatuorcentorum & nonaginta & quatuor ducatorum, cum dimidio, cum autem dictus Catholicus Rex Ferdinandus prædictas parcellas (ex operis magnitudine, & expendentis nobilitate & fide) certas reputasset, nulla alia expectata ratione, prædictis parcellis acquieuit, ac nullam aliam de inceperationem ab illo exigi permisit, & quidem licet nonnulli senserint, quod hoc gratia factũ fuit, adhuc & re in iuditio vintilata, prædictus magnus dux iustam causam foueret ex doctrina Bald. in loco citato Molineus, in. d. §. 6. num. 25. & in terminis ita tenet Barbacia, cons. 46. colum 8. versicu. capio nunc vbi elegantes (suo more) loquitur cõsulendo in causa Gregorij & Francisci de Gonzaga, & ita tenet Molineus d. glo 6. §. 6 num. 25. Bald. cons. 418. num. 6. lib. 3. Gutier. vbi supra, numero. 162.

Et prædicta sentẽtia nedũ) vbi persona expẽdentis nobilis & eggregia esset (locum habet, verũ etiã vbi fuisset frater & tutor alicuius minoris vel absentis maioris, cuius bona administrat at, nã ex eo solo, quod affectio sanguinis & pietatis ratio interuenit, credendum esset libro rationis, maxime si ex operis euidentia, tãtum expendere potuisse constitisset,

& in-

& infratre eo maxime locum habet, quia ratio, quæ exigitur a fratre tutore vel curatore, non debet esse scrupulosa, partialis, vel rigida, præsertim inter nobiles vel honestas personas, vt voluit Abbas, cons. 12. dubio. 6. lib. 1. & Soci. cons. 73. lib. 1. & cons. 40. lib. 4. Molineus in consuetu. Parisiensibus, tit. 1. §. 6. num. 18. Gregor. Lopez, in l. 26. tit. 12, par. 5. glossa verbo, quenta, Ioan. Garcia de expensis. c. 20. num. 23. Ioan. Gutierrez de tutel. lib. 3. c. 1. num. 66. quod intellige verum, dummodo parcella sit verisimilis ex operis euidentia, licet nunquam sit præsumendum, quod frater fratrem suum fraudare, & deprædare vellit, vt tenet Socin. cons. 160. colum. 3. in antiquis, quem refert Ioãnes de Licerier in tracta. de primo genitura. lib. 2. quæstione. 3. nume. 8. neque præsumitur odium inter fratres, imo est verisimile, quod alter alterum diligat. c. literas de præsumptio. ibi, *quem tanquam charissimum*, &c, & multa de fraternali amore refert Afflict. decis. 129. num. 3. vbi refert illud Genesis. capit. 3. commota sunt viscera eius in fratrem suum. Secus tamen esset, vbi ex operis euidentia, expensarum ratio nõ appareret, sed simpliciter per fratrem in libro rationis scriptum esset, expendi tantum in tali vel tali re, inter consanguineos enim, & etiam fratres, cautius forte agendum foret, ex illo Ouidij Nasonijs.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus

Nec gener a socero, fratruum quoque gratia rara est.

Et rursus idem Ouidius (alio in loco) in proposito dixit.

Quin lanient mundum, tanta est discordia fratrum.

Et ponderando fratrum auaritiam, Accursius in. l. fin. ff. de rerum diuisione, refert illud Lucani in farsalia.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Quinimo & raro fratres se amasse testatur Tiraquel de temperan. pœnis, causa. 22. nu. 3 vbi multa refert exempla quæ per te videri poterunt, ideoque etiam vbi rationes a fratre fratri præstantur, iudex nimis caute rationes prospicere debet, ac circa illas prudenter arbitrari, an libro, vel partitis in eo descriptis, cum aliqua obscuritate, & in volucro, fides sit præstanda. Quod quidem ex affectione, fide, qualitate, & integritate illius, qui rationem reddit, facile perpendi poterit, vt voluit Menochius, lib. 2. de arbitra. casu. 93. nu. 3. Ioann. Garc. in tracta. de expensis. d. numero. 23.

Ex quibus, administratoribus consultum esse velim, vt codex suarum rationum bonam fidem contineat, non vero repugnantia, aut non verisimilia, solertiamque, & diligentiam indicent, quam natura actus requirit, vt consuluit Iass. cons. 4. volum. 3. Quod autem dicimus, verisimilia cõtinere debere, magni refert. Nã quãdo rationes verisimilia continent, in his quæ sunt difficilis probationis stat tur iuramento ipsorum administratorum, alias autem secus, vt voluerũt Bartolus, & Alexa. in. l. 1. in fin. C. de ædendo Iasso. in repetitione. l. admonendi, numer. 102. Decius, cons. 596. sub, num. 9. Guidon Papæ, decis. 441. Molin. vbi supra, num. 24.

64

Careat

65 Careat etiam liber rationis, cancellationibus, inductionibus, & super inductionibus, & omni denique suspitione, quod maxime dicendum est in libris mercatorum, campsorum, & sociorum, quorũ scripturæ loco sentẽtiæ habentur, sola enim sua fide transeũt in rem iudicatã, hoc est in solliditatem firmitatis, & irreuocabilitatis vt in authent. de fideiuſ. §. argentariorum, & ita ex hoc text. tenet Straca de mercatura. 2. p. num. 64.

66 Ad huius autem libri rationis formam & fidem preciſſe non requiritur, quod de manu ipſius adminiſtratoris ſit ſcriptum, quinimo ſufficit, & ſi ab alio quodam tertio rationes deſcriptæ fuerint, vt voluit Abb. in. d. c. 2. de fide inſtrum. num. 12 ille enim ſcribere videtur, cuius nomine ſcriptum eſt, ex vulga regul. iuris qui per alium. Et in terminis ita tenet Baldus in. d. rubr. de fide inſtru. ſub, num. 33.

67 verſic. ſed hic quæro. vbi dicit, quod quicquid in libro mercatoris pœneſe exiſtentem, ſcriptum reperitur, omne id eius conſenſu, & voluntate ſcriptum cenſetur, niſi contrarium probetur, ex tex. in. l. celſus. ff. de probatio, & in. l. auth. C. de fid. inſtrumen. & ita tenet Straca, vbi ſupra, numero. 65 e.

68 Neque etiam adminiſtratori nocebit, ſi rationes male fuerint ordinatæ, eo quod peruerſo ordine prius data, quam acepta ſint in libro rationũ deſcripta, cum prius de aceptis, quã datis conſtare debeat, quia ordinis peruerſio non vitiat rationem, cum facile reduci poſsit ad ordinem intellectus, vt notant Aluer. in. l. quamuis. ff. de cond. & demonſt.

69 Formã autẽ ſingularem ad hoc, vt liber rationum benedicatur compoſitus, poſſuit Molin. in. d. §. 6. numero. 17. dicens, quod adminiſtrator ſub capite acceptorum, ponat vnum capitulum de rebus acceptis ab initio in inuentario contentis. Item aliud capitulum de rebus nouiter additis, & inuentis, item aliud de fructibus, aridis aliud vero de fructibus liquidis, aliud de canone Emphyteoſeos, vel annuis redditibus, aliud de redditu inueſtiturarũ, & quod ſub capite expenſarum ponenda ſint capitula de expenſis, horum, & aliorum fructuum, aut de reparatione rerum, & ſartis tectis aliud deſolutis, & traditis domino. vel alijs de eius mandato, & voluntate, aliud de expenſis extraordinarijs. & aliud forte de his, quæ ex inuentario debuerat recipere: tamen abſque adminiſtratoris culpa, recepta non ſunt, quod ſi ita faciat. ipſius ſolertiam, curam, & nimiam diligentiam demonſtrat. ac per conſequens preſumendum erit, ipſum ſine dolo adminiſtraſſe, & eius ſententiam eo non relato tranſcripſit Damauderius de tutore cap. 3. num. 46.

70 Sed pone, quod difficultas, vel impoſsibilitas eſt in exhibitione librorum. Dubitatur modo, an ratio fieri poſsit aliter, hoc eſt inſpecto vilancio, quod vulgo dicitur, *carta quenta*, vel manuali, & dicendum videtur, quod non. Quia qui tenetur reddere rationem, neceſſario librum rationũ oſtendere debet, vt ex illo recte perpendi poſsint partitæ acceptorum, & datorum, vt ſapiſsime dictum eſt ſupra: nec ſufficit oſtendere liſtam, ſiue vilantium, vel alios libros perfunctorie ſcriptos, vt notanter tenuit Socinus, conſ. 24. volum. 1. & in terminis ita placuit Rotæ Genuenſi, deciſio. 187. ex Bald. conſ. 353. libr. 1. & ita tenet Straca, de mercatu. 2. p. num. 59. quod eo maxime caſu locum haberet, vbi manuale ſcriptum eſſet cum

71 breuiaturis. eo quod hoc caſu facilli-

me

me dolus & fraus cõmitti posset arg. l.1.C.de formu.subla. ibi, *aucupationes syllabarum insidiantes.* Qui enim
72 aliquid dicit, nomine, quo nuncupari solet, vti debet. vt in.l.Labeo.§.idẽ Tuuero. ff. de suppellect.lega. Vox
73 enim, & eius significatum habent se tanquam materia, & forma, & cum oporteat in vna quaque re materiam & formam conuenire, ita & in vocibus debet significatum, tanquam forma congruere voci tanquam materiæ, vt eleganter voluit Bald.in.l.ius ciuile.col.2.ff.de iust.& iur.& ita tenet Brunus in tracta.de forma.tit.de conuent.matri, prædicta tamen sententia forte limitãda foret, vbi in initio administrationis, societatis, vel alterius negotiationis, actũ esset per scripturã. vt cõtrahẽtiũ scriptis, schedulis epistolis, vel calculis priuatis fides adhibẽda foret, vel qvim habeant scripturæ, vt voluit Belascus de iure emphyteo.q.7.n.15. Quod si id ab initio factum non fuisset, recte distinxit Rota Genuensis in proposito decis.96.num.5.quatenus constituit differentiam inter administrationem
74 societatis vel alterius priuatæ administrationis. Quia primo casu illis manualibus floglacijs seu papiris, (vel vt materno sermone loquar) *manuales, o borradores*, credendum fore iudicauit, eo quod inter mercatores, socios, vel alios homines negotiorũ ex bono, & æquo agitur, non vero de apicibus iuris disputatur. Et hãc sententiam tenent Angel.cons.79. Fulgos.cons.7.colum.15.in prin. Riba in rubr.ff.de verborum, numer.4. Paris. cons.88.num.3.&.4.lib.1.Marant.de ordine iudi.4.p.numer.84 Straca de merca.titulo, quomodo in causis mercatorum procedendum sit num. 6.& in terminis idem iudicauit Senatus ipse Genuensis, decis.2.nume. 29. Quod si administratio sit alicuius rei particularis, administrator audiri non debet, nisi librum rationis iuridice, vel de more confectum exhibuerit, imo aduersus eum iuratur in litem, vt pote quia in officio suo negligens fuerit, in his, in quibus ex natura officij debuit esse diligens, vt patet ex superius relatis, & ita senatus Genuensis iudicauit, vbi supra.

75 Caueant etiam administratores, tutores (maxime) & curatores, ne rationes suas cum rationibus pupillaribus promiscue describat, quia ex eo solo, in dolo præsumuntur, & minoribus (indubijs) iuramentum in litem deferri potest, vt voluit Soc.cons.159 vol.2.colum.2.versi. secundo probatur. Quinimo & si tutor res proprias,
76 vel etiam alienas in inuentario, vel libris rationum minoris describat, eo ipso res illæ præsumuntur esse minoris in tantum, vt nec ipse tutor admittatur ad probãdum, quod res erat propria ipsius, & illam in inuentario scripsit, vt opinionem diuitiarum minoris conseruaret, vt voluit Imperator in.l.fin.vers.fin autem.C.arbi.tutellæ, & manifeste hoc probatur in.l. 120.tit.18.p.3.& ratio est, quia ex nõ præsumit, quod quis se obligare vellit, ad restitutionem earum rerum, quæ non recepit, vt in.d.l.parte.ibi. *Mandamos que tal contradecimiento no sea cabido ni vala, maguer quisiesse probar lo que dize, ca non deue home sospechar, que ficiesse scriptura sobre si de cosas que no vuiesse rescebido*, idque nouissime tradit Ioannes Gutierrez de tutel.lib.2.c.1.num,100. caueat itidem tutor, ne in suo libro rationum, scribat se aliquid pro minore recepisse, quod non recepit, quia ex eo solo ad probandum, quod non recepit, admitti non deberet, vt in.d.l.fin.& in.d.l.part. eo quod ex suo proprio administratoris libro accepisse conuincitur. Pro qua sententia est mihi

77 tex.in,l.Lucius.§.tutelæ.ff.de adminis
-stra.tutor.vbi apochæ tutoris credi-
-tur de solutione sibi facta, & ita vo-
-luit Cumanus, conf.24. columna.2.
-Baeça alios referens in tractatu de
decima tutoris. d. c.2. numer.110.& hanc sententiam tenet Ripa de peste numer.248.Sali.in.l.in contractibus §.quoniam.C.de non numer.pecu.Si ergo apochæ creditur,multo maiori ratione credēdum erit libro, ab ipso tutore in rationibus exhibito, siquidem in inuentario, & in libro rationis,eadem militat ratio,& forte maior in libro rationum,quam in inuentario, cum inuentarium scribatur a tabellione,vt in.d.l.fin.liber autem rationis ab ipso administratore, vel ab alio ipso mandante sit scriptū, facit in argumento. l.non putauit.§. siquis sua manu.ff.de bono posse cōt. tabul.

Finaliter etiam publicanus, siue
78 Gabellarius potest petere a mercatoribus,vt sibi libros emptionum,& vēditionum exhibeat, vt ex illis ratio gabellæ calculetur, & vt liquido constare possit, quantum redactum fuerit ex pretio venditionum, quantum que fiscus habere debeat, vt in, l. 25.tit.19.li.9.recop.Qua autem forma talis liber scriptus esse debeat,ponit tex.in.l.23.eod.titul.& libro. Tu illas legito.

SVMMARIVM.

1 *Libri campsorum bancheriorum, & mercatorum,an tam pro se, quam contra se fidem faciant.*

2 *Cæsari a Marco Antonio obiectum fuit,quod auum argentarium habuisset.*

3 *Argentarios, & de sensarios idē esse probatur.*

4 *Argentariorum munus, quod fuerit.*

5 *Argētariorum causa publica est, & quod eorum institutum fuerit.*

6 *Mercatores nostri temporis, publicum ministerium angerant.*

7 *Libris bancheriorum, etiam in partitis pro se scriptis, fides adhibetur.*

8 *Libro mercatoris pro se non est credendum, nisi saltem pro se habeat adminiculum vnius testis, & ipse partitā pro se scriptam veram esse iurauerit.*

9 *Libri campsorum, & mercatorum, qui habent fidem de publico, pro sententia haberi debent, & sola sua fide transeunt in rē iudicatam.*

10 *Mercatores, ne vtrique de publico sunt approbati.*

11 *Libro officialis de publico deputati an fides sit adhibenda.*

12 *Libris campsorum, & bancheriorum (in his, quæ pro se scribunt) an fides adhiberi debeat.*

13 *Libris campsorum, & bancheriorum, tam pro se, quam contra se, & in fauorem tertij creditur.*

14 *Libris mercatorum, (quibus ex statuti dispositione, vel cōsuetudine fides adhiberi debet) tam pro mercatoribus, quam cōtra ipsos creditur.*

15 Li

15 *Libro campsoris, sine bancharij (etiam si non sit a publico putatus) ex aliquibus verisimilibus circunstantijs, iudex poterit fides adhiberi, dummodo talis campsoris iuramẽtum præcedat.*

16 *Libris campsorum, & bancheriorum, siue mercatorum, quando fides debet adhiberi, non solum in summa parua, verum etiam in magna.*

17 *Libro campsoris, bancharij, vel mercatoris creditur, si sit scriptus in forma contenta in lege, statuto, vel consuetudine.*

18 *Forma dat esse rei.*

19 *Forma non seruata vitiatur actus.*

20 *Campsoribus, & bancharijs, qui non scribunt libros sui officij in forma constituta in l. 10. titulo. 18. libro. 5. Recopilat. pœna mille ducatorum imponitur.*

21 *Liber si scriptus sit extra territorium, vbi forma scribendi illũ data fuit, an fidem faciat in ipso territorio, vbi talis forma seruatur.*

22 *In foro mercatorum causæ de bono, & æquo iudicantur, nec de apicibus iuris disputatur.*

23 *Libro mercatoris, campsoris, vel bancharij, qui aliqua falsatis suspitione laborat, an credendum sit.*

24 *Libro campsoris, bancharij, vel mercatoris, in casu quo fides adhiberi debeat, non creditur, si verosimilia non contineat.*

25 *Adminicula plura, ex quibus libris campsorum, vel mercatorum creditur, cummulat Guidon Papæ, decisione. 441.*

26 *Libris campsorum, vel mercatorum non est credendum, quando aliquid a suo ministerio alienum continent.*

27 *Libris campsorum, vel mercatorum, quibus est credendum, non creditur contra tertium absentem, cum quo actus gestus non fuit.*

28 *Libro æstimi an sit credendum.*

29 *Libro campsoris, vel mercatoris si credendum esset, adhibito ipsius iuramento, si talis campsor mortuus fuerit, antequam iuramentum ei delatum esset, creditur, ac si realiter iurasset, quia tali casu mors habet vim iuramenti.*

30 *Moriens nunquam præsumitur immemor salutis æternæ.*

31 *Priuilegia concessa libris campsorum, vel mercatorum non solum locum habent in his, qui actu cambia, vel mercaturam exercent, sed etiam vbi*

cambia aliquando exercuerunt & ab illis se abstinuerũt, dum modo scripti sint in matricula mercatorum, vel campsorum.

32 *Libri mercatorum, campsorum vel bancheriorum, si scripti sint in forma consueta, vel lege approbata, non solum fidem faciunt, in loco vbi viget lex vel consuetudo, sed etiam alibi.*

33 *Statutum simpliciter loquens, trahi debet ad actus gestos extra territorium inter subditos, quo ad decisionem causæ inter eos, vintilandæ.*

34 *Campsor, vel mercator si transmisit litteram de receptis ad alium correspõsalem, dicens. Dabis Titio mille pro eadem quantitate a me recepta, de manu Sempronij pro illo, an dato, quod talis partita Sempronij nõ sit in libro campsoris scripta, prædicta litera probet contra talem Titium.*

35 *Literæ transmissæ a mercatoribus suis correspõsalibus, habẽt vim publicorum instrumentorum.*

36 *Vilantium an fidem faciat in rationibus, cum libri haberi non possunt.*

CAPVT. XI.

De fide, quæ adhiberi debet in rationibus, libris campsorũ, bancheriorum, & mercatorum.

NVNC videndum etit de fide, quã in rationibus reddẽdis libris campsorum, bancheriorum, & mercatorũ
1 adhiberi debet, & in primis dubitari contingit, an tales libri mercatorũ, campsorum, & bãcheriorum tam pro se, quam contra se, & in fauorem Tertij fidem faciant. Quo circa sciẽdum erit, quod retro actis temporibus, libris argentariorum maxima fides adhiberi solebat, vt constat ex tx. in l. 4. 6. & 8. ff de ædẽdo. Erãt enim hi argentarij priuati fœneratores, qui priuatam negotiationem exercebant, & mercatorum loco habebantur: quæstum namque, aut in permutandis, aut fœnerandis pecunijs faciebant, licet ars hæc parum honesta Romæ fuit, vt scripsit Claudius Suetonius, in Octauiani Cæsaris vita. c 23.
2 vbi refert. Casati a Marco Antonio obiectum fuisse, quod auum argentarium habuisset, Argentarios vero, & denarios idem esse, scripsit Budeus in annotationibus ad pandectas, in. l. si hominem. §. quotiens. ff. depositi, id quæ etiam docuit Bartol. in. l. 5. ff de ædendo. Octomanus de verbis iur. verbo argentarius. Corrasius in. l. 1. §. præterea. ff. de officio præfecti vrbis, licet ab his omnibus dissentiat. Signorolus de Homodeis in tractatu de antiquo iure Romanorum, cap. 11. de argentarijs, & fœneratoribus.

Argen

4 Argentarij ergo iſti ſui fœnoris, ac negotiationis librum rationis conficiebant, quod quidem ex hibere, ſiue ædere tenebantur, erat etenim eorum munus publicum, quia notarijs noſtri temporis adæquabãtur, ſecundum Iaſ. Zaſ. & Oroſ. in l. prætor ait. ff. de ædendo, & Matiençum, in l. 1. gloſ. 7. tit. 18. lib. 5. recop. nume. 4. Et argentarij iſti multorum pecunias argenteas apud ſe habebãt, & mutuatitias ſub fœnore dabant. Quamobrem Caius I.C. in l. argenta
5 rius in principio, ff. de ædendo, argentariorum cauſam publicam eſſe firmauit, & eius ſententiam recte interpretauit Alciat. in l. 1. nu. 14. C. de ædendo, dicens, quod principalis eorum opera erat, in pecunijs his ſuſcipiendis, & mutuandis, rationes de hoc diligenter conficiendo, vt cognoſcerẽt quantum lucri, ij, qui cum alijs negotia tractabant, habere deberẽt. Quos hodie in Italia, & Venetia Bancos, in Hiſpania vero cambios appellamus, vt ſcripſit Corraſ. in d. §. præterea, licet contrarium ſentiat Matienzus, vbi ſupra quatenus numularios tantum his cambijs. numer. 5. aſsimulatur, quod ego & de argentario dicendum cenſeo, ex text. iuncta gloſ. verbo argentariorum in authen. de fide iuſſor §. quid autem. Credo tamen, quod numulari maiorem, & ampliorem negotiandi facultatem habebãt, quam argentarij, quod ſolum argenti negotiationem importat. Teſte Seneca lib. 1. de clamationum, & Cicerone in oratione pro Cecina. Et his mercatores noſtri temporis comparari non debent, vt ſcripſit Alciatus, in l.
6 1. numer. 14. C. de ædendo. Eginarius Varro. in l. argentarius. ff. eodem. tit. & ratio eſt, quia mercatores noſtri temporis, publicam cauſam, vel miniſterium non gerunt, ſed ſolum ad ſui commodum ſcribunt, nec in ſcribendo eorum principale munus eſt, vt argentariorum, & numulariorum munus erat.

Quibus in iure pro euidentia præ ſuppoſitis, dicendum erit, codicibus rationum prædictorum campſorum tam pro ſe, quam etiam contra ſe, ac etiam contra tertium, cuicunque geſtum eſt negotium, credendum eſſe, vt voluit conſultus, in l. argentarius. In principio, ff. de ædendo. ibi. *Nec intereſt cum ipſo argentario controuerſia ſit, an cum alio, fruſtra enim cogeret præter argentarium ædere etiam contra ſe, niſi illi tertio fides libri nocere poſſet.* Idque in bancheriorum. Neapolitanorum libris ſeruari, teſtatur deciſio
7 Genuenſis. 38. num. 2. Vbi libris bancheriorum etiam in his parcellis, quæ ſcriptæ ſunt in eorum fauorem, fides adhibetur, neque mirum, cum eorum fides de publico fuiſſet approbata, ex tex. in l. quædam. §. numularios. ff. de ædendo, vbi Bart. Menoch. lib. 2. de arbitra. caſu. 91. num. 8. Et hanc dicit communem ſententiam Maſcard. de probatio. 2. p. caſu. 971. num. 9. vbi ſecus eſſe in libris mercatorum exiſti-
8 mat. Dicit inquam mercatoris libro, pro ſe credendum non eſſe, niſi ſaltẽ pro ſe habeat adminiculum vnius teſtis, & iuramentum mercatoris ipſius interueniat, ac tandem arbitrio iudicis hoc iudicandum relinquit, quinimo & aliquando plene probat, quãdo concurrunt multæ coniecturæ & adminicula, vt plura referendo tenet Petrus Surdus deciſ. 199. numero. 11 Ex quibus comprobatur differentia, quam ſupra inter mercatores, & bancharios, ſiue campſores retulimus. Prædictus namque bancharij, ſeu cãbij liber ad commodum illius, cuius nomine rationes conſcribuntur, fidẽ facit, vt in d. §. numularios, ibi. *Quarũ probatio, ſcriptura codicibuſque eorum maxime continetur, & frequentiſsime*

ad fidem eorũ recurritur, idque voluit gloss. ibi. Salic. in. d. l. 1. n. 10. quam sententiam male ad libros mercatorum extendit Straca in tracta. de mercatura. 2. p. n. 64. Quatenus dicit, quod libri campsorũ, & mercatorũ, qui habent fidem de publico, pro sententia haberi debent, quia sola sua fide transeunt in rem iudicatam, & in solidita tem firmitatis ex text. in auth. de fide iussor. §. quod autem vers. argentariorum. Textus enim iste nullatenus ad mercatorum libros suam decisionem extendit, vt patet ex. d. vers. ibi. *Argẽtariorũ quippe sponsalibus, propter vtilitatem contrahẽtium, in ordine moderno durantibus.* Vbi glos. verbo argentariorum fidem tantum argentariorum, & numulariorum, qui alienam pecuniam publica authoritate administrabant, æquiparat fidei tabellionis, nihil tamen de fide mercatorum recenset, vnde cum mercatores 10 ne vtique de publico sint reputati, vt voluit Menoch. de arbitr. casu. 91. n. 9. lib. 2. Sed quilibet sui priuati eo modi causa mercaturam faciat, nullo modo ipsius libris (etiam magistralibus) fides est adhibenda, nisi simul cũ scriptura librorum concurrat aliqua probabilis præsumptio, vel coniectura, quæ iudicem mouere possit, adcredendum talibus libris, & sic erit eorũ fides iudici arbitraria, & ita in terminis tenet Ias. in. l. decem. n. 35. & 36. 11 ff. de verbor. Crauet. de antiq. 6. particula primæ partis principalis. n. 68 Quo in loco libro officialis de publico deputati credendum reputat aduersus plures alios, qui contrariam tenuerunt sententiam, & ita erit intelligenda sententia Salic. in. l. 1. col. 3. vers. quæro. 2. C. de ædendo, & Barbatiæ, cons. 53. lib. 3. quatenus tenẽt, ex iudicis arbitrio pendere, an libris mercatorum fides adhibeti debeat, non enim arbitrari poterunt super fide eorum, nisi alijs adminiculis, vel præsumptionibus simul concurrentibus, de quibus Guido Pap. decis. 44.

9 Aduertendum tamen erit, quod licet libris campsorum, & bancheriorum, qui a publico sunt deputati fides debeat adhiberi, vt supra adnotauimus, hoc tamen intelligendum est, cum scribit pro tertio in partitis dati & accepti, secus si pro se scribat, & ideo dixit Bart. in. d. §. numularios libris argentariorum ad eorum cõmodum olim fidem datam non fuisse, nisi in casu, quo liber rationis ita connexas parcellas haberet, quarum pars acceptari, & pars repudiari non posset, quæ sentẽtia manifeste probatur, ex fide tabellionis, qui etiam si de publico sit deputatus, instrumentis ab ipso in eius fauorem confectis, neutique fides adhibetur, eo quod in eius fauorem ipse facere non possit instrumenta, in quibus caueatur, alterum sibi debitorem existere, vel eum alteri soluisse, vt in. l. de eo, & in. l. diuus. ff. de falsis, & ita defendit Crauet. vbi supra, num. 66. & 67. ex Bar. & Bald. in l. si consul. ff. de adoptio.

13 Contrariam tamen sententiam aduersus Bart. imo quod libris campsorum, & bancheriorum tam pro se, quã contra se, & in fauorem Tertij creditur, tenent Aymon. vbi supra. n. 62. Molin. in consuetud. Paris. titu. 1. §. 5. n. 23. Menoch. vbi supra. nume. 22. & ratio, qua ipsi nituntur est efficax, & multum vrgens, videlicet, quia cum munus eorum circa pecuniariam mutationem, & cætera superius relata versetur in eis, pariter eorũ fidei probatur, vt in. l. siquis ex argentarijs. §. rationem. ff. de ædendo, quo iure etiã probatur nullam eorum esse fidem, siquidpræter eorum officium gestum foret, in tabellionibus vero secus est, ij enim alioum contractus, & gesta, tantum in scriptis redigere possunt

atque

atque in hoc ſolũ eorũ officiũ verſatur, & in hoc fides eorũ tãtũ probatur non autẽ eis permittitur vt priuatim ego negotiagerãt, eaque in ſcriptis profitedi gant. & in hũc modũ hanc difficultatẽ reſoluit idem Bart. in d. §. numularios, loquendo in his argentarijs, ſiue 14 numularijs, qui fidẽ a publico habẽt, quinimo & libris mercatorũ, quibus ex ſtatuti diſpoſitione, fides adhiberi debet, tam pro mercatore, quã cõtra eũ fides erit præſtanda, vt voluit Strac. de mercatura, loco ſupra citato. n. 64 quinimo & ſi conſuetudine ſit introductũ, vt æqualis fides adhibeatur libro mercatoris, quam campſoris, cõſuetudini erit inhærendũ propter vtilitatẽ cõmerciorũ, vt poſt Bald. & Salicetũ in l. exẽplo. C. de probatio. tenẽt Couar. pract. quæſt. c. 22. n. 8. Menoc. vbi ſup. n. 19. hæc tamen conſuetudo (ſecũdũ Couarruuiã) nõ eſſet temere admittenda, ſed tũc demũ cũ aliquod ex cauſis, & circũſtantijs iuſtificaretur, quinimo & hoc caſu adhuc manebit iudicis arbitrio, vt poſsit talẽ cõtrouerſiã diſcernere, iure, & æquitate perpenſis, & loquendo in cãbijs & bãcharijs qui nõ ſunt de publico approbati. Hanc ſententiã tenuerũt Salic. & Barbatia vbi ſup. Iaſ. in repetitione l. admonẽdi. n. 121. in fine, reiecta opinione gloſſæ in d. §. numularios, vbi dicũt, q̃ iuxta perſonæ qualitatẽ, & rei quantitatẽ, ex aliquibus verò ſimilibus circunſtantijs, libro bancharij, 15 ſeu cãpſoris, qui nõ eſt a publico approbatus iudex fidem adhiberi poterit, circa ea, quæ in eius fauorẽ ſcripta ſunt, dũmodo ipſius cãpſoris, ſiue mercatoris iuramẽtũ interueniat. Et hanc ſententiam tenet Bibius in ſuis cõſultibus opinio. c. 309. Rolandus, cõſil. 92. quæ omnia ſunt intelligẽda dũmodo libri talium campſorũ, bãcherioru im & mercatorum (quibus ex ſtatuto, vel conſuetudine, fides adhiberi debet) ſcripti ſint in forma contẽta in l. 10. tit. 18. lib. 5. recopil. quã ſupra. c. præcedenti retulimus. 16

Et tenendo prædictã ſententiã, cã ampliã, vt nõ ſolũ in paruis ſummis locũ habeat, verũ etiã in magnis, vt voluit Abb. in c. bonæ. el. 2. n. 30. de poſtulatio. prælatorũ. Iaſ. vbi ſup. n. 119. & licet in hoc contrariã ſententiã teneat Decius in l. 1. n. 4. c. de ædendo, tamen eorũ ſententia fœdere diſtinctionis ad cõcordiã redigetur, dupliciter modo. Primo vt intelligas Iaſſonẽ, & Abbatẽ locutos fuiſſe in eo, qui a publico eſt approbatus, Decius vero in eo, qui publicã approbationem nõ habet. Secũdo, & melius ſi intelligas Iaſſonẽ, & Abbatem locutos fuiſſe in ſumma magna, veroſimili tamen, idque ſi probabiliter cõueniat qualitati negotiationis, & perſonarũ, Deciũ verò locutũ fuiſſe in ſumma indiſcreta, & non veroſimili, & ita prædictas doctorũ ſententias fœdere diſtinctionis conciliandas fore profitetur Menoch. d. caſu. 91. n. 18. vbi finaliter concludit, totum hoc ex iudicis arbitrio pendere.

Prædictã tamen principalem concluſionẽ limita, ſi liber non eſſet ſcriptus in forma contenta in l. vel ſtatuto, quia forma legis non ſeruata, minime talibus libris fides adhibenda 17 foret, forma nãque dat eſſe rei. c. de trahe. i. q. 1. c. debitũ de baptiſmo l. ſi is, qui quadraginta, §. quædam. ff. ad. l. falcid. & ea nõ ſeruata actus vitiatur vt in l. non dubium. C. de leg. l. 1 C. vt in poſſe. lega. Bertachi de Gabel. n. 39 memb. 2 Quinimo & in d. l. 10. regia non conficientibus libros ſecundum formã ab ipſa lege traditã, mille ſcutorũ pœna eſt appoſita, vt conſtat ex ipſa met lege, ibi, *y los que no tuuierẽ la dicha quenta de ſus libros en lengua Caſtellana, ſean condenados en pena de mil ducados, los quales ſe reparta, &c.* 18 19

21 Secundo limita, si talis liber scriptus esset extra territorium, vbi viget tale statutũ, vel cõsuetudo, vt talibus libris fides nõ adhibeatur, vt post Iaſ. in l. cunctos populos. n. 23. C. de ſum. trin. tenet Maſcard. concl. 976. n. 17. quod forte ſubintelligendũ eſſet, ni ſi quæſtio eſſet inter mercatores, veluti corãpriore, & cõſulibus, ibi enim cũ cauſæ de bono, & æquo iudicari debeãt, aliquo veritatis adminiculo cõ-
22 currente, fides eſſet tali libro adhibẽda, quia inter mercatores de apicibus iuris non diſputatur, vt in l. ſi fideiuſſor. § quædam, ff. mãdati. ibi, *de bona enim fide agitur. Cui nõ cõgruit de apicibus iuris diſputare, ſed de hoc tãtũ debitor fuerit, nec ne.* Et in terminis noſtris ita tenuit Zaſius, cõſ. 115. n. 35. vbidicit, ſe nunquã vidiſſe hoc cõtra dictũ Bald. cõſ. 198. n. 5. vol. 1. deciſ. Genue. 195. num. 12.

23 Tertio limita, niſi tales libri cãpſorũ, vel mercatorũ aliqua falſitatis ſuſpitione laborarent, tunc enim in nihilo illis eſſet credendũ, vt in l. ſiquis ex argentarijs. § 1. ff de ædendo. Tenet Salicet. vbi ſup. Iaſ. in. d. l. admonẽdi n. 127. Stracade merca. tit. quomodo in cauſis mercatorũ procedendũ ſit, n. 39. Meno vbi ſup. n. 20. deciſ. Genue. 2. n. 32. vbi dicit, quod non creditur libro ſuſpecto, ſtãte ſtatuto, quod libro credatur.

24 Quarto nequelibro etiã cãpſoris, vel bãcharij, publicã fidẽ habentis, credẽdũ eſſet, ſi veriſimilia nõcõtineret, vt 29
tenuit Decius, in l. 1. n. 3. C. de ædẽdo Aymõ vbi. ſup. 6. parte. n. 24. plura vero adminicula, ex quibus libris mer-
25 catoris creditur, cumulauit Guid. Papæ, deciſ. 441 vbi ad approbationem librorũ ita articulandũ fore firmauit ſcilicet, q talis mercator eſt bonus, & probus vir. Itẽ quod talis mercator cuius eſt liber, ſua propria manu partitã in libro deſcripſit. Item quod tali ſcripturæ ſubiũgatur cauſa debiti. Itẽ quod in tali libro ſcripta ſint aliqua debita cõtra ſe, & iſtis probatis ſequitur ſententia pro debito in tali libro rationũ deſcripto. Pluraque alia circa librorũ cõprobationem tradit Aym. cõſ. 275. n. 9. verſ. coniecturæ autem.

26 Quinto talibus libris credendum nõ eſſet quando libri quid diuerſum a ſuo miniſterio cõtinerent, vt voluit Decius in c. poſt ceſſionem. nu. 5. de probatio. Aym. d. 6. p. n. 72. Stracavbi ſup. n. 4. Alcia. de præſump. reg. 3. præſumpt. 9. nume. 12. Menoch. caſu. 91. lib. 2. numero. 22. & 23. Maſcard. de probatio. caſu. 976. num. 35.

27 Vltimo prædicti libri fidem nõ facerent cõtra tertium abſentẽ, cũ quo actus geſtus non fuit. Nam res inter alios acta alijs nocere non poteſt, vt in rubro, & nigro. C. res inter alios acta & interminis id tenet Alex. cõſ. 63. lib. 5. Imola conſ. 96. in fin. & eos refert. & ſequitur Aym. d. 6. p. n. 71. & eãdem tenet ſententiã Tiraquel. in tract. res inter alios acta, Menoch. vbi ſup. n. 25. & 26. Vbi idem in libro æſtimi dicendũ arbitratur, eo quod non probet contra tertiũ. Alex. vbi ſupra. Iaſ. in l. decem. n. 36. de verborũ. Decius in. c. cum carſam de probat. Molineus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 18. Afflictis, deciſ. 303. bene tamen verũ eſt, q talis liber etiã cõtra tertiũ qualem qualem faceret præſumptionem, vt voluit Iaſ. loco ſupra citato.

Illud tamen in propoſito omittendũ non eſt, quod caſu, quo tales mercatores, vel cãpſores (pro adhibenda fide ſuis libris rationũ) iurare deberẽt vt ſupra retulimus, mortuo tali mercatore, vel campſore, antequam ei iuramentum delatum eſſet, eius libro abſque iuramento ſtandũ foret, ac ſi realiter iuraſſet, quia vbi ad ſuppletendam fidem libri rationis requiritur iuramentum ſcribentis, illud non eſt

necessarium mortuo tali scribente, ante delationē iuramenti, vt voluit Paulus cons. 301. lib. 1. quem sequitur Decius, in l. 1. 2. notab. C. de ædendo, & in cap. 2. col. 5. circa mediū vers. eo modo de fid. instr. & ratio huius cōclusionis ea est potissima, quia non est verisimile, q̄ talis campsor siue mercator moriens, tales libros falsos abricatos voluisset dimittere, si sciret aliquid falsi continere, cū moriens non præsumatur immemor salutis æternæ, vt in c. literas de præsumptio, & in l. fi. C. ad legē Iul. repetund. & hoc motus fundamento hanc eādem sententiam firmauit Aymon, cons. 275. n. 5. & 6. alijs fundamentis adductis.

30

31 Et supradictam conclusionem extendi, vt nō solū locū habeat in mercatoribus, siue campsoribus actu cambia, vel mercaturam exercentibus verū etiam & in his, qui ante mortem cambiare, vel mercare desierunt, dūmodo scripti sint in matricula mercatorum, vel a publico, consuetudine, vel statuto approbati essent, ita Mascard. vbi sup. n. 25. Straca vbi sup. nu. 34. Menoch. loco etiam superius citato. num. 20.

32 Præterea & illud obliuioni tradēdum non erit, quod si liber mercatoris, vel campsoris scriptus sit circa formam a lege, vel statuto, siue consuetudine patriæ, vbi describitur data, nō solū probationem faciet in ipso regno, ciuitate, vel villa, verū etiam in quibuscumque alijs regnis, vbi dispunguntur rationes, ita Ioan. And. in additio ad speculator. §. nunc dicēdū in additione magna, quæ incipit priuatorū. Ias. in l. cunctos populos. n. 13 C. de sum. trinit. Straca pro hac sententia plures referens loco superius relato. n. 31. Mascard. d. casu. 976. nu. 20 &. 21. vbi dicit, quod si mercator codicem suarū rationū conscripsit in illa ciuitate, vbi pro se plenam fidem faceret, & producat illū in alia ciuitate vbi non vigeret similis consuetudo scribendi librū in illa forma, tamen virtute consuetudinis loci, vbi liber scriptus fuit, plenam faceret probationem vbicumque ratio libri dispūgeretur.

Sed modo dubitatur, quid e contrario si Hispalensis mercator Vlisipone, vel Neapoli moram traxit, ibique in suo libro rationum adnotauit, se Titio mercatori (itidem Hispalensi) centum quæ ei debebat, soluisse, an virtute legis vel statuti, vel etiam consuetudinis. quæ Hispali vigebat in qua libro mercatoris, vel campsoris certa forma conscripto, fides etat adhibenda, tali partitæ Vlisipone, vel Neapoli conscriptæ, fides sit adhibenda, ac si Hispali scripta fuisset. In qua difficultate Bald. in cap. cum dilectus de fide instrumentorum, tenet prædicto libro standum non esse in fauorem scribentis, quia vbi lege, vel statuto cauetur, quod credatur libris, vel scriptusis mercatorum, debet intelligi de scripturis factis per mercatores, in loco. vbi viget simile statutum, & non alibi & eius sententiam refert, & sequitur Ias. in d. l. cunctos populos, num. 23. versiculo intelligo sane

Verum aduersus Baldi, & sequatium sententiam, vrget sententia eiusdem Baldi, quaum refert Ancharain. cap. canonum statuta de consti. q. 13. col. 190. &. 191. vbi in terminis nostræ quæstionis affirmat, quod statutum simpliciter loquens, trahi debet ad actus gestos extra territorium inter subditos, quoad decissionem causæ postea inter eosdem subditos ventilandæ, & hanc sententiam videtur tenuisse Corneum, cōs. 319. n. fi. vers. & alias habemus, licet

33

tandem quæstionem hanc insolutam reliquat. Tamen Straca vbi supra n. 32. primã Bald. sententiam veriorẽ reputat. Ego tamen huic Baldi sentẽtiæ minime assentire audeo, quinimo a veritatis limitibus, & tramite rationis aberrasse arbitror, cũ vt supra ex Couarr. retulimus, mercatoribus maxime sit fauendum, propter publicam vtilitatem cõmerciorum, vt in c. fin. de tregua, & pace, & cum eorum officium licitum sit, in scribendis libris ad eorum officium pertinẽtibus non vtique attendi debet cõsuetudo loci, vbi liber scriptus sit, sed sufficit, quod constet de veritate solutionis per partitas veriſimiles scriptas in libro rationum, secundum formã, vel consuetudinem loci, vbi partita de scripta fuit, quia vt superius retulimus, cum inter mercatores de bona fide agatur, non est de apicibus iuris disputandum, sed vtique de bono, & æquo causæ debent iudicari, & ideo in proposito dicendũ arbitror, quod quando liber scriptus fuerit secundũ formam a iure, statuto, vel consuetudine traditam in loco domicilij, firationes inter eosdem conciues extra regnum, vbi talis forma, a lege, vel cõsuetudine non fuit præfixa calculentur, talis partita ad formam fori loci descripta, in calculo recipi debeat, etiam sine alia probatione, dummodo scribens, siue librum producens, supradictis potiatur qualitatibus, ac rursus, dummodo fori consuetudine, aliter non fuerit obseruatum, quia tali a casu a consuetudine foro probata discedere non vtique liceret, vt late probauit Senatus Genuensis, decis. 84. num. 3. & 4.

34 Pone etiam, quod quidam cãpsor, vel mercator transmisit litteram ad alium corresponsalem, de receptis pecunijs, dicens. Dabis Titio mille pro eadem quantitate, quam a Sempronio pro eo recepi, an dato, quod dicta partita Sempronij non sit in talis mercatoris libro scripta, prædicta littera probet contra illũ Titium in fauorem Sempronij. In qua difficultate Cardinalis Caharcla, cons. 153. post principium, dicendum existimat, ꝙ tales literæ saltem faciũt fidem, quo ad illos, quibus missæ sunt, & eãdem sententiam tenet Nicolaus Boerius decis. 333. num. 8, dicens prædictã sententiam veram esse maxime inter priuatos, ac magis contra illos, qui publicas tenent stationes, seu bãchas, quia tunc faciunt plenam fidẽ, sicut enim statur eorũ libris quoad omnes arg. eorum, vt notat Barto. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. Sic & standũ erit eorũ epistolis, quæ habentur loco librorũ, eo quod de consuetudine ipsorum registrantur in libris magistralibus, & eorum sententiam refert, & sequitur Menoch. de arbitra. lib. 2. casu, 94. n. fin. & loquendo in epistola prædicto modo transmissa, eandem sententiã 35 tenet Senatus Genuensis decis. 2. n. 9 & 142. nu. 1. vbi tenet, quod litteræ, quæ mittuntur inter mercatores, habent vim publicorũ documẽtorũ, de consuetudine locorum in quibus maxime vigent mercimonia, ex his quæ notat Straca de mercatu. 2. p. n. 64.

36 An autẽ vilantiũ fidẽ faciat in reddi tione rationis, cũ libri haberi nõ possunt, dic, ꝙ sic, & ita obtentũ fuisse refert decis. Genue. 176. n. 22. quinimo dicẽdũ erit, ꝙ si vilãtiũ fuerit ad petẽtẽ rationẽ transmissum, eo ꝙ nõ appareat ab eo fuisse cõtradictũ, tacite illũ acceptasse videtur, & ratio ex illo præsumitur reddita, vt tenet Nãtacõs 40 per notata in l. si filius familias, & ibi Salice. ff. ad Maced. Alex. in l. nõ solũ §. morte. n. 27. de nou. oper. nũtia. decis. Genue. supra relata n. 4 & alij quos refert Petr. Surd, decis. 199. n. 9. Mascard. concl. 480. num. 1.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Liber rationis societatis, an plene inter socios probetur.*

2 *Pecuniam siquis dedit mercatori, ad honestam partem lucri, & talis mercator dicat in suo libro sustinuisse damnum furti, ruinæ, vel naufragij & similium ea intra annum probare debet, alias eius libro non creditur.*

3 *Parcellæ scriptæ in libro societatis, de manu alterius, quam sociorum, vel altero ex illis non probant.*

4 *Parcella scripta in libro societatis de manu institoris, vel factoris communis integram fidem facit inter socios.*

5 *Liber rationis si ex aliquibus parcellis constet veritate conscriptus, creditur ei etiam in alijs.*

CAPVT. XII.

De fide libri rationis societatis.

1 REstat nunc aliqua circa fidem libri societatis breuiter animaduertere, & illud in primis sciendum est, quod liber rationis societatis plene inter ipsos socios probat, vt voluit Bald. in rubr. C. de fide instrumen. num. 35. & non solum contra scribentem verum etiam pro scribente fidem facit, vt per Soci. seniorem, cons. 240. col. penul. versic. quarto, & vltimo respondeo. Purpura. in l. admonendi, nume. 207. licet tandem hoc arbitrio iudicis terminandum relinquant. Ego tamen non hoc ex arbitrio pendere, sed librum societatis inter ipsos socios plene probare (tam pro scribente, quam contra scribẽtem) existimo, dummodo hæc duo concurrant, nempe quod verisimilia contineat, ac rursus quod connexæ sint parcellæ, hoc est, quod contineant data, & accepta in eadem societate, & hanc sententiam tenuit Alexand. cons. 186. numer. 1. per notata in l. inter cartulas. C. de conuenient. fisci debito, & eum refert, & sequitur Menoch. de arbitra. lib. 2. cap. 292. num. 3.

2 Contrariam tamen sententiam videtur tenuisse Bart. & Plat. in l. 2. C. de naufragio, dum ex illo textu deducunt, quod siquis dedit pecuniam suã mercatori, ad honestã partem lucri, & mercator in libro scribat, se damnum furti, rapinæ, incendij, vel naufragij passum fuisse, talis mercator intra annum de tali damno fidem facere debeat, alias eius libro non credatur. Igitur ex supra dictis bene deducitur, quod libro simplici societatis non sit credendum, absque alia probatione.

Sed prædictis non obstantibus, opinio prior est tenenda, scilicet quod libro societatis omnino sit credendum, in his, quæ sunt verisimilia connexa, & subordinata, vt notat Bald. vbi supra quem sequitur Grego. Lop. in l. 7. tit. 20. p. 5. glos. verbo, *o por engaño*. Mascard. d. num. 38. Menoch. d. num. 5. & non obstat textus in d. l. 2. quia habet peculiarem rationem.

3 Prædictam tamen principalem conclusionem limita, quando parcellæ essent scriptæ de manu alterius ex socijs, sed ab alio tertio, quia tali casu liber societatis, circa illas parcellas fidẽ nõ faceret cõtra sociũ, qui illũ scribere nõ mãdauit, vt voluit Alex. cons. 186. num. 1. Bald. cons. 247. Menoch.

noch. vbi supranume.7.& ratio est secundum illos,quia ad hoc,vt partitæ scriptæ in libro rationis societatis fidem faciant,constare debet, fuisse scriptas ab altero ex socijs,quia dum ab altero tertio scribitur, non dicitur,socium tali scripturæ cõsensisse, & ita scribentis personam approbasse,& ideo quamnis plene probet contra mandantem, vt voluit Iaſ.in.d.l. admonendi.num.110.Parif.conſ.47 num.4.deciſ.Genuenſis.31.numer.7.

4 non tamen probat contra illum ſocium,qui tali ſcripturæ non conſenſit.& ideo ſi parcella fuiſſet ſcripta a communi ſociorum factore,vel inſtitore, etiam ſi ſit ſcripta contra aliquem ex ſocijs, ex quo ab omnibus eius perſona, ſuper illo ſcribendi miniſterio fuit approbata, integram fidem faceret, tam pro ſocio,quam cõtra ſocium, vt voluerunt Maſcard. vbi ſupra,numer.48.Menoch.d.c.92. num.9.

5 Supradicta tamen vera eſſe intelligas,vbi talis liber ſocietatis ſcriptus eſſet ſecundum formam traditã, in.l.10.tit.18.lib.5.recepil.hoc eſt,vt data &accepta, contineret, contra illum tantum,qui librum ſcripſit, fidem faceret,nõ vero aduerſus alios ſocios,& ita explicauit Menoch.vbi ſupra,num.6.Maſcard.loco ſupra citato.num.86.

Illud tamen obliuioni tradendum non eſt,quod ſi liber rationis ſocietatis in aliquibus probaretur veritate ſcriptus, tunc etiam in alijs illi eſſet credendum,propter præſumptionem bonæ fidei.vt voluit Paul. conſ. 301.Aymon.conſ.198.num.6.

SVMMARIVM.

1 RAtionis in libro ſiquis ita ſcripſit,accepi a Titio centum mutuo,deinde in alia parcella dixit. Titio triginta perſolui, an parcella accepti aceptata per Titium, debeat etiam parcellam dati acceptare,vel an poſsit illam reſpuere.

2 Libro rationum, licet credatur contra ſcribentem, minime tamen proſcribente creditur.

3 Libro rationum, an tam proſcribente, quam contra ſcribentem credatur, iudicis arbitrio relinquitur.

4 Liber rationis de diuerſis negotijs, & inter diuerſas perſonas ſcriptus ſi ab vno in vna parte probetur, non cenſetur probatus,quoad alios.

5 Vbi agitur de toto libro rationum inter multas perſonas,de vno tamen negotio ad oẽs ſimul pertinente, ſi vnus ex ſocijs illum probet, an alijs præiudicetur.

6 Socij,qui factorem ſocietatis non conſtituerunt,an eius libro ſtare teneantur.

7 Vbi agitur de integro libro rationum,ex diuerſis negotijs, & cauſis,inter eaſdem perſonas qui aliqua libri capitula approbauit pro ſe non tenetur approbare alia capitula diuerſa cõtra ſe

8 Cauſæ vbi diuerſæ ſunt, variatio non improbatur.

9 Liber

9 Liber ſi contineat diuerſa facta non connexa, & correſpectiua, non ſtatur illi pro ſcribente.

10 Quando agimus de integro libro rationum tutoris, & curatoris, depoſitarij, œconomi, & ſimilium, ſi ille in aliquibus paginis ſcribat acepta ad vtilitatem ſui minoris, vel domini in alijs vero ſcribat data, vel impenſa diuerſis modis, temporibus, vel cauſis, ſi minor, vel dominus acceptat, quæ ad ſui commodum ſcripta ſunt, tenetur etiam acceptare, quæ dicuntur a tutore data.

11 Connexorum idem eſt iudicium nec poteſt fieri de vno, quin fiat de reliquo.

12 Subſtitutiones in teſtamento factas non videtur approbare, qui iam legata approbauit, quia licet ſub vna ſcriptura teſtamenti continentur, tamen cõnexa non ſunt.

13 Quando agitur de vna parcella in libro rationum ſcripta, inter eaſdem partes, & eodem tempore, qui vult iuuari probatione talis libri pro ſe, an teneatur eiuſdem libri ſcripturam acceptare ad ſui detrimentum, & quid in hoc poſsit iudicis arbitrium.

14 Scripturæ fidem, qui in vna parte probauit, in altera illi annexa, vel connexa, an poſsit illã improbare.

15 Librum producens, pro ſe, ſi paratus ſit probare parcellam aliquã in eo contra ſe ſcriptam falſam eſſe, an ad probandum debeat admitti, etiam ſi ſit partita connexa

16 Connexum quid dicatur.

17 Liber rationis dicitur eſſe connexus, quando continet accepta, & data.

18 Capitula ſeparata quando dicãtur.

19 Plures cauſæ, quando genere differunt, licet in eadem carta ſcribantur, tamen ſi quælibet pro ſe diſcernitur, non poſſunt eſſe connexæ.

20 Connexum, & cohærens vnicæ adminiſtrationi, illud etiam dicitur, ſine quo adminiſtratio bene perfici non poteſt, ſiue illud antecedat adminiſtrationem, ſiue ſubſequatur.

21 Liber rationum quando continet plura facta, quæ ab eadem cauſa, negotio, vel adminiſtratione deſcendunt illa facta cenſentur eſſe connexa.

23 Capitula non ex eo ſolo connexa dicuntur quod ſub vno generali iure poſsint comprehendi, ſed quando talem connexitatem habent, vt non poſsit bene vnius ratio, ſine alio diſcerni.

CAP.

CAPVT. XIII.

De partitis connexis, vel separatis in libro rationum scriptis, ac de fide libri rationis, pro, & contra illum producentem.

1 REstat nunc, vt iam de partitis connexis & separatis, quæ in libris rationum describi solent, nonnulla tam vtilia, quam difficilia tractemus. Pone ergo, quod Sempronius in suo libro rationum ita scripsit. Accepi a Titio mutuo centum, deinde in alia parcella dixit. Sempronio triginta persolui. Dubitatur modo, an Titius, qui vult se iuuare dicto libro rationum contra Sempronium, pro receptione dictorũ centum, eidem etiam libro teneatur stare, circa parcellam de triginta sibi solutis, in eodem libro rationum scriptam: & quidem quæstio nostra admodum dubia, antiquioribus visa fuit, vt in tres diuersas opiniones se diuiserint. Et prima sententia fuit Bartoli, in l. quædam. § numularios. nu. 2. ff. de ædendo, vbi tenet, quod talis Titius, qui ex dicto libro iuuari desiderat, circa parcellam de centum, ab ipso Sempronio mutuo receptis, omnino dicto libro stare teneatur, circa parcellã de triginta sibi solutis, in eodem libro descriptã. Et eum sequitur Bald. in l. rationes. n. 1. C. de probatio. Et hanc sententiam dixit cõmunẽ Iason in repetitione. l. ad monendi. n. 125 ff. de iur. iur. qui plures alios pro hac cõmuni sententia refert, & eos sequitur Aym. conſ. 275 n. 4. & in tract. de antiq. p. 4. primæ partis principalis. n. 68. Molin. in conſue. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 19. Pariſ. conſ. 90. n. 2. lib. 1. quorum opinio ſi ita abſolute intelligeretur, minime probanda foret, vt infra dicetur.

Secunda opinio fuit Abbatis in c. 2. n. 10. in fine de fide inſtru. & in c. bonæ, el. 2. col. vlt. de poſtula. prælator. vbi tenet, quod licet libro rationum 2 credatur contraſcribentem, minime tamen pro ipſo ſcribente credatur, & eius ſententiam firmauit Pariſ. conſ. 47. n. 10. lib. 1. & plures alij, quos conſulto omitto, quia eorum etiam opinio ita indiſtincte intellecta minime ſuſtineri poſſet.

3 Bald. tamen in rub. C. de fide inſtr. n. 35. hanc quæſtionẽ, an libro rationũ tã pro ſcribente, quam contra ſcribentẽ credatur, iudicis arbitrio terminandã fore putabit. Cuius ſententiã ſequitur Curtius Iun. in d. l. admonendi. n. 125. Decius, in l. 1. n. 5. in fi. & ibi Bolognetus, n. 26. C. de ædẽdo. Idẽ Decius in d. c. 2. n. 21. in fin. de fid. inſtru. Molinæus vbi ſup. n. 19. & plures alij, quos refert Menoch. de arbitra. c. 93. lib. 2. nu. 2. vbi hanc opinionem (procul dubio) veriorem exiſtimat, & pro ea eſt text. elegans in l. publia Mæuia. §. vltimo. ff. de poſiti, vbi. *Iudicem æſtimaturum*, quo iure adductus Baldus, conſ. 156. verſ. ſed ego nõ credo, vol. 3. in facti ſpecie conſultus reſpondit iudicem hoc caſu conſiderare debere diligenter, an rei veritas inueniri poſsit, cauſa veriſimili ratione perpenſa, quæ ſane veritas, vbi iudici alias, quam per cõiecturas liquere nõ poſſet, iudex debet conſiderare ſcribẽtis qualitatẽ, ſi ſit vir bonus, & bonæ famæ, ſi quantitas parua ſit, vel magna: indubio tamẽ doctorũ ſententiam ſequendã fore arbitratur ſcilicet an connexa, vel ſeparata ſint capitula, licet ipſe Menoc. etiã in caſibus

sibus a doctoribus distinctis, iudicis arbitrium hac in re versari existimet, quamobrem plures casus distinguendos fore in proposito arbitratur.

Primus, quando agitur de libro rationum integro, inter diuersas personas, & de diuersis negotiis, & hoc casu dicendum existimat, quod si vnus libri partem pro se probet, probatus erit etiam quo ad alios. eius tamen sententia maxime iuris institutis in hoc aduersatur, ni ficōfiteamur, quod culpa tipographorum hic locus corruptus sit. Cum enim scribere deberēt, liber probatus non sit, in mea impressione habeo, liber probatus sit, quæ quidem dictio (non) prorsus rei veritatem mutat, quod autem in scriptoribus error versetur probatur euidenter ex iuribus, quæ pro se adducit dicit inquam. Nam & res inter alios acta alteri non nocet, & rursus quia hic cessat omnis connexitatis ratio, & causa.

4 Sit ergo prima conclusio, quod si quis librum rationis, de diuersis negotijs, & inter diuersas personas scriptum, in vna parte probet, non censeatur probatus quoad alias, & ita cōcludit Bolognetus, in l. 1. num. 23. C. de ædendo.

5 Secunda conclusio, quando agitur de toto ipso libro rationum inter multas personas, de vno tamen negotio ad ōmnes simul pertinente, vt puta, quando plures socij habent vnum factorem, seu negotiorum gestorem, vel institorem ad negotium vnum, veluti ad artem lanæ, vel coriorum. Si is factor librum conficiat, superactis, & tractatis in illo negotio, si vnus ex socijs illum factorem fecit, & librum approbauit, ipsi socio scripta per ipsum factorem præiudicāt, non vero alijs, qui cum non elegerut, vel approbauerunt. Quam sententiam tenet Alexa. cons. 186. n. 2. & 3. vbi concludit, quod non compelluntur alij socij fidem præstare libro illius institoris qui ab altero sociorum (cæteris non mandantibus) ad scribendum adhibitus fuit. 6 Quod si omnes talē factorē elegerunt, & vnus ex socijs librum prouet, in fauorē alicuius tertij, omnibus alijs socijs præiudicauit.

Tertia conclusio, vbi agitur de libro rationum integro, ex diuersis negotijs & causis (inter easdem tamen personas) qui aliqua libri capitula approbauit pro se, non tenetur approbare alia capitula diuersa contra se, vt ex sequenti exemplo patebit. Pone enim, quod in pagina centesima libri scriptum est. Ego Titius debeo Sempronio centum ex causa mutui, & postea in pagina ducētesima dicit. Sempronius debet mihi Titio quinquaginta ex pretio talis venditionis. Si prædictus Sempronius ad sui vtilitatem acceptet parcellā de centum sibi a Titio debitis, non tamen cogitur acceptar ea liā de quinquaginta, inquibus ipsi (ex libro) factus est debitor Titij & ratio est, quia separatæ sūt parcellæ, & causæ, & quando parcellæ, & causæ sunt separatæ: partē acceptare, & partem repudiare quilibet potest, vt in l. etiā §. 1. ff. de minor. vbi enim 8 diuersæ sunt causæ, variatio non improbatur. l. in causæ. §. 1. ff de procur. Et hāc sententiam tenet Bar. in l. quædam. §, numularios. ff. de ædendo. Abb. in d. c. 2. n. 10. de fide. instrum. & cons. 36. in. fin. lib. 2. & plures, quos refert, & sequitur Aym. de antiq. 4. p. n. 68. Iasso. & Ripa, in. d. l. admonendi. hic num. 225. ille. 124. decis. Genue. 9 16. num. 4. vbi dicit, quod quando liber continet diuersa facta non cōnexa, & correspectiua, nō statur illi proscribēte. Idque voluit Baldus cōs. 156 in fin. lib 3 q intelligit Aym. vbi sup. n. 70. nisi aliæ parcellæ diuersæ causæ verē iudici viderentur, inspecta personæ

sonæ scribentis qualitate, & quod scribens sit probus vir, & partitæ sint verisimiles, & non magnæ, & eum sequitur Menoch. d. casu 93. num. 9.

Quarta conclusio, vbi agitur de libro rationum integro inter easdem personas ex eodem negotio ab scribente tractato, nomine sui aduersarij, vt pote quando agimus de libro rationum tutoris, curatoris, depositarij, vel œconomi, & similium, si ille in aliquibus paginis scribat accepta ad vtilitatem sui minoris, vel domini. In alijs vero scribat data, & impensa diuersis modis, temporibus, vel causis, hoc casu minor, vel dominus acceptat quæ ad sui vtilitatem recepta fuisse scripta sunt, tenetur etiam acceptare, quæ sunt a tutore data. Quã sententiam tenet gl. in l. publius §. fi. ff. de politi. Arg. in l. sumptus. C. de admin. tutor. Cumanus, cõs. 136. Corneus, cons. 81. col. penul. lib. 4. Parladór. lib. 2. rerum. quotid. c. fin. 1. p. §. 6. num. 20. Greg. Lup. in l. fin. tit. 18. p. 3. glos. verbo, dezimos. decis. Genuen. 16. num. 7. vbi omnes vnanimiter fatentur, quod quando liber est confectus ex necessitate officij, seu ministerij, accepta & data in libro contenta, quasi connexa, & inseparabilia iudicantur, propter vnitatem officij, id que eleganter probauit consultus, in l. si quis argentarijs. §. si initium. ff. de ædendo, ibi, *cum communis omnis libri positio sit.* Aymon cons. 275. n. 3. & 4. Confirmatur, quia connexorum idem est iudicium nec potest fieri de vno, quin fiat de reliquo. c. si quis obiecerit. c. si quis probandas. 1. q. 3. c. quando, vbi Decius notab. 3. de iudi. cõnexa namque pro vno reputãtur. l. quod conclaue. ff. de damno infecto. Aym. d. num. 4. & Menoch. tamen vbi supra, nu. 10. hanc sententiam firmauit duobus additis, vnum scilicet quod fides talis administratoris sit approbata. tex. in l. cum quæretur. ff. de administ. tuto. & loquendo in administratore reipublicæ. Idem probat textus, in l. Caius. ff. de vsuris, alterum quod vnitatem, seu connexitatem negotij, cõtineat, vt in l. cum actum. § plane si quid. ff. de neg. gest. & inferius hoc late declarabimus.

Quinta conclusio, quando agitur de sola vna parcella in libro rationũ scripta inter easdem partes, quæ continet acceptũ ab scribente, & procodatum, & impensum, quod quidem datum est ex vna causa, acceptum vero ex alia, diuersis temporibus. Hoc casu si Sempronius acceptet librum ad sui commodum, vt probet, se centum mutuo dedisse, non tamen cogitur acceptare partem alteram, vt teneatur de commodato, & ratio est, quia hæ sunt separatæ, & penitus diuersæ ob causarum diuersitatem, vt tenuit senatus Genuensis, decision. 16. nu. 4. quod hoc exemplo facile demonstratur, si sit scriptum in libro, ego Titius, a Sempronio Chalendis februarijs huius anni 1559. centum mutuo accepi, & ibi alia in proxima parcella sit scriptum, ego Titius torqueum aureũ commodato dedi Sempronio. Idibus februarij dicti anni. Namqui acceptat illa centum mutuo dedisse, non cogitur acceptare, quod in alia parcella dicitur cõmodato recepisse, & ratio est in promptu, cum prædictæ parcellæ sunt separatæ, ac penitus diuersæ ob causarum, & temporum diuersitatem. Neque obstaret, quod in eadem pagina vtraque parcella scripta esset, quia non ex hoc connexæ dici possũt, vt in d. l. etiam. §. 1. & in. l. ampliorem. C. de appellatio. & ita declarat Menoch. d. casu 93. numero. 12. vbi cum Alexandr. Bellono, & alijs tenet, quod non cogitur approbare substitutiones in testamento factas, quia iam legata probauit, quia licet

sub

ſub vna ſcriptura contineantur, tamen cõnexæ nõ ſunt. ¶ Sexta concl. Quando agitur de vna parcella in libro rationum deſcripta, inter eaſdem partes, & eodem tempore hoc caſu. Si Sempronius vult iuuari probatione dicti libri, vt ex illa centum petat. Et dubitatur, an teneatur reſiduum ſcripturæ acceptare ad ſui detrimentum, in hoc maxime verſatur iudicis arbitrium, vt voluit Bald. in rubr. C. de fide inſtrumen. numer. 35. & conſilio. 156. in fine lib. 3. Pono exemplum in libro rationum Titij reperitur ſcriptum in hunc modum. Ego Titius centum habui mutuo a Sempronio, donec Rex noſter Philippus in Pinciam veniat, certe in hoc caſu iudex poterit arbitrari, an eidem Titio ſit credendum circa illam qualitatem temporis, quam ipſi commodato adiecit. Quam ſententiam probat ex dict. l. publia. §. vlti. in fine. ff. depoſiti. ibi. *An autem is quoque, qui deberi ſibi cauit, in eadem epiſtola, decem probare poſsit hoc quod ſcripſit, iudicem æſtimaturum.* Neque refert, quod ibi in epiſtola loquatur, quia inter librum, & epiſtolam in hoc nulla eſt differentia, vt voluit Abb. conſilio. 36. in fine lib. 2. licet Mathe ſcla. notab. 79. inter librum rationum, & epiſtolam differentiam male conſtituat. Qua re non immerito a Ioanne Baptiſta a ſancto Sebe rino reprehenditur in. l. admonendi. num. 76.

Nec prædictæ Matheſellani ſententiæ obſtat, ſi dicatur, quod epiſtola eſt vnum corpus, plura diuerſa capitula continens, & ideo idem circa ipſam, quam circa ſententiam eſſe cenſendum, ſcilicet vt qui vnum capitulum ſententiæ acceptauit, non teneatur acceptare alia, vt in. dict. l. etiam. §. 1. & in dict. l. ampliorem, & ideo aliter eſſe dicendum circa librum rationum, cum plures contineat partitas, quarum vna cum altera, rationem quamdam indiuiſibilem continet, vt voluit Bolognetus, in. dict. l. 1. numero. 23. C. de ædendo, quia prædicta conſideratio vera non eſt, cum idem penitus ſit in epiſtola iuxta caſum a iure conſulto deciſſum in. dict. l. Plubia. §. vltimo vbi epiſtola factum vnum dati ſcilicet, & accepti continebat, & tamen iudicis arbitrio relinquitur. Nam ibi Titius depoſitarius per epiſtolam Sempronijs, qui depoſuerant, ſignificauit, ſe ab ijs indepoſitum recepiſſe auripondo decem, diſcos duos, & facum deſignatum, & poſt modum ſubijcit, data ab eo, eiſdem ſummis, dicens, ex quibus debitis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis. Item quos trophimati decem. Item ex rationibus patris veſtri decem, & quod excurrit. depoſitarum ergo rerum rationem hoc in loco reddebat Titius, atque ita continet epiſtola parcellas plures, quarum vna ad alteram ſubordinatur, vt ad cauſam indiuiſibilem, prout libro rationum continere videbatur. Et ita eleganter hanc ſententiam defendit Menoch. omnino vidēdus vbi ſup. ex n. 15, cum ſequentibus, dicens, quod ſi epiſtola illa ſeparata capitula continuiſſet, nõ dixiſſet ibi. iudicē æſtimaturū. Sed fidē ei minime adhibendā, vt pote quia ſimus inſeparatis, ex. d. l. etiã. ff. de mino. & finaliter cũ Baldo vbi ſup. in pũcto cõcludit, hũc caſum iudicis arbitrio relinqui. Ipſe enim ex coniecturis perpẽdet, quæ fides (hoc caſu) ſit tali partitæ adhibenda. Si vero nullum inueniat impedimentum, recte iudicauit, ſi librum eandem fidem pro ſcribente, quam contra ſcribentem facere pronunciauerit, idque ille, qui libro iuuatur, nõ

ægre ferèt, inconstantis enim viri est
siue causa iusta, partem approbare,
& partem impugnare in eadem, in
diuiduaque fide. argumen. l. in causa.
§. 1. ff. de procurat. Bald. consilio. 156
supra relato Bolog. consili. 46. n 9.

15 Secundo quia qui scripturæ fidem
in vna parte probauit, in altera illi
annexa, vel connexa, non debet pos-
se improbare, vt in dict. l. Gaius de
vsur. & ex hac ratione prædictam te-
net sententiam Decius in. d. l. 1. nu-
mero. 5. C. de ædendo Ias. in. d. l. ad-
monendi. numer. 125. Prædictam ta-
men sententiam limita. quando is,
16 qui librum producit pro se, paratus
esset probare partitam contra se in
illo scriptam, falsam esse, quia hoc
casu, etiam si quantumcumque sit
partita connexa, adhuc tamen non
tenebitur illi in totum assentiri. Quæ 18
sententia comprobatur ex text. in. l.
Aurelius. §. idem quæsit. ff. de lib. lega
vbi probatur, quem posse verbis testa
menti in aliquibus credere, quantum
in fideicommisso impensum sit, & ali
quibus de eisdem impensis non cre-
dere, si modo illa quæ negat, probare
paratus sit, non ita se habere, & ita
Bart. & alij, ibi sentire videntur. Me
noch. vbi sup. n. 19.

Quoniam autem materia hæc de
partitis connexis, & separatis difficilior rèddi posset, eo quod nondum
habeamus regulas ad cognoscendum, quæ sit connexa, quæ ve fuerit
separata. Ideo pro vera earum cogni
tione dicendum erit, ex eo connexum quid dici, quasi ex duobus sit
17 compositum. Est enim connectere,
quasi duo simul coniungere, vt repe-
ritur apud Marc. Tulium. lib. 1. de fi-
nibus ibi, *amicitia cum voluptate con
nectitur*. Et rursus in oratione in Pi-
sonem dixit. *Connectere aliquid alicui
rei*, Hinc quoque Virgilius. 4. Geor-
gi corum dixit.

*Aut illæ pedibus connexæ ad limina
pendent.*

Idque docuit Bald. in. c. cum om-
nes. num. 3. de constitu. Felin. in. cap.
translato num. 6. eo. tit. vbi aliqua in
proposito adnotauit. Mihi autem sa-
tis persuassum erit, connexum illud
dici, quod separari non potest, eo
quod vna partita ad alterius perfe-
ctionem tendit. ex text. in. l. cum ac-
tum. § plane de neg gest. ibi. *Plane si
quid connexum fuit, vt separari ratio
eius, quod in seruitute gestum est, ab eo,
quod in libertate gessit, non possit, con
stat non venire in iudicium, vel manda
ti, vel negotiorum gestorum, quod in
seruitute gestum est.* Quod ex sequen-
tibus elucidabitur conclusionibus.

Prima sit, quod liber rationis dici-
tur esse connexus, quando cõtinet re
cepta, & data inter easdem personas,
vel etiam continet plura facta, quæ
ab eodem negotio, siue ab eadem
causa dependent, vt voluit Bald. in
l. 1. numero. 6. versiculo quid ergo.
C. de confess. Ias. in. l. admonendi. nu-
mero. 109. versiculo quid tenendum
Gregor. Lupus. in. l. fin. titulo. 18. par.
3. gloss. 1. vbi connexam libri scrip-
turam appellant, quæ sub eodem con
textu circa idem factum versatur.
veluti quando mercator scripsit in
suo libro, se vendidisse talem petiam
panni Sempronio, pro decem sibi
soluendis. Nam talis scriptura ab
illo, qui emit, diuidi non potest, tum
quia eius extrema copulata proce-
dunt, tum etiam quia non potest in-
tellectus intelligere hunc contra-
ctum venditionis, nisi prius capiat
rem venditam, & pretium pro ea de-
terminatum, minime enim perfe-
cta est venditio, nisi simul atque de
pretio conuenerit. §. 1. instituta,
de emptione & venditione. Aliud
exemplum Gregorij est in mer-

catore

catore qui in libro suo scripsit, quod Titius deposuit centum penes eum, & in eodem libro fetipsit quod tradidit Titio dicta centum, nam si Titius vult iuuari dicto libro pro se, tenetur etiam ei stare contra se, quia obligationes connexæ dicuntur quæ se inuicem respiciunt, vnaque facta est contemplatione alterius, vt tenet Petrus Surdus decisione. 258. numero. 12.

19 Et e cõtrario censeri debent capitula separata, quando mercator scripsisset, se debere centum Sempronio ex causa depositi, & rursus in alia parcella scripsisset, Sempronium sibi centum debere ex causa mutui, dicuntur enim diuersa capitula, & parcellæ, quando liber continet partitas ex diuersis causis proficiscentes, vt voluit Bald. dict. numero. 6 quinimo voluit Abbas, in. capite. 2. numero. 10. de fide instrumentorum ea dici capitula separata, quando mercator vna die scripsit, se recepisse depositum de centum a Sempronio, & postea in alia parcella scripsit, quod ex illis quinquaginta dicto Sempronio restituit. Quam sententiam tenuit etiam Lanfrancus, in. c. quoniam contra de probatio. verbo confessiones. numer. 28. vers. diuersa autem, vbi dicit, quod siquis confitea 21 tur, sibi depositum esse factum, ipsumque eum restituisse, hæc capitulæ diuersæ, & separatæ reputantur, eo quod diuersis temporibus factæ videantur, idque voluit Iasso. in. l. manifeste columna penultima versiculo circa ista, numero. 8. ff. de iur. iurand. & ibi Curtius iunior. numero. 10. versiculo, sed hic cadit. Patianus nouissime in tractatu. de probatio. 1. parte. cap. 25. numero. 27. versiculo sexto limitatione, & capit. 28. numero. 26. & in proposito Bald. in lectura legis adita. numero. 94. versiculo decimo quinto quæritur. C. de 20 ædendo. Eleganter regulam hanc de partitis separatis exemplificat, dicens, quod quando plures causæ genere differunt, licet in eadem carta scribantur, tamen si quælibet per se discernitur, non possunt dici connexæ, & inferendo ad vnitatem, & diuersitatem libellorum dicit, quod quando plura vno, & eodem iure petuntur, vt quia emi plures seruos vno pretio, quos peto, hoc casu, vna est causa, & vna est actio, itidem, & vnus est libellus. Si autem petuntur diuerso iure, aut plures causæ supponuntur vni actioni in genere, vt plures actiones, plures societates, plures ve hæreditates, tunc si genus inspiciatur, vnus est libellus quia vna est conclusio. Si autem speciem quam libet inspicias, plures sunt, quia conclusio est vna equiuoce, non vero vniuoce, cum vero plures causæ genere differunt, tunc plures libelli sunt omni consideratione, & tanquam pro pluribus sportulæ debentur, licet secus sit in connexis, & hanc Baldi sententiam sequitur Curt. sen. consilio. 20. numero. 23. Patianus, vbi supra, numero. 27.

Secunda conclusio connexum, & cohærens vnicæ administrationi, illud etiam dicitur, sine quo administratio bene perfici non posset, siue illud antecedat administrationẽ, siue subsequatur, vt si tutor in suo libro rationum sequentes parcellas posuit anno. 1599. collegi ex vineis mei minoris centum amphoras vini, & postmodum in parcellis dati ponat anno. 1599. in laborando vineas, & colligendo vindemiam, & doliorum reparatione expendi triginta, proculdubio hoc casu, 22 minor ¦ qui tutorem vult onerari de centum amphoris vini a se

collectis, illo anno, ex quadam necessaria consequentia, videtur constiteri partitam expensi, quia quando liber rationum continet plura facta, quæ ab eadem causa, vel negotio, siue administratione dependent, licet tempore differant illa censentur esse connexa, quia siue vno, siue alio tempore factum fuerit, satis est quod eadem sit causa, & vnica verborum conceptio. vt tenet Caualca. decis. 16. numer. 192. parte, quem & alios pro hoc sententia adducit Petrus Surdus, decisione 259. numer. 10. idque voluit Accurs. in l. tres tutores. §. inde verbo separari. ff. de administrat. tutor, vbi dicit laborem colligendi segetes, & triturandi frumentum, esse adeo coniunctum ipsi segeti, vt minime separari possint. Quam sententiam confirmat Aretinus, cons. 26. vers. his breuiter, quibus adstipulatur doctrina Curtij iunior. consil. 20. numer. 23. dicentis, quod illa cõnexa dicuntur, quæ ab eodem negotio procedunt.

Aduertendum tamen est, quod vnitas administrationis, non est impedimento, quominus separata possint esse capitula, quod manifeste probatur, ex text. in l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. vbi satis liquide apparet, quod administratio tutelæ, vel curæ erat vnica, & tamen in illa administratione alia capitula erant connexa & alia separata. Quapropter ibi cautũ fuit, vt restitutio impetrata, quoad certa capitula aduersus sententiam vniuersaliter latam in causa tutelæ non rescindat sententiam in certis capitulis separatis, ad ipsam administrationem pertinentibus, nec hoc mirum erit. Nam sicut in vnica administratione tutelæ, vel alterius administrationis, plures & diuersi actus ex diuersis causis contingere solent vt emendo, vel mutuando, & cætera id genus faciendo, ita etiam valde absurdum esset dicere, quod capitula facta de emptione fundi, essent connexa capitulis factis de mutuo frumenti, sub prætextu, quod omnia hæc ad vnicam administrationem pertinent. Non ergo ex eo solo capitula connexa dicuntur, quod sub vno generali iure possunt comprehendi. Sed quando talem connexitatem habent, vt non possit bene vnius ratio sine alio discerni, vt superius ex Imola retulimus. Ex quibus patet bene sensisse Accurs. in dict. §. ex causa quatenus voluit, quod in administratione curæ, quæ vnica est, possunt esse capitula separata, quando in vno ageretur de administratione vi ni facit glos. in l. sed & cum aliquis. ff. de neg. gest. vbi cauetur, q licet dicatur vnica administratio, quando vnus accidit tanquam omnia mea negotia gesturus, tamen quia plures actus in hac administratione cõcurrũt, non esset bona consequentia, hæc est vnica administratio, ergo omnia capitula talis administrationis adeo sunt connexa, vt inseparabilia censeri debeant, & ita consuluit Romanus, consilio. 346. numero. 5. vers. nec præmissis refragatur, & prædictam glossæ sententiam refert, & sequitur Iason. in dict. l. administrandi. nume. 106. vers. qualiter autem intelligatur.

23 Si igitur in proposita specie vnicæ administrationis indubitata conclusio, quod si agitur de connexione in genere, tunc omnia capitula possunt dici vnicæ administrationi connexa, vt in exemplo de collectione fructuum, & expensarum in culturis factarum. Si vero agatur de connexione in specie, tunc habeat locum opinio glossæ, & Romani, vt capitula censeantur separata, vt in exemplo

plo de administratione salis, & vini, per tutorem facta, quia eo casu non obstat, quod ab vnica administratione procedãt, vt resoluit Patianus. d.c. 28. quem in materia vnicæ administrationis nullum adæquasse profiteor, & ideo casu occurrente ad eum recurras, quia optime loquitur.

Recolligo etiã ex prædictis, quod & separata facta esse possunt, & tamen connexa dici, vt in exemplo de pluribus negotijs eiusdem rei, & personæ causa tractatis, vt in d. §. plane, & e contra eodem tempore, & simul facta, & tamen diuersa, & separata censeri. Itidem in libro rationum partitas conscriptas, connexas dici non posse, cum diuersas personas, & diuersa negotia respiciant, quantumcumque sub vno codice rationum cõtineantur, & e conuerso aliquas parcellas posse dici connexas, & si diuersis temporibus causatæ sint, & in codice rationum diuerso tempore sint descriptæ ex Caualcano & Surdo vbi supra, & hæc pro enucleatione huius difficillimæ materiæ de parcellis cõnexis, & separatis sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Peruersio ordinis, non vitiat rationem, dummodo quid reliquatum, sit patefiat.*

2 *Introitus, prius quam exitus (in bene ordinata ratione) dispungi debent.*

3 *Tutor, vel curator, siue ecclesiæ administrator, quando teneatur pecuniam sui minoris in emptionem prædiorum, vel annuorum reddituum collocare, & an pecunia non collocata, ad interesse teneatur.*

4 *Tutor vel similis administrator intra sex menses a tempore tutelæ sibi delatæ, tenetur pecunias pupillares collocare, alias ad interesse tenetur.*

5 *Pecuniæ minorum a duobus mensibus tutelæ elapsis, tutoribus onerantur, cum redditibus, & quando.*

6 *Tutor vt in morã collocãdi pecunias pupillares fuisse dicatur, non sufficit q pecunia nõ appareat collocata in emptiones prædiorum, vel annuorum reddituum, sed opus est, vt pro parte pupilli probetur, quod eo tempore, quo pecuniam tutor ociosam habuit, annui redditus, vel prædia fuerunt venalia, quæ emi potuissent.*

7 *Vbi frequens esse solet annuorum reddituum venditio, maxima culpa dignus est tutor, qui pupillarem pecuniam ociosam habuit.*

8 *Tutor ad emendum prædia, vel annuos redditus, vel ad dandũ pecuniam fido mercatori, ad honestam partem lucri tenetur, quotiens ex tali minoris pecunia lucrari posset aliqua annua quantitas pro despensatione familiæ pupillaris sufficiens.*

9 *Pecunia minoris si ita sit parua, vt pro alimẽtis pupilli, & eius familiæ redditus illius non sufficiat, tutor illam caute reconde-*

re debebat, pronecessitatibus minoris.

10 *Necessitas caret lege.*

11 *Necessitas legem non habet, sed ipsa sibi legem facit.*

12 *Dauid licitum fuit comedere panes proposicionis vrgente necessitate.*

13 *Necessitas facit licitum, quod alias erat illicitum.*

14 *Tutor an pecuniam pupillarem cambio dare possit.*

15 *Tutor casu quo olim pecuniam pupillarem fænerari tenebatur, hodie tenebitur minori ad interesse, si ipsius pecuniam idoneis nõ tradiderit mercatoribus, ad honestam partem lucri.*

16 *Tutor vbi non inuenerit annuos redditus, vel fundos venales, in quibus pecuniam pupillarem collocare possit, poterit tradere pecuniam cambio publico, iudice prius pro licentia accersito, ad hoc, vt illi pecuniam tradere possit, alias si campsor, cui data esset pecunia decoxisset, (etiam si quilibet pater familias ibi suas pecunias deposuisset), teneretur tutor ad damnum, maxime si per minorem probaretur, quod in alio tutiori loco eas potuit ponere ad lucrãdũ*

17 *Tutor nõ vtique totam pupillarem pecuniam, cambio tradere debet, sed illam tantum, cuius redditus sufficiat ad dispensationem minoris, & eius familiæ, & ad conseruationem, aliarum rerum suarum.*

19 *Aioræ sententia improbatur, circa intellectum Authen. nouissime C. de administ. tutor.*

19 *Pecunia parua pupilli, an absque vsuræ crimine, mercatori artis negotiatoriæ tradi possit per tutorem, eo pacto adiecto, vt quolibet anno, ratione lucri (salua semper sorte) certam pecuniæ quantitatem, vel certa alimenta præstet*

20 *Tutor si comparauit annuum redditum de pecunia minoris, & hypothecæ deperditæ fuerũt, an teneatur ad interesse pecuniæ, vel redditus tempore perditionis decursos.*

21 *Tutor, vel curator, qui pecuniam pupillarem non collocauit, qualiter de interesse illius pecuniæ debeat onerari, & quid de hærede tutoris.*

22 *Tutor qui pecunias pupillares in proprios vsus conuersit, magis iudicatur prædo, siue destructor, quam tutor.*

23 *Tutor qui pecunias pupillares in proprios vsus conuertit, minori induplũ tenetur, & extraordinarie ad petitionem fisci punitur ratione doli, & fraudis.*

24 *Masarius reipublicæ, qui pecunias publicas in proprios vsus cõuertit, non solũ in exilium mitti poterit, verum & in duplo condẽnari, & in restitutione totius*

emolu

emolumenti, quod ex tali publica pecunia percepit, percipere que potuit.

25 Masarius communis, qui cum pecunia publica traficauit, vel alias eam in proprios vsus conuerſit, in conſcientia tenetur ad reſtitutionem eius, quod cū ea lucratus eſt.

26 Tutor licite poterit pecunias pupillares palam, & bona fide in proprios vſus conuertere, dūmodo in ſuo libro rationum deſcribat, qualiter illas pro traficādo ſibi ipſi credidit, & hoc caſu nō tenebitur ad maiores vſuras, ſed ad leuiores, arbitrio iudicis.

27 Vſuræ centeſimæ, in quibus differant a legitimis.

28 Pœna ſeptupli multantur Decuriones, vel iudices, qui pecunias publicas in proprios vſus conuertunt.

29 Pecunias regias, vel publicas, ſi quis ad expendendum in certis rebus accipiat, & in proprios vſus conuertat, qua pœna iure partitarum puniatur.

30 Receptor pecuniarum, ſi eas ſuo periculo recipiat, an eas licite in proprios vſus conuertat.

31 Depoſitarij annonæ frumentariæ, qualiter puniantur, ſi poſiti pecuniam in proprios vſus cōuertant.

32 Tutor, curator, vel regius theſaurarius, vel poſiti adminiſtrator, qui cum pecunia ſui domini fundum comparauit, an lucrū inde factum amittat, & an re ipſa empta, ſuo domino applicet, ſi hoc eligat dominus.

33 Res cōparata ex aliena pecunia, ſi non conſtet, cui cōparata ſit nunquam præſumitur empta pro eo, cuius eſt pecunia.

34 Pecunia ſoluta in dubio præſumitur eſſe ſoluentis.

35 Rem emptam per adminiſtratorem ex pecunia domini, an quilibet, cuius erat pecunia, etiam ſi ſit maior cum redditibus petere poſsit.

36 Adminiſtratores ad emendum conſtituti, tenentur emere pro ſuis dominis.

37 Adminiſtrator, ſi traficauit cū pecunia minoris. vel reipublicæ an reſpublica vel minor poſsit petere, & eligere ſibi reſtitui pecuniā cū lucro, etiam vbi tutor nomine proprio traficauit.

38 Pecunia quando alicui vſui eſt deſtinata per dominum ſemper debet eſſe parata ad illum vſum.

39 Habens dilationem a lege, non dicitur eſſe in mora, ante dilationis terminum.

40 Tutor ſicū pecunia pupilli, annuū redditum (quem ipſe ſoluebat) redemit, an minor poſsit petere illum annuum redditum, ac ſi ſibi ipſi fuiſſet comparatum.

41 *Debitor quodammodo est seruus creditoris.*

42 *Cõtractus, & distractus an sint eiusdem naturæ.*

43 *Mercator si decesit filio sub tutela fratris, vel socij sui etiam mercatoris relicto, & ipse tutor non collocauit pecuniam pupillarem, an debeat onerari de lucris ipsius pecuniæ, ac si societas fuisset cum minore continuata, hoc minore eligente, an vero de redditibus communibus, onerandus sit tantum.*

44 *Tutor quando faciat illud, quod ex necessitate officij tenetur, licet faciat nomine proprio, videtur facere pro pupillo.*

45 *Tutori, qui in solita negotia aggreditur, damnum, quod ex tali negotiatione resultat, est adscribendum*

CAPVT. XIIII.

Qualiter de pecunijs minorum & aliorum dominorum sint administratores onerandi.

HActenus præfationes quædã (ad meliorem rationum dispunctionem) attingimus modo vero opus est, vt iam ad partitas acceptí, & dati perueniamus & dispiciamus, quæ iure, quæ ve iniuria administratoribus onerentur, & licet peruersio ordinis, non viciet rationem, dummodo quid reliquatum fuerit, pateſiat, tamen ad rectam rationis ordinationem, prius introitus, deinde exitus, siue pi ius accepta, deinde data dispũgi debet, vt voluit Nicolaus de Neapolis, in. l. spadonem §. ratiocinatio. ff de excusa. tutor. Rebus. in. l. boues. §. hoc sermone, versic. decimo quod ostendatur. ff. de verbo. signif. Baeça, de decima. tutor. cap. 2. num. 169. Idque ab ordine litteræ probatur ex tex. in. l. 3. tit. 5. lib 9. recop. ibi. *Los dichos contadores tomen quenta por cargo y data.* Et quia pecuniarum parcellæ, nobiliores sunt cæteris parcellis cum pecuniæ parcella, regina omnium parcellarum censeri debeat, iuxta illud.

Namgenus & formam pecunia regina donat.

Ideo qualiter de pecunijs minorũ, & aliorum dominorum receptis, debeat administrator onerari, prius videndum erit.

Et inprimis sciendum est, quod tutor, vel curator, tam ecclesiæ, quam minoris, quando pecuniam suorum principalium accipit, vel recipere debet, illam (præcisse) in emptionẽ prædiorum, vel annuorum reddituum cõparationẽ collocare debet, q; si id nõ faciat, eo quod vel in suos vsus conuertat, vel eam ociosam habeat in vsuras (velut melius loquar) in reddi tibus, & interesse talis pecuniæ condemnatur. vt in. l. si tutor constitutus ff. de administr. tutor, vbi cauetur, quod si tutor pecuniam pupillarem intra sex proximos menses a die sibi delatæ administrationis non collocauerit, ipse indebitam pecuniam, & in vsuras eius, quam non fænerauit, condemnetur, licet in hoc, quod de sex mensibus dicit, cõtrarium decisum sit, in. l. tutor, qui repertorium. §. vsuræ ff. eod.

5 ff. eod. vbi vsuræ pecuniarum pupilli, a duobus mensibus tutelæ delatæ, tutoribus onerantur. Sed pro concordia prædictorum iurium Accurs. in. d. l. si tutor. constitutus, in ea est sentẽtia, vt textus in. dict. l. si tutor, quæ de sex mensibus loquitur, intelligatur, quando tutor nouiter ad administrã dum bona minoris peruenit. textus vero in. d. §. vsuræ loquatur, quando tutor durante tutela, aliquam pecuniam ex redditibus bonorum minoris, vel aliunde recuperãuit, non vero & de hisquæ recuperare debuit, vt voluit Gutierrez de tutel. lib. 2. c 9. nu. 27. dum prædictam sequitur distinctionem, dummodo non fuerit in dolo vel negligentia magna recuperandi, quo casu eius sententia poterit sustineri, debuit enim (vt quilibet diligens pater familias) illam in emptionem prædiorum, vel annuorũ reddituum comparationem collocare, & intra hoc tempus emptiones prævenire. Ex quibus patet falsam esse doctrinam Damauderij in tractatu. de tutore. c. vnico de pupillorum interesse. num. 66. fol. 97. Quatenus dicit, quod tutor tenetur statim, quod recipit pecuniam pupillarem, illam in emptiones prædictas collocare, nisi cum intelligas stante re vel fundo aut censu venali, quia hoc casu non debet differri prædiorum comparationem, & ij duo mẽses (assidue) ijs, qui annuos redditus comparare solent, præstantur per eos, qui annuos redditus vendunt, vt interim prouidere possint, quo in loco pecunia redimenda, sit iterum collocãda, idque iure constitutum videtur in proprio motu Pij Quinti, super formam creãdi census, ibi. *Cum vero traditione pretij redditus extinguẽdus erit, volumus per Vimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit.* Quod si tutor dum pecuniam pupillarem in emptionem annuorum reddituum collocauit, hoc pactum non adiecit, obiecque redempto principali, pecunia per illos duos menses fuerit otiosa in minoribus vsuris, siue interesse (iure) condemnabitur, cum tempupilli prout dilligens pater familias non gesserit, quare autem hoc casu de minoribus vsuris, non vero de maioribus oneretur, statim subijciam.

Et hæc necessitas collocandi pecunias pupillares in emptionem prædiorum, vel annuorum reddituum, non solum iure ciuili fuit introducta per leges iuri-consultorum, & Romanorum Imperatorum, verum & Athenien sium legibus constitutam fuisse. Patet, ex oratione Lysiæ apud Alicarnasium, & Lysiam, & Demosthenẽ, cõtra Apobum eius tutorem, idque cõmuniter legum interpretes defendũt in. d. l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionem Bart. Paulus, & Alex. in. l. diuus seuerus ff. ad. l. falcid. Salic. in authen. nouissime. C. de administ. tutor. plures relati a Couar. lib. 3. variarum. cap. 2. num. 1. Et plures etiam pro hac sententia refert Baeça in tractatu de decima tutor. cap. 2. num. 92 Plotus in repetitione. l. si quando. nu. 217. C. vndeui. Damaudarius vbi sup. num. 42. cum sequentibus. Aiora de partitio, cap. 4. num. 28. vbi vnanimiter omnes tenent, tutores non collocantes pecuniam minorum, ad interesse, siue vsuras pupillares teneri. Quod maxime locum haberet, vbi talis tutor. vel curator erga suam pecuniam dilligens fuisset, in his lucris acquirendis, vt in. l. quicquid. C. arbitri. tutel. & ita tenet Couarr. in loco
6 supra citato. Ad hoc autem, vt tutor in moram collocandi pecunias pupillares fuisse dicatur, non sufficit, quod pecunia non appareat collocata in emptiones supradictas, sed opus est, vt pro parte minorum probetur, quod

tempore, quo pecuniam tutor ociosam habuit sciuit ꝙ prædia fuerunt venalia, quæ emi potuissent, alias enim negligentia tutoris, vel curatoris non probatur, vt notat Barto. in. d. §. si post depositionem. num. 3. ex textu in auth. vt hi, qui obligatas se perhibent habere res minorum. §. penul. & idem dicendum erit, vbi minor dicit tutorem non vendidisse fructus suorum prædiorum debito tẽpore, debet enim probare quod tunc inueniebatur emptor, vt tenet Petrus Surdus decis. 318. num. 7. & 8. & hæc est veritas quidquid in hoc aliter sentiat Gutierrez, vbi supra, numer. 29. licet num. 37. hanc nostram tueatur sentẽtiam. & idem dicendum censeo, vbi pecuniæ minoris, in annuorum redditum comparationem collocari solebant, quia etiam hoc casu, minor probare debet annuos redditus fuisse venales, & ob negligentiam, & desidiã tutoris emptos nõ fuisse, licet in hoc
7 de redditibus annuis senserit Couar. loco supra citato, quod vbi frequens est annuorum reddituum venditio, maxima culpa dignus est tutor, qui pupillarem pecuniam ociosam habuit, & nouissime Gutierrez de tutel. c. 9. num. 23. vbi alios refert. Crederem tamen, quod in locis, vbi frequens esset annuorum reddituũ venditio, minor probatio ex parte minoris sufficeret ad probandam negligentiam tutoris, vel curatoris. Et hanc Couarruuiæ sententiam sequitur nouissime Molina Lusitanus in tracta. de iust. & iur. 2. p. q. 224. vers. quando ergo. pag. 1386. Vbi iure optimo, tutorem damnandum fore (in id, quod pupillo interest) arbitratur, quando in loco, vbi frequens est annuorum reddituum venditio, pecunias non collocauit, & idem dicendum fore arbitror, vbi tutor, vel negotiorum gestor, qui viget in loco, vbi mercatura exercetur, veluti Hispali, Vlisipone, Matriti, & in hac Pinciana ciuitate, pecuniã pupillarẽ, vel domini, quæ collocari solebat, ad honestam partem lucri, mercatori, non tradidisset ex textu in. l. qui semisses, §. quæsitum de vsur. Et hanc sententiam tenet Caualca de tutor. & curator. numer. 115. vbi alios pro hac sententia refert.

Aduertendum tamen erit, quod non semper, nec qualemcumque pecuniarum summam, tutor in prædictis emptionibus collocare tenetur, aliquando namque comparare, aliquando vero pecuniam retinere, & caute recondere tenetur, ad instar cauti, & dilligentis patris familias.
8 Ad emendũ autem prædia, & annuos redditus, vel tradendum pecuniam fido mercatori tenetur, quotiescũque ex tali pecunia minoris, lucrari posset aliqua annua quantitas, pro dispensatione, & alimentis pupillaris familiæ sufficiens, vt in auth. vt ij, qui obligatas se perib. haberes mino. §. si vero ibi. *Si vero tamen solummodo sit minoris auum, cuius vsuræ vix eum, & qui eius sunt, pascere, & aliquam aliam præbere vitæ dispensationem sufficiãt. Tunc necessitatis ratio nos etiam ad hoc vocat, vt curatores respicientes ad*
9 *eum ita faciant gubernationem tanquã in suis rebus.* Itaque si pecunia minoris ita sit parua, vt pro alimentis pupilli, & eius familiæ redditus non sufficiat, eo casu illam caute recondere pro necessitatibus minoris debet. Et ita in terminis voluit Alberi. in. l. scio. ff. de in integ. restitu. & in dictionario. verbo. tutor. vbi dicit, quod omnino tenetur tutor dare ad lucrum pecuniam minoris, nisi sit modica. Et ita etiam tenuit Laurentius de Rodulphis in tractatu. de vsur. 2. p. q. 66. Baeça de decima. tutor. c. 2. num. 92. Aiora de partitio. cap. 4. nume. 32. ex

doctrina

doctrina glossæ, in. l. nisi verbo prædiorum. C. de administr. tutor. & ita notant communiter doctores in. l. ita autem in principio. ff. eod. & ita in regno Lusitano, quotidie fieri testatur Molina, in tractatu. de iust. & iure. 2. p. quæst. 224. vers. quando ergo pag. 1387. Cautius enim eo casu faciet tutor, si pecuniam pro subleuandis pupilli necessitatibus retineat, quam si eam collocet, vbi ex redditu ipsius minor alimentari non posset, neque ex hoc lege contrauenire (quæ de emptionibus prædiorum, & annuorum reddituum loquitur) dicendum erit. Necessitas enim alimentandi minorem, facit cessare emendi reddi
10 tus necessitatem, vt voluit glo. in. d. §. si vero. verbo necessitatis. Necessitas namque caret lege, vt in. l. 1. ff. de offi. consul. c. breui. & ibi gloss. de iur. iur. Ex quibus iuribus dixit Ioann. Lup. in tractatu. de confœderatione principum. §. magister, num. 3. quod necessitas legem non habet, sed ipsa sibi le
11 gem facit, & ideo licitum fuit Dauid vrgente necessitate comedere panes
12 propositionis, licet alias lege diuina id facere prohibitum fuisset. Ac rursus licitum fuit Apostolis ex messe aliena in Sabbatho spicas colligere, manibusque fricare, & comedere, vt probatur in. c. discipulos de consecratione. dist. 5. & in. c. ideo. §. ita. 25 q. 1, & in. c. remissionem. § sed notandum. 1. q. 1. facit enim necessitas licitum, quod alias erat illicitum, vt in l. qui potuerunt. ff. de manumiss. vindict. cap. 3. extra de regul. Paul. Cast. in. l. sicut. §. in decurionibus, numero
13 6. quod cuiusque vniuer. nomine. quinimo vt refert Mexia in pragma. panis conclusione. 5. necessitas non habet legem prohibitiuam permissiuam neque consideratoriam, vbi plura cumulat in proposito, plura etiam vide quæ adducit ad hoc Petrus Surdus de alimentis priuilegio, 39. per totum fol. 296. An autem tutor pecuniam pupillarem cambio dare possit, ma-
14 ior dubitatio est, & dicendum videtur, quod minime id facere possit ex text. in auth. nouissime. C. de administra. tutor. ibi. *Nouissime cautum est a curatore pecuniam pupillarem non esse fœnerandam, quod si fecerit, murui subiacet periculo* Et in terminis hanc
15 sententiam tenet Palat. Rub. in repetitione. c, per vestras. §. 7. nume. 2. vbi dicit, quod in casu, quo olim tutor pecuniam pupillarem fœnerari tenebatur, hodie tenebitur pupillo, vel alias minori ad interesse, si ipsius pecuniã idoneis nõ tradiderit mercatoribus, ad honestam partem lucri, quia quando cum pecunia non potest aliter negotiari commode, mercatori ad licitam partem lucri potest præstari ex tex. in. d. c. per vestras, ibi, *vel saltem alicui mercatori committi, vt de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonij, sustinere.*

Petrus tamen de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. fol. 43. num. 4. in ea est sententia, vt si tutor det pecuniam minoris, campsori, de publico approbato, & ad quem omnes cũ suis pecunijs confluebant, periculum nõ pertineat ad tutorem, Beronensis tamen in proposito in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Iabeonem sub num. 2. ff. de edil. edict. Aliud pulchrum verbũ
16 addit, dicens, quod vbi tutor non inuenit annuos redditus, vel fundos venales, in quibus pecuniam pupilli collocare possit, poterit tradere pecuniam cambio publico (iudice prius pro licentia accersito) ad hoc, vt illi pecuniam tradere possit, alias, si prædictus campsor decoxisset (prout hoc anno. 1601. omnes fere mundi campsores decocti sunt in pernitiem vniuersalis reipublicæ) etiam si quilibet dilligens pater familias ibi suas pecu-

nias

nias cambio tradere non dubitaſſet, tutor ad damnum teneretur, maxime ſi probaretur, quod in alio tutiori loco deponi potuiſſent, & eũ refert, & ſequitur nouiſsime Vincentius Carrotius in tractatu de locato. fol. 167. num. 49. Quæ ſententia quatenus loquitur de iudicis licentia que præcedere debet cõprobatur ex ſingulari dicto Bald. in l. aceptam. num. 20. C. de vſur. vbi dicit, quod quid quid non legitime fit, non dicitur fieri niſi iuſſu prætoris fiat; & ideo bonũ conſillum eſt facere non ſolum de iudicis permiſſu, ſed & de eius mandato. 17 Neutique tamen tutor totam pupillarem pecuniam cambio, ſiue fœnori dare debet, ſed eam tantum, cuius redditus ſufficiat ad diſpenſationem adoleſcentis, & eius familiæ, & ad conſeruationem aliarum rerum ſuarum, quod autem ſupererit, caute recondere debet pro emptionibus prædiorum, & annuorum reddituum vt manifeſte colligitur ex. d. authen. nouiſsime, quæ meo iudicio ita eſt intelligenda. Neque obſtat, quod in d. auth. nouiſsime dicatur, quod aliam pecuniam, quæ ſupereſt, caute recondat, quia hæc reconditio debet fieri ad hoc, vt ex illa pecunia recondita (opportuno tempore) vel prædia, vel annui redditus comparentur, vt in d. l. ſi tutor conſtitutus, & in l. tutor, qui repertorium. §. deponi de adminiſt. tutor. & in d. auth. vt ij, qui obligatas, & ita quotidie in noſtra Hiſpania practicatur, & tutores onerantur de interesſe, ſi pecuniam pupillarem non collocauerunt, etiam ſi pupillus, vel adultus opulentos redditus haberet ex quibus alimentari poſſet.

19 Ex quibus deducitur male ſenſiſſe Aioram de partitio. cap. 4. numer. 33 quatenus tenet, quod quando pupillus, vel minor habet prædia, ex quorum fructibus poſsit commode alimentari, tutor non tenetur preciſſe expendere pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum, vel eam in annuorum reddituum emptionem collocare, ſed ſit arbitrio eius, eam conſeruare pupillo, vel eam in prædictis expendere ex tex. in. d. authent. nouiſsime, & quod hoc caſu ſi prædia, vel annuos redditus non emat, non tenebitur ad vſuras, vel intereſſe illarum pecuniarum, quas recondidit, quia text. in d. authent. nouiſsime debet intelligi, ſecundum leges ſupra relatas, quibus cauetur, vt pecunia omnino in prædictis emptionibus collocetur, vbi collocare potuerit: & ita pluries vidi iudicatum in hac Pintiana Chancellaria, quod tu nota in praxi, ne decipiaris ex doctrina Aioræ,

Neque obſtant verba dictæ authẽticæ, ibi *Quod vero plus eſt, caute recondat.* Ex quibus ſententia Aioræ fundatur. Debent enim intelligi in hunc modum, ſcilicet, vt poſtquam fœnerauerit, vel ad cambium dederit tantam pecuniam, ex cuius reddituminor poſsit alimentari reſiduam caute recondat, interim, quod prædia fuerint venalia, vel annui redditus venditioni exponantur, in quibus reſiduum pecuniæ minoris collocare poſsit. Quod quidem quilibet diligens pater familias faceret, nec vtique pecuniam ocioſam & inutilem retineret, & periculo perditionis exponeret. arg. tex. in l. ſi eorum. §. 1. ff. de leg. 3. ibi, *& ſapè audiuiſſe ruſticos ſeneſita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe.* Debet enim tutor, vel curator inſtar diligentiſsimi patris familias circa patrimonium pupilli, ſeu adulti ſe habere, vt in l. a tutoribus. ff. eo adminiſtr. tutor. & in l. 1. ff. de tutel. & ratio diſtrahend.

19 An autem pecunia parua pupilli abſque vſuræ crimine mercatori artis

artis negotiatoriæ tradi possit per tutorem eo pacto adiecto, vt quolibet anno ratione lucri (salua semper sorte principali) certam pecuniæ quantitatem, vel certa alimenta pupillo præstet. Et in proposito dixit Damaud erius. in tractatu de tutore. capit. 10 num. 42. quod tutor, instante necessitate pupilli, potest illius pecuniam dare sub vsuris, vt ex eius redditu alimentari valeat. Sed contrarium in proposito resoluit Couarr. libr. 3. variarum. cap. 2. num. 20. & eum refert, & sequitur Baeça, de decima. tutor. c. 2 num. 93. Quinimo si ita pascisca-
tur tutor, & ratione talis contractus fœneratitij condemnatus sit, talis cõdemnatio nõminori, sed ipsi tutori, vel curatori erit adscribenda, & in calculo illi recipienda non erit.

20 Quid tamen dicendum erit, si tutor, vel reipublicæ administrator pecuniam pupilli, vel reipublicæ incõparationem annuorum reddituum collocauit, & tandem aliquibus annis elapsis, annuus redditus deperditus sit. An tales administratores non solum ad capitale, verum ad reddditus temporis, quo cessatum fuit in solutione teneatur. Vide de hoc textum, & gloss. in l. vnica. C. de his, qui ex offic. quod administrauerunt. conueni lib 11. vbi distinguit, an ab initio inquisierit dilligenter de securitate hypothecarum, nec ne, vt primo casu, neque de sorte teneatur, secundo vero de principali, & interesse, simul oneretur, proqua distinctione est tx. in l. quæ sub conditione. ff. de conditio. & demonstratio.

21 Sed continuando supradicta pone quod tutor, vel curator pecuniam pupillarem nullo modo in vtilitatem minoris collocauit. Dubitatur modo qualiter de redditibus eius debeat onerari ipse, vel eius hæres. In qua difficultate breuiter, & resolutiue est distinguendum, an eam ociosam in arca seruauerit, an vero illam in suos vsus conuerserit. Primo casu incasu de minoribus vsuris, siue minori interesse onerabitur. Hoc est ad rationem viginti pro milliario, nec in hoc regula certa comitta est. Secundo vero casu, scilicet, quando pecuniam pupillarem in suos vsus conuersit, trafi cando, emendo, & vendendo, vel alteri suis commodis inseruiendo, tunc in maioribus vsuris, & interesse condemnabitur, quod in nostro Hispaniarum regno, regulantur ad rationem vnius pro quatuordecim. ang. textus in l. 6. titu. 16. lib. 5. recopil. licet hoc casu etiam arbitrio iudicis vsuras præstãdas fore dicat. Caual. de vsur. quæst. 78. numer. 588. dicens, quod in hoc summo æquilibrio opus est, habebit tamen locum eius sententia, vbi de hoc non esset regula certa. Ratio autem differentiæ est, quia qui pecuniam ociosam habet, non tam ex dolo quam expigritia, desidia, vel negligentia conuenitur, vt in. d. l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionem, vers. si deponi; qui enim in omittendo delinquit, regulariter mitius punitur, vt voluit Accurs. in l. si mora verbo ne facto. ad fin. & ibi Ias. nu. 22 ff solu. matri. Amodeus de Castello. in tractatu de sindicatu. c. an & quando officiales teneantur ex negligentia, fol. 17. volum. 6. Mascard. de probatio. concl. 935. num. 14. Et in terminis tutoris, & administratoris negligentis in collocando pecuniam pupillarem. Hanc rationem differentiæ constituit Baeça, de decima. cap. 2. num. 94. Aiora de partitio. capit. 4. num. 30. Secundo vero casu ideo de maioribus vsuirs, & interesse oneratur, quia præsumitur dolo versatus, eo quod pecuniam pupillarem in propriosvsus conuersit, vt in. d. §. si post depositionem, vers. sed quas vsuras &

22 in l. 1.

in.l.1.C.de vsur.pupilla.Secus tamen erit in hærede tutoris, quia iste non condemnatur pro dicto interesse soluendo, nisi lis esset contestata cum defuncto,& ita est intelligenda sententia Aioriæ de partitio. 1.p. cap.4. num.34.ex Gregor.in l.6.tit.11.p.6. at vero tutor,qui pecunias pupillares in proprios vsus conuertit,magis iudicatur prædo,quam tutor.Et hãc rationem reddit Angel.& ibi eum sequitur Imola in.l.Pomponius.§.ex facto.ff.de acquir.poss.Alex.in.l.ex stipulatione ff.eod.Socinus,consil.159, num.10.lasso.219.colum.2.lib.2.Et ideo posset furti accusari, vt tenuit Petrus Iacobinus in sua praxi.titu.de actio.& ratio. distra. Aymon.consil, 286.num.1.vers.2 respondeo infine, vbi dicit,quod tutor, qui in proprios vsus pecunias pupillares conuersit, tenetur minori ad duplum, quinimo & extraordinarie (ad petitionem fisci)debet puniri,ratione doli,& fraudis hac in re commissi & loquendo in masario,siue mayordomo reipublicæ,eandemsententiam tenet nouissime Castellus a Bobadilla in sua politica prætorum lib.5 cap.4.nume 81. vbi dicit, quod masarius reipublicæ,non solum in exilium mitti poterit,verum etiã in duplum debet condemnari, & in restitutionem totius emolumenti,quod ex tali publica pecunia percepit,quod eidem reipublicæ debet applicari. Quinimo & in proposito dixit Platea in.l.1.C.de auro publico per se,quod isti masarij,in conscientia ad restitutionem eius,q̃ acquisierint,(cum tali pecunia) tenẽtur Et eum sequitur Auenda.de exequend.manda.2.parte.cap.14.numero.3.

Intellige tamen,quod si iste tutor pecunias pupillares palam, & bona fide in suos vsus conuerteret,ponendo in suo libro rationum qualiter ipse ex pecunia pupillari tantum accepit pro traficando, quod vtique facere potest,vt in.l.pupillus.§. sanc.ff.de auct.tuto.& in.l.tutor.rerum.ff. de administr.tutor.Corneus. cons.199. num.10.lib.11.non deberet condemnari in istis maioribus vsuris, siue in tereſſe maiori, sed in leuioribus arbitrio iudicis.arg.tex.in.l. quotiens. §.tantumdem.ff.de administra.tutor. Et hanc sententiam tenet Baeça, de decima.cap.18.num.22.Caualin. de vsur.quæst.76.quod si contutoremhabeat tutor, opus erit, vt auctorante alio tutore,pecuniam pupillaremsibi creditam in libro rationum ad scribat,quia hoc casu omnis suspitio doli & fraudis purgatur,& ex hoc non de maioribus.sed de minoribus,siue legalibusvsuris onerabitur.Secundũ regionis consuetudinem,vt in.d.l.tutor.§.ex cæteris.licet Accurs.ibi,&in l.si curator.C.si arbitrium tutelæ,male confundat centesimas,siue grauissimas vsuras,cum legitimis, quando enim lex loquitur de maximis,centesimis,vel grauisimisvsuris,specialis est dispositio in pœnam dolosi, cum autem de legitimis, intelligitur de minoribus vsuris,quæ in regioue frequentantur, quæ debentur ob negligentiam administratoris, vt optime aduertit Caualinus vbi supra, num. 589.Damauder.de tutel.c.1.num.46 folio.95.

Et quod supradictum est de tutoribus,& curatoribus,siue masarijs reipublicæ qui pecuniam pupillarẽ,siue publicam in proprios vsus conuertunt,locum etiam habebit in alijs administratoribus,vt in.l.atqui natura. §.non tantum.ff. de neg.gest.& in decurionibus,& iudicibus pœna septupli locum habebit,ex tex.in.l.22.tit 6.lib.3.recopil.ibi *Sopena que tornen lo que leuaren,con las setenas*,eosque tanquam periuros puniri posse,testa-

tur

tur Cepola.conf.criminali.39. num. 61.&.62.vbi alijs etiam temporalibus pœnis plectendos fore arbitratur,instar susceptarum publicarum pecuniarum,qui pecunias vsui publico destinatas,in vsus suos conuertũt quibus vltra pœnam deportationis, totius substantiæ iactura solet imponi,quinimo & pœnis corporalibus afficiuntur.vt notat Aymon,conf.286 numer.1.vers.2.respondeo. Socinus. conf.213.lib.1.vbi pœnam amputationis manus tali administratori imponendam fore,firmauit,ex textu in auth.de manda.principum.§.coges. & ita tenet Octauianus Osascus,decis.70.num.9.vbi alia scitu digna in proposito refert,& ita etiam dicendũ putat Castellus a Bobadilla in sua politica prætorum.lib.5.capit.4.numero.86.

29 Hodie vero, his qui pecunias regias,vel publicas recipiunt ad expendendum in certis rebus,si eas in proprios vsus conuertant, pœna tertiæ partis pecuniæ,quam in suis vsibus conuerterunt(partito iure) est imposita in.l.14.tit.14.p.6.ibi. *Marauedis del Rey teniendo alguu su despensero de que vuiesse a pagar quitacion a caualleros,o a otros homes, o de que vuiesse a fazer algunas labores,o otras cosas semejantes destas por su mãdado,si aquel que los tuuiesse,ni los despendiesse,o no los pagasse alli, do el Rey le mandasse, mas comprasse dellos alguna cosa a supro, si esto hiziesse por si sin mandado del Rey,como quier, que este a tal non faze furto,pero faze muy gran yerro, postponiendo la pro de su señor por la suya mesma.E porende mandamos q̃ qualquier que esto fiziere,que sea tenudo a tornar ala Camara del Rey todos los marauedis, de que vso assi maliciosamente E que peche demas de esso por el yerro que fizo, tanto quanto valia la tercia parte de aquellos marauedis de que vso para su pro,contra la voluntad del Rey.Esso mismo dezimos,que ha lugar en todos,quantos han marauedis, que sean de alguna ciudad, o villa,si vsaren maliciosamente dellos,assi como sobredichoes.* Prædicta tamen vera intelligo, nisi talis receptor pecuniarum eas suo periculo recepisset, & hoc expresso pacto, illi traditæ fuissent,vt suo periculo custodiret,quia tali casu eis vtendo, & in proprios vsus conuertendo prædictam pœnã, non incurrisset,vt tenet Ioannes Faber.in.§.item lege Iulia.inst.de publi. iudi.& tenet Greg,Lop.in.d.l.14.ver. *mientra estuuiesse.* Decius,conf.6. vbi trimembri vtitur distinctione. 30

Hij autem qui ex publicis annonis,siue positis frumentarijs aliquid accipiunt,& in proprios vsus conuertunt (iure cõmuni)publicationis bonorum pœna plectuntur, ex tex.in.l. fin.C.de conditis in publicis horreis & vltra criminales pœnas, etiam in quadruplum reipublicæ tenentur,vt in.l.1.&.2.& ibi Bart.C.de his,qui ex publicis ratio.pecu.mutuo accipi.Ripa.in tractatu.de peste.titu,de remedijs ad conseruandam vbertatem.nume.252.&.253.& in tractatu.de mercatura.pag,412.num.41.Angel.cõs. 90.num.2. Hodie tamen iure regio alijs pœnis subduntur,contentis in.l. 9.tit.7.lib.5 recop.§.12.vbi cauetur in hæc verba.*Que las personas a quien se entregare el dinero para el empleo,y compra del dicho trigo, den quenta con pago dello dentro de treynta dias, despues que lo emplearen,y no lo entregando que sean obligados a boluello passados treynta dias, despues del termino, que se les vuiere dado para empleallo sopena que no lo haziendo anssi en el vn caso, y en el otro,sean obligados y compelidos a boluer el dinero, con que anssi se vuieren quedado con el quatro tanto,y a pagar los daños,e intereses* 31

al

al dicho posito, y demas dello incurran en priuacion de sus officios, siendo officiales del concejo, y no lo siendo sean grauemente castigados. Quod autem in prædicta lege regia de interesse 33
caurum est, intelligo cum distinctione, de qua supra scilicet, an pecuniã ociosam habuerit, vel in suos vsus cõuerterit, vtitur enim respublica iure minoris, vt in.l.rempublicam.c. de iure reipub. lib. 10.

Sed opportune (ex supradictis) poterit dubitari, an si tutor, vel curator thesaurarius Regis, vel eius suscepto res, vel etiam positi, annonæ ve administratores, ex pecunia suorum principalium domum, fundum, vel vineã emant, an lucrum indefactum, ab eis auferri debeat, eorumque principalibus debeat applicari. In qua difficultate, dicendum videtur, multum interesse, an talis pecunia destinata esset alicui vsui, & vtilitati minoris, vel non. Primo enim casu minor, seu quæuis alia similis persona, rem ex sua pecunia emptam cum fructibus petere poterit. Secundo vero casu nõ sed tantum pecuniam suam, cum legitimo interesse exigere valet, quæ sententia probari videtur, ex textu. in.l. si curator, C. arbitri tutel. ibi. *Si curatur post decretum præsidis, sublata pecunia, quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparabit, elige, vtrum malis in emptione negotium tibi ei gessisse, an quia in vsus suos pecuniæ conuersæ sunt, legitimas vsuras ab eo accipere, &c.* Ad hoc ergo, vt effectio minori detur, opus est, vt ipsius pecunia in vsus curatoris conuersa, ad emptionem fundorum, vel annuorum reddituum destinata fuerit per iudicem. Alias enim quantumcumque quis fundum ex aliena pecunia, nomine tamen proprio emerit, proculdubio res efficitur eius, qui emit, & emptor solum ad pecuniam tradendam cum interesse compellitur. est text. in.l. si ea pecunia. C. de rei vendi. & in.l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, & in. l. si patruus. C. communia vtriusque iuditij. Quod si non cõstet, cui res comparata sit ex aliena pecunia nunquam præsumitur empta. pro eo cuius est pecunia. l. ad probationẽ la. 1. & ibi notat Bald. in fin. C. de probatio. Quod intellige verum, nisi probetur interpositum fuisse ad emendũ ab eo, cuius est pecunia, etiam si interpositus fuisset pupillus, vel Abbas alicuius monasterij, vt notat Bald. in l. 1. colum. penul. C. si seruus extero, quinimo & indubio semper pecunia præsumitur esse soluentis, vt in.l. siẽ tri. §. fin. ff. de priuil. credi. Bald. in.l. 2. c. pro socio Bar. etiam notat in.l. Titium. & Mæuium. §. altero per textũ, ibi. ff. de adminiſt. tutor. & tradit Petrus Surd. decis. 15. num. 1. & 2.

In prædicta tamen difficultate Caullinus in tractatu de vsuris, n. 590. aliter sentit dicens, quod quando superest certa res acquisita, vel ius formatum immediate, pecunia pupilli. nomine proprio administratoris acquisitum, ex quotunc est, quod eligi possit pupilus, vel adultus eligere poterit, & ita intelligendum reputat textum in.d.l. si curator. & l. si tutor. C. quando ex facto tutor. & tex. in.l. si vt proponis. C. de rei vendi. & eandẽ sententiam tenet Greg. Lup. in.l. 30. verbo, *huerfano*. tit. 13. par. 5 & tunc si quidem elegerit rem adquisitam ex sua pecunia non poterit petere pecuniam, neque ipsius legitimas vsuras, sed tantum ipsam rem cum fructibus siqui sint, vel nomẽ, siue annuum redditum acquisitum, cum redditibus. vel vsuris, perinde ac si acquisitum fuisset nomine proprio ipsius minoris. Quod si plures res (ex pecunia minoris) per tutorem fuissent nomine proprio comparatæ, nõ posset minor

bonas

bonas acquiſitiones, ſiue rerum, ſiue nominũ acceptare, malas autem, vel non æque bonas reſpuere, vel in aliquibus rem emptam a tutore cum fructibus, vel nomẽ cum redditibus, vel vſuris conuentis, in alijs vero pretiũ cum grauioribus vſuris, vel intereſſe exigere, ſed demum, vel omnia ex ſua pecunia (nomine tamen adminiſtratoris empta) acceptare, vel omnia dimittere, & reſpuere, & in totum cum omni commodo, vel incommodo tutori, vel curatori relinquere, vt in l. tutor, qui repertorium. § ſi tutor pecuniam. ff. de adminiſt. tutor. & ratio eapotiſsima eſt, quia cum iſtæ plures emptiones ſint connexæ, vtpote, quia ex vnica adminiſtratione proueniãt, vt in l. cum quæritur. ff. eod. tit. idem de vna emptione, quod de alia dicendum erit, vt late. cap. præced. adnotauimus. Si tamen patefieret, quod talis tutor aliquas emptiones malicioſe fecit, dando pro rebus emptis plus iuſto pretio, vel aliquo alio dolo interueniente, eo animo, vt viſa mala emptione vnius fundi, minor alterũ bono & iuſto pretio emptum reſpueret, non eſſet ipſius malitiæ indulgẽdum, vt in l. in fundo. ff. de rei vendi. quinimo poſſet minor, vel adultus bonas emptiones eligere, & in alijs dolo factis pecuniã cum legitimis redditibus, vel intereſſe legitimo petere, & ita in terminis tenet Baeça, de decima. tutor. cap. 19. num. 23. & 24. & Cauallinus loco ſuperius citato, vbi dicunt, quod cum æquitate, ſit introductum, ne tutor damno ex ſua adminiſtratione afficiatur, hac æquitate indignus efficitur propter dolũ, & latam culpam arg. lſi plures, in fin. ff. de adminiſt. tutor.

35 Et predictam electionem non ſolum leges minoribus præſtant, verũ & aliquando maioribus, vt in l. 49. tit. 5. p. 5. ibi. *E dezimos que deue deſer de aquel que fizo la compra en ſu nome, fueras ende ſi tales dineros fueſſen de cauallero que eſtuuieſſe en la corte del Rey, o en otro lugar en ſu ſeruicio, o ſi fueſſen de menor de veynte y cinco años, e el que fizieſſe la cõpra, le tuuieſſe enguarda, o ſi fueſſen los dineros de alguna Igleſia, e el perlado, e el que fueſſe guardador a la ſazon fizieſſen la compra, o ſi dieſſen los dineros de la dote de alguna muger e ſu marido con voluntad della fizieſſe la compra, ca en tales coſas maguer el comprador compre la coſa en ſu nome gana el ſeñorio della, aquel cuyos eran los dineros, que fueron pagados por el precio della, pero en ſu eſcogencia es de cada vno dellos, tomar la coſa comprada, o los dineros, qual mas quiſiere.* Cuius textus decisio intelligi poterit ex ſupradictis, & ex his, quæ notat late Greg. ibi verbo, *enguarda*, vbi ea ratione hoc conſtitutum fuiſſe in prædictis affirmat. Quia tales adminiſtratores ad emendum conſtituti tenẽtur emere pro ipſis dominis, & ita ante eum tenuit Bald. in l. 1. C. ſiquis alteri, vel ſibi. Decius. d. conſ. 6. Ripa loco ſupra citato. Ex quibus apparet ſecus eſſe in alijs, qui ex aliena pecunia nomine proprio prædia, vel alias res emunt, vt aduertit Anton. Gomez in. l. 50. Taur. uumero, 36. Gregor. loco ſupra citato, ij enim & ſi ex aliena pecunia quid emerint nomine ſuo, ſibi ipſis acquirunt, nec ab illis extorqueri poteſt per dominum pecuniæ, cum qua emerunt, niſi in ſubſidium (ſcilicet) illis effectis nõ ſoluendo eo enim casu, res empta ſuccedit loco pecuniæ, & ipſo iure quæritur dominium minori, eccleſiæ, vel alijs ex cuius pecunia cõparatũ fuit, vt aduertũt Iacobus de Rauena, & Aluer. in l. 2. C. de cura. fur. ex tex. in l. filiæ. ff. de reſolutio. licet ibi non probetur eorum in concluſio, quia ibi tantum agebatur de-

liberatione argentariorum, & ideo concludit Grego. vbi supra, quod ex traneo emente rem ex pecunia minoris, vel similium personarum de quibus, in. d.l. partitæ. res empta in subsidium non sit minoris (prout præfati doctores asserebant) sed quod minor aget hypothecaria, & sic habebit pecuniam. Quæ sententia vera est proculdubio, ex eo, quia res empta 38
ex pecunia minoris est tacite illi obligata pro ipsa pecunia, vt in.l.3. in principio.ff.de rebus eorum. & est textus elegans.in.l.25.tit.13.par.5. Cuius non meminit Gregor.in loco supra citato, & eandem sententiam tenuit Cauallí.vbi supra. d. numero. 590, vers. sed casu. & vide Surd.vbi supra per totum.

37 Sed prædicta locum habent, vbi supereſt species empta ex pecunia minorum, vel similium. Quid tamen dicendum erit, si talis administrator traficauit cum pecunia minoris, vel similium, & cum illa multas super lucrauit pecunias, an eo etiam casu sit in electione minoris, & similium petere, vel pecuniam suam cum legitimo interesse, vel & pecuniam, & lucra ex illa prouenientia, & hic casus est valde difficilis. In hac tamen difficultate Decius, cons. 6. trimembri vtitur distinctione, dicens, quod aut loquimur in eo administratore, qui recipit pecuniam pro rege, vel republica, quam statim, siue quandocumque dominus velit, debet restituere, & iste talis nihil possit cum ea lucrari, qui statim quod non restituit, est in mora irregulari quæ re ipsa cú fisco contrahitur, vt notat glos. in. l. cũ quædam §. si fiscus verbo, inferunt. ff. de vsuris, aut recipit pecuniã a rege vel republica, quam licet non habeat incontinenti restituere, tamen illam expendere tenetur in rebus occurrẽtibus pro necessitate reipublicæ, & iste thesaurius minime etiam possit his vti pecunijs, eas in suos vsus conuertendo, & isto, & præcedẽti casu totum lucrum ex tali pecunia factum, ipsi reipublicæ, vel Regi debeat applicari. Et hanc sententiam sequitur Ripa in tracta. de peste. n.254. & ratio est, quia quando pecunia alicui vsui est destinata, semper debet esse parata ad illum vsum. Et hanc eandẽ sententiam tenet nouissime Castellus a Bouadilla in sua polyt. præt. lib. 5. c. 4 n. 81. vbi dicit, quod si maior domus Concilij annonæ frumentariæ, vel positi pecuniam illorum in suos vsus cõuertisset, & cũ ea aliquid acquisiuit, potest reuocari lucrũ ab illo, quinimo & in concientia, ipse illud lucrũ suis principalibus restituere tenetur. Tertio vero casu, scilicet vbi quis esset cõstitutus thesaurarius, siue exactor gabellarum, vel aliorum tributorum res emptas ex tali pecunia recuperata minime dominus gabellarum, vel tributorum collectorũ potest exigere, quando iste exactor certo, & destinato tempore respondere tenetur cũ illa pecunia quia interim quod tẽpus respondendi, & tradẽdi illas pecunias non venit, cum propria pecunia trafficare, & comparare videtur, & ideo interim non potest dici morosus. vt in l. Item si cum exceptione. §. quatenus verbo quia triplici. ff. quod metus causa, vbi dicit, quod ille qui habet dilationem a lege, non dicitur esse in mo- 39
ra, quinimo, & cõtra tutorem, qui ex pecunia pupillari traficauit, & merces cõparauit, solũ superest actio ad pecuniã, cũ debito, & legali interesse, & licet cũ ea superlucratus sit, non tenetur ad restitutionẽ illius, q̃ lucratus est, sed solum ad vsuras legitimas, quæ in regione frequentantur, & ita expresse tenet Caballinus vbi supra num. 590. In fine, quæ omnia sunt mẽ titenenda contra istos thesaurarios regios

regios, qui habent pecuniam ad certum vſum deſtinatam, & illam in emptionem villarum, annuorum reddituum, & alios proprios vſus conuertunt. Poterit enim fiſcus regius rem emptam ex tali pecunia cum lucris ex illa reprouenientibus vendicare, & iam hoc multories vidimus in praxi receptum, contra aliquos regios adminiſtratores, quorum nomina reticere libet.

Vlterius in propoſito dubitatur. quid ſi tutor, vel curator, vel alius ſimilis adminiſtrator, annum cenſum
40 ſoluebat ad rationem quatuordecim & illũ ex pupillari pecunia redemit, dubitatur, an minor in rationibus petere poſsit, illũ aunum redditum cum redditibus decurſis a tempore redẽptionis, ac ſi ſibi ipſi ex ſua pecunia fuiſſet compatatum, & quod minor iure hoc petere poſsit, ex ſequentibus ſuadetur. Primo quia poteſt petere pretium cum intereſſe, ergo poterit petere illud intereſſe, quod ratione annui redditus, tutor ante redemptionem ſoluebat, a quo (mediante pecunia pupilli) fuit liberatus, alias tutor lucraretur ex illa redemptione cum pecunia minoris illud, quod excurrit, & reſtat de vſuris maioribus ad minores cum tempore redemptionis, non eſſet quid comparari poſſet pro minore, & ſibi ipſi pecuniam comodando bona fide, ad minores dum taxat teneretur, vt ſupra retulimus, Et cum lex nõ permittat, quod tutor cum pecunia pupillari lucretur, quinimo & tale lucrum iure ipſi applicetur minori, proculdubio tutor debet onerari de dicta pecunia cum maioribus redditibus, ad rationẽ (ſcilicet) quatuordecim, prout ipſe antea ſoluebat & ſatis erit, ſi cum dicta pecunia minoris redemit vexationem annuam, & curam alteri ſoluendi dictũ annuũ redditũ, quinimo ſequodãmodo a ſeruitute liberauit, quia debitor quodã modo eſt ſeruus creditoris, vt in l. 3 C. de nouatio. Seruitus enim mortalitati cõparatur. l. ſeruitutẽ. ff. de reg. iur. Secundo quia qui ab obligatione liberatur, videtur accipere. l. ſiquis obligatione. ff de reg. iur. l. quin etiã ff. de calumniato. l. ſi mulier. ff. de condict. cauſa data, quinimo & liberari, & acquirere paria ſunt, etiamſi de implemento conditionis agatur. l. ſi fundum. §. Titio fundum. ff. de leg. 1. l. Julianus. ff. de conditio. & demonſ. ſi ergo redimere, & aequirere paria ſunt,
42 proculdubio idem erit dicendum, ac ſi cum pecunia pupillari illum annuũ redditum comparaſſet. Tertio quia contractus & diſtractus eiuſdem ſunt naturæ. l. de tutela. C. de in integ. reſt. Bart. in l. ſiquidem. ff. de conditio, furtiua. Ergo huiuſmodi annui redditus redemptio, eiuſdem iuris & rationis eſt, ſicut emptio, & ideo perinde habere debet iſta redemptio, ac ſi tutor cũ pupillari pecunia ſibi ipſi, illum annuum reddituum comparaſſet, & per conſequens ipſe minor eligere poterit vel pecuniam cum intereſſe cõmuni, vel annum reddituum cum redditibus, qui ratione cenſus redempti curebant ex ſuperius relatis.

Verum prædictis argumentationibus non obſtantibus, in propoſito diſtinguendum erit, aut enim tẽpore quo tutor illũ annuũ redditũ, ad rationem, quatuordecim a ſe venditum, redemit, potuit pecuniam pupillarem in emptione alterius cenſus, collocare, pro eodẽ pretio, aut pecunia erat ociosa, primo caſu proculdubio eſſet in electione minoris, petere annuum redditum redemptum ex ſua pecunia, cum redditibus ad rationem quatuordecim, quia tutor dicitur fuiſſe in dolo ex. d. l. ſi curator C. arbitrium. tutel. & ex iuribus ſuperius relatis. Secundo vero caſu mini

me id petere poterit, quia licet redemptio,& emptio aliquatenus assimilentur,tamen quod est simile,non est idem. l. si idem de codicil. quinimo illa redemptio proprie dicitur quædam resolutio, extinctio,& suppressio hipothecæ,ideo ex ea vectigal non debetur, licet ex emptionibus omnibus debeatur,vt resoluunt, Bart. Alberi.& Bald.in.l. ab emptione.ff.de pactis,& idem Bald.in.l.1.C. quando licet ab emptione discedere & notat Parlador.libr.1.rerum quotidiarum. capit. 3. §.4.numero 37. & in terminis nostræ quæstionis ita resoluit Caualinus de vluris.quæ.76. num.595.

43 Viterius in proposito dubitatur, quid si mercator decessit filio sub tutela socij sui mercatoris relicto Dubitatur modo, an tutor ille debeat pecunia a patre minoris relicta cum interesse communi (secundum distinctionem supradictam) debeat onerari, an vero de lucris ab ipso tutore factis in mercacijs sit onerandus, ac si dissoluta societas, vel mercatura non esset. In qua difficultate dicendum videtur,quod lucra verisimiliter a tutore facta etiam cum pecunia minoris reddere non teneatur, & ratio est, quia cum suo minore nunquam tacite, vel expresse societatem contraxit, nec tutor communi nomine negotiauit,nec quid tale præsumitur,vt in.l. & magis.ff. de solutio.l.Titium,& Mæbium. §. altero vbi Bart ff.de administ.tutor. Et hanc sententiam tenet Decius, cons. 28. col.fin.vers.vlt.relinquitur,vbi dicit quod cum præsumatur, nomine proprio lucrum feciisse, nullatenus tenetur illud suo minori communicare, quod maxime locum habebit,si in præfatione, vel corpore libri societatis nihil de minore scriptum sit, sed de ipso solo tutore mentio fiat, & idem tenet Alex.in cons.132.col. 3.numero.8. vol.5.vbi dicit expresse, quod etiam si tutor negotietur cum pecunijs pupilli,non videtur gessisse nomine suo, & pupilli, sed proprio nomine tantū. Et pro eius sententia,est text.elegans in.d.l. Titiū, & Mæbium.§ præfectus,vbi cauetur, quod ea, quæ tutor potest facere pro pupillo, & pro se,faciendo simpliciter,videtur pro se facere.Rursus quia & si talis tutor communi nomine negotia esset, adhuc solum teneretur ad interesse pecuniæ,minime tamen lucra ex illa proueritia communicare,quia non videtur adhuc contracta societas inter eum,& eius pupillum,eo quod pupillus societatem expresse,vel tacite contrahere non potest,sine authoritate tutoris, vt in.l. vt conductionibus.ff pro socio. l. qui ad certum ff.locati Bart.in.d.§ altero.Alex cons.149.num.1.lib.1. Neque ipse tutor huic societati authoritatem præstare,& adhibere potuit, quia non potest authorare in facto proprio.l.1.in principio.ff. de autho. tuto. Et hanc quæstionem in terminis ita resoluit Petrus de Vbaldis,in tracta.de duob.fratri.3.p.nume.36& cum refert,& sequitur Decius, cons. 441.num.6.

Contrariā tamen sententiam,imo quod tutor(hoc casu)præcise teneatur communicare lucra facta cum pecunia cōmuni,nec sufficiat,si suo minori interesse suæ pecuniæ(etiam ad rationē quatuordecim) tradat:tenet Caualinus de vsur.q.76.n.596.vbi dicit,quod hoc casu precisse tenetur lucra cū minore cōmunicare,si ipse minor hoc eligat, quia tutor iste potuit de pecunia pupilli ad mercantiam destinatam, prædictam negotiationem paternam continuare, tum ex qualitate tutoris, tum etiam quia ex destinatione pecuniæ,

rerum

rerumque hæreditariú, tenebatur exercitium illud mercantiæ non abrumpere, ſed continuare per ſe, & per inſtitutores ſecundum conſuetudinem talium mercatorum, quod omittendo ipſo facto moram incurſit, & in vſus ſuos conuertendo, dolum, & fraudem commiſit, vnde tenetur ad id, quod intereſt pupillo talem ſocietatem, & traficum continuaſſe, & ideo non ſolum tenetur ad intereſſe maius, ſed etiam ad intereſſe eius, quod caſualiter minori interfuit, & eandem ſententiam tenuit Aymon. conſ. 286. numero. 1. ex text. in l. 2. ff. quando ex facto tuto. & in l. curato. ſupra relata Decius. d. conſ. 225. per totum Corneus, conſilio. 1. nume. 1. volum. 1.

In hac tamen difficultate Barto. in d. l. Titium, & mæuium. §. altero, numero. 2. trimembri vtitur diſtinctione dicens, quod aut tutor negotiauit nomine communi, aut nomine proprio, aut dubitatur, quo nomine negotiauerit, quod ſi communi nomine negotiauerit, dubium non ſit, quin compendium ſit commune, ex text in l. qui negotiationem. ff. de adminiſtration. tutor. Secundo vero caſu, quando negotiauit nomine proprio, iterum diſtinguit, an negotiauerit de pecunia propria, an vero de pecunia cõmuni, vel an de hoc dubitetur. Primo caſu ſi de communi, quia res empta ex pecunia communi efficitur communis, cõmunicauitur lucrum, vt in l. hac. §. compendium. Et ibi notant communiter ſcribentes. ff. pro ſocio, ſi vero de pecunia propria (etiam de rebus communibus redacta) quia pecunia propria eſt lucrum, etiam ſit proprium, ſed pupillo teneatur ad cõmune intereſſe, vt in. dict. §. altero, ſi vero dubitetur, cum qua pecunia traficauerit, in dubio cum propria pecunia negotiaſſe ſit præſumendum, ex text. in l. ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ, neque in caſu dubij recurrendum fore ad coniecturas, de quibus per gloſſ. in l. cum oportet in principio. C. de boniſque libe. quia coniecturæ illæ non habent locum, niſi in filio familias, vt ibi, & in vxore, vt in l. quintus. ff. de donatio, vel in prælato eccleſiæ, vt in authentica licenciam. C. de epiſcop. & cleri. Tertio vero caſu principali, quando dubitatur, an nomine proprio, vel communi traficauerit, & negotiauerit, indubio ſit præſumendum, quod proprio nomine negotiauerit, ne perſona ſubintelligatur ex trinſecus, vt in. l. ſi ita ſtipulatus. §. Criſogonus. ff. de verbo obligatio. Et tandem tandem concludit, dicens, quod quãdo tutor facit illud, ad quod
44 ex officij neceſsitate tenetur, licet faciat nomine proprio, videtur facere pro pupillo, vt in l. Lutius. § tutorẽ. ff. de adminiſtra. tutor. Petrus Surdus, conſilio. 9. numero. 4. Ioann. Gutierrez de tutel. lib. 2. c. 10. numero. 2. vnde cum non teneatur facere negotiationem cum pecunia pupilli, niſi hæc iuſſerit pater, qui eum in tutorem nominauit, ſolum tenebitur pecuniam inemptionem prædiorum collocare, vt in iuribus ſuperius relatis, & eam non collocando, ſolum tenebitur ad intereſſe cum diſtinctione de maioribus, vel minoribus vſuris, vel intereſſe. Quam diſtinctionẽ ego veriſsimam reputo, niſi ex coniecturis, vel aliquo alio modo apparuerit, patrem pupilli ad hoc, illum in tutotem filio nominaſſe, vt continuaretur ſocietas, vel traficus in forma quam ipſe pater illum habebat, vel etiam eam fuiſſe mentem tutoris apparuerit, vt traficus communi compendio, & diſpendio continuaretur, vel de nouo initiaretur, vt tenuit Petrus de Vbaldis, d. num. 36.

Quod autem superius dictum est, tutorem posse continuare negotiationem, siue traficum, quod pater pupilli exercebat, & in eo pecuniam pupillarem collocare, intellige, quando ipse tutor erat æque (vt pater) industrius in illa negotiatione, siue traficui, & non alias, vt in terminis, notauit Maria Soci. consilio. 24. num. 24 lib. 1. culpa enim alias esset immiscere sua cum pecunia pupilli, rebus ad se non pertinentibus, siue de quibus capax non erat ita Bartholom. Socin. d. cons. 25. nu. 44 libr. 1. ex text. in c. non est sine culpa de regul. iur. in 6. & in l. si fundum. §. celsus. ff locati, & in l. Item quæritur. §. si gemma. eod. titulo.

45. Rursus & administrator, in culpa esset, & de damno onerari deberet, quinimo & de lucro amisso, si negotia insolita aggrederetur, cum pecunia domini. l. si negotia ff. de nego. gest. l. 33. tit. 12. par. 5. ibi. *guardando se de no comprar, ni de fazer otras cosas, que no viesse visado a comprar, o fazer aquel, cuyo es, lo que recauda, casi contra estoviesse, e de aquello, que comprasse, o hiziesse, viniesse algun daño, o menoscabo, quier viniesse por ocasion, o en otra manera qualquier, a el pertenecce todo el daño, e no a señor de las cosas.* Vbi Gregorius ponit exemplũ in eo administratore, qui vasa vitria emit, cum hæc faciliter effringi possent. Et aliud exemplum ponit Angel. ab ipso relatus in. d. l. si negotia, in administratore, qui vinũ emit de pecunia sui domini causa mercantiæ, quia cum vinum faciliter alteretur, & acetum fiat, non debet absque domini mandato emi, nisi & ipse dominus etiam emere illud consueuisset. Rursus ponit exemplum in eo administratore, qui equos emit causa mercantiæ de pecunia domini, eo quod equi faciliter ægrotantur. & alia praua vitia sumunt, ita vt postea reuendi non possint, & frequenter in eorum emptionibus perdatur. Et hãc sententiam tenuit etiam Aymõ, cõs. 132. num. 8. Corneus, consilio. 1. numero. 3. vol. 1. vbi dicit, quodquando tutor aggreditur negotia, insoluta non censetur illud agere nomine pupilli, Barcça de decima. tutor. capit. 2. num. 103. & ex prædictis exemplis iudex facillime poterit arbitrari, an administrator pro mala, vel culpabili administratione de damnis, siue interesse pecuniæ debeat onerari.

SVMMARIVM.

1 *DAmnum vere sentire dicitur, qui patitur diminutionem patrimonij.*

2 *Dictiones*, daños, intereses, y menoscabos, *in sententijs restitutorijs appositæ, quam interpretationem habere debeant in liquidatione rationum.*

3 *Interesse lucri cessantis, in aliquo casu solito negotiari non præstetur.*

4 *Consuetum quem esse negotiari, & lucrari non sufficit, ad hoc vt sua pecunia, illi debito tempore non tradita, interesse lucri cessantis debeatur.*

5 *Argumentatio hæc non bene procedit. Consecutus quis fuit aliquando lucrum consequi ergo etiam consecutus fuisset lucrum si tempore debito pecunia sibi debita restituta fuisset.*

6 *Interesse lucri cessantis, quando non soluto negotiari, & lucrari debeatur.*

7 *Qui dolo, iniuria, siue maleficio, damnum dedit, an de interesse lucrum cessantis possit onerari.*

8 *Occidens seruum alterius hæredem instituitum, antequam hæreditatem sibi relictam adeat, non solum de serui, sed de hæreditatis æstimatione tenetur.*

9 *In maleficijs, siue dolo rei conuenti, habetur ratio interesse extrinseci, etiam pro frumento, vino, oleo, tigno, vestibus, & similia vbi damnum passus erat, solitus negotiari.*

10 *Hodie in materia interesse, sublata est antiqua differentia, an agatur actione bonæfidei, an arbitraria?*

11 *Amicus si promisit mutuare suo amico mille, vsque ad annũ, si non mutuauit, an possit onerari de interesse damni emergentis.*

12 *Interesse taxare iustissimum esset, ne alias debitores spolientur.*

13 *Interesse propinquum a remoto extrinsecum ab intrinseco lucrum cessans a damno emergenti, qualiter secerni possit.*

14 *Interesse intrinsecum, siue damnum emergens dicitur, quando quis damnũ sentit immediate.*

15 *Lucra remota, & ab alijs simul causis dependentia, non veniunt in ratione interesse æstimanda, sed ea tãtum, quæ iam erant certa, & euentura, vel in suo cursu, quorum spes deficit immediate.*

16 *Debitor ad hoc, vt de lucro cessante creditori oneretur, non sufficit lucrum fuisse in potentia incerta, vel remota, sed debet probari, lucrum fuisse in actu, vel potentia certa, vel propinqua.*

17 *Non entis, nullæ sunt qualitates.*

18 *Interesse arbitrio iudicis taxandum, & quando.*

19 *Arbitrio iudicis vbi aliquid committitur, iudex debet se conformare cum iuris dispositionibus.*

20 *Licet ad probationem interesse lucri cessantis, coniecturæ etiam sufficiant, hoc locum habet, dummodo iudex ex coniecturis sit quasi certus, quod creditor, vel damnum passus, tantum potuisset lucrari, si pecuniam suam debitore tempore recepisset.*

21 *Interesse lucri cessantis, probari poterit per locum a solitis, & per alias coniecturas.*

22 *Interesse lucri cessantis, sufficit, quod sit certum, certitudine præsumptiua, quæ habetur ex eo, quod quis sit solitus negotiari, & sit mercator, qui communiter solet lucrari.*

23 *In dubio semper est præsumendū quod si mercator, vel negotiator suam pecuniam habuisset, cum ea lucratus esset.*

24 *In materia lucri cessantis, valet argumētūa solitis & cōmuniter accidentibus.*

25 *Creditor si probauerit quod solebat ponere suas pecunias cambio, vbi communiter lucratur ad rationem decem pro cento, & aliquando plus, onerari debet debitor, secundum quod interesse currerit inferia communiter, toto tempore morę, & ita practicatur.*

26 *Articuli qualiter sint formandi ad probationem interesse lucri cessantis.*

27 *Morosus debitor (solito negotiari) non solum tenetur de interesse simpliciter, sed etiam de interesse cuiuslibet feriæ, & ad interesse alterius interesse, quod vulgo dicitur,* cambios y recambios.

28 *Interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, quando est debitum ex contractibus innominatis, potest probari per iuramentum in litem damnum passi, non solum in contractibus innominatis, verum etiam in alijs actionibus bonæ fidei, & stricti iuris, & arbitrarijs,*

29 *Interesse, quod est probandum per iuramentum damnum passi debet prius taxari per iudicē.*

30 *Minori ipso iure debetur interesse reliquorum, a tempore, quo tutor, vel curator fuit in mora reddendi rationem, vel restituendi reliquatum, speciali minorum fauore.*

31 *Vsuræ pupillares cessant, statim quod minor efficitur viginti quinque annorum, nisi tutor interpellatus esset pro reliquis soluendis, & non soluisset.*

32 *Detinens pecuniam minoris & similiū semper est in mora irregulari, & qualiter sit hoc intelligendum.*

33 *Fiscus, ecclesia, & respublica, minoribus æquiparantur.*

34 *Ecclesiædebitor, semper est in mora irregulari.*

35 *Priuilegia ecclesiæ concessa, an habeant etiam alia loca pia, et hospitalia.*

36 *Mora irregularis non contrahitur, quando minor, vel similis non habet, cui soluatur.*

37 *Tutor reliquatus, an teneatur facere, vt minori prouideatur de curatore, saltem ad litem, vt eidem minori reliqua soluantur & an idem dicendum sit, de hæredibus tutoris, quid ve facere debeāt tutores vt interim euitent cùm sum vsurarum, vel interesse.*

38 *Mora quando non purgetur per tutorem, etiam si minorem admonuit, & interpellauit frequenter, vt curatorem*

rem ad recipienda reliqua nominaret

39 *Tutor finita tutela, tenetur monere puberem, vt ſibi curatorem petat.*

40 *Hæres tutoris, (qui in aliquo fuit reliquatus) an debeat reliqua realiter deponere, an vero ſufficiat minorem ſi equenter requirere, vt illa recipiat, auctoritate curatoris, ſaltem ad litem, ad euitandum curſum vſurarum.*

41 *Tutor finita tutela, & interim & tutelam reſtituit, & reliqua realiter ſoluit ad vſuras pupillares tenetur, & quid in eius hærede.*

42 *Hæres ſocij, qui pecuniam ſocietatis adminiſtrauit, non tenetur ad intereſſe ex mora reſtituendi, licet lucrum poſtmortem ſocij quæſitum reſtituere teneatur.*

43 *Oblatio verbalis reliquorum, an ſufficiat ad euitandum vſuras, vel intereſſe pecuniæ pupillaris.*

44 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*

45 *Fideicommiſſum ſi pupillo ſolui non potuit, eo quod tutorem non habebat, mora per hæredem facta non videtur.*

46 *Lex ait prætor. ff. de minoribus cum. l cum quidam §. ſi pupillo. ff. de vſuris, ad concordiam redigitur.*

CAPVT. XV.

Lucri ceſſantis, & damni emergentis ratio, qualiter diſpunganda ſit.

ANtequam adeſſentialia huius capitis perueniamus, pro euidentia videndum erit quid importent illa verba cõmuniter in ſententijs reſtitutorijs appoſita, ſcilicet. *Con mas los daños intereſſes y menoſcabos, q̃ el dicho.ful. liquidare auer recebido*, &c. Multoties Namque inter iudices, calculatores, & partium aduocatos, de natura harum dictionum, ac de earum ſenſu ſerie, & ſubſtantia diſceptatur. Et dicendum videtur, q̃hæ dictiones *daño y menoſcabo*, idem penitus importent, idque manifeſte probatur ex tex. in. l. 1. tit. 15. p. 7. ibi. *daño es empeoramiẽto, o menoſcabo o deſtruymiento.* &c. Quæ quidem verba omnia ad maiorem explicationem damni emergentis apposita cenſeri debent, omniaque patrimonij amiſsionem ſignificant, non tamen lucri ceſſantis (ex illis) ratio habetur, vt animaduertit Gregor. Lup. ibi verbo, *daño*. Quia non quid quid in iure huius regni dicitur, *menoſcabo*, lucrum ceſſans comprehendit. Sed hoc tantum, quod iniuria alicuius ex patrimonio amittitur, vt in l. 3. titul. 6. p. 5. vbi damnum vere ille ſentire dicitur, qui patitur diminutionem patrimonij, non vero qui lucrũ
1 non radicatum amittit, vt tenet Grego. vbi ſupra. Aduerſus tamen Gregorij ſententiam vrget textus, in d. l. 3. partitæ, qua cauetur, quod ſi vnus ex contrahentibus ad impleat contractum permutationis, petere pote-

rit,vt alius contrahens ad implemen tum ex ſua parte compellatur, vel ad ſatisfactionem damni cõdemnetur. quod damnum ibi tanquam intereſſe lucri ceſſantis etiam conſideratur,vt patet ex tex.ibi.*Puede pedir al juez q̃ le mande pagar los daños,e los menoſcabos,que le vinieren por aquellos,que no le quiſo cumplir.* Et ſtatim ſubdit. *E eſtos menoſcabos a tales llaman en Latin intereſſe.* Quinimo & iure ciuili idem conſtitutum videtur ex tex. in.l.ſi commiſſa.ff.rem ratam haberi. ibi.*Quantum mea interfuit,ideſt,quantum mihi abeſt,quantumcumque lucrari potui.* gloſ.in.l.vnica.verbo.veteres C. de ſenten. quæ pro eo,quod intereſt. Igitur ſi hæc dictio intereſſe, lucrum ceſſans, & damnum emergens comprehendit, & verbum *daño*,vel *menoſcabo*,ſignificat intereſſe,dictio daño, intereſſe,vel menoſcabo, tam de lucro ceſſante, quam de damno emergenti prædicari debet.Et ita videtur tenuiſſe Caualinum de vſuris. num. 28. & Dinus in l.mora ſua de regul.iur.in.6.& ibi Molin.verbo. *ſubiungo.*

2 In hac tamen difficultate dicendũ exiſtimo,quod illa verba,*daños, intereſſes,y menoſcabos*,in ſententia appoſita, debeant conſiderari dupliciter, aut enim poſita fuerunt in ſententia in fauorem eius qui negotiari & lucrari ſolebat,& talicaſu prædicta verba non ſolum intereſſe damni emergentis,ſed etiam lucri ceſſantis amplectuntur, & ita eſt intelligendus textus in.d.l.ſi commiſſa. Secus tamẽ ſi apponantur in fauorem illius, qui non erat ſolitus negotiari, vt in.l.ſi ſterilis. §. ſi per venditorem. ff.de actio.empti.Et hanc diſtinctionem colligo ex doctrina Bart.in.l vnica nu. 25 C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt.Vbi dicit diſtinguendum fore, an ille, cuius intereſt, fuerit ſolitus negotiari,nec ne.Cuius ſententiam receptam teſtatur Curtius iuni. Ber ẽ ga.& Rebuf ibi,& eos refert,& ſequitur Couarr.lib.3.variatum.c.1.num. 2.& lib.3.c.4.num.2.Rimineld.in.l.3 C qui admitti. Straca de mercatura. tit.de contractibus mercatorum. nu. 23.Rolan.conſ.35.n.4.deciſ.Genue. 177.n.7.

3 Verum prædicta Bart.ſententia cõ fundi videtur,ex tex.in.l.ſi.ff.de peri. & com.rei ven.vbi etiam ſolito negotiari intereſſe lucri ceſſantis non præſtatur,vt patet ex text.ibi, *non omne omnino quod venditor mora non facta conſequi potuit, veluti ſi negotiator fuit,& pretio ſoluto ex mercibus pluſquam ex vſuris percipi potuit.* Ex quibusverbis manifeſte probatur,etiam ſolito negotiari, ob retardatam pecuniarum ſolutionem,damni dumtaxat emergentis,non vero lucri ceſſantis, intereſſe præſtandum fore. Qua anxius difficultate Fulgoſius,in l.3.§.fin.ff.de eo,quod certo loco aliter diſtinguendum fore exiſtimat, ſcilicet,an lucrum fuerit certum, an incertum,reſpectu illius, qui ſolitus erat negotiari. Et hanc ſententiam ſequũtur ibi Coſtalius & Corraſ.lib. 4 3.Miſcela.c.13.numer.8.Caualin.de vſur.d.num.28.vbi expteſſe tenet,q̃ non ſufficit,quem eſſeconſuetum negotiari, & lucrari ad hoc,vt ratione moræ,vel retardatæ ſolutionis intereſſe lucri ceſſantis debeatur, ſed q̃ omnino lucrum debeat eſſe certum hoc modo,ſcilicet,quod certum ſit,q̃ liucratus eſſet cum pecunia retardata,ſi debito tempore fuiſſet ſibi ſoluta, & hæc ſententia veriſsima videtur,quia argumentatio hæc non bene procedit. 5 Conſuetus eſt quis aliquando lucrari,cum ſua pecunia,ergo etiam conſecutus fuiſſet lucrum, ſi tempore debito pecunia ſua illi fuiſſet ſoluta.Multa enim accidere poſſent

possent, propter quæ lucrum non fecisset. arg. tex. in l. quemadmodum. §. si nauis in fin. ff. ad l. Aquil. & naturalē §. fin. ff. de acquir. rerum dom. Et hanc sententiam tenuit etiam Hier. Gabr. cons. 147. n. 3. & 4.

Sed adhuc prædictæ interpretationes ex eo diuinatoriæ videntur, quia neutrū ex prædictis iuribus, certi, aut incerti lucri mentionem facit. Quo fit, vt nonnulli existimauerint, non esse habendam rationem, eius quod interest ratione lucri cessantis, sed damni emergentis tantū, & ita videtur sensisse Accurs. in. d. §. cum per vēditorem, ex tex. in. d. l. 3. ff. de eo, quod certo loco. Burg. de Paz, cons. 49. nume. 12. cum sequent. Menoch. de arbitra. lib. 2. casu. 119. num. fin. vbi ad iura in contrarium adducta respondent, loqui in actionibus, in quibus æquitas postulat, vt oīa dāna, siue lucri cessantis, siue dāni emergentis, creditori resarciantur. Et hanc sententiam tenuit Caua. vbi supra decis. Genue. 16. n. 19.

Sed prædicta dictorum sententia euidenter confunditur ex tex. in. d. l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo, cum multis alijs iuribus, qui licet non loquantur in actionibus arbitrarijs, sed generaliter, & in omnibus casibus, in quibus succedit obligatio ad interesse, lucri cessantis rationem habendam fore secure prædicant. Rursus ex eo confunditur, quia eadem ratio militat in omnibus contractibus bonæ fidei, in quibus iudex ex bono, & æquo arbitrari potest, quemadmodum satisfieri debeat creditoribus, vt animaduertunt Moderniores in §. actiones insti. de actio. Pro quorum sententia est tex. in. l. quia tantū dem iuncto fine legis præcedentis. ff. de neg. gest. Quem textum pro hac sententia expendit Plotus in tracta. de in lit. iurand. §. 10. numero. 3. in parua impressione.

2 In hac igitur doctorum varietate & iuris consultorum controuersia, pro sedanda prædicta difficultate dicendum erit, quod aut reus fuit conuentus a solito negotiari, vel ab eo, 6 qui ex dolo, vel facto hominis delinquentis damnum passus fuit, aut ab illo qui non est solitus negoriari, sed quia interest, ratione contractus nō adimpleti ex parte rei conuenti, cū ipse ex sua adimpleuisset. Et primo casu non solum onerandus est debitor, vel delinquens de damno emergenti, sed etiam de lucro cessante, ex veris probationibus liquidato. Et in solito negotiari expresse hoc decidunt. text. in. dict. l. si commissa. ibi, *quantumque lucrari potui*, & in. d. l. 3. §. fin. ibi. *Quid si merces solebat comparare?* & *an lucri ratio habeatur, non solius damni puto, sed & lucri habendam rationem.* Et pro hac sententia faciunt notata per Bart. ibi. num. 15. & 16. & notata per Rolan. cons. 34. num. 4. Plotum, d. §. 10. nume. 30. & §. 11. num. 21. Burgos de Paz, cons. 49. Nauar. in repetitione. c. 1. 14. quæst. 3. num. 6. Et hæc sententia non solū locum habet iure ciuili, verum & canonico, vt aduertit Castrensis, in. l. centum capuæde eo, quod certo loco Burg. de Paz, vbi supra decis. Genue. 78 num. 11. & 12. vbi expresse tenēt, quod si creditor probauerit se esse mercatorem, vel solitum dare pecunias cambio, & quod realiter damnū sensit, eo quod pecunia fuit retardata & quod tantum lucrum potuisset percipere, si in tempore debito suam pecuniam recepisset, vtroque iure de interesse, tam lucri cessantis, quam dāmni emergentis, debitorem esse onerandum. Et hanc sententiam fuisse sæpius per Rotam canonizatam, tenet Mocdanus, dæcis. 72. & 73. Puteus de cis. 239. lib. 1. Hier. Gab. in cons. 147 num. 3.

num.3.&.4.Et idem iudicauit Senatus Genuen.decisione.68.nume.6.& decis.134.num.3.

7 Et quod ille qui ex dolo,& iniuria siue maleficio damnumdedit interesse lucri cessãtis debebat onerari,etiã vbi damnum passus mercator nõ fuisset.Notat decis.Genue.84.num.4.ad fin.ex tex.in.l.inde Neratius in princip.ff.ad.l.Aquil.§.illud inst. eod.tit. & ex tex.in.l.19.tit.15.p.7.vbi cauetur,quod occidens seruum alterius

8 hæredem institutum,antequam hæreditatem adiret, non solum de serui,sed de hæreditatis æstimatione tenetur,& ibi alia etiam similia cumulantur exempla,& in eo, qui ex dolo ad interesse extrinsecum conuenitur est tex,in.l.Iulianus.ff.de actio. emptio,ibi. *Quod interfuit,idonee veniſſe, erit præſtandum*.Quem ita intelligendum reputat Plotus vbi supra. n.

9 425.cum sequenti in magna impressione,vbi expresse tenet,quod in maleficijs,siue dolo rei conuenti,habetur ratio interesse extrinseci, etiam pro frumento,vino,oleo,tigno,vestibus,& similia vbi damnũ passus erat solitus negotiari.Et hanc dicit communem ex Camillo Plautio. in.d.l. vnica glossa verbo,ex lucro,num.50. Ferreto.num.31.Decio.nume.62.& plures alios refert , quos consulto omittere libet.Et hanc eandem sententiam tenet nouissime (pluribus pro ea adductis) Vincentius Carrotius in tractatu. de deposito,fol.79. num.60.

Secundo vero casu, quando damnum emergens, vel luctum cessans, patitur ab eo, qui non est solitus negotiari , & nullus interuenit dolus, vel delictum ex parte morosi debitoris,solum de damno emergenti,& interesse,quod est intra rem(siue intrinsecum) debet onerari,qui contractũ ex sua parte non adimpleuit,vt in.d.

10 §.cum per venditorem,& in. d.l.3.& fin.tit.6.par.5.per quæ iura hodie in materia interesse,sublata est illa antiqua differentia,an ageretur actione bonæ fidei,vel arbitraria.Et ita debet intelligi sententia Iassonis. in.l. si pœnam.num.4.ff.de verborum,qua tenus dicit,quod si amicus promisit

11 mutuare mille suo amico gratis per annum,si non mutuauerit,potest condemnari ad interesse damni emergẽtis,non vero lucri cessantis,cum ibi non dolus,sed perfidia,& mutuatio voluntatis interuenerit in dicto promissore.Quod autem de lucro cessante dicimus,verum intelligas, nisi forte ex legis, vel statuti natura vsura, vel interesse deberentur , quia tali casu cum a lege fuerint permissæ, & taxatæ (& quidem interesse taxare iustissimum esset , ne alias debitores spolientur)noluit lex vltra,id q̃ a lege est taxatum, rationem haberi ne ex taxatione interesse,legi fraus fieret,quod non obscure probat consultus,in.d.l.Iulianus. §. ibidem ibi, *Si conuenerit,vt ad diem pretio non soluto, venditori duplum præſtetur , in fraudem conſtitutionum videri adiectum,quod vſuram legitimam excedit.* Et idem expresse cauetur,in.l.sipona mus.ff.de vsuris.Et ita est intelligendus text.in.l.fin.ff.de peri.& com.rei vend.vbi cum pecunia deberetur, & vsuræ eius pecuniæ præstari deberẽt, nulla ratio lucri cessantis habita fuit.

Quod autem de solito negotiari diximus intelligas,si assidue negotiatur,non enim sufficeret,si probasset aliquando negotiasse,& lucrasse, & ita in terminis tenet Straca,in tractatu,de mercatura. 1.p. num. 8.&.9. Et alia pulchra circa interpretationẽ huius articuli pulchre cumulat Barbosa in.l.de diuisa n.32.cũ pluribus sequentibus.ff.soluto matrimonio.

Vt

Vt autem hæc difficilis materia, intrinſeci, & extrinſeci intereſſe me
13 lius calculatoribus liquere poſsit, videndum erit, qualiter intereſſe propinquum a remoto, extrinſecum ab intrinſeco, lucrum ceſſans a damno emergenti ſecerni poſsit. In qua difficultate dicendum erit, illud reputari intereſſe intrinſecum, ſiue damnũ
14 emergens, quando damnum quis ſentit immediate, vt quando aliquis in rebus tuis damnum intulit, vel contractum non adimpleuit, vel (fide rupta) aliquid aduerſus te patrauit, vt declarat Molin. in conſuetud. Pariſien. § 1. gloſſ. 7. num. 18. vbi loquendo in fundo præhenſo dicit, quod in hoc ſolum debet conſiderari intereſſe emergens immediate propter præhenſionem, ſiue ſit commune, ſiue ſingulare ipſius damnum paſsi, ſiue conſiſtat in dãno incurſo, ſiue lucro ceſſante, dummodo ceſſatio lucri (alias certi) immediate cauſetur aprehenſione. Vnde ſi dominus colonis ſuis propter huiuſmodi fundi præhenſionem expulſis, vel impeditis, damnum dederit vel ſi prædia feudalia deteriorata ſint, vel ſi in illis ablegauat greges, & partim perierint, vel partim ad aliena paſcua conducenda forent, hæc, & alia huius generis reſarcienda ſunt a patrono, cum ſint cauſata immediate propter præhenſionẽ incurſam. Idemque dicendum reputat de fructibus percipiendis, id eſt de illis, qui vltra perceptos percipi potuiſſent, accuratiſsima, vel ſingulari induſtria clientis, hoc enim cum futuri fuiſſent pars rei, damno emergenti magis, quam ceſſanti lucro adſcribendos fore exiſtimat. Pro qua ſententia adducit notata per Deciũ in rubrica. C. de ſenten, quæ pro eo.

Si autem vaſſallus forte mercator pecorum erat, vltra intereſſe damni incurſi ingregeſuo ablegando, & alie
na paſcua conducendo (interim propter hanc cauſam grege diminuto, petere vellit intereſſe lucri ceſſantis, eo quod non potuit tam numeroſum & ſuculentum gregem ducere ad forum, & mercatum ſolitum, non deberet audiri, quia ceſſatio talis lucri non prouenit preciſſe, & immediate propter ſolam præhenſionem, ſed habet ad mixtas alias cauſas cũ incertis, vel incertitudine fortunæ, & ſic non poteſt dici intereſſe propinquum, ſed remotum, & idem dicendum eſſe firmauit, ſi vaſſallus quæreretur ex eo, quod ex redditibus feudi præhenſi (ſi illos medio tempore percepiſſet) potuiſſet plurima in negotiationibus, vel emptionibus prædiorum ſuper lucrari, & ipſum amiſiſſe occaſionem illorum lucrorum, & commodi, vel ſi forte diceret, ſe amiſiſſe opportunitatem, ſiue facultatem redimendi prædium a ſe prius ſub pacto de retrovendendo venditum, interim quod fundus præhenſus fuit, vel pecunia non fuit ſibi tradita, vel retrahendi prædium a conſanguineo (forte vili pretio venditum) hæc enim lucra
15 remota, & ab alijs ſimul cauſis dependentia non veniunt æſtimanda in ratione intereſſe, ſecus vero eſt in lucris, quæ alias erant certa, & euentura, & iam erant in ſuo curſu, quorum ſpes deficit immediate propter ſolam præhenſionem, & rurſus in propoſito dixit Cabalinus vbi ſupra, & ad hoc, vt debitor de lucro ceſſante
16 debeat onerari, non ſufficit lucrum fuiſſe in potentia incerta, vel remota, ſed oportet probare fuiſſe in actu vel ſaltim in potentia certa, & propinqua. ex Paulo, in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco Decio, conſilio. 32 numero. 5. vt ſupra retulimus.

In contrarium tamen dicendum videtur, quod intereſſe extrinſecum, de quo loquimur, nullomodo probari poſsit

posit, cum non sit ens formatum, nō entis (namque) nullæ sunt qualitates l. nam etsi sub conditione. ff. de iniusto rupt. l. actori. ff. de probatio. Si ergo non est ens reale, & formatū, nullatenus aliquo sensu corporeo probari poterit, aut probari debet ex gl. in l. 3. §. fi. verb. solebat. ff. de eo, quod certo loco, quam ibi sequuntur Angel, & Iass. & ideo hoc casu interesse
18 arbitrio iudicis taxandum esse testatur Menoch. lib. 2. de arbitra. casu.
19 119. num. 6. tamen quia vbicumque iudicis arbitrio aliquid committitur iudex debet se conformare cum iuris dispositionibus, vt in l. focietatem. §. arbitrorum, & ibi doctores. ff. pro socio. Ideo dicendum erit, quod licet
20 ad probationem interesse lucri cessantis coniecturæ sufficiant, vt potè quia coniecturæ dicantur liquidissimæ probationis ex gloss. verbo legitimis. in l. 2. ff. de excusa. tuto. hoc loco habet, dummodo iudex admodum verisimiles coniecturas habeat, vt sit quasi certus, quod tantum creditor potuisset lucrari, si pecuniam debito tēpore recepisset, vt notat Paul. in loco supra citato Barto. in. d. num.
21 25. Hieron. Gabr. d. cons. 147. num. 3. & 4. Et hanc sententiam magis probauit. Alex. cons. 141. nume. 2 decis. Genuen. 16. nume. 28. vbi dicit, quod hoc interesse lucri cessantis probari poterit per locū a solitis, & per alias coniecturas. Et idem tenuit Burg. de Paz. d. cons. 49. num. 15. quod in tan-
22 tum verum esse reputat senatus Genuen. vt dicat, quod hoc casu sufficiat si interesse sit certum certitudine præsumptiua, quæ habetur ex eo, quod quis sit solitus negotiari, & sit mercator, qui communiter solet lucrari, &
23 ita decisum fuisse testatur. decis. Genuen. 1. num. 45. Quinimo & indubio semper præsumendum est, quod si mercator, vel negotiator suam pecuniam debito tempore habuisset cum ea lucratus esset, vt in l. si defunctus. C. arbitr. tutel. nec debet præsumi amissio, vel tristis euentus. l. inter
24 stipulantem §. sacram. ff. de verbo. ū. Et quod in simili casu valeat argumētum a communiter accidentibus. Tenet Bald. in l. neque natales. C. de probatio. Quinimo & si probetur, quod
25 talis creditor semper solebat ponere suas pecunias cambio, vbi communiter lucratur ad rationem decem pro cento, & aliquando plus onerari debet debitor secundum quod interesse cucurrerit in feria communiter, toto tempore moræ, & ita practicari testatur Cagnolus in l. curabit. n. 67. C. de actio. empt. Angel. Aretin. in l. continuus. §. cum ita. col. 2. de verbo. obliga. Castren. in l. cunctos populos nu. 15. C. de sum. Trin. & fide Catho. decis. Genuen. 1. num. 45. & decis. 68. num. 6. & decis. 134. num. 3. Burg. Pacifi. vbi supra. num. 7. debet ergo arti
26 culari pro parte actoris, quod creditor consueuit mercari, & quod tempore retardatæ pecuniæ, habuit præmanibus merces, quibus emptis tantum verisimiliter lucratus fuisset, & quod emere non potuit, eo quod pecuniam suam debito tempore a debitore non fuit consecutus, & debitor fuit in mora, illam tradendi. Quā praxim ponit Ia ff. in d. l. 3. §. fi. de eo, quod certo loco. Ruinus, cons. 103. num. 4. Straca. de mercatura. c. de cō tractib. mercat. num. 3. fol. mihi. 151. Menoch. qui eam laudat. lib. 2. de arbitra. casu. 119. num. 2. Quinimo &
27 in specie dixit Cagnol. loco supra citato. num. 46. quod morosus debitor solito negotiari, non solum tenetur de interesse simpliciter, sed etiam de interesse cuiuslibet feriæ, & ad interesse etiam alterius interesse, quod vulgo dicimus, *cambios, y recambios*. Et hanc eandem sententiam tenuit

idem

idem Cagnolus, in. d.l. curabit. c. de actio empt. Cuius opinionem ſequitur Rota Genuen, deciſ. 134. num. fi. licet in hoc contrarium teneat. Et melius Straca, vbi ſupra, num. 14. vbi dicit in hoc caſu primum lucrum tantum peti poſſe. Crederem tamē, quod ſi fieret proteſtatio de intereſſe cuiuſlibet feriæ, opinio Cagnoli veriſima eſſet, hoc autem melius norint verſati campſores & mercatores.

28 Poſſet etiam probari prædictum intereſſe (quando eſſet debitum ex contractibus innominatis) per iuramentum in litem damnum paſsi, & non ſolum in contractibus innominatis, verum etiam in alijs actionibus bonæ fidei, ſtricti iuris, & arbitrarijs, vt probat textus in. l. numis. vbi gloſ. Bart. & communiter ſcribentes. ff. de in litem iuran. & in. l. 3. tit. 6. p. 5.

29 facta prius taxatione per iudicem, vt in. d.l. partitæ. ibi. *E eſtos menoſcabos a tales ſe deuen juzgar, e pechar por jura de aquel, que los deue recebir eſtimādolos primeramente el juzgador.* Et hanc ſententiam veram reputat Gregor. vbi gloſ. fin. verbo *por jura*, vbi dicit in contractibus innominatis, & etiam alijs extra per mutuationem iuramentum in litem locum habere, & hoc etiam expreſsius tenuit in. l. fin. eiuſdem tituli gloſſ. verbo. *de engaño*.

Aduertendum tamen erit, quod li

30 cet minori ipſo iure debeatur intereſſe reliquorum, a tempore quo tutor, vel curator fuit in mora reſtituendi reliquatum, vt in. l. tutor. qui repertorium. §. ſciendum. ff. de adminiſtra. tuto. & in. l. 1. §. nemo enim. ff. de vſuris, quod quidem ſpeciali minorum fauore conſtitutum eſt, vt voluit Pau.

31 Caſtr. in. l. ſi poſtquam. ff. rem ratam haberi. Tamen prædictæ vſuræ ceſſarēt, ſtatim quod minor effectus eſſet maior viginti quinque annorum, niſi

32 tutor interpellatus eſſet adhoc, vt ſolueret relinquatum, quia mora regularis ex interpellatione committitur & non alias, vt in. l. Titia Seio. §. vſuras ff deleg 2. quam ſententiam ibi tenuerunt gloſſ & Bart. Vincentius de Franquis, deciſ. 16. num. 4. Ex qua limitatione venit intelligendus textus, in. l. minorū. C. in quibus caſi. in integ. reſtitutio nō eſt neceſſaria, quatenus dicit, quod qui detinet pecuniam minoris, ſemper eſt in mora irregulari, quia hoc debet intelligi durante minori ætate, maiore autē facto, non currunt vſuræ abſque interpellatione. ita Abb. in. c. nauiganti de vſur. deciſ. Genuen. 151. num. fi. & deciſ. 163. n. 5. & 6.

Quid autem ſi maiordomus ciuitatis, vel eccleſiæ, ſiue poſiti, aut fiſci, fuit in mille reliquatus ratione ſuæ adminiſtrationis, & ipſe in mora reſtituendi reliqua ſit. Dubitatur, an interim quod reliquatum non ſoluerit dicatur in mora irregulari & ad intereſſe teneatur. Et dicendum videtur,

33 quod cum fiſcus, eccleſia, & reſpublica minoribus æquiparentur, vt in minore, & eccleſia probat textus. in. c. 1. de in integ. reſti. gloſ. in. l. libertos. verbo. adminiſtrauerunt. C. de excuſa. tuto. Et in republica probat Imperator in. l. reſpublica. C. quibus ex cau. maio. & in fiſco. ita etiam firmauit Accurſ. in. §. ex maleficijs. verbo, iudicium inſt. de actio.) in ipſis locū habere debeat diſpoſitio. d.l. in minorum. & ibi hoc tenet gloſ. verbo re ipſa, quatenus dicit, quod diſpoſitio illius textus locum habeat in ſimilibus. Et hanc ſententiam tenuit Nicolaus de Neapol. in. §. ex maleficijs. quæſt. 17. inſt. de actio. & deciſione. d.l. in minorum locum habere in adminiſtratore eccleſiæ, tenuit Bald. in

34 authen. hoc amplius. numero. 16. C. de fideico. vbi dicit, quod in his, quæ

debentur

debentur ecclesiæ, contrahitur morì irregularis, & quod idem sit dicendum in administratore reipublicæ firmauit Accurs.in.l.cum quidam.§.fiscus verbo inserunt.ff.de vsur.quem sequitur Roma.in.l.si ex legati causa.ff.
35 de verborum obligation. Iaſſ.in.§.ex maleficijs. num.33.& ibi vsque ad.n. 45.cõcludit,quod omnia priuilegia concessa ecclesijs, habent etiam pauperes,& quilibet pius locus , & cum hac decisione omnes simpliciter transire,& quod in hoc nullus discrepat. Ex quibus in proposito dicendũ erit, prædictum.§.sciendum,non solum in minore locum habere,sed in his omnibus,qui instar minorum in iure reputantur,quod tamen ego verum intelligo in casibus a iure expressis, quia alias non debet fieri extensio de vna persona ad aliam ex glos.in.l.2. verbo vẽdiderit.C.de patri qui filios distraxerunt.

Limita tamen prædicta,nisi isti mi
36 nores,vel personæ priuilegiatæ, non haberent personam legitimam, cui reliquorũ solutio fieret,quia hoc casu,debitor non teneretur ad interesse lucri cessantis,etiam si interim euenisset opportunitas lucrandi cum pecunia reliquata ex tex.in.l.cum quidam.§.si pupillo & ibi gloss.Bartol.& communiter omnes.Pau.in.d.l.in minorum.vers.& intelligo.numer. 3.Et hanc limitationem dixit notandam Iacobinus in sua praxi loco supra citato & in mora irregulari idem dicẽdum fore,firmauit Valerius in tracta. de mora.3.p.colum.ante pen. versic. vltimo sub de vnum,cuius sententia probatur ex eo,quia nihil potest imputari debitori , qui & si soluere vellet,non potuisset legitimæ personæ soluere,vt in.d.§.pupillo,& facit elegans tex.in.l.pecuniæ.§.fin.ff.de vsur. dum dicit,quod si post mortem creditoris nullus fuit,cui pecunia legitime solueretur.ex eotempore dicitur mora in culpata,& ita tenuit Vincentius de Franquis,vbi supra,numer.1. Ex quibus fundamentis,& alijs concludit ibi,num.5.&.6.1.p. quod si tutela finita tutor in aliqua,quantitate fuit reliquatus,ne vtique ad reliquorum interesse tenebitur, nisi saltem minor curatotem ad litem accipiat, cuius authoritate , reliqua minori soluantur,cum alias ipsi minori male solutum esset,ex tex.in.l. ait prætor.§.quid tamen.ff.deminor,&quod est ab omni æquitate alienum , quod debitores minorum non habentes, cui soluãt,reliquatsi(vel aliasquomodolibetdebitũ)propter carẽtiã curatoris,vsuras incurrerãt,& pœnis non
37 soluentium tempore debito subdantur.Dicit tamen, quod si talis tutor esset de agnatis,vel cognatis pupilli, vel minoris, quibus legitima tutela de iure competebat)tali casu non excusaretur,si minorem de curatore ad litem,cui solueretur , prouidere non faceret,&quod iste talis agnatus vel cognatus negligens in prouidendo minorem decuratore ad litem, etiam hæreditate minoris ab intestato morientis priuatur, & pœnis debito tempore non soluentis subiacet, & ratio est , quia qui non facit quod debet non assequi quod opportet.

Ego tamen in proposita specie dicendum censeo,quod hæc necessitas petendi curatorem ad litem(cui reliqua minori debita soluantur)nedum agnatis , & cognatis,verum etiam quibus libet alij stutoribus incũbat si interesse reliquorũ euitare vellint. ex tex.in,l.ita autem.§.si tutor. ff. de adminiſt.tutor.qui sic debet intelligi quinimo , & hæc necessitas petendi curatorem ad litem,cui reliqua,soluantur,ad euitandum cursum vsurarum,non solum incumbit ipsi tutori, verum & eius hæredibus,vt in.dict.l.

tutor

tutor, qui repertorium. §. pecuniæ, ibi. *Pecuniæ quæ in arca fuit, etiam hæredes tutoris tandiu vsuras præstabũt, quandiu non impleuerint, vt loco defuncti curator constituatur.* Et ita prædicta iura intelligit Accursius in.l. cum quidam.§.si pupillo. verbo non potuit.ff.de vsutis.Cauali.de vsur.numer.298.ad medium,vbi dicit,quod tutor finita tutela, non solum debet puberem admonere, vt sibi curatorẽ petat,sed si vsuras vitare velit, debet offerre non solum separatim rationes reddere,& reliqua soluere , sed etiam(denunciationibus frequenter interpositis) puberem ad iudicium prouocare tenetur.Quod si pubes id contemnat,debet tutor apud acta in iudicio protestare, perse (videlicet) non stare , quominus tutelam restituat. Qua solemni seria , & iudiciali oblatione, interpellatione , hac protestatione facta , securus erit tutor,ne deinceps vsuras soluat. Et ita intelligendum reputat text.in,l. fin. C.de vsur.pupil.Et hanc esse optimã praxim,& securissimam nemo ambigit,vt tutor suæ securitati melius cõsulere possit, aduersus periculum,& damnum vsurarum,vel futuri interesse,quod aliàs exprædictis iuribus curre rationibus redditis, & reliquis non solutis.

Quod autem proxime dictum est debet intelligi, quando minor esset decem,& octo, vel viginti annorum vel industrius ad gubernationem sui
38 patrimonij, alioquin si minor in expers,& crassæ mineruæ esset, ex talibus interpellationibus non solum mora non purgaretur,verum & conduplicaretur mora,& culpa tutoris, quia præsumitur in dolo,nisi ei realiter curatorem ad litem, vel ad bona dari faceret,vt in.l.admone.C.qui petant tuto.cũ licet ipse tutor adulti, vel minoris,ad hæc negotia imperitiã,& imbecillitatem notã haberet, cũ eo solo ignaro,& in experto, prædictas denuntiationes,& interpellationes faceret,deberet ergo hoc casu imbecillitas,& ignorãtia, imperitia que minoris,propinquorũ saltẽ cõuocatione suppleri,alioquin satis clarũ est,tutorẽ non serio nec ex bona fide sed cum ludificationis fraude versari,& ideo neque in aliquo releuabitur,ut voluit Cauali.loco sup.citato, vbi ita intelligendũ reputat textũ in d.l.ita autẽ.§.si tutor. ff. de administ.
9 tuto.quatenus dicit,quod tutor tenetur monere puberẽ,vt sibi curatores petat.Non enim(secũdũ ipsum) sufficeret solũ puberẽ monere, nisi eius ætatis industriæ,& peritiæ sit,vt sciat vel scire possit,quẽ sibi curatorẽ assumere magis intersit , sibique super hoc consulere possit,alioquin si ignarus,& in expers esset,non diceremus tutorem bona fide versatum fuisse, nisi etiam propinquos minoris(pro præstando curatore minori)admoneret,vt dixi late su pra.c. 6.num. 92.

Sed in proposito dubitatur,casuquo rationes iã sint redditæ tẽpore mortis tutoris,& reliquæ restent soluẽdæ, an tutoris hæredes debeant reliqua realiter deponere penes depositariũ generalẽ,an vero sufficiat minorem frequẽter requirere,vt illa recipiat au
40 ctoritate curatoris saltim ad litem interueniente,ad hoc,vt cursum vsurarum,& interesse euitare valeant.

Inqua difficultate prius sciendum erit, q̃ hæres tutoris finita tutela, (interim quo tutelam restituit,& reliqua realiter soluit)adversus pupillares tenetur,vt in.l.tutor, qui reperto riũ.§.fi. Et idẽ in eius hæredibus fuit cõstitutũ.in.l.cũ ostẽdimus. §. vsuras quoque.ff de fideiussor.tuto.ibi. *Vsuras quoque eius pecuniæ, quã pupillarẽ agitauit, præstare debet hæres tutoris.* licet secus sit in hærede socij qui pecu

niam societatis administrauit. glos. in.l. socium qui, vers. sed si aut vsus verbo nullam talem, vbi dicit, quod hæres socij non tenebitur ad interes-
41 se pecuniæ, a tempore mortis socij moriosi, licet facti sui rationem reddere debeat, & lucrum post mortem quæsitum restituere teneatur. Quibus præhabitis dicendum erit, quod tam hæredes tutoris, quam ipse tutor, debent requirere minori, vt reliqua recipiat frequentibus denuntiationibus, vt in.l. fin. C. de vsur. pu-
42 pil. nequ. sufficeret, verbalis oblatio, sed ad hoc, vt minor, vel creditor alius, constituatur in mora, præcise requiritur realis, & actualis oblatio reliquorum, cum pecunia in manu, vt in.l. seruus si hæredi. ff. de statu.libe. & alias realiter sint deponenda apud ædem sacram. vt in.l. ait prætor versiculo, sed & si de minoribus. ff. Quia si realis oblatio non fiat. creditor non constituitur in mora recipiendi, etiam si notificationi respondeat, se nolle accipere reliqua, vel alias debitum, vt voluit Aretin. in.l. qui Romæ. columna. 1. ff. de verborum. Quem refert, & sequitur Philippus Potius lib. 4. conclusione. cap. 3. versiculo. contrarium. Curtius
43 in Apostilla ad Alexand. in. d.l. qui Romæ Claudius de Saisello in. l. si mora. columna. 4. ff. de vsur. & ratio ea est potissima, quia vbi opus est facto, verba non sufficiunt. l. fin. in fin. ff. ad Silania. glos. fin. in. cap. pastoralis de offic. ordin. glos. etiam verbo præstito in cap. vt circa, el. 1. de electio. Et ita iudicatum fuisse in Genuen. senatu. Patet ex decisione Genuen. 204. numer. 5. ex gloss in. d. l. fin. C. de vsur. ibi depositis solemniter.

Contrariam tamen sententiam, imo quod non sit necessaria realis oblatio, & consignatio ad euitandum cursum vsurarum, sed satis verbalis sufficiat, probari videtur ex
44 textu. in.l. cum quidam, §. si pupillo. ff. de vsur. vbi cauetur, quod si pupillo (eo quod non habuit tutorem) fideicommissum solui non potuit, mora per hæredem facta non videtur. Et hanc sententiam tutatur. Caual. de de vsur. §. 39. numer. 298. in fine. vbi falso existimasse glossam. in. d.l. fin. reputat, quatenus dicit solemni consignatione opus esse. Et tandem prædicta iura ad concordiam redigit, dicens, quod textus in. d.l. ait prætor loquitur in debitore, qui minori
45 (præsente tutore recipere parato) soluere noluit, metu restitutionis in integrum. Et ideo non excusaretur a mora nisi realiter penes sequestrum publicum reliqua deponeret, quinimo hoc casu, vsuræ vel interesse ex mora irregulari currerent, etiam si millies realiter tuto. soluere offerret. Et ita intelligendum existimat textum in. d. §. tutor, pro pupillo. § 1. quatenus dicit non sufficere tutorem pro reliquis conuentum obtaliisse reliqua nisi illis non receptis, in loco tuto deposuerit. textus autem in. d. §. si pupillo loquatur in parato soluere tutori ipsi, qui vel non est, vel abest, cui neque dolus, neque mora hoc casu imputari posset, vt patet ex. d. §. ibi. *Quid enim potest imputari, ei qui soluere etiam si vellet, non potuit.* Et pro hac sententia est textus apertus in. l. pecuniæ. §. fin. ff. de vsur. ibi, *Si tamen post mortem nemo fuit, cui pecunia solueretur, eius temporis inculpatam esse moram constitit.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 Adminiſtrator quilibet, fructuũ per negligẽtiam nõ perceptorũ onerari debet.

2 Solemnitates de iure in vẽditionibus requiſitæ, etiam locationibus faciendis a badminiſtratore cui libera interuenire debent.

3 Argumentum de venditionibus ad locationes, an valeat, & e contra.

4 Subhaſtationum ſolemnitas, non ſolum in perpetuis, verum & in temporalibus locationibus interuenire debet, & pro forma ſubſtantiali requiritur.

5 Neceſſariorum omiſsio, viciat diſpoſitionem.

6 Iuramentum in litem deferri poteſt contra rectores, & prælatos eccleſiarum, & aliorum piorum. locorum, minus ſolemniter locantes bona ſuarum eccleſiarum.

7 Adminiſtratores, qui licitare volunt bona ſuorum principalium debent prius facere, vt periti illa æſtiment.

8 Subhaſtationes bonorum minorum eccleſiarum, vel ſimilium perſonarum, quanto tempore durare debeant.

9 Præconia per tempus (ad minus) viginti dierum præcedere debent venditionibus, vel locationibus rerum eccleſiæ, & aliorum piorum locorum.

10 Solẽnitas ſubhaſtationũ, an eadẽ præcedere debeat in vẽditione, vel locatione rerum hoſpitalis, quæ præcedere debet in venditionibus, vel locationibus rerũ eccleſiæ.

11 Licẽtia data per epiſcopũ, ad vẽdendũ bona tẽporalia hoſpitalis, non refertur ad bona dotalia ipſius hoſpitalis.

12 Bona hoſpitalis non dotalia, ſed aliunde quæſita, arbitrio iudicis ſunt præconizanda, vbi de illis vendendis agitur.

13 Locationibus rerum publicarum ſubhaſtationes (ad minus) viginti dierum præcedere debent.

14 Venditioni rerũ eccleſiæ, fiſci, & reipublicæ, viginti dierum præconia antecedere neceſſe eſt, niſi ſtatuto, vel conſuetudine, aliud minus tempus ſit conſtitutum.

15 Iudex poteſt tempus ſubhationũ vſque ad annum prorrogare.

16 Locationibus regalium reddituũ ſubhaſtationis tempus non eſt aſsignatum, ſed arbitrio comitum ſacrarum largitionum relinquitur.

17 Partito iure, bona minorũ, quæ venduntur, per tempus triginta dierum debent præconizari, & an hoc habeat locum, vbi venduntur bona immobilia alicuius defuncti ad diſtribuendum inter pauperes.

18 *Subhastationum solemnitas, nō censetur sublata, ex potestate vendendi data executori testamenti, per testatorem.*

19 *Leges de subhastationibus mentionem facientes, eas non requirunt in locis, vel oppidis, vbi non solent esse præcones, & tūc sufficit si locationes appositis schedulis in locibus publicis fiant.*

20 *Solemnitas schedulæ, vel edicti æquiualet voci præconis, in locationibus faciendis.*

21 *Locationes si ad sonū tubæ, vel campanæ fieri sit consuetum sufficeret consuetudinem seruare.*

22 *Formā seruare cōsuetā, vtile, & sufficiens esset administratori.*

23 *Consuetudo, vsus, & stylus consuetus, si non seruetur in locationibus, contractus est nullus, & locatores vel conductores ad restitutionem rei locatæ, vel venditæ cum fructibus perceptis, & percipiendis condemnātur.*

24 *Iuramentum in litem deferri potest, contra ementes, vel vendentes res minorum, debitis solemnitatibus non præcedentibus.*

25 *Bona fides nullatenus adesse potest, vbi solemnitas iuris, vel consuetudinis non fuit seruata.*

26 *Iura puniendo venditores iniquos, emptores etiam dolosos comprehendunt.*

27 *Vbi contra venditorem, & emptorem ex mala venditione regressus manet, prius sunt excutienda bona venditoris, quā emptoris.*

28 *Præconia non sunt necessaria, in venditionibus rerum mobilium, quæ tempore perire possunt.*

29 *Præconia præcedere debent, vēditioni rerum mobilium, in quibus cadit affectio.*

30 *Requisita necessaria in venditione rei mobilis minoris quæ sint.*

31 *Tutor an possit alienare molendina, & alia bona minoris, quæ sita sunt iuxta flumen, decreto iudicis non præcedente.*

32 *Tutor vel prælatus ecclesiæ, an sine iudicis decreto possint dimittere rem censualem, minori vel ecclesiæ inutilem, vt pote quia tantum propensione soluebat, quantum quotannis percipiebat ex ea.*

33 *Emptor condemnatus ad rei emptæ, & a se melioratæ restitutionem, an teneatur cōpensare fructus cum melioratione.*

34 *Computatio fructuum, annorum, in quibus locationes factæ fuerunt absque subhastationibus. qualiter fieri debeat, si appareant arrendamenta diuersimode facta de alijs annis ante administrationem constitutam.*

35 *Subhastationes non probantur, eo quod in instrumento locationis fiat mentio earundem, nisi tabellio in eo præstet fidem omnium subhastationum.*

36 *Scriptura si cantet, qualiter subhastationes præcesserunt, eis stare debemus, donec contrarium probetur.*

37 *Locationes si forma iuridica, vel consueta non interueniente factæ sint, an debeat onerari ad ministrator secundum locationes præteritorum annorum iuridice factas.*

38 *Valor pensionis annuæ fundi, an possit probari attentis redditibus vicinorum prædiorum, eiusdem qualitatis.*

39 *Fructificatio agri non est vniformis.*

40 *Administrator si dum rationes reddit, exhibet arrendamenta aliquorum annorum non vniformia, & aliquorum annorū non exhibet qualiter sit onerandus de fructibus illorum annorū de quibus arrendamenta non apparent.*

41 *Iustum pretium non offerre, perinde est, ac si licitator non appareret.*

42 *Cautela pro administratore, qui prædia subhastauit, & conductores non inuenit.*

43 *Comites sacrarum largitionum an per testes probare possint, qualiter in locandis regalibus redditibus, diligentiam debitā adhibuerunt.*

44 *Probationis formam specificā, si lex requirat, nulla alia præter illam fidem facit*

45 *Probationis forma per legem requisita, non excludit equipollentem probationem.*

46 *Probationis species, nulla exclusa a lege censetur, nisi quæ nuncupatim excluditur.*

47 *Tutor si habitauit simul cum minore in domo minoris, an pro rata suæ habitationis de pensione quam valebat domus si locaretur, sit onerandus.*

48 *Tutor habetur loco patris, & domini pupilli.*

49 *Creditor qui pecuniā amico mutuauit, si domū pignori datā habitauit, an teneatur in rationibus principalis mutuati, excomputare valorem pensionis, quā redderet domus si alij locata fuisset.*

50 *Habitatio domus pignoratæ, est licita creditori.*

51 *Creditor tenetur computare in sortem fructus rei pignoratæ.*

52 *Pensiones prædiorum, quarum nondum dies venit, fructus ciuiles reputantur.*

53 *Fructus rei feudalis frequentissime sunt eiusdem æstimationis, cuius sunt ipsa seruitia (a feudatario domino feudi) debita.*

14 *Fructus rei feudalis domino pignorata, si excedunt seruitij debiti metam, excessus est excomputandus ex sorte mutuata.*

CAPVT. XVI.

De fructibus prædiorum, qualiter sit onerandus administrator.

NOtissimum est iuris institutum quod quilibet administrator fructuum per negligentiam non perceptorū in rationibus onerari debet, in. l. si sine hærede §. modestinus. ff. de admi nist. tutor. tenetque Socinus senior cons. 29. num. 7. Menoch. de arbitra. lib. 2. casu. 209. num. 32. & 33. & ideo operæpretium erit, si hoc in loco qualiter administrator in locationi bus, siue venditionibus faciendis, de rebus suorum principalium se habere debeat aliqua non spernenda collegerimus. Et in primis dicendum erit, quod ad hoc, vt administrator recte, & sub bona fide administrasse dicatur, dupliciter circa prædia arbi trari poterit, potest namque vel prædia ipsa minoris colere administrator, vt in. l. 15. tit. 16. par. 6. vel ea debi tis subhastationibus (cōgruo loco, & tempore factis) alijs locare, & ideo prius despiciendum erit, quæ dicantur, legitime solemnitates in locationibus adhibendæ.

2 Et in primis præsumendum etit, quod solemnitates de iure in venditionibus requisitæ, regulariter in locationibus faciendis etiam si ab admir istratore cui libera fiant interue 3 nire debent, quia neque his iuris solemnitates remisse censentur, vt notat Burgos de Paz, in. l. 3. Tauri, numero. 303. Valet namque argumentum de venditionibus ad loca dictiones, vt in. l. fin. infine. C. de contrahen. emptione. Et ita tenet Fabianus de Monte in tractatu de emptione & venditione, 2. qnæst. principali. num. 30. volumine. 1. Ripa de peste. numero. 34. Auiles in. cap. prætor. cap. 33. versiculo, *a menos costa*, numero. 5. & in propesito dixit Plotus in tractatu de in litem iutan. §. 4. nume. 82. in parua impressione & in magna numero 203. quod statutum in venditione habeat locum in locatione, & e con tra, etiam si essemus in exorbitan tibus, & correctorijs & licet gloss. in. l. loca omnia. C. de locatio. prædd. ciuil. hoc locum habere dicat in locatio nibus perpetuis, quæ vere alienationis instar habent, idque voluerit Bald. in. cap. 1. § donare de alienatione feudi. Bertachi. in tractatu de epis copis. 4. part. numero. 181. volumine. 4. Iodocus Demaude. in tractatu de subastatio. c. 3. numer. 33. tamen subastationum solemnitas non solum in perpetuis, verum & in temporali bus locationibus (ab administratore faciendis) intercuenire debet, quinimo & pro forma necessaria, & substantiali requiritur, subastationibus namque interuenientibus, omnis cō querendi causa tollitur, vt in. l. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10. Angel. in repeti. l. sciendum. columna. 2. ff. de verborum Auendan. de exequend. man 2 part. capit. 12. numero. 1. Octauianus Osascus, decisione. 109. nume. 3 Ideoque in casu, quo tutor, vel alius administrator plus velit prædia locare, quā colere, non aliter, quāpræ cedentibus subastationibus locationes

facere

facere debet, alias de eo, quod percipi potuit, oneratur, vt in d. §. Modeſtinus, & ita intelligenda eſt ſententia Gregorij in l. 2. tit. 13. par. 5. gloſ. verbo. *Eſquilme*. Quatenus dicit, quod creditor, qui non locauit fundum pignoratum, cum potuit, tenetur de percipiendis, debet enim locationem facere cum debitis ſubhaſtationibus, alias locatio (forte) nulla eſſet iudicãda, quia neceſſariorum omiſsio vitiat diſpoſitionem, ex text. in l. teſtamentum. C. de teſta. & ibi Alex. Plotus, vbi ſupra, §. 5. ſub numer. 3. vbi dicit, quod contra *Rectores*, & Prælatos Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum, minus ſolemniter locantes bona ſuarum Eccleſiarum, iuramentum in litem deferri debet, & hanc ſententiam eſſe regulariter veram, firmauit Vincentius Carro. in tractatu de locato titul. de ad adminiſtra. tuto, quæſtion. 3. folio. 14. colum. 3.

Quinimo, & prædicti adminiſtratores (ad hoc vt res vendendæ iuſto pretio licitentur) prius eas æſtimare facient, per peritos, & expertos, ſcilicet domos per Carpentarios, ſiue fabros lignarios, veſtimenta per ſartores, vaſſa argentea, & aurea per aurifices, & ſic de ſingulis. Ex doctri. Paul. in l. ſiquis. C. de reſcind. vendit. quem refert & ſequitur Damauderius in tractatu de ſubhaſtationibus capitulo. 3. numero. 11. cum tribus ſequentibus. Ex hac namque taxatione omnis ſuſpitionis, & fraudis via percluditur, rectèque adminiſtraſſe præſumitur, cum non ex ſuo capite, ſed experitorum taxatione, vel vendiderit, vel locauerit, alias enim facillime colludi poſſet cum emptoribus, & locatoribus in maximum damnum & detrimentum dominorum, & hanc praxim (ad obuiandum omni malitiæ, & ſuſpitioni fraudis) ſeruatam vidi perperitos ad uocatos, qui ita conſulerunt.

Sed modo poterit dubitari, per quod temporis ſpatium, iſta bona vendenda, vel locanda (per adminiſtratores) debeant ſubhaſtari, & præconizari. & habito pro conſtanti quod diſpoſita in venditionibus habent etiam locum in locationibus, (vt ſupra proxime retulimus) dicendum erit, quod licet in vendendis, vel locandis rebus priuatorum nulli bi ſit data forma præconiorum, nec aſsignatum tempus ad licitandum, tamen hoc arbitrio iudicis eſt faciendum, vt tenuit Bart. in l. licitatio numero. 1. ff. de publi. & vectigal. Platea in l. ſi tempora, numero. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ Fiſca. libr. 10. Capitius, deciſ. 36. quos & alios refert Menoc. n. 2. loco ſupra citato.

In venditionibus tamen prædiorum Eccleſiæ, vel in ipſorum locationibus, per tempus viginti dierum (ad minus) præconia ſunt præſtanda, vt in authentica hoc ius porrectum. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Auenda. de exequend. manda. 2. parte, capit. 12, numero. 2. Et quod eadem ſubhaſtationum ſolemnitas, debeat ſeruari in locationibus rerum hoſpitalis, vel alterius loci pij, que ſeruatur in locatione rerum Eccleſiæ Tradit Bald. in dict. Authentica hoc ius porrectum, numero. 2. Ancharr. in Clement. quia contingit column. 5. de religio. domi. verſiculo colligi & aliud, Corneus conſilio. 206. quod tame (ſecundũ illos) intelligẽdũ erit, in bonis hoſpitalis actu hoſpitalitatẽ exercentis, non vero in bonis priuati hoſpitalis alicuius confraternitatis, vt tenuit Philippus Portius, li. 5. cõcl. c. 9. vbi refert Ruinum cõſ. 126. col. 4. vol. 1. dicente, q̃ fauorabilior ſit cauſa hoſpitalis, quã cauſa Eccleſiarũ, quod an ſit verum, noſtri inſtituti non eſt.

Contrariam tamen sententiam, quod idem sit dicendum in locatione, & venditione bonorum cuiuscunque hospitalis priuati, tenuit Abb. cons. 104. nu. fin. volum. 1. dum æquiparat hæc hospitalia priuata pupillis & ecclesijs, in vers. venio ad tertium 13 Et idem voluit Ancharra. cons. 274. num. 1. Soci. cons. 181. colum. 1. vers. circa primam Angel. in auhen. de alienat emphyteusim. §. si vero quælibet. Et magis in terminis Barbatia. in. c. nulli. nu. 5. de rebus ecclesiæ. Et hæc opinio magis arridet, eo quod bona cuiuscunque hospitalis (etiam si actu hospitalitatem non exerceat) destinata sunt ad hospitium pauperum siue miserabilium personarum. Hoc tamẽ verũ intelligo, quãdo ageretur de alienandis bonis dotalibus hospitalis, non vero quando venderentur bona aliunde quæsita, vel ex legatis pijs obuenientia, vel vbi hospitale successit in bonis alicuius in eo ab intestato morientis. Quo casu hospitale pauperi succedit, vt voluit Bald. in l. si qua illustris. C. ad Orphitianũ. Vincen. de Franq. decis. 198. num. 1. Et hanc limitationem signauit Laurent. de Rodul. in. c. fine exceptione. 15 19. quæstio. 12. Felin. in. c. de quarta colum. 3. de præscriptio. vbi tenent, 11 quod licentia data per episcopum, ad vẽdẽdũ bona tẽporalia hospitalis nõ refertur ad dotẽ, seu bona dotalia 12 ipsius hospitalis. Ego tñ in proposito dicẽdũ censeo, q vbi videntur bona hospitali aliunde quæsita terminus 16 præconiorum, & subhastationum sit iudici arbitrarium, cum in hoc non habeamus peculiarem dispositionẽ, quæ aliter statuat. Et ita tenet Philippus Portius, lib. 5. conclusio. c. 8. vers. tenendo illam.

Limita tamen prædicta, quando hospitale haberet clausulam fundationis, qua cautum esset, vt nihil proprij possidere posset, sed liceret omnia vendere, quia hoc casu solemnitates supradictæ non requiruntur, vt in termino istenet Laurent. de Rodulph. vbi supra quæstione. 2. & eum sequitur Portius loco supra citato vers. limita etiam. Bona Publico

In locationibus vero rerum publicarũ, subhastationes sunt ad minus faciendæ per tempus viginti dierum vt voluit glos. in. d. l. loca omnia glo. etiam in. l. 1. verbo præstita a lege. C. de vend. reb. ciui. Mer och. lib. 2. de 14 arbitra. cap. 129. nu. m. 3 vbi in distractione bonorum ecclesiæ, fisci, & reipublicæ, licitationem per spatium vĩginti dierum faciendam esse profitetur. Quod tamen intelligo verũ, nisi cõsuetudine, vel statuto aliud minus tempus his subhastationibus esset constitutum. Et ita voluit Fabian. de Monte in loco supra citato, num. 89. Iodocus Damauderius, in tractatu de subastatio c. 3. n. 3 & in proposito resolutiue dico, quod in venditionibus, & locationibus bonorum ecclesiæ, fisci, vel reipublicæ, ad minus debeat fieri subhastatio, per tempus vĩginti dierum, & q ex causa possit iudex subastationes prorrogare vsque ad annum, si ei visum fuerit expedire, voluit Bartol. in. l. si tempora. C. de fid. instrum. Bald. in. l. ordo. C. de executio. rei. iũdi. & eos refert, & sequitur Fabia. de Monte vbi supra, & q ex iudicis pendeat arbitrio. tenet Auend. d. c. 12 num. 2. vbi alios plures pro hac sententia refert.

Rursus in locationibus regalium reddituum, subastationibus tempus nondum est assignatum, sed hoc arbitrio comitum sacrarum largitionum vulgo (Contadores mayores) relinquitur, vt euidenter patet ex. text. in. l. 2. tit. 11. lib. 9. recopi. ibi, *que sea arrendadas por granado, o por menudo en aquella manera que entendieren nue-*

stros

ſtros Contadores, que mas puedan valer y rendir. Ecce igitur qualiter modus locandi arbitrio calculatorũ relinquitur, & rurſus hoc ex.l. ſequẽti manifeſtius apparet, quatenus dicit, *que dentro de quarenta dias primeros ſiguientes deſpues de que fuerenpueſtas en precio las tengan rematadas*, nul
17 la facta mentione ſubaſtationum.

Aduertendum tamen eſt, quod licet de iure communi ſubaſtationes (quæ venditioni rerum immobilium minorum præcedere debebant) faciendæ erant per tempus viginti dierum, vt tradit Roland. conſ. 33. num. 4. Damaude. de ſubaſtationibus. cap. 2. num. 2. Menoch. lib. 2. de arbitra. caſu. 129. nume. 3. partito tamen iure aliter eſt conſtitutum. in. l. 60. tit. 18. p. 3. ibi. *Andando la coſa en almoneda publicamente treynta dias.* Cuius legis concluſionem etiam ad venditio
20 nes immobilium, quæ fiunt pro ad implenda teſtatotis voluntate, addi ſtribuendum: pretium inter pauperes, extendere poterimus, cum bona pauperum, & minorum æquiparentur, in. l. orphanotraphos. C. de epiſco. & cleri. & in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſi. tenet
18 Bart. in. l. alio. nume. 21. ff. de alimen. & cibar lega. Vbi pulchrum verbum adiecit, dicens, quod ex poteſtate vẽdendi data executori per teſtatorẽ, nunquam cenſetur ſublata ſubaſtationum ſolemnitas. argum. tex. in. l. ſi quando. C. de inofficio. teſtam. vbi cauetur, quod ſi Imperator conceſſit militi licentiam, vt libere poſſet teſtari, intelligitur iuris ſolemnitate ſeruata. Quam ſententiam firmauit Damauderius, vbi ſupra. cap. 3. n. 30. Et hæc ſententia veriſsima eſt, quid quid in contrarium voluerit Bal. cõſ. 287. num. 4. dicens, quod quando executor habuit commiſsionem a teſtatore, ad vendendum ſua bona, nõ ſit neceſſaria ſubaſtatio. Hoc enim falſum reputo, niſi adijceret, quod vendere poſſet cum banimento, vel ſine, vt aduertit Bart. loco proxime citato & ita tenet Petrus Surdus, deciſ. 77 nume. 4. Secundo hanc Baldi ſententiam veram intelligo, vbi tutor vel curator condemnatus eſſet ad tradẽdum rem minoris, quia hoc caſu non eſſet neceſſaria ſubhaſtatio, & alie ſolemnitates de quibus ſupra ex Surd. conſil. 30. numero. 1. per text. in. l. 3. §. item quæri. &. §. ſequenti. ff. de rebus eorum, vbi optima. in propoſito adducit. Intellige etiam, quod
19 licet leges ſupradictæ de ſubaſtationibus voce præconia faciendis loquãtur, tamen in locis, & oppidis, in quibus non eſt præco, ſufficeret quod vẽditiones, vel locationibus præcedentibus ſchedulis in locis publicis appoſitis fierent. Iſta namque ſolemnitas
20 edicti, vel ſchedulæ æquipollet voci præconis, vbi alias res erat præconizanda, vt refert Platea in. l. loca omnia. C. de locan. prædijs, Fiſcal. libro 11. quem refert & ſequitur Auenda. de exequend. manda. c. 12. num. 2. in fine. Plotus in. l. ſiquando. §. 5. numer. 3 c. vndevi in parua impreſsione. Quinimo ſi conſuetum eſſet, vt ad ſonum tubæ, vel campanarum venditiones, vel locationes publicarentur, hanc obſeruare conſuetudinem ſufficeret, vt voluit Bar. in. l. 1. C. de paſcuis publi. lib. 10. Bal. in Rub. de reſcind. vendit. Auenda vbi ſupra, num. 3. Damaude. d. cap. 3. num. 2. ſufficit namque, ſi forma conſueta ſeruetur, quinimo vſum, ſtilum, & conſuetudinem in ſimilibus venditionibus. & locationibus conſuetam ſeruandam fore, teſtatur Damaude. vbi ſupra. c. 2 nume. 3. & 6. vbi dicit, quod ſi vſus, ſtilus, vel conſuetudo communis non ſeruaretur, contractus eſſet nullus, & locatores, vel conductores ad reſtitutionẽ

rei locatæ, cum fructibus perceptis, & etiam percipiendis possent cõdemnari, argumen. textus in l. 1. C. de fide instrument. & iure hastæ, Fiscal. libr. 10. & ita tenet Damaude vbi sup. Plotus in d. l. si quando numero. 220. in magna impressione, vbi dicit, quod aduersus vendentes, & ementes res
24 minorum absque debitis solemnitatibus, iuramentum in litem deferri potest. Neque mirum, quod etiam aduersus emptores, & locatores prædictum affectionis iuramentum præstetur, quia tam emptores, quam locatores in mala fide esse censentur, vt in l. quemadmodum C. de agri. & censi. libro. 10. ibi. *Male fidei namque possessorem esse, nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.* Et ita est intelligenda sententia Soc. in. cons. 22. in fin. volum. 1. Couar. libro 1. Variar. cap. 3. num. 6. in fine, quatenus dicit, quod reciso contractu alienationis rei minoris, eo quod fuerit facta absque iuris solemnitate, fructus vniuersi minori debent restitui. si non constiterit emptorem bona fide emisse. Quæ bonafides nullatenus
25 ad esse potest, vbi solemnitas iuris, alias consueta non fuit seruata, vt in l. iuuenus. §. fane. C. de sacrosan & is eccles. & ibi notant Bart. & Bald. Alucricus Balb. etiã in auth. resque C. eodem tit. Et pro supradicta sentẽ
26 tia facit, quia omnia iura venditores iniquos punientia, contra emptores etiam locum habent, vbi in vtroque adfuit dolus, vel fraus, vel militaret eadem ratio, vt tenent Bart. & Ioan. de Platea in l. 1. C. de empresis. Et hæc sententia cõmunis locum habet, etiã vbi a lege de emptore, vel conductore nulla mentio facta fuisset, vt tenet Euerar. loco. 76. & facit textus in extrauag. ambitioseuers. & tam qui alienat, sub titu. & Rubr. de rebus eccles. non alienan. Vbi Paulus Venetus, non solum excommunicat administratorem, qui locauit res Ecclesiæ vltra triennium, sed etiam conductorem. Concludo ergo, quod aduersus tales emptores, & conductores, qui forma a lege, vel statuto, siue consuetudine constituta non seruata emerunt, vel eodem modo conduxerunt, ac contra venditores, & locatores perminores, adultos, ecclesias, vel res publicas, vel similes, poterit in litem iurari, & ex eorum iuramento probabuntur fructus, damna & interesse, vbi alias probatio eorum difficilis esset. Quod tamen limitat Plotus vbi supra numero. 204. nisi emptor, vel locator esset miles, rusticus, vel alia similis persona, in qua iuris ignorantia tolleratur. alias minoris bona empta sine solemnitatibus, restituuntur cum fructibus, nõ solum a primo, sed etiam a secundo emptore, vt tenet Petrus Surd. cons. 115. numero finali
27 quem vide per totum. Aduertendum tamen erit, quod licet aduersus tales emptores, vel conductores agi possit pro fructibus, damnis, vel interesse, tamen prius erunt discutienda bona venditorum, vel locatorum, qui absque debita solemnitate alienauerũt, vel locauerunt, vt in terminis tenuit Paul. Castrens. in l. si prædium. C. de procura. loquendo in executore testamenti, qui omissa iuris solemnitate bona defuncti alienauit. Deinde perueniendum erit ad bona emptorum, vel conductorum.

Quæ autem dicta sunt de subhastationibus in venditionibus faciendis per administratores, intellige vera esse, vbi immobilia venduntur, si vero quæ tempore consummuntur vendantur, veluti vinum, triticum,
28 oleũ, caseum & similia, tali casu subhastationes necessariæ non essent, Bal. in l. 1. numero. 5. C. si propter publi pensita. Greg. in l. 60. verbo. *En*

almo-

almoneda.tit.18.par.2.& in.l.52.tit. 5.part.5.verbo,*en almoneda*. Iodocus Damauderius in.d.tractatu de subastatio.c.2.num.7. quorum sententiã ego veram inteligo, quando certũ prætium talibus victualibus venditis esset constitutum, vt voluit gloss.in
29 l.2.verbo iudicis in fin.C.de rescind. venditione. Cæterum si venderentur res mobiles, in quibus consisteret affectio, veluti si venderentur vassa aurea, vel argentea, vestes sericæ, vel deauratæ, vel aliæ res, quibus precium certum constitutum non esset, tali casu subastationes & preconia necessario præcedere deberent alias aduersus administratorem in litem iurari posset, vt voluit Damauderius.d. c.2.num.8.

Cum autem ad venditiones rerũ immobilium minorum, & similium accesserimus, breuiter videamus, quid facere debeat administrator, vt de damno ex venditionibus resultante non arguatur. Et in proposito Math.de Afflictis decis.249.tenet, quod
30 ad hoc, vt res immobilis alienatio valeat, & iuridice facta dicatur, necessario octo requisita præcedere debent. Primum, quod existat causa vrgens alienandi vt in.l.ob æs alienum C.de præd.mino.& in.l.magis puto.§. non passim.ff.de rebus eorum. Secundum quod debitum pupilli, vel minoris, non valeat exprecio rerum mobilium solui, vt in.d.§.non passim, &.§. in primis eiusdem legis. Tertium quod liqueat iudici non esse bona mobilia per discussionem bonorum, prout in iuribus cauetur. Quartum vt pro paruulo debito non vendatur res magni valoris, vt in.d.§. nõ passim. Quintum quod vendatur res minus damnosa. Sextum, quod interueniat authoritas tutoris, vel curatoris, vt in.l.neque, & in l.eum qui.C. de autho.tuto. Et adde, quod ad hoc, vt eius authoritas prosit, debet costare de tutela, vt voluit Bart.in.l.legitimos.C.de legi.tuto. Cuius sententia hodie est canonizata per textum.in. l.60.tit.18.p.3.ibi: *E sobre todo deue dezir en fin de la carta. Como el juzgador vista la carta en que fuera este a tal dado por guardador del huerfano &c.* Alienatio enim aliter facta non subsistinetur etiam si decretum & cursus temporis interuenerit, Anton. Gabriel cons.36.nume.27. quem refert & sequitur Petrus Surdus decis. 231.num.10. omnino in proposito videndus. Et in hoc addit Afflictis, q etiam tutor debet simul cum tutela vel cura exhibere iudici inuentarium, quod credo verum, ad hoc, vt pateat, an sint bona mobilia, vel immobilia, quæ cum minori incommodo vendi possint. Septimum quod post supra dicta decretum iudicis subsequatur. Octauum, & vltimum requisitum formale arbitratur, quod post interpositionem decreti sequantur subastationes, quæ hodie debent dari per tempus triginta dierum ad minus, vt in.d.l.partitæ, ibi. *Andando la cosa en almoneda publicamente treynta dias*, & (Afflicto non relato) eadem octore requisita in prædictis venditionibus præcedere debere, firmauit Damauderius in tractatu de tutor.c. 2.num.10.quinimo, & ibi, num.11. alia tria addit requisita de substantia venditionis, scilicet, quod interueniat iudicis subscriptio, vt in.l.2.C. de assessor. & quod iudicis interlocutoria præcedat, perquæ mobilia non stare declaretur, ex doctrina Angeli.in authen.de ecclesiasticarum rerum alie. ac rursus præsentiam tutoris, vel curatoris exposcit. Quibus ego addo alia, quæ ex.d.l.partitæ colliguntur scilicet, quod ad hoc, vt similis venditio rite, & recte, & sine collusionis, vel ludificationis fraude fiat, si res

venda-

vendatur pro soluendis debitis pupilli, vel patris eius, coram iudice debeat legitime cõstare de debito per publicum instrumentum, vt in. d. l part. ibi. *Delante de tal juzgador mostro, como este huerfano deuia tantos marauedis a fulano, assi como parecio por vna carta publica fecha por mano de tal escriuano.* Præterea requiritur quod vrgeat creditor qui debitum petat, vt in. d. §. non passim ibi, *modo si creditor vrgeat*, & in. d. l. partitæ, *o por que gela demãdaua muy affincadamente.* Et licet in. d. l. partitæ pro forma huius venditionis prædictæ non videantur apposita tamen ad hoc, vt tã emptores quam venditores securi esse possint, & venditio non rescindatur quocumque tempore, id facere debent, vt sint securi, & de dolo non arguantur. ex verbis. d. l. ibi. *Porque el comprador pueda ser seguro de lo que comprare, y el guardador del huerfano seguarde de yerro* Et ex defectu prædictorum ego multoties impugnaui venditiones de rebus minorum factas, & in hac regali Chancellaria obtinui. 31

Aduertendum tamen est in proposito, quod vbi decretum iudicis constat interuenisse in venditione rei minoris, omnem solemnitatem præcessisse est præsumendum, nisi pupillus vel etiam minor maior factus ostendat iudici fuisse obrreptum, vel falsis ex causis, & allegationibus fuisse circunuentum, vt in. l. 1 ff. de rebus eorum ibi, *manente pupillo actione, si postea potuerit probare, obrreptum esse prætori.* Quam sententiam tenent plures relati a Gregotio Lupo. in. d. l. partitæ verbo, *dio su otorgamiento*, & tu intellige verum, quando decretũ fuit iuridica forma interpositum, vt pote quia de hoc solum tabellio instrumento fidem facit, dicens, quod iudex vidit instrumentum debiti, & tutelæ, vt in. d. l. 60. ibi. *E sobre todo deue dezir en fin de la carta como el juez vista la carta, en q̃ fuera este a tal dado por guardador del huerfano, e otro si la del deudo que deuia, a todas estas cosas dio su otorgamiento.* Et ideo cautus debet esse aduocatus super similibus emptionibus, & venditionibus consultus, vt clientulo consulat, ne alias res minorum immobiles comparetur, quam præcedentibus prædictis requisitis, quia alias facillime venditio impugnari posset. 32

Ex quibus apparet, opinionem Fulgosij, & Angeli in. l. non solum. ff. de petitio hæredi. & Ripæ in. l. quominus. nume. 126. ff. de flumi. tanquã nimis periculosam post terga reijciẽdã fore, quatenus existimant, quod tutor potest alienare sine decreto molendina, & alia bona minoris, quæ sita sunt iuxta flumẽ quæ ob aquarũ impetum sunt in periculo totalis destructionis, quam etiam tenuit Tiraquel. de retractu Lineagier. §. 1 gloss. 7. Palati. Rub. in rub. C. per vestras. §. 16. num. 4. minime enim talis venditio substineri posset, absque iudicis decreto, ex. d. l. partitæ. & ideo illam eleganter suo more impugnauit subtilis Pinelus, in. l. 1. 3. p. nume. 28. C. de rescinden. venditione. Tu illum vide quia argute, & erudite loquitur. Si tamen videre volueris formam alienationis rei ecclesiæ, Consule Rebuffum in suo tractello de aliena rerum eccles. vbi late & Ioseph Ludou. decisione. 93. a num. 15. Petrus Surdus in tractatu de alimen. 8. priuilegio, 45. nu. 4 fol. 299. vbi eleganter distinguit sit periculum in mora vel non sit.

An autem tutor, vel prælatus ecclesiæ, possint sine decreto demittere rem censualem minori, vel ecclesiæ inutilem, vt pote quia tantum quantum ex ea percipiebat quotannis,

tantum

tantum in censu pro ea soluebat. Vide Afflict. decis. 87. num. 3. & Vincen. de Franquis, qui hoc late disputauit decis. 35. num. 8. vbi concludit alienationem hanc etiam quantumcunque rei inutilis minoris non aliter quam decreto prætoris interueniente per administratores alienari posse, alias qui eam comparauit cum fructibus restituere teneatur.

Sed in proposito. Pone, quod administrator alienauit fundum minoris absque debita solemnitate, & emptor qui in eo meliorationes fecit (vt quia erat vinea, & illam renouauit, hortus, & illum supplantauit, siue domus, & illam melius fabricauit) con-
33 demnatus est ad ipsius rei restitutionem cum fructibus, dubitatur modo, an iste emptor meliorationes cum fructibus perceptis ex ipsa re compẽsare, & computare debeat. In qua difficultate distinguendum. Videtur inter emptorem bonæ, vel malæ fidei, & primo casu, fructus ex meliorationibus a bonæ fidei emptore percepti, non debeant cum meliorationibus compensari, & ratio est, quia iniquum est, vt quis fructus ex proprijs melioramentis, & sic ex propria industria quæsitos, in eo, quod sibi pro melioramentis est soluendum computet, & compenset, cum meliorationes iure proprio, & fructus iure dominij, (non solius possessionis) ad meliorantem pertineant, vt tenuit Afflictis decis. 87. num. 7. & secundũ hanc opinionem pluries iudicatum vidisse in Lusitano senatu, tenet Aluarus Baez de iure emphyteo. quæst, 25. num. 26. semelque in hoc Pintiano senatu pro hac sententia iudicatum testatur etiam Ioannes Gars. de expensis. c. 22. numer. 54. circa fin. Et hanc sententiam tenuit etiam Capitius decis. 93. numer. 10. Couar. lib. 1 variarum. c. 8. num. 4. Molin. in consuetud. Parisiens. §. 22. num. 49. licet obscure loquatur.

Secundo vero casu, scilicet quando fuit in mala fide emendo, vel meliorando, a tempore quo fuit in mala fide (quod est a tempore litis contestatæ, vel interpellationis iudicialis, vt per glos. in. l quæsitum. §. cum homo. ff. de leg. 1. fructus a se perceptos suos non faciat, & sic cum meliorationibus debeant computari, & cõpensari. Quam sententiam tenuit Accurs. in. l, certum verbo potuerunt ff. de rei vendica. Et eum ibi sequuntur Angel. & Fulgos. Romanus, singulari. 333. glos. etiam in. l. quod si artificem verbo compensari. ff. eodem. & ita distinguendum putat Aluarus Baez vbi supra. num. 26.

In hac tamen difficultate Ioan Garcia vbi supra. nume. 54. in finalibus verbis, ab opinione Didaci de Couarr. & Aluari Velas. discedit, & aliter horum fructuum computationem faciendam existimat, dicens, duplex tempus considerandum esse, scilicet bonæ, & malæ fidei, hoc est, ante, & post litis contestationem, & ꝙ vtriusque temporis tam bonæ, quam malæ fidei emptor fructus suarum meliorationum præcipuos habeat, ac itidem fructus ipsius rei ante litem contestatam, & eos tantum restituere debere, quos post litem contestatam ex re empta percepit, & ita cõpensationem meliorationum solum cum fructibus rei ipsius (secundum antiquum statum) faciendam fore, quos etiam alias lite non contestata faciebat suos, & hoc reputat notabile quotidianum, & vtile, & certe eius opinio videtur æquissima, iurique, & rationi consentanea, cum non sit æquum, alterum cum alterius iactura locupletari, vt in. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indeuiti.

34 Rursus in proposito dubitatur, qua

34 qualiter sit facienda computatio, vbi administrator, qui reddit rationem fructuum, habet scriptum in libro rationum. Tali anno collegi tantum, ex tali locatione, & ex tali tantum, &c. non tamen apparet, quod ad locãdum, vel præconia, vel schedulas in locis publicis dedit, vel appposuit, pro vt ex pacto, vel ex lege tenebatur, apparet tamen, quod præteritis annis multo plus prædia supra dicta (*licet diuersi mode*) fuerunt locata, ptæcedentibus subastationibus. Et dicendum videtur, quod libro talis administratoris (etiam vbi dicit, quod præcesserunt subastationes, & locatio facta fuit pro tanto) credendum nõ sit, nisi aliter dedictis subastationibus constet, quia cum subastationes in facto consistant, non præsumuntur, nisi cibiler probentur. arg. textus, in. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & post limin, reuer. cum liber rationis pro ipso administratore non probet, nisi præcedentibus alijs adminiculis, vt tenet Abb. in. c. 2. num. 10. de fide instrum. & plures relati a Menochio. lib. 2. de arbitra. casu. 92. num. 1. Et in proposito dixit Damauderius in tractatu de
35 subas. cap. 5. numero. 19. subastationem non probari, etiam si instrumẽto venditionis, vel locationis fiat mẽtio subastationum, cum non possint omnes subastationes necessariæ fieri tempore confectionis instrumenti, & pro hac sententia adducit gloss. in l, 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscal. lib. 10. qui meo iudicio contrariũ
36 dicit, Accurs. inquam (quem sequitur Bart. ibi) solum hoc profitetur videlicet, quod quando scriptura dicit, solemnitates interuenisse, ei stare debemus, donec contrarium probetur, quod etiam potest probari per obliquum, ego tamen intelligo, quod ad probationem talium subastationum necesse requiratur probatio, per testes de visu, & auditu simul, vel si hoc deficiat, tabellio debeat facere fidẽ, qualiter coram ipso præconia præceperunt diuersis diebus, & temporibus & tandem plus offerenti fuit pro tanta quantitate fundus addictus, quod si hoc non fieret, maxima patefieret via fraudibus.

37 Quod si non constiterit, factas fuisse locationes forma supradicta, de valore fructuum administrator onerabitur, habito respectu ad locationes proximorum annorum (legitime, & cum solemnitate consueta) factas, ita Bald. in. l. 1, nume. 16. C. de fructi. & litiũ expens. Bar. in. l. cotem. ferro. §. qui maximos. numer. 9. ff. de publi. & Victigal. Mascard. concl. 817 & loquendo in Rectoribus ciuitatũ, qui vegtigalia, non proposuerunt in sequestro (quod vulgo dicitur en fiel dad) est textus optimus, in. l. 1. tit. 14 lib. 9. recopil. ibi, *otra tanta quantia de marauedis, como valio el año proximo de antes, y la mitad mas.* Neque ad ministratori iuuaret, si locationes antiquitus factas exhiberet, quibus cõstaret minori precio, fundum fuisse locatum, vt voluit Bald. in. l. vnica. n. 64. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, & in. d. l. 1. num. 16. C. de fruct. & litium expens. Crederem tamen, quod si tanti locatus fuisset fundus in anno, quo subastationes non fuerunt factæ, quanti solebat locari in alijs annis in quibus factæ fuerunt, nihil amplius sit administratori onerandũ arg. text. in. l. prætor ait. §. & præterea vet. s. cæterum. ff. de bonis auctori iudi. possiden. ibi. *Cæterum si tantumperceptum est, quantum percipieretur, si locatus, vel distractus fructus esset, nihil ei imputabitur.*

38 Posset etiam valor pẽsionis annuæ fundi probari, attendendo redentibus vicinorum prædiorum eiusdem qualitatis, vt voluit Mascard. loco supra

pro-

proxime citato Ioseph Ludou. decis. 87. licet hæc probatio nō concludat per necesse, quia non bene sequitur tantum fructificauit fundus alijs annis, ergo idem in hoc anno fructificasset, si cultus, vel locatus esset, cum fructificatio agri non sit vniformis,
39 & hoc argumento vtitur Iacobus de Aren. in l. 2. C. de rescinden. vendit. ne faciet tamen qualem qualem probationem, vt voluit Iacobus vbi supra & cum sequitur Bald. ibi. numer. 29. & melius. in l. si fundum. nume. 3. C. de rei vendi. Roderi. Xuarez. titu. de las juras. num. 19. & 21. vnde si iudex habeat probabiles coniecturas, ex quibus dignosci possit, quantum fundus reddere posset, attenta terræ grasitiæ, vel sterilitate, quantumque similia prædia reddiderint, poterit parti iuramentum in litem deferri vsque ad certam quantitatem suo arbitrio taxandam, vt voluit Bald. d. num. 29.

40 Vlterius dubitatur in proposito, quid si aliquis administrator longo tempore prædia rustica, & vrbana domini sui administrauit, & dum domino vilicationis rationem reddit, instrumenta locationum non omnium, sed aliquorum diuersorum annorum exhibet, forte quia diligentiam ad locandum non adhibuit, sed desidiosus, & tædiosus domi sterit, videndum nunc erit, qualiter debeat onerari de fructibus illorum annorum, de quibus instrumenta locationum non apparent, & breuiter, & resolutiue in proposita specie est dicendum, quod si extent instrumenta locationum quatuor, vel sex annorum, summe indictis instrumentis contentæ debent in simul coaceruari, & si sint quatuor instrumenta, quarta pars illarum summarum coaceruatarum erit iustus valor pensionis pro quolibet anno, in quo deficiunt locationes, & hoc administratori onerabitur, vel si instrumenta sint sex annorum, coaceruabis omnes summas in illis contentas, & sexta pars erit verus valor reddituum cuiuslibet anni & sic de singulis. Quæ sententia eleganter deducitur ex textu singulari & Phœnix in iure. in l. si fundum cum lege sequenti. ff. mandati, quo cauetur, quod si quis alicui mandauit, vt fundi partes quas alij loci cum eo cōmunes habebant, emeret, & quod tantum illi dabitur pro sua parte, quantum quælibet ex alijs partibus empta esset, si ille diformibus pretijs partes cæterorum emit, ad hoc, vt appareat, quantum ille venditor pro sua parte habere debeat, omnes summæ maiores & minores debeant coaceruari, ac demum si pars istius sit quarta, quarta pars pretij simul coaceruati illi debeat pro sua parte præstari, ita vt ipsa sit inter eas media, & in tribus arbitris, siue æstimatoribus discordantibus. Hanc sententiā tenuit Aiora de partitio. c. 3. num. 7. idque sensit Ioannes Garsias de nobilitate glos. 18. num. 14. & in hunc sane modum debet intelligi sententia Pinelli. in l. 2. 3. parte. cap. 4. num. 30. C. de rescinden. vendit. Et ea quæ notat Padilla. in l. si probaueris. num. 24. C. de fideicomm. Et hæc erit optima computatio ad exprimendum verum valorem beneficij pro constituēda pensione, & ita etiam est intelligendum, quod notauit in probatione huius valoris Gomecius, in reg. Cancellar. de vero valore exprimen. quæstione. 12. ibi, *anno fertili cum sterili computato*. Quod tu nota, quia forte alibi hæc non admodum digestare peries.

Vt tamen prædicta iurgia administrator fugiat, cautius faciet, si alia bona locanda, per tempus viginti dierum (ad minus) subastare faciat, vt in

d. auth.

d.auth.hoc ius porrectum, quod si hoc facto nullus licitationem fecerit, vel ita faciat, quod iustum fructuum precium non præstet (quod idé
41 est, vt in.l.non dubium.§.fi.ff.de leg.3. notat Bald.in.l.2. per textum.ibi.C.
42 si in cauſ.iudi. & in.l.ſi deſerta.ff.ſi propter publi. penſita. Afflict. deciſ. 358.nu.6.) Vincentius de Franquis, deciſ.81.nu.1.p.1.eo caſu cautiſsime faciet adminiſtrator, ſi in calce præconiorum inſeri facit per tabellionem, qualiter talia bona, tanto tempore fuerunt ſubaſtata, & pro illis, vel nihil, vel minus iuſto fuit inuentum, quia ex hoc omnis ſuſpitio fraudis ſubmouetur, vt in terminis voluit Damauderius in tractatu ſubaſtatio. num.33. Et hodie iure regio ita ordinatum eſt commitibus ſacrarum largitionum (quos vulgo *Contadores mayores dicimus*) in.l.24.tit.11.lib.9. recopil.ibi. *Y ſi vuiere algunas vẽtas que no ſe arrendaren en el dicho termino, que ſe ponga en la dicha copia como fueren pregonadas, y no ſe hallo quiẽ las arrendaſſe.*

43 Sed modo in ſpecie.p.l. regiæ dubitatur, an ſi in dicta copia fides præconiorum appoſita non fuerit, iſtical culatores, ſeu regij adminiſtratores per teſtes probare poſsint, qualiter res geſta fuerit illo modo, & dicendum videtur, quod prædicta forma non ſeruata aliter probari non poſſit, & incidant adminiſtratotes in pœnis, de quibus ibi, quod probatur, quia quando lex aliquam ſpecialem
44 formam probationis requirit, nulla alia præter illa fidem facit. Gloſ. cõmuniter recepta in.c.1. §. poſtquam, verbo inſcriptis de cenſibus.lib.6. & ita tenet Bald.conſ. 220. Hipol.de Marſil.in rubr.de probatio.num. 23. Bald.in.l. contrahitur. ff. de pignor. & plures pro hac ſententia adducit Maſcar.de probatio. conci. 1394.n. 2. quod maxime locum haberet, ſi actum eſſet inter partes, vt de omnibus a ſe geſtis, per vera teſtimonia tabellionis probaretur, vt voluit Matthæ. de Afflictis, in præludijs conſtitutionum Siciliæ quæſt.9. ad finem. Auenda.de exequend.manda. 2,p.c. 29.n. 6. Maſcard.concl.1329.numero.14. ſequend. Bald.in.l.teſtium.numer. 2. C de teſtibus, vbi dicit, quod licet duo teſtes regulariter in quolibet negotio ſufficiant, ad faciendam plenam probationem, vt in.l. vbi numerus. ff. de teſtibus tamen ſi conuentũ ſit inter partes, vt non poſsit aliquid probari, niſi ex depoſitionibus quinque teſtium, vel alio quouis genere probationis probatio aliter facta, nõ releuat probantem, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. vt in.l. contractus. ff. de reg. iur. Et hanc ſententiam tenet etiam Petrus Surdus, conſilio. 54. numero. 14.

Contraria tamen ſententia, imo quod etiam ſi lex inducat certam formam probatoriam in aliquo actu, ad
45 huc aliter probari poſsit, manifeſte probari videtur in Clem. exiui de paradiſo, de verborum ſignificatione. Qua cauetur, quod licet lex inducat certam formam probatoriam in aliquo actu, non videatur excludere æquipollentem formam probationis & ratio huius concluſionis eſt, quia ille modus probationis magis cenſetur aſsignatus a lege, gratia exempli, quam ad hoc, vt alia genera probationum excludat. Ita Bald.in.l. 1. ff. de liber. & poſth. Bart.in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum eod. tit. & in. d.l. 1. facit pro hac concluſione textus, in.l.1 C. quorum bonorum vbi licet illa lex inducat certam formam probatoriam filiationis, tamen non excludit aliam æquipollentem, quam ſubiecta materia admittere poteſt.

Ita

ita Decius conſilio. 11. numer. 19. & eum refert, & ſequitur pro hac opinione Ioannes Garcia de nobilitate gloſſ. 8. numero. 35. Boerius, quæſt. 37. numer. 5. vbi dicit, quod ſi lex vel ſtatutum faciat mentionem alicuius probationis, vt pote per inſtrumentum, ex quo loquitur per miſsiue, non excludit probationem per teſtes, & eum refert, & ſequitur Aluarus Velaſcus de iure emphiteo. quæſt. 7. numero. 18. vbi
46 dicit, quod ad hoc. vt alia probatio non admittatur, debet lex loqui negatiue, dicendo, quod alia probatio non valeat, quia aliâs nulla probationum ſpecies ſimilis excluſſa cenſetur, niſi quæ à lege reperitur nuncupatim excluſa, idque notat Veroius quæſtione. 37. num. 6. & ratio eſt, quia iudex non debet applicare animum ſuum ad vnam tantum ſpeciem probationis, vt in l. 3. §. eiuſdem. Et in l. ob carmen. ff. de teſtibus. Idem Boerius. q. 90. n. 2. Auend. vbiſupra.

Ego tamen in tanta doctorum varietate, prædictas opiniones fœdere
48 diſtinctionis cõciliari poſſe exiſtimo hoc videlicet modo, vt prima opinio negatiua locum habeat, vbi inter partes hoc actum eſſet, vt tali forma actus adminiſtrationis probari deberent, quia hoc caſu cenſetur data forma probatoria, à qua non erit recedẽdum, maximevbi tale pactum eſſet iuratum, vt tenet Petrus Surdus, conſilio. 134. numero primo, quia forte alias partes contractum non celebrarent, & quia inter partes ita conuentum, habet vim legis, & formæ ſubſtantialis, vt in. l. contractus de regul. iur. Secunda vero affirmatiua locum habeat, vbi modus probationis adiectus fuiſſet à lege, quo caſu, niſi per dictionem taxatiuam loquatur, nõ cẽſetur alia probationum genera æquipollentia excludere, & ita in caſu dictæ legis regiæ dicendum cenſeo, quod ſi adminiſtrator aliter prædictas diligentias probaſſet, omnino & à pœna, & à doli ſuſpitione excuſaretur.

Pone etiam, quod minor habebat domum, & tutor cũm eo ſimul eam
47 habitauit. Dubitatur modo, an iſte tutor debeat onerari de penſione illius domus, ſaltim pro rata partis, quam ipſe cum ſua familia habitabit. In qua difficultate Bald. in. l. 1. §. ſed ſi minus. in fine. ff. de tutel. & ratio diſtrahend. dicit, quod talis tutor, vel curator non debeat onerari de aliquo, pro tali habitatione, eo quod lex præſumit, tutorem ideo ſimul cum minore habitaſſe, vt melius illum bonis moribus inſtrueret, & veluti pater, & Pedagogus, vt perſonam, & bona ipſius melius adminiſtraſſet. Ita tenet Beroius in conſuetudin. Vituricen. titulo de iure perſonarum. § 11. verſiculo. Quam obrem. Quinimo, & tutor loco patris
48 vel domini habetur. l. interdum. §. qui tutellam ibi. *Quia tutor loco domini habetur*. §. de furtis & in. l. quinta, titulo decimoquarto, part. ſeptima, Specul. in titulo de ſatiſdatione verſiculo ac tutor num. 4. Marian. Socin. conſil. 61, verſiculo circa. colum. 5. & eandem ſententiam tenuit Vincencius Carrotius in tractatu de locato. tit. de adminiſt. tutor. quæſt. 3. num. 47. Sed in propoſito Baeç. de decima tutor. præſtan. c. 18. numer. 25. quadam eleganti vtitur diſtinctione, dicens, quod ſi minor dives ſit, & nobilis, habitatio nõ computetur in decimam ipſi tutori, ex lege fori illi præſtandã ſecus tamen eſſe, vbi alias minor eſſet mediocris fortunæ. Ego tñ hoc de diuitijs, vel paupertate arbitrio iudicis relinquẽdũ fore arbitror, cũ paup

tas, vel diuitiæ non consistant in puncto indiuisiuili.

4) Sed modo dubitatur. Pone, quòd Sempronius mutuauit Titio mille gratis propter amorem, & affectionem, quam ad ipsum habebat, deinde ex post facto iste Sempronius habitauit domum eiusdem Titij ex permissione, voluntate, siue affectione, quæ inter illos erat, & donec pecunia commodata ipsi redderetur. Deinde inter eos adrationes deuenitur, & Titius desiderat, vt illi excomputentur exsorte pensiones domus. Dubitatur modo, an prædictæ habitationis pensio, ex sorte illorum mille ducatorum, illi excomputari debeat. Et dicendum videtur, quod non: quia creditori licet morari in domo debitoris. l. si ex pactione. C. de vsuris vbi habitatio domus pigno 5.0 ratædicitur creditori licita, & non excedere legitimum modum vsurarum, facit pro hac sententia: quia habitatio non habet certam quantitatem designatam per naturam, sed per industriam locatoris. Vnde quantitas incerta non poterit cum sorte certa compensari, quia certi ad incertum nulla est proportio, & hoc argumento vtitur Vincentius Carro. in tractatu de locato. titulo de creditore quæstion. 2. numer. 2.

Rursus pro hac sententia facit, quia non videtur iniquum, quòd si debitor vtatur pecunia sibi commodata, traficando, & lucrando, eodem modo, (& quasi ad antidora) creditor potiatur habitatione domus illius: pro qua sententia est textus in cap. 1. de feud. & in cap conquestus de vsur. quibus statutum est, dominum directum rei feudalis, qui eam à vassallo in pignus accepit, iustè posse fructus pignoris præcipuos habere.

Contraria tamen sententia, verior, & securior ac itidem probabilior est, (scilicet) vt ex sorte illorum mille ducatorum pensiones domus excomputare debeat 5 1 Sempronius. Primo ex regula. l. 1. & 2. C. de pignora. actio. vbi creditor tenetur computare in sortem fructus, quos ex re debitoris percepit. Cum habitans domum alterius, fructus ciuiles ex ea percipere dicatur, vt in l. si is, qui bona §. si Antiphona. ff. de pignor. & in l. apud Iulian. §. 1. ff. de legat. 1. & in l. prædiorum ff. de vsur. Cassaneus in Consuetudin. Burgund. rubric. 4. §. 17. verbo, Esaire. numero. 14. Baeça loco supra proximè citato num. 25. Bald. in capit. 1. in fine principij, de pace tenenda. Vbi dicit, quòd pensiones prædiorum, quarum 5 2 nondum dies venit, fructus ciuiles reputantur, minimè ergo illos præcipuos habebit creditor, qui pecuniam debitori commodauit, & ideo tenebitur excomputare tantam pecuniam, quantam expensurus esset in conductione alterius domus, suo statui conuenientis, si domum debitoris non habitasset, & ita tenet Speculat. in titul. de pignor. versicul. quid si obligasti. Alexander. consil. 141. numero septimo, libro quinto. Negusantius de pignor. sexta parte, Membro tertio, Palacius Rubius. in capite nauigauti §. sexto, numero centesimo trigesimoquinto, & & hanc sententiam reputat valdè singularem Crotus in memorabilibus, verbo creditor. Vbi animaduertit, in proposito cautos debere esse aduocatos in articulando, quantum creditor expensurus esset in conducendo aliam domũ. Burgatus tamen in. c. cum contra proposi nem, de pignor. hac in re distinguendum

dum exiſtimat, an domus pignorata fuerit ſimpliciter, an ſub pacto, quòd ibi creditor habitaret. Et primo caſu creditorem ad penſionem iuſtam teneri affirmat. Secundo verò caſu teneri ad penſionem, quam ſi alij debitor locaſſet, percepiſſet. Sed certe hæc vltima pars diſtinctionis duriuſcula videtur, vbi contractus de habitando domum, eſſet celebratus gratia vtriuſque, vt pote ſi debitori incumberet, vt domus habitaretur per creditorem, qui forte eſſet vir diligens in cuſtodiendo, reparando, & refriendo, & ita ab ea diſſentit Vicen. Carro. ibi ſup. num. 6.

Paulus tamen Caſtrenſis in. d. l. ſi ea pactione. num. fi. aliter, & bene diſtinguit, dicens, quod ſi creditor non fuiſſet conducturus aliam domum, eo quòd habebat propriam, ſed delectationis gratia domum debitoris habitauit, eo quod erat nobilior, pulchrior, & delectabilior, ad nihilum ratione penſionis teneatur. Nihil ve ex pecunia commodata excomputari debeat. Secus tamen ſi aliam domum eſſet conducturus, & hæc videtur optima diſtinctio, idque optime declarat Petrus Surdus deciſ. 270 num. 2. & 3. Neque etiam ex computationi creditor erit obnoxius, quotiens gratia vtriuſque, de habitando domum pignoratam actum fuit.

Et tenendo hanc ſententiam non obſtant fundamenta pro contraria parte ſuperius adducta ex text. in. d. l. ſi ea pactione, quia ille textus locum habet de iure ciuili, quo iure vſuræ erant permiſſæ, ſecus tamen eſſet canonico, & regio, quibus iuribus non ſolum vſuræ, verum & pacta in fraudem vſurarum ſunt prohibita, & damnata, vt in toto titulo de vſur. in decretal. & in l. 4. & 5. titul. 6. libr. 8. recopil. Quo iure multis pœnis ſubduntur, qui in fraudem vſurarum contrahunt.

Neque etiam obſtat ſecundum fundamentum, quo dicebatur, habitationem non habere certam partem per naturam, ſed per induſtriam locatoris, quia & ſi hoc ſit verum, negari non poteſt quod creditor recipit aliquid vltra ſortem, maximè ſi hoc ſimpliciter abinitio in fauorem creditoris actum fuit, vt domum poſſet habitare. Nihil enim intereſt, pecuniam vel aliam ſimilem rem pecuniam valentem ratione mutui preſtari.

Neque etiam obſtat, quòd debitor vtitur pecunia creditoris, & cum ea lucratur, quia ſi ab initio mutuum fuit factum, nulla expectata recompenſa propter talem mutuationem, ſecundum veram, & iuridicam naturam mutui, de qua in. l. Rogaſti. §. 1. ff. ſi certum petatur. iuxta illud Pau. mutuum dantes, & nihil inde ſperantes, minimè poſſet creditor, nec ex poſt facto, nec ab initio habitationem gratis accipere, vt voluit Paulus in. d. l. ſic à pactione. Vincen. Carro. in loco ſupra citato. n. 12.

Neque vltimo, & finaliter obſtat textus in d. capit. 1. de feud. & in d. cap. conqueſtus, quia reſponde
53 tur, quod illorum iurium diſpoſitio. ex eo procedit, quia fructus rei feudalis, (de qua ibi) frequentiſsimè ſunt eiuſdem æſtimationis & valoris, cuius ſunt ipſa ſeruitia à feudatario domino feudi debita, à quibus ipſe vaſſallus interim libera tur, dum res apud dominum manet iure pignoris, & tamen illa iura intelligenda ſunt, quando fructus ſeruitijs debitis æquiualent, vt manifeſtè deducitur ex dicto capit. 1. & ita de

clarat Couar.lib.3. Variarum cap.1. num.4.& plures alij,quos refert, & sequitur Vincen.Carrotius,vbi supr. num.13.& ideo,si fructus excederent seruitia,proculdubio excessus (ab ipso etiam domino feudi)ex computandus,vel reddendus esset vassallo.

SVMMARIVM.

1 ALiud pro alio inuito creditore (regulariter) solui non potest.

2 Debitor fructuum, non potest cōpellere creditorem, vt eorum æstimationem recipiat.

3 Frumentum, vinum, vel oleum debitum, si eiusdem bonitatis, qua fuit traditum reperiri non potest in eadē prouintia, in qua solui debet, creditor cogitur recipere æstimationem, & ex eius reali solutione debitor liberatur

4 Frumentum si debeatur, & reperiri nō potest, vel reperitur, sed ita longè, vt sine magno debitoris dispendio portari non possit, an liberetur debitor præstando interesse.

5 Æstimatio succedit locorei, quā dores non potest reperiri, eiusdē bonitatis.

6 Cōdemnatus ad restitutionem tritici in genere, non expressa eius bonitate, nisi creditor probauerit bonitatem tritici sibi debiti, satisfaciet creditori debitor, etiam si ei villissimum triticum tradiderit.

7 Administrator ad restitutionem tritici, vini, aut olei condemnatus, ex mora de æstimatione quanti plurimi oneratur, & in hoc quatuor casus sunt distinguendi.

8 Administrator in culpa dicitur, si triticum absque domini mandato, vel non instante præcissa necessitate distraxit, ante tempus venditioni destinatum etiā si ex precio fundum pro domino emisset.

9 Fructus si fuerunt, vel præsumātur consumpti, vt post tricēniū nō tenetur amplius debitor ad æstimationem, quāti plurimi, à triennio vltra.

10 Fructibus consumptis, æstimatio eorum non crescit amplius.

11 Fructus consumpti non dicuntur magis fructus, sicut nec homo mortuus dicitur amplius homo.

12 Æstimatio quanti plurimi non crescit, nisi vsque ad tempus, quod quid viuere præsumitur.

13 Interesse ex mora crescit, vsque ad executionem sententiæ.

14 Æstimatio fructuum post triennium non recipit incrementum.

15 Fructus rei pignoratæ, a tempore quo sunt consumpti, computantur in sorte.

16 Fructus si non essent consumpti, vel stare præsumuntur, non computantur in sortem, neque eam

eam extenuant, ſed vt ſpecies certa reputantur, & reſtitui debent.

17 Regulam ponit author in æſtimatione fructuum, ex mora debitorum.

18 Fructus quando licite percipiuntur ex re aliena, vt ſi eos colligat maritus, creditor, tutor, vel adminiſtrator, conſumptis fructibus, non tenetur ad tantumdem in genere, ſed ad æſtimationem tantum.

19 Æſtimatio fructuum (per adminiſtratorem) conſumptorum debet regulari, ſecundum æſtimationem quæ fuit tẽpore, quo fuerunt conſumpti.

20 In æſtimatione quanti plurimi, an debeat attendi tempus qualiſcumque maioris æſtimationis, etiam ſi momento tantum æſtimatio duraſſet.

21 Æſtimatio alicuius rei, non ſufficit probari, ex eo quod tali die ſimilis mercantia fuit empta, & vendita pro tanto, quia non debet haberi conſideratio tam breuis temporis.

22 Aduocatus cautus eſſe debet, in articulanda æſtimationem quãti plurimi, & qualiter fieri debeant articuli.

23 Valor frumenti, vel alterius rei venalis, non debet attendi, niſi loci publici fori, & quantum ibi vendi potuiſſet.

24 Maritus qualiter debeat reſtituere, triticum, vinum, vel oleum, quod in dotem recepit ſoluto matrimonio.

25 Adminiſtrator etiam ſi triticum, vel quid ſimile minoris, carius vendere potuit, mittendo illud extra locum, vbi recollectum fuit, & non fecit, non ex hoc ad æſtimationem quanti plurimi tenetur.

26 Frumentum, vinum, vel oleum, vbi ſoluendum eſt extra domicilium, vel habitationem creditoris, debitor non dicitur in mora, niſi probauerit creditor, quod ipſe paratus fuit recipere in loco deſtinatæ ſolutionis, tempore quo ſolui debuit.

27 Vbi requirebatur labor, importando ſpeciem ſoluendam ad locum deſtinatæ ſolutionis, non ſufficeret, quod creditor probaſſet, ſe interpellaſſe debitorem, vt ſolueret, ſed ad æſtimationem, quanti plurimi, neceſſario probare debet, quod ibit ad locum deſtinatæ ſolutionis, ad recipiendum quantitatem ſoluendam, & ſibi non fuit tradita.

28 Æſtimatio quanti plurimi non conſideratur, vbi debitor fuit interpellatus per procuratorem creditoris, non exhibito mandato, ad exigẽdum, & recipiendum, & quietandum debitorem, etiam ſi debitor

non petiisset, vt tale mandatum exhiberet procurator.

29 *Dies solutionis quando in instrumento debiti non est assignatus, vel etiam non est appositus locus, vbi solui debet, si in ipsamet interpellatione, quam facit creditor debitori, non exprimat diem, & locum solutionis non habebitur ratio æstimationis quanti plurimi.*

30 *Debitor si quis sit æstimationis, vel pretij tritici cuiusdam diei præcisi, si non probauerit creditor, quantum in illa die simile triticum communiter valuit, in publico foro loci, vbi erat soluendum, minimè de æstimatione quanti plurimi oneratur.*

31 *Debitor tritici, vini, aut olei, non oneratur de æstimatione quanti plurimi, si careſtia euenit insolita.*

32 *Creditor si accepit a debitore triticum, vel quid simile absque proteſtatione intereſſe quanti plurimi, vel etiam cum proteſtatione, cui tamen debitor contradixit, non oneratur de iſta æſtimatione quanti plurimi.*

33 *Debitor non oneratur de æſtimatione quanti plurimi, vbi creditor petiuit plus debito.*

34 *Debitor ſi habeat iuſtam cauſam ignorandi, an ſit debitor eius, quod à ſe fuit petitum, an ex interpellatione teneatur ad æſtimationem quanti plurimi.*

35 *Debitor interpellatus, vbi contractus eſt reciprocus, non conſtituitur in mora, niſi creditor oſtendat ſe ex ſua parte contractum adimpleuiſſe.*

36 *Interpellatus, vt ſoluat, tempore quo ducit vxorem, vel ſuum defunctum funeratur, non conſtituitur in mora. Nec tenetur ad æſtimationem quanti plurimi.*

37 *Debitor interpellatus, vt ſoluat, non conſtituitur in mora, ſi ſtatim ſuperuenit careſtia rei ſoluendæ.*

38 *Ciuitatis Rectores an onerentur de damno tritici, vel intereſſe, ſi triticum annonæ fuit corruptum aquis, vel à vermibus demollitum, & illud non tradiderunt vicinis ad renouandum, nouo pro veteri dato.*

39 *Triticum corruptum, qualiter, & inter quos vicinos debeat diſtribui, per adminiſtratores ciuitatis ſi in annona ſuperſit caro pretio emptum, & an clerici, & vicini vicorum, compelli poſſint illud accipere pro tanto.*

CAPVT.

CAPVT. XVII.

De fruméto, vino, aut oleo, administratoribus onerando.



Olent nonnunquã administratores de tritico, vino, oleo, & similibus onerari, & ideo operæpretium erit, vt videamus, qualiter in hoc se habere debeãt calculatores, & iudices. Et in primis sciẽdum est, quod si prædicti fructus penes administratorem extent, præcisse illos restituere debet inspecie, nec aliter domino satisfacit. l. mala fide. C. de condictio. ex lege. Sed si eos cõsumptos fuisse dicat, vel extent (corrupti tamen) eo, quod debito tempore non fuerunt venditi, hic opus, hic labor est, videtur enim dicendum, quod etiam si triticum, vinum, aut oleum non extent, ad huc ad restitutionem tantundem in specie debeat 1
administrator præcisse onerari, quia aliud pro alio inuito creditore regulariter solui non potest. l. 2. §. mutui datio. Et ibi notant communiter scribentes. ff. si certum petatur. l. sise. §. ait prætor. ff. de rei udica. l. si promissor. §. fin. ff. de consti. pecu. l. Item liberatur. 2
§. qui paratus. ff. quib mod. pig. vel hypo. sol. Quo fit, vt qui fructus debet, non possit compellere creditorem, vt eorum æstimationem recipiat. Glos. Cimus, & Bald. in. l. neque. C. de compensa. Imol. & Innocen. in cap. ad nostram de iure iurand. Baeça de decima tutor. cap. 32. numero. 3. & in terminis tradit Mexia in pragmat. panis, conclusion. 7. numero. 11. Aiora de partitio. 1. parte, capitulo, 7. numero. 9. &. 10. & facit optime, textus in. l. 21. titulo. 11. partita. 4. ibi. *Mas con todo esso tenudo es de tornar a la muger otro tanto, e tal como aquello que dio en dote.* Prout neque creditor tritici potest compellere debitorem illud soluere volentem, vt pecuniam pro tritico soluat, vt in. l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. Bertrand. consilio. 81. numero. 5. vbi dicit quod quemadmodum debitor non potest compellere creditorem, vt aliud pro alio recipiat, eodem pacto creditor non potest compellere debitorem, vt pecuniam pro specie soluat.

Supradictam tamen conclusionem veriſsimam reputo, vbi frumẽtum, vinum, vel oleum, & quid simile eiusdem bonitatis reperiri possit, in eadem prouincia, in qua soluendum esset: secus tamen si reperiri non posset, quia tali casu soluendo æstimationem tritici illius loci in quo recepit, debitor liberatur, vt voluit glos. in. d. §. mutui datio. & in. l. vinum. vbi Bart. num. 21. & ibi cõmuniter scribentes, vbi Paulus, numero. 6. dicit, quod si quis recepit frumentum mutuo, & tempore solutionis non reperitur, vel non potest illud reddere, creditor cogitur recipere æstimationem, quæ currit in loco, vbi solui debuit. Ex text. in. l. res furtiua. ff. de condictione furtiua, & idem dicendum erit, vbi frumentum solui posset, si portaretur a longe, (prout contingit in isto anno. 1598.) non tamen haberi, & portari posset, nisi cum maximo incommodo, & excessiuo sumptu debitoris, vt elegantèr voluit Purpuratus in dicto. §. mutui datio numero. 97. idem enim est haberi non posse, vel haberi posse, pro immoderato (tamen) & excessiuo pretio, argumento text. in. l. non dubium in fin. ff. deleg. tertio. ibi. 4

Quod dominus non vendat, vel in modico precio vendat, iustam æstimationem inferat. Vbi gloss. communiter recepta hoc notat, pro grauato de re aliena restituenda glos. etiam in. §. non solum instit. de legatis. & in. l. qui concubinam §. fin. ff. de legat. 3. & in hunc modum est intelligenda sententia Pauli. in. l. si ita fideiussorem. §. 1. de fideiussor quatenus dicit, quod si quis est obligatus ad dandum frumẽtum obligationi satisfacit, si æstimationem eius præstiterit, ex sententia Matth. de Afflictis, decis. 58. num. 6.

5 Quatenus dicit, quod æstimatio succedit loco rei, vt in. l. si seruum §. sicum, & ibi notat glossa. ff. de verbo. decis. Genue. 77 infi. n. 7 quintelligitur quãdo res nõ potest reperiri eiusdẽ bonitatis, & eam notandam reputo pro ampliatione textus in. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruct. legat. cãque mirabilem dicit in praxi Mexia vbi supra. num. 14. loquendo in administratoribus annonæ frumentariæ, dicens, quod ita fuit pronuntiatum, & quod fuit condemnatus quidam positi administrator ad interesse, in spectu valore panis, qui ex posito vendebatur. Caueant tamen administratores, rectores, & iudices locorum ne forte triticum de publico posito suscipiant, quia vltra pœnas talibus impositas in. l. 8. tit. 5 lib. 7. recopila. si triticum esset portandum a longinquo, eo quod ipsi illud exhorreo perceperunt, & deficit pro victu pauperum, & vicinorum, ratione damni emergentis tenerentur ad totale interesse, & ad illud plus, quod expenditur in eundo, & redeundo, (etiam extra regnum) pro illo comparando & sumptus in iumentis, vel curris factis, vt tenet Bobadilla. in politi. lib. 3. c. 3. num. 73. vbi idem dicendũ reputat inter priuatos, vbi creditori interesse, magis triticum recipere, pro dispensatione suæ familiæ, vide illum, quia optime loquitur in proposito.

6 Vnum tamen proposito aduertendum est, quod condemnatus ad reddendum certos modios tritici, non expressa bonitate tritici, ille cui restitui debet, probare tenetur bonitatem tritici mutuati, vel consumpti, alias si eam non probauerit, etiam si debitor vilissimum triticum tradiderit obligationi, & sententiæ iudicis satisfacit. ex textu eleganti in. l. si fideiussorem. ff. mandati ibi. *Quod libet triticum dando, reum liberari posse existimo,* licet aliter dicendum esset, vbi quis ex legati causa triticum deberet præstare, quia tali casu, forte voluntati testatoris non satisfaceret nisi saltim ex mediocri tritico solutionem faceret. arg. tex. iuncta glos. in. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & in. l. 23. titul. 9. par. 6. vbi Gregorius verbo, *semejantes,* distinguit inter rem, quæ habet terminos a natura, vt in equo, vel homine, & eamque facto hominis finem habere consueuit, vt vestimentum, scultela, vas, vel aliud simile legatum.

7 Vbi autem administrator ad æstimationem tritici, vini, olei, & similiũ condemnatur, quatuor casus sunt distinguendi, aut enim fructus extant. aut præsumuntur stare, veluti quando fuerunt ab administratore collecti intra triennium, vel si fuerunt poma intra annum, aut nõ extant, quia fuerunt ab administratore consumpti extra triennium, vel extra annũ, aut præsumuntur a lege consumpti post triennium, cum vltra illud tempus regulariter durare non præsumãtur, veluti in frumẽto, vino, aut oleo, de quibus agimus. In primis enim duobus casibus, scilicet, quando extant, vel extare præsumuntur, procul dubio ad tantundem in specie administrator

niſtrator debet condemnari alias ſi illos fructus, vel tantumdem ex illis non reſtituat, condemnari debet ad æſtimationem quanti plurimi vendi potuerunt intra trienium, niſi ore parte adminiſtratoris probaretur, 12
conſumptos fuiſſe abſque eius culpa. 8 Et quidem in culpa adminiſtrator diceretur, ſi triticum quod conſeruatur in horreo per triennium, & in paleis, ſiue ſpicis ipſis per ſeptenium (vt refert Franciſcus Patritius lib. 3. de repub. tit. 1. ad finem. Bobadilla in Politica cap. 3. num. 47.) vendidiſſet abſque domini mandato, vel præciſſa neceſsitate non vrgente, ante tempus a lege, homine vel conſuetudine ad vēdendum deſtinatum veluti ſi iā ad pretium lege taxatum aſcēderet etiam ſi ex pretio fundum domino emiſſet, vt tenet Bald. in l. ſi pretium C. de procur. licet hoc dictum Bald. mihi parum vrgeat cum iudex poſsit arbitrare, an bene vel male fecerit. 13

9 Tercio vero, & quarto caſu, ſcilicet quando fructus, vel fuerunt, vel præſumuntur conſumpti, vt triticum poſt triennium, non teneretur ad æſtimationem quanti plurimi, a triennio vltra, quia tribus annis elapſis quibus triticum incorruptum durat, vel elapſo tempore, quo alij fructus ſtare & durare præſumuntur, licet adminiſtratori, fructus alienare, quod ſi nec eos conſumpſerit, nec alienauerit, ſed dicat conſumptos eſſe præſumptione legis, tali caſu ſolum tenetur adminiſtrator ad æſtimationem illorum, inſpecto tempore, quo conſumpti præſumuntur, & ſic ad valorem currentem in fine di-
10 ctorum trium annorum, & ratio ea eſt potiſsima, quia conſumptis fructibus, æſtimatio eorum nō creſcit, nec
11 eorum vita augmentum, vel diminutionem poteſt recipere, fructus namque mortui, vel conſumpti, non dicū tur amplius fructus, ſicut nec homo mortuus dicitur amplius homo. Quā ſententiam tenet gloſ. in l. vnica, C. ſi aduerſus vſucapio. Fanus de pignori. 5. part. memb. 5 numer. 12. Plures etiam quos refert, & ſequitur Caualca. de tutore, a num. 236. cum tribus ſequentibus. Deciſio Genuen. 144. n. 18. Petrus Surdus Deciſio. 81. reprobando opinionem illorum, qui affirmant, æſtimationem frumenti debiti in genere, a die moræ perpetuo creſcere, etiam vltra triennium: nō enim creſcit æſtimatio, niſi vſque ad tempus, quo quis viuere præſumitur, vt in l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. Rolā. conſ. 39. num. 10, Aiora de partitio. 3. p. c. 39. nu. 105. Barboſa in l. diuortio. §. interdum, n. 43 ff. ſoluto matrimon.

Sed in cōtrariū vrget textus in l. in fideicōmiſſi. in principio. ff. de vſur. & in l. ratio. §. cū per venditorem. ff. de
E 3 actio. empti, vbi cauetur, quod intereſſe ex mora creſcit vſque ad executionem ſententiæ. Nam in caſu, quo habetur ratio intereſſe, ſeu æſtimationis iudicis officio, tunc poteſt creſcere, quouſque iudicis officium durat, quod eſt non ſolum vſque ad ſententiam, ſed etiam vſque ad executionem ſententiæ, & hāc ſententiam tenet Bartol. l. 3. §. in hac. num. 2. ff. commod. Iaſſ. in l. vinum. nu. 22. ff. ſi cert. petatur. Bolognetus in additione ad conſi. 5 Ananiæ, Rodericus Suarez dicens ita practicari in hoc regno, in l. poſtremo iudicatam, verſ. quæritur vlterius num. 2. ad finem.

Sed pro concordia dicendum erit, quod opinio Bart, & ſequatium, debet intelligi vera, caſu quo fructus extant, vel extare præſumuntur: hoc eſt intra triennium, vel intra annum, ſi eſſent poma (vt ſupra retulimus) non vero quando ſunt conſumpti facto hominis, vel legis præſumptione, vt poſt triennium in vino, tritico & oleo, &

in nomis post annum, & ita respondit
14 Roland. cons. 99 nu. 10. nullo enim modo post triennium, fructus isti incrementum recipere possunt, & pro hac sententia est textus in l. 1. C. de distractio. pigno. Vbi fructus rei pignoratæ, eo ipso, quod sunt consumpti cõputãtur in sortem, neque eorum crescit æstimatio, quia post consumptionem non dicuntur amplius fructus,
15 sed quantitas, & pars sortis principa-
16 lis, secus autem si fructus non essent consumpti, vel extare præsumerẽtur, quia tunc non computarentur in sortem, neque eam extenuarent, quia vt species certa reputantur, & de specie ad quantitatem, non efficitur compẽsatio, ex Bar. in l. 1. C. de pignor. actio. Fanus de pignor. 5. p. 5 memb. numero. 11. & 12. versiculo. limita autem Idem Bart. in l. neque scriptura, nu. 6. C. de compensa.

17 Ex quibus in proposito regula erit quod post triennium, vel fructus consumptos, administrator vel debitor non tenebitur ad æstimationem quãti plurimi, quia post consumptionem eorum, veram, vel fictam, non crescit æstimatio, quam sententiam notabilem dicunt Bart. & Paul. in l. diuortio
18 §. obdonationes. ff. soluto matrimon. vbi dicunt, diligenter esse notãdum, quod quando licite percipio fructus ex re aliena, vt maritus, creditor, tutor, vel procurator, consumptis fructibus, non teneor ad fructus, nec ad tantundem in genere, sed tantum teneor ad æstimationem, quia de cætero non potest crescere, vel decrescere æstimatio, & eos sequitur Boerius decis. 68. & Aretinus dicit notabilẽ in §. siquis a non domino num. 4. inst. de rerum diuisione. Parisius cons. 18 versi. in aliam causam, volum. 4. & eos
19 refert & sequitur Caualca. de tutore, num. 232. vbi proculdubio tenendũ reputat, quod æstimatio talium fructuum onerari debet tutori, secundũ æstimationem, quæ fuit tempore, quo fuerunt consumpti, & sic a die mercæ vsque ad triennium. Et hãc sententiam refert tenuisse Bald. in l. 2. in fine nu. 8. vers. quæro hæres. C. de fructi. & litium expensis. Menoch. de recuper. possess. rem. 15. quæst. 40. numero. 596. vers. declarat. quarto. fol. 172. Decis. Genuens. 177. num. 7. & 8

20 Vlterius in proposito dicendum videtur, quod in hac æstimatione quãti plurimi, debet haberi respectus ad qualemcumque maiorem æstimationem, etiam si momento tantum durasset, vt tenet Cagnolus. in d. l. vinũ, numer. 36. ff. si cert. pet. licet hæc opi-
21 nio mihi parum vrgeat, ad probandũ enim rei pretium, & communem æstimationem, nõ sufficeret etiam si probaretur, quod tali die, talis mercantia fuit empta & vendita pro tanto, quia non debet fieri cõsideratio tam breuis temporis, & hanc sententiam notabilem dicit Angelus post Barto. in l. pretia rerum. ff. ad, l. falcid. Boerius vbi supra nume. 6. Afflict. decis. 316. num. 5 vbi dicit, cautum debere esse aduocatum in articulando hanc æstimationem, quia non debet se restringere in articulo, ad tempus instãtaneum, sed facere debet articulum, quod tali tempore, communiter tantum valuit similis mercantia in foro publico, non enim sufficeret probare quod Titius, vel Sempronius tali die, vel tempore pro tali pretio vendiderunt triticũ, inter priuatos, (vt aiũt) parietes. Et hanc sententiam refert tenuisse Floriacum de sancto Petro in l. si seruum. ff. ad leg. Aquil. Bart. in l. septem C. de erogatio mili. anno. lib. 10. vbi dicit. Nota hic casum expressum, quod quantum frumentum valuit, valueruntque aliæ res venales,
23 nunquam debet inspici, nisi in loco publici fori, & quantum ibi vendi potuisset,

tuisset, vnde si triticum, vel alia res, posset multo plus vendi extra forum non debemus illud attendere, sed æstimationem tantum fori publici. argum. text. in. c. 1. de emptione, & venditione, ibi. *Quantum in mercato vendere possunt.* Et hanc sententiam sequitur Butrius in. c. cum causam versic. ad secundum, eo ti. Bart. in. d. l. pretia rerum. Plotus in. l. si quando. C. vndevi. num. 182. in magna impressione, vers. quinto non tenetur. Mascar. de probatio. concl. 1399. num. 35. & prædicta maxime conducunt ad intelligentiam eorum, quæ notant Aiora de partitio. 1. part. cap. 7. ex num. 10 Cum tribus sequentibus. &. 3. par. ca-
24 pit. 29. numer. 105. quatenus tractat, qualiter maritus debeat restituere vxori triticum, vinum, vel oleum, quod in dote recepit, vbi dicit, quod sufficit, si totidem reddat. Non enim hoc sufficit, sed pretium temporis cõsumptionis prestari debebit, ex supra relatis.

25 Ex quibus infertur, quod etiam si administrator potuit triticum, vel quid simile carius vendere, mittendo illud ad forum vicini loci, & non misit, sed domi illud viliori pretio vendidit, ex hoc non poterit de æstimatione quanti plurimi onerari. Et hãc sententiam in terminis tenent Bald. & Salice. in. l. fin. C. de administ. tuto. & alios refert Gutierrez de tutell. libro. 2. c. 1. num. 120. facit quod dixit Afflictis decis. 316. in fine, quod si quis sit debitor tritici, quod solui debebat in tali loco, & probatum sit, ꝙ alibi, quam in loco destinatæ solutionis carius in foro publico vendebatur, tempore quo solui debuit, non debet attendi talis probatio ad æstimationem quanti plurimi, sed probari debet præcisse, quod in ipso loco solutionis destinatæ, tali tempore pro tanto valebat communiter. Quod

nota. *Para los que se obligan a las valias de Mayo.*

Hæc tamen æstimatio quanti plurimi, aliquibus ex causis cessare posset, etiam vbi quis esset interpellatus congruo loco, & tempore a lege, vel ab homine. Primum enim locum nõ
26 haberet, vbi frumentum, vinum, vel oleum, siue quælibet alia similis species, præstanda esset, extra domiciliũ vel habitationem creditoris, vel debitoris. Hoc enim casu debitor nõ diceretur in mora, nisi creditor probasset, quod ipse paratus fuit recipere rem, vel speciem debitam, in die ad solutionem dessignato, in loco destinatæ solutionis. Ita Bart. in. l. item illa, num. 9. & ibi communiter scribẽtes. ff. de consti. pecunia. Afflictis decis. 316. nu. 2. ex text. in. l. arbiter calendis. ff. de arbitris, ibi. *Si per stipulatorem stet, quominus accipiat, non committi pœnam.* Et in terminis ita tenet Decius cons. 566. num. 4.

27 Secundo de æstimatione quanti plurimi debitor non onerabitur, vbi species soluenda requirebat laborẽ importando ad locum destinatæ solutionis, eo enim casu non sufficeret, quod creditor probasset, se interpellasse debitorẽ, vt solueret, sed necesse probare debet, quod ibit ad locum destinatæ solutionis, ad recipiendam illam quantitatem, quod est intelligendum, vbi ex natura contractus, vel ex pacto debitor non esset obligatus adportandum illam ad domum creditoris, vt voluerunt Bart. & Paulus, in. d. l. Item illa. Maria, Soci. cons. 136. num. 1. Plotus in. l. si quando. C. vndevi num. 182. vers. secundo debitor.

28 Tertio de prædicta æstimatione non oneratur debitor, vbi non ipse creditor, sed eius procurator illum interpellasset, vt solueret, non docto demandato creditoris ad recipiendum, exigendum, & quietandum credito-

ditorem, etiam si creditor non petijsset, vt mandatum prædictum exhiberet. Et ratio huius conclusionis est, quia reus in extraiudicialibus non tenetur excipere de mandato, sed illud creditor, vel eius procurator exhibere debet, ad constituendum debitorem in mora, vt eleganter notauit Bald. in Rubr. C. depositi. numer. 4. & vbi supra num. 4. Bart. in l. si quis inficiatus numer. 1. ff. depositi. & in l. non solum. §. morte. nu. 37. ff. de nou. oper. nuntia. Et in l. nomen. C. quæ res pig. oblig. possunt.

29 Quarto de æstimatione supra relata debitor non onerabitur, quando in obligatione non erat specificatus dies solutionis, neque locus in quo solutio facienda erat, præterquam si in ipsamet interpellatione creditor exprimeret diem, & locum præcisum, in quibus protestetur, se recipere, paratum esse, & protestationem probauerit, vt voluit Bart. in d. §. morte. numer. 57. & in l. aut qui aliter. §. 1. per textum ibi. ff. quod vi, aut clam, & in l. cum filius per textum ibi. ff. de verborum. Afflict. vbi supra. d. num. 4. versic. præterea, & secundo Plotus, loco supra citato num. 132.

30 Quinto de æstimatione quantiplurimi non onerabitur, quando fuit debitor pretij, cuiusdam diei præcisi, vt puta, in die paschatis Natiuitatis, vel die diui Ioannis, quia si non probaret creditor, saltem per vera tabellionis testimonia, quantum valuerit triticum illa die, communiter, in publico foro loci, vbi erat soluendum, minime de æstimatione quanti plurimi onerandus est debitor, etiam si probasset, quod illa die aliqui pro ranto emerunt, vel vendiderunt, quia ex hoc non concluditur communis valor, & æstimatio, quam præcisse tenetur creditor probare, vt voluit Bart. in l. pretia rerum i. princip. per text. ibi. ff. ad l. falcid. Afflict. vbi supra numero. 7. Plotus. dict. num. 182. versic. quinto non tenetur. Mascard. de probatio. concl. 1398. nume. 35. cum sequentibus. Prædicta tamen sententia cessaret, vbi essemus in loco, vbi singulis hebdomadis ab aliqua persona publica describitur, quanti ressuerint venditæ communiter, tali enim casu huic publico libro credendum, & standum erit, vt voluit Mascar. vbi supra num. 45. vbi in Francia ita seruari inter mercatores testatur.

31 Sexto non onerabitur debitor de hac æstimatione quanti plurimi, si carestia superuenisset in solita, vt tradit Iaso. in l. sed si quis. §. quæsitum numero. 33. ff. si quis cautio. Imola in. l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. Plotus. d. numero. 182. versicul. septimo non tenetur. Vbi dicit, quod si euenit penuria insolita, & quæ non durabit nisi per modicum tempus, non debet debitor onerari de æstimatione quanti plurimi, respectu illius modici temporis, etiam si esset tempus vnius anni, nisi probaretur, quod ante, & post pro illo pretio simile triticum, vinum, vel oleum, vendebatur communiter, quod ipse verum intelligit, dummodo debitor non fuerit in mora constitutus, vel esset fur, quia in quolibet ex prædictis casibus, etiam de æstimatione quantumcumque momentanea onerandus esset, ita Couarru. in reg. peccatum. 2. part. §. 6. num. 2. quem refert & sequitur Caualc. de tutore numero. 237. in fine. & 238. Neque mirum, quod dispositum in fure, etiam in morosо locum habeat, quia fur, & morosus in iure æquiparantur, vt in l. inter stipulantem. §. sticum, & ibi Bartol. ff. de verborum, & in l. quod te mihi num. 11. ff. si cert. petatur.

32 Septimo non oneraretur debitor de ista æstimatione quanti plurimi, vbi creditor recepisset triticum, vinum

num, vel oleum ſibi debitum ſimplici ter, & abſque proteſtatione æſtimationis quanti plurimi, vel etiam cum proteſtatione, ſed illi debitor contradixiſſe, dicens, quod per illam ſolutionem volebat ſe amplius ab hac æſtimatione quanti plurimi liberare, ita Decius in l. vinum. ſupra relata, limit. 2. & in d. l. 3: C. depoſiti. vbi Bald. & communiter ſcribentes, & in l. fin. in fine. ff. de eo, quod certo loco, Pau. Caſtren. in l. 3. §. item Iulianus ff. eod.

33 Octauo de prædicta æſtimatione quanti plurimi non onerabitur debitor, vel adminiſtrator, quandecúque a debitore petijſſet creditor plus debito, abſque proteſtatione, quod eſt paratus recipere in calculo, quicquid conſtiterit debitorem illi ſoluiſſe, ita Crotus in l. 1. §. ſi ſtipulanti nume. 6. & Alex. ibi col. 2. & ibi Galiaula in fine, verſ. vltimo. in quantum. ff. de verborum, vbi Alciatus hanc dicit communem ſententiam, & eam magis cõmunem dixit Plotus dict. num. 181. verſ. decimo non tenetur.

34 Nono non teneretur debitor ad hanc æſtimationem quanti plurimi, vbi debitor non ſciret, vel ſcire deberet, vel ex aliqua iuſta cauſa ignoraſſet, ſe eſſe debitorem tritici, vel alterius mercis, vel rei, vt puta, ſi eſſet alterius hæres, vel aliquam aliam iuſtam cauſam litigandi haberet, vt reſoluit Octauia. deciſ. 48. num. 1. & plures, quos refert, & ſequitur Caualca. de tutore num. 237. vel vbi debitum non eſſet liquidum, vel rationes eſſent intricatæ, vt reſoluit ex Baldo, Iaſſo. in l. quod te mihi, numero. 8. & 9 ff. ſi certũ petatur. vbi refert Bal. in l acceptum num. 11. in fin. de vſur. dicentem. quod mora in non liquidis, numquam committitur, niſi per iudicem ſit declaratũ, quanta ſint reliqua & ſic a die notificationis ſententiæ teliquatus, incipit cõſiderari æſtima 36 tio quanti plurimi, quia ex tunc debitor eſt in mora regulari, vel ſi datus ſit certus terminus ad ſoluendum, quia lapſo termino, & nõ antea, mora contrahitur, A. ex. in. l. quod te mihi, colum. 5. ff. ſi cert. petat. Olaſcus, vbi ſupra. nume. 4. ſi vero ſit tutor vel curator qui frumentum ex bonis & redditibus minoris colligit æſtimationem ſoluere debet, illius temporis quo triticum vendidit, vel conſumpſit ſi triticum non extat, vt patet ex ſupra relatis, quia ex tunc æſtimatio ſuccedit loco rei, & non ſatisfacit ſi triticum inuito minore reddat. Et ratio prædictorum eſt, quia iuſta cauſa litigandi excuſat debitorem à mora, & per conſequens ab intereſſe, etiãſi eſſet debitor ex cauſa depoſiti, quinimo facit, vt de interitu rei (etiamſi res non ſuiſſet peritura penes actorẽ) non teneatur, ex text. in l. ſi lõgis. C. de executio. rei iud. Accur. in l. in hac ff. de condictio, triticaria, Plotus vbi ſupra, verſ. vndecimo non tenetur, Ioſephus Ludoui. deciſ. 51. num. 8. Maſcard. concluſ. 1388. num. 32.

35 Decimo non onerabitur dedicta æſtimatione quanti plurimi, vbi contractus fuiſſet reciprocus, & tam vnus quam alter aliquid adimplere teneretur, quia ſi creditor, vel petitor ex ſua parte prius non adimpleuiſſet, debitor non diceretur conſtitutus in mora, ex text. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. tenet Petrus Surdus, deciſ. 179. num. 26. & late Ma card. de probatio. concluſ. 1388. per totam, vbi pulchra cumulat circa cõtractus correſpectiuos, & in l. 27. titul. 5. par. 5. vbi Gregor. verbo ex pretio, Plotus loco ſupra citato, vbi idem dicendum exiſtimat in caſu, quo cõtractus eſſet vſurarius, quia tali caſu non tenetur debitor illud adimplere ex parte ſua.

36 Vndecimo prædictam concluſionem

nem limitat, Bart. in l. non solum. §. morte num. 59. vbi quis esset interpellatus, & requisitus, vt solueret tempore, quo quis ducebat vxorem, vel sepeliebat suum defunctum. Quam sententiam extendit Ripa. in tractatu de peste. part. vltima nu. 93, etiam vbi interpellatio facta fuisset durante Nouenario. & in cap. cum. M. Ferrariensis. de constit. ex text. in auct. vt cum de apellatio. cognosci. §. Sancimus, cui resonat. l. fin. tit. 13. part. i. & ibi. Gregor.

37 Duodecimo, & vltimo, debitor ab hac æstimatione quanti plurimi liberatur, vbi debitore interpellato, statim, (idest, antequam soluere posset) superuenisset difficultas soluẽdi, quia difficultas soluendi, mora non causata, excusat debitorem à mora, & per consequens ab æstimatione ista, vt in. l. diuortio. in principio. ff. de neg. gest. & in. l. ratio, aliàs datio. §. si pervenditorem, ibi. *Cum nulla difficultas, &c.* ff. de actio. emp. & in. l. Thais. §. 1. ff. de fidei. commiss. liberta. & hãc dicit communem sententiam Bellonus. lib. 1. supputationum. cap. 13. licet contrariam sentẽtiam tenuerint plures relati à Butigela in. d. l. quod te mihi. col. 19. vers. tertia concluss. qui fortiter affirmant, quòd difficultas superueniens, non excussat debitorem à mora, quando debetur pecunia, triticum, vinum, aut oleum, vel quid aliud ingenere, ita Bobadilla in pollitica lib. 3. cap. 3. num. 73.

Prædictas tamen Doctorum sententias fœdere distinctionis concordabis, & conciliabis, si distinguas in hunc modum, aut enim difficultas soluendi superuenit aliquo casu fortuito, vel facto alicuius tertij, aduersus quem regressus haberi non potest, & in his casibus difficultas soluendi excusaret debitorem etiam quantitatis, aut generis, ab hac æstimatione quanti plurimi, ex text. in l. quod te mihi, quem ibi ita intelligũt Socinus, Aret. & alij. Butigela vbi supra, num. 41. Bellonus d. cap. 13. Socinus consil. 288. numer. 31. Pro qua sententia est text. in. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad. l. Rodiam. de iactu, aut difficultas inerat à principio, & hoc casu ab hac æstimatione quanti plurimi non excusatur, imputandum enim est debitori, qui & si cognouit difficultatem soluendi, adhuc adsoluendum se astrinxit, non enim lex fauet, ei qui se vltro necessitati supposuit, vt in. l. si fideiusor. §. penul. ff. qui fatisdare cogantur. Dicit tamen Bellonus loco supracitato, quòd debitori soluere impedito absque eius culpa, (etiam si rigore iuris ad æstimationem quanti plurimi teneatur) ei tamen per inintegrum restitutionẽ succurritur, vt ad talem æstimationem non teneatur. Et hanc sententiam dicunt notabilem Canonistæ in cap. cum quis in iud. de reg. iur. in 6. & eam refert, & sequitur Plotus. d. num. 182. in fine.

Vltimo, & finaliter dubitatur, an
38 rectores ciuitatis debeant in rationibus onerari de tritico publicæ Annonæ, quod vel corruptus aquis, vel àvermibus (quos vulgo dicimus Gorgojo) fuit demolitũ, eo quòd cùm possent) illud intervicinos distribuere, pro renouando illud, hoc non fecerunt. In qua difficultate prius sciendum est, quòd in hoc multorum culpa considerari debet. Nam imprimis de ista corruptione tritici, & dedamno ex ea resultanti potest onerari depositarius ipsius tritici. Ad curam enim ipsius spectat prospicere, ne frumentum debastetur, vel stilicidijs, seu pluuijs cadentibus corrumpatur. vt in. l. 2. C. de condi. in publi. horreis. Vbi dicit Bart. quòd administrator, siue susceptor, & depositarius est in magna culpa, & negligentia, si domos, & horrea non inspexerit, & sartate-

&a domus frumentariæ non habuerit, in tantum, vt neque excuſari poſſit, ſi dicat, ꝙ habuit factore idoneũ pro dicto poſito adminiſtrando. Sarta enim tecta eſſent, necne, perſe ipſum inſpicere debuit, nec alij hoc cõmittere licuit, vt & in tutore minoris cauetur in.l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. manda. l. lex quæ tutores §. ergo & domus, & ita tenet Mexia. in ſua pragmat. panis concluſ. 1. nume. 72. Poteſt etiam de hac negligentia Rector prouintiæ onerari, quia ad ipſum etiam ſpectat viſitare horrea publica, vt videat, an opus ſit triticũ vetus prius vendere, quàm nouum, vel an opus ſit triticum nouum cum veteri immiſceri, vt ſub velamento noui vendatur & vetus, vt in d. l. 2. vbi Platea. Babadilla in Politica. lib. 3. cap. 3. num. 47. Qui nimo & ſemper ſumma cũ diligentia curare debet, vt prius vendatur vetus, quàm nouum, vt tenet Bartol. in l. 1. C. de cond. in public. horr. libro decimo, Franciſcus Marcus deciſ. 541. numer. 3. Mexia in loco, ſupra citato. num. 73. in fine, vbi, ſupradicta ad tutores etiam extendit, & ad quoſcunque adminiſtratores extendi poſſe arbitror, ſiquidem omnes tenentur adminiſtrare cautè, & ſumma cum diligẽtia, ad inſtar diligentiſsimi patris familias, vt in alegata. l. a tutoribus de adminiſt. tuto & in. l. 1. ff. de tute. & ratio. diſtra. l. 1. ff. de contr. actio tutel.

Quòd ſi triticum aliquod, fortuito caſu corrumpatur, vel ſuperabundet eo quod annus fertilis ſuperueniat, adminiſtratores reipublicæ debent illud inter incolas (ſecundum tamen patrimoniorum) diuidere, eo adiecto, vt tantundem ex nouo reddant, ex textu in l. quod ſæpe. §. veneni. ff. de contrahend. emptione Bart. in l. vnica C. vt nemini liceat in emptione ſpecierũ ſe excuſare, vbi dicit ſe ita practicaſſe in ciuitate Peruſij, pro ſale reipublicæ vendendo, & in ſpecie, in tritico loquendo, ita tenẽdum reputat Franciſcus Marcus, deciſsione. 542. 1. part. poſt Lucam de Peña. in d. l. 1. Bobadilla plures referens in. lib. 3. Politicæ. cap 3. nu. 40. cum duobus ſequentibus. Et ita Vtra riè practicatum fuiſſe, teſtatur Mexia vbi ſupra num. 74. vbi dicit. quod hoc caſu tam clerici, quam laici cõpelli poſſunt, vt triticum nouum pro veteri reddant, & quidem hoc æquitati, & rationi naturali congruit, & in cõſcientia licet, vt tradit Hoſtien. in ſumma de vſur. verſic. in alijs autẽ caſibus ibi ſi tamen pœnas, & Merca. in tractatu de tratos y contractos. c. de preſtamo, verſicul. *mas no es juſto*. cum ex prouidentia reipublicæ, tempore neceſsitatis omnibus tam clericis, quàm laicis ſubueniatur. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. quinimo, & ipſe hoc caſu inter vicinos vicorũ, qui ciuitati ſubdũtur, diſtribuere triticum poſſe reſoluit. nume. 75. tu illũ videas, quia late, & erudite loquitur. Minime tamen compelli poſſunt decuriones (hac non vrgente neceſsitate) vt triticum publici horrei ciuibus vilius vendant vel tradant, quam cõparatum eſt. ex text. in. l. non debere ff. ad municipalem.

SVMMARIVM.

1 *VErba indiffinita æquipollent vniuerſali.*

2 *Dictio, alie, eſt indiffinita*

3 *Totum qui dicit, nihil excludit.*

4 *Infinitas, prohibita eſt in iure.*

5 *Partuum, & poſt partuum computatio, quando arbitrio iudicis ſit faciendã, quid ve in hoc tenuerit Senatus Neapolitanus*

6 Par-

6 Partuum, & post partuum cõputatio, qualiter fuerit in consilio de la mesta facta per peritos & expertos caprarios.

7 Partuum, & post partuum compuetatio, tũc demum arbitrio iudicis relinquitur, quando vere non constat, quod partus ex ouibus, vel alijs animantibus fœminis processerint.

8 Arbitrium boni viri non debet esse absolutum, nec in eo iudex debet excedere metas iuris, rationis naturalis, & æquitatis.

9 Iudex arbitrari debet secundum mentem legis, iuris, & rationis

10 Oues quo tempore parere incipiãt quo ve tempore parere desinant,

11 Vacæ a quo tempore partui sunt aptæ, quo ve tempore desinant parere.

12 A Equa a quo tempore parere sit apta, quoue tempore inutilis efficiatur.

13 Iumenta, siue asinæ a quo tempore parere incipiant, quo ve tempore partus inutiles efficiantur.

14 Capræ quo tempore fœtus procreare incipiant, quoue tempore desinant.

15 Puerperæ, siue sues fœminæ, a quo tempore incipiant parere, quoue tempore inutiles efficiantur ad procreandum.

16 Sues fœminæ, siue puerperæ, quot vicibus in anno parere, quo sue fœtus procreare regulariter soleant.

17 Condemnatus ad fructus alicuius asini, equi, vel porci admissarij (quos vulgo dicimus, De simiente, o garañones,) quid restituere debeat, & qualiter sit facienda computatio fructuum ipsorum animalium.

18 Equus a quo tempore generare incipiat, quo tempore inutilis fiat sobolis procreationi.

19 Asinus admissarius a quo tempore generare incipiat, quoue tẽpore desinat.

20 Hircus a septimo suæ ætatis mense, satis est habilis, & potens generationi, & aliquando admodũ aptus est libidini, vt adhuc dum vberibus alitur, matrem stupro superueniat.

21 Hircus ante sex annos senescit.

22 Condemnatus ad restitutionem partuum, & post partuum, an matres tantum cum suis fœtibus præstare debeat, an vero partus quoscunque fœtuum etiã reddere teneatur etiã in infinitũ

23 Sententia censetur lata secundum petitionem, & libellũ agentis.

24 Verba sententiæ debent intelligi, prout sonant stricte, neque extendi debent ad intellectum, quem ex lata significacione habere possunt.

25 Omissum censetur, quod in condemnatione non est expressum.

26 Sententia debet interpretari in fauorem condemnati.

27 Quan-

27 Quando in libello, in quo partus, & post partus petuntur, additur vlterius, cum omni sua causa, veniunt etiam partus partuum, & fructus fructuum.

28 Quando fit computatio de partubus, post litem contestatam procreatis, omnes, & quicumque partus, & partuum partus comprehenduntur,

29 Sententia intelligenda est, ita vt iudex censeatur pronunciasse secundum ius.

30 Tutor, vel maritus si accepit centum oues, & illas vendidit, ante tempus resolutionis tutellæ, vel matrimonij an teneatur ad pretium temporis venditionis, an temporis restitutionis, vel an totidē oues restituere debeat.

31 Maritus si oues prægnantes, & iam prope partum, item & proximas tonsuræ accepit, post partum vero & tonsas oues, dissoluatur matrimonium, qualiter prædictorum partuum, & lanæ ratio haberi debeat.

32 Pastore conuento ad restitutionem ouium, non sufficit probare oues mortuas fuisse (etiā casualiter) nisi probet casum absque eius culpa contigisse.

33 Pastor, vel caprarius, & si pelles mortuorum capitum ad dominum reducat, adhuc ex hoc mortem non probat, nisi probet mortem absque eius culpa contigisse.

34 Pastor qualiter mortem ouium probare debeat.

35 Mortem ouium pastor probare potest, per signa, & coniecturas verisimiles.

36 Pastor si in libro suo rationum scriptum habet, qualiter tot oues, capræ, vel armenta in itineribus casu perierunt, an huic libro credatur.

37 Duci creditur de morte militis.

38 Casum non probat per iuramentum solum, qui tenetur ex contractu.

39 Vxor si dedit marito in dotē, unâ vel duas equas inæstimatas, & ex eis aliæ natæ sunt, & tandem tempore dissoluti matrimonij, illæ equæ dotales mortuæ reperiuntur, an maritus teneatur loco mortuæ, aliam ex filiabus subrogare, & restituere.

40 Fructus rei dotalis competunt marito pro sustinēdis oneribus matrimonij.

41 Grex si detur marito in dotē, & oues aliquæ ex grege mortuæ sint, tenetur ex filiabus alias loco mortuarum subrogare.

42 Lex si non distinguit, nec nos distinguere debemus.

43 Pluralis numerus duobus contentus est.

CAPVT. XVIII.

Qualiter de fœtibus pecorum sit onerandus administrator, condemnatus ad restitutionem ouium, con partos y post partos.

ASsidue in forensibus tribunalibus, tutores, cohæredes, & alij administratores condemnantur, ad restitutionem ouium, vacarum, & suum, æquarum itidem, & hircarum cum fœtibus, ac fœtuum fœtibus, (quod nostro vulgari idiomate dicimus, *Con partos y post partos*). Et cum circa horum fructuum computationem nihil in iure adhuc solide teneatur, calculatores, aduocati, & etiam iudices in huiusmodi liquidationibus, & computationibus nimis anxie torqueri solent, & ideo hoc in capite, quid iure verius teneri possit, videndum erit.

Et imprimis dicendum videtur, quod ex dicta clausula condemnatoria omnes partus pecorum indifinite comprehendantur, vt expresse probari videtur in.l. equis. 39. ff. de vsuris. ibi. *Equis per fideicommissum legatis post moram hæredis,* 1 *fœtus quoque debentur.* Textus etiam in.l. equis. 8. ff. eod. ibi. *Equis per fideicommissum relictis post moram fœtus quoque præstabitur.* Verba enim illa (fœtus) in dictis iuribus indifinite apposita, vtpollent vniuersali, vt in.l. si pluribus, & ibi Bar. & communiter scribentes, ff. delegat. primo, & sic ad omnes, & quoscumque fœtus ex talibus ouibus natos extendi debent. Quæ sententia locum habet, maxime quando ouium sub vniuersali propositione comprehensarum, eadem est æqua ratio, qualitas, & conditio, vt tenet Couar. lib. 1. Variarum. c. 13. num. 9. Et sic cũ eadem ratio, qualitas, & cõditio militet in hoc casu, respectu quorumcumque partuum, illa dictio fœtus, vel partus ad omnes indifinite extendi debet, & ita in simili voluit Consultus. in.l. placet. ff. de liber. & post, vbi clausula hæc instituo post humum hæredem, non tantum ad præsentem fœtum in vtero existentem extenditur, sed ad eum, qui ex quacumque vxore nasceretur post mortem testatoris, & fere in terminis videtur textus apertus in.l. quod si oues. ff. de peti. hæredi. ibi. *Quod* 2 *si oues natæ sunt, & ex his aliæ, hæ quoque quasi augmentum restitui debent.* Dictio enim illa, aliæ, est indifinita, & sic omnes fœtus vniuersaliter comprehendit, vt tenet gl. in.l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. verbo, aliam. Baldus in.l. couuenticulam. n. 3. versic. item est C. de episco. & cleri. Et pro hac sententia facit optime textus in.l. 5. titul. 14. p. 6. ibi. *Si contra alguno que fuesse tenedor de la herencia que perteneciesse a otro, fuesse dada sentencia que la tornasse, deuela entregar a aquel que le vencio con todas las otras cosas, que vuo por razon della.* Dictio enim illa, *todas*: omnes fructus vniuersaliter comprehẽdit, quia qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de legat. 3. Et si dictio prædicta, *todas*, sit iuncta cũ dictione de causa, vel partus extenditur ad omne illud, quod habiturus esset creditor, vel dominus, cuius grex fuit retẽtus, vel administratus, vt in. l. sed & partus. ff. quemetus causa. ibi. 3 *Sed & partus ancillarum, & fœtus*

peco-

pecorum, & omnem cauſam. Vbi gloſſa verbo cauſam exponit, vt partuũ partus, & fructuũ fructus. Rurſus pro hac ſententia facit textus in l. 23 titul. 31. part. tertia, ibi. *Que todos los fructos que nacen de las beſtias, y de los ganados deuen ſer daquellos, a quien es otorgado el Vſufructo.* Si enim hoc in vſufructuario cautum extat, quanto magis in reſtitutione fructuum, proprietario facienda, dicendum erit. Ex quibus dicendum videtur, quod condemnatus ad reſtitutionem fructuum, & pecorum. *Con partos y poſt partos*, reſtituere debeat vſque in infinitum, omnes, & quoſcumque partus, qui ex primis, ſecundis & tertijs ouibus, in infinitum natos fuiſſe conſtiterit. Multi autem aduocati & iudices horum partuum, & poſt partuum reſtitutionem ad primos, & ſecundos fœtus (tantum) extendunt, vbi ſimpliciter ſententia lata fuit, condemnando reum ad reſtitutionem ouium, vel pecorum *con partos y poſt partos.* Et hanc ſententiam fundare nituntur ex textu in dicta lege, quod ſi oues, de peti. hæredi. dicunt in quam, quod, ibi Iuriſconſultus, vt euitaret infinitatem, quia infinitas prohibita eſt in iure, vt in lege fideicommiſſa. §. ſiquis decem. ff. delegat. tertio, lege qui bona in fine. ff. de damno infecto. Corneus conſilio. 290. numero ſeptimo, volumine primo) voluit ſe reſtringere ad illos primos, & ſecundos partus dumtaxat, ne deinceps daretur proceſſus in infinitum, & ad dictionem alij, reſpondent, quod non eſt indefinita, ſed debet intelligi de alijs ſecundis fœtibus, quia expreſſe ſenſit de primis, & ſecundis fœtibus tantum, dicens. *Quod ſi oues natæ ſunt, deinde aliæ,* quaſi ad primos, & ſecundos fœtus ſe reſtrinxerit, & iam pluries ſecundum hanc interpretationem noſter ſenatus iudicauit, & ad iura pro contraria opinione adducta reſpondebant, quod debent intelligi ſecundum textum in dicta lege quod ſi oues, hoc eſt de primis, & ſecundis fœtibus.

Senatus tamen Neapolitanus cauſam hanc partuum, & poſt partuum arbitrio iudicis terminandam reputauit, vt tradit Affli&t. deciſione. 58. numero nono, vbi refert, quod cum centum oues petitæ fuiſſent cum partubus, & poſt partubus, reus fuit condemnatus ad reſtitutionem prædictarum centum ouium, & vt pro partubus decem, & ſeptem annorum centum ducatorum ſummam creditori præſtaret, & ibi ipſe ſentit hanc materiam eſſe arbitrariam in iure, ipſeque in hac regali Chancellaria ſecundum hanc opinionem iudicatum vidi, vbi quæſtio hæc accerrime fuit ventilata inter Dominam Violantem Oſſorio, & Lupum Florem Oſſorio eius fratrem, in cauſa petitionis hæreditatis, ac demum reuiſa cauſa prima ſententia in remiſsione fuit confirmata.

Tamen cauſa ſimili, in Concilio de la Meſta, ventilata, aliter iudicatum fuiſſe cognoui, quia cum quidam paſtor condemnatus fuiſſet ad reſtitutionem centum ouium, *Con partos y poſt partos*, media quædam via fuit electa, arbitrando, quoad oues quæ reſtituendæ veniebant, cuius ætatis ad paſtorem peruenijſſe intelligerentur, ſcilicet quando ter dumtaxat eſſent parituræ, eaſque maſculos, & fœminas promiſcue peperiſſe, ſingulis tribus annis, & prædictis

fætibus coacerbatis, decimam Deo solutum præsupponendo, alios in tres diuiserunt partes, quarum vna masculorum, & fœminarum simul pro mortua fuit reputata, relinquas vero duas partes restituia debitore iussum fuit, hoc addito, vt neque pelles illarum demortuarum restitueret, ex text. in l. mortuo boue. ff. de leg. 3. & ita iudicatum fuisse per iudices Mesteños testatur Oñez, libr. obseruationum iuris capitul. 63. verficul. primum quoniam, fol. 289. vbi dicit, quod & si lac, caseum, & lana etiam nomine fœtuum comprehendantur, vt in. §. in pecudum, instituta de rerum diuisione, & in lege. 22. & 23. titulo. 31. part. 3. (Eunque extraordinarium pecudum fructum appellauerit Marcus Varro. libro. 2. capitulo vndecimo.) hi fœtus relinqui debent condemnato pro pecorum custodia, præbito sale, cæterisque impensis in ipso grege obligando factis.

9

7 Certe in tanta doctorum varietate, & iurisconsultorum perplexitate, iudicis arbitrio totum hoc erit remittendum, vbi manifeste non constaret, quod fœtus ex talibus equibus, equis, suibus, & armentis procreati fuissent, quo casu proculdubio ipsi partus, deductis expensis restituendi forent. Re tamen in ancitipi existente, non me latet, quin regiones, quin tempora, quin morbi, & pecorum scabies, siue pestilentiæ, modo, hoc modo illud suadere possint, vt ex illis in aliquo iudice variare liceat.

8 Verum cum hoc arbitrium boni viri, & non absolutum debeat esse, proculdubio in eo præstando, iudex ultra etas ioris, rationis naturalis, & æquitatis excedere non debet, vt notat Baldus in capitulo primo. §. iudices, de pace iuramen. firman. quem sequitur Cepola in lege si fugitiui, numero trigesimo tertio. C. de seruis fugitis, Menochius de arbitrar. libro primo, quæstione decimatertia, numero decimoquinto. Vbi refert Curtium, in tractatu Moneta, quæstione septima, dicentem iudicem arbitrari debere secundum mentem legis, iuris, & rationis, ac demum secundum æquitatem, nec immerito, cum illud viri boni arbitrio fieri non dicatur, quod sine ratione fit, vt egregie respondit Socinus consilio 91. numero decimotertio, a quo non dissentit Rubeus consilio. 156. numero duodecimo, & in his arbitrijs, tanta in viro bono debet esse æquitas, & iustitia, vt in re aliena id agat, quod in propria præstaret, vt voluit Decius in lege in personam. §. primo, in fine. ff. de regul. iuris, & ita tenet Menochius vbi supra. Cum igitur hoc iudicium, de quo agimus, a naturali ratione multum dependeat, ideo naturalis historiæ scriptores consulere, (vt a veritatis scopo multum non discedatur, circa prædictorum partuum computationem) iudici necessum erit, quo fit, vt sequentia ad huius rei cognitionem maxime animaduertant.

Et pro maiori euidentia sciendum erit, quod oues duorum annorum maiores, statim pro creationi sobolis sunt aptissimæ, minime autem ante id tempus parere vtiliter possunt, vt colligitur ex Marco Varrone, libro secundo de re rustica, capitulo secundo, vbi dicit. *Ne quepati oportet minores, quam bimas saluri, nequenon ipsæ fiunt deteriores, & non meliores, quam trimæ ad missæ.* Columela quoque lib. 7. capitulo. 3. loquendo de quibus dicit.

10

Fæ-

Fœmina post bimatum maritari debet, inueniſque habetur quinquenijs, ſatiſcit post annum ſeptimum. Plinius etiam libro. 8. naturalis hiſtoriæ, capitulo. 47. loquendo de ouibus dixit. *Generatio bimis vtrinque ad nouenos quibuſdam.* Ex quibus manifeſtè deducitur a tertio demum ouium anno, partus, & filios in lucem edere, procreare autem præſumuntur vſque ad nouem annos, & hanc ſententiam ſequitur Paladius libro. 8. capitulo quarto. Quo fit, vt quinque fœtus ad minus cuilibet oui at-
11 tribuantur. Quo ad vacas etiam Marcus Barro. libro ſecnndo de re ruſtica, capitulo. 5. ita ſcriptum re-
12 linquit. *Non minores oportet inire bimas, vt trimæ pariant eo melius, ſi quadrimæ, plerumque pariunt in decem annos, quædam etiam in plures.* Et eodem libro capitulo. 1. inquit. *Itaque in bubulo pecore, quod a bima, aut trima fructum ferre incipit, neque longius poſt decimum annum pro-*
13 *cedit, quia prima ætas omnis pecoris, & extrema ſterilis.* Virgilius quoque libro. 3. Georgicorum, (loquendo in vacis) inquit.

Ætas lucinam, iuſtoſque pati hinnineos,
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos.

Plinius quoque de naturali hiſtoria, libro octauo capitulo. 55. dixit. *Aut nunc anniculæ ad fœcunditatem poſcuntur, tollerantius tamen bimæ, gignunt raro geminos, Vitæ fœminis quindecim annis longiſſima, maribus viginti, robur in quinquatu.* Paladius quoque libro quarto capitulo vndecimo, dicit. *Neque ante ætatem trimam, tauros his oportet admitti.* Ex quibus manifeſtè deducitur, quoad partus vacarum, hanc eſſe habendam rationem, ſcilicet, vt tertio anno concepiſſe credantur, & in quadrimatu peperiſſe præſumantur, ac denique ad decennium vſque (ipſo quoque incluſo decennio) peperiſſe ad minus vnum quolibet anno intelligantur, & ſic ſex partus erunt administratori onerandi, niſi minus peperiſſe probetur, & ita reſoluit Oñez vbi ſupra, dicto capitulo trigeſimo ſexto.

Quo ad equas autem dicit Columela libro. 6. capitulo. 28. *Fœminam bimam recte concipere, vt poſt tertium annum enixa, fœtum educat, eamque poſt decennium non eſſe vtilem eo quod ex annoſa matre, tarda* ſit, atque iner proles,

Quod autem ad iumenta attinet, eodem tempore, hoc eſt a triennio vltra parere incipere, & per totam vitam, (quæ ſolet eſſe triginta annorum) parere, teſtatur Plinius libro. 8 capitulo. 43. vbi loquendo in aſinabus inquit. *Partus á trimatu legimus, totidemque equæ, & eiſdem menſibus, & ſimilimodo.* Et rurſus Paulo poſt dicit. *Raro geminos parit, & rurſus gignit tota vita, quæ eſt ei ad trigeſimum annum.*

Quo ad pattus vero caprarum, Plinius dicto libro. 8. capitulo. 50. in hæc verba ſcribit. *Capræ concipiunt aliquando anniculæ, ſemper bimæ, in trimatu inutiles pariunt octo annis, pariunt & quaternos, ſed varo admodum.* Et rurſus alibi dixit. *Trimæ minus vtiliter generant, & in ſenecta, nec vltra quadriennium.* Et licet ex dictis duobus locis Oñez vbi ſupra verſ. de capris, Plinium in hoc ſibi contrarium animaduertat, quatenus ſemel dixit parere capras

octonis, & rursus non generare vltra quadriēnium, tamen minimè in hoc sibi ipsi aduersatur. Quod enim inquit, quod pariunt octonis annis, hoc intelligi debet, vbi incipiunt parere anniculæ, vel vimæ, & vbi quolibet anno pariunt vnum hircum, vel duos ad plus. Quod autem dicit non generare vltra quadriēnium intelligi debet, quando admodum sunt fecundæ, vt quolibet anno, tres, vel etiam quatuor hedos pariāt, quia hoc casu citius senescunt, citiusque inutiles efficiuntur, ac eorum, matrices citius (ob immodicam libidinem) deficantur, vt in proposito declarauit Collumela, libro. 7. de re rustica, capitulo. 9. dicens, quòd fœmina quanto fecundior est, tanto celerius senescit.

Quoad puerperas autem, Collumela libro. 7. in dicto capitulo 9. in proposito dixit. *Fœmina, ſus habetur ad partus edendos idonea: fere vſque ad annos ſeptem, quæ quanto fœcundior eſt, tanto celerius feneſcit, anicula improbè incipit, ſed inire debet menſe Februario quatuor quoque menſibus fœta quinto parere*, Ac rursus paulo plus inquit. *Idque bis anno facit*. Neque in supradictis Collumela sibi contrarius existit, dum dicit. Quarto quoque mense parere, ac rursus, quod bis in anno parit, quia prædicta debent intelligi ex alio loco Marci Barronis, libro. 2. capitu. 4. quatenus loquendo in porcis dicit *Quatuor menſes adfert ventrem binis nutricat*, Et ex alio loco Plinij, libro. 8. capitulo. 51. dicentis. *Quibuſdam in locis etiam a quarto vſque ad ſeptimum annum, pariunt bis anno, tempus vero quatuor menſium numerus fœcunditatis ad biēnes, ſed educare tam multos nequeunt*. Et rursus loquendo de earum vita, inquit *Vita ad quindecim annos, quibuſdam ad vicennos*. Et hactenus de fœminis.

Verum quoniam etiam aliquando isti administratores, & malæ fidei possessores, solent condemnari ad restitutionem equi, vel asini admissarij. Quod vulgo dicimus. *Caualla garañon, o de ſimiente*: vel etiam ad restitutionem perci semen talis, cum fructibus, ideo videndum erit opportune, qualiter de fructibus horum sementalium condemnatus debeat onerari. Et breuiter in proposito est dicendum, quod imprimis petitor debet probare, quantas equas talis equus quolibet anno prægnantes efficeret, quantumque pro qualibet in prægnanda dominus communiter in illa regione recipiat, ac demum ad probationem annorum, quos vixerit talis sementalis (vbi de eius vita, per veras probationes non constat) consulendi sunt naturales.

Et loquendo in equo admissario, qui vulgo dicitur, *garañon o ſemental*. dixit Collumela libro. 6. capitulo. 27. *Iſque admiſſuræ poteſt trimus adhiberi, & vſque ad annos viginti plerumque idoneus eſt*. Ac rursus, capitulo. 28. putat, marem minorem trimo non esse idoneum admissuræ, posse vero vsque ad vigesimum annum generare, Palad. vero hos equos admissarios siue *garañones* à quinto ætatis suæ anno generare incipere profitetur. dicens, *ætas incipientis admiſſarij, quinti anni initio eſſe debet*. Et loquendo de lucris quæ ipsi facere possunt quolibet anno, dixit Collumela in dicto capitulo. 27. *Verùntamen, nec minus quam quindecim, nec rurſus pluſquam viginti vnus debet implere*. De admissario autem asino Columella libro sexto. capitulo trigesimo septimo ita Inquit, *ſed non oportet minorem,*

quam

quam trimum admitti. Paladius vero lib 4. cap. 14. dicit. *Minor trimo, maior decenij, non debet admitti*, quo fit, vt septenij fructus tantum reddat.

De hirco verò Collumela dicto
20 capitul. 6. dixit à *Septimo suæ ætatis mense satis esse habilem ad procreandũ, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc ꝟberibus alitur, matrem stu-*
21 *pro superuenit, & ideo celeriter & ante sex annos consenescit, quod in matre ꝟeneris cupiditate primis eius pueritiæ temporibus exactus est. Itaque quinquẽnio parum idoneus habetur, fœminis implendis.* Paladius etiã libro. 12. sub capitulo. 13. inquit. *Ad ineundas fœminas ante anniculum congruus, non autem durat ꝟltra sexennium*. Et prædicta (vbi nihil de vita horum animalium in contrarium probatum fuerit) locum habebunt, poterunt tamen variari pro solo, ac zelo, pro tempore, ac regione, vel ex aliquibus alijs circunstantijs, quibus (mature perpensis) iudex poterit arbitrari.

22 Vlterius in proposito pone, quod quis fuit condemnatus ad restitutionem centum ouium, quas in administratione accepit, vel itidem mala fide subtraxit, cum partubus, & post partubus, dubitatur modo, an in hac condemnatione, matres tantum cum ipsarum fœtibus comprehendantur, an verò etiam omnes fœtus, quos ex istis filiabus, & neptibus procreatos fuisse, probatum fuerit, verè & realiter veniant.

Et dicendum videtur, quod cum sententia ipsa condemnet reum ad restitutionem ouiũ petitarum cum
23 partubus, ac post partubus, calculatores non possint cum onerare de fœtibus, qui non fuerunt petiti, sententia namque præsumitur lata secundum petitionem. & libellum agentis. l. vt fundus. ff. communi diuidundo. capite licet El. 1. de sa-

monia. Rursus quia verba sententiæ debent intelligi, prout sonant,
24 & extrictè, neque extendi oportet ad intellectum, quem ex lata significatione habere possunt. l. 1. C. si plures vna sententia fuerint condemnati Abbas. in capitulo dilectus numero. 2. de officio ordina. Cepola in Rubrica. ff. de verborum, significat. numero. 151. Iasso. in. l. centesimis. §. final, columna penultima, eodem titulo Ripa, in l. 2. numero. 26. C de ædendo. Socinus consilio 74. columna finali, Curtius Iunior, consilio. 153.
25 numero. 19. Censetur enim omissum, quod in condemnatione non est expressum. Decius consilio. 442 numero octauo, & consilio. 607. numero septimo. Octauianus Osascus decisione 63. numero secundo, Tiraquellus de retractu, Lignagier §. 1. glossa 9. numero. 182. Vltimo & finaliter, quia cum hic agendum sit de interpretatione sententiæ, in
26 qua reus est condemnatus, in dubio interpretari debet in fauorem condemnati ex textu in. l, hæcenim causæ. ff. de suspect. tutor Alexander consilio. 43. columna. 1. numero, 2. volumine. 5. Socinus consilio. 134 columna. 2. libro. 1. Decius consilio 43. columna. 1. ad finem Aimon consil. 74. numer. 10. & consilio. 188. numero. 2.

In proposita tamen quæstione, duorum temporum partus, & post partus considerandos fore arbitror scilicet, ante litis cõtestationẽ, & post litẽ cõtestatã, si enim ante litẽ cõtestatã bonæ fidei possessor plures agnos ex talibus ouibus habuit, procul dubio sub hac condemnatione de qua agimus, partus primi, & secundi, vel saltim omnes, quos in quinquẽnio ouis parere solet (secundum computationẽ cõsilij de la Mesta, quã superius retulimus, vel secũdũ naturales

historias,& dicta pastorum) comprehendi debent,quia tantum comprehenduntur in cõdemnatione partus, ex illis ouibus petitis procreati, nisi in petitione petiti fuissent partus, & post partus,cum omnibus suis causis, quia tali casu, veniunt & partus partuum, & fructus fructuũ, argument. text.in.l.sed & partus,& ibi glos.ver. bo causam.ff.quod metus causa, quã ad hoc commendat Angel.ibi,Iasi.in l.cum fundus,num.fin. ff.si certum petatur. Veniunt enim primi fœtus vt partus,secundi verò,& reliqui,vt causa,gloss.in Rub.ff.de vsur.& ibi expositor titulorum,Molineus intract. de eo,quod interest, num.11.vbi dicit, quòd omne illud,quod ex re ipsa causatur,quodammodo est pars, vel saltim naturalis sequella ipsius rei, cuius etiam appellatione venit,ex tex. in.l.rei appellatione de verborum, significatione, & hanc opinionem licet obscure videtur tenuisse. Oñez loco supra citato versi. & si quidem, 28 &versic.atque hæc de partubus. secũdo vero casu, quando loquimur de partubus post litem contestatam ex alijs partubus procreatis, omnes & quoscunque partus sub dicta condẽnatione comprehensos reputauimus,ex tx.in.l.præterea.ff.de reivendica.ibi. *Necenim sufficit corpus ipsum restitui,sed opus est,vt & causa restituatur,idest,vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore, quo iudicium accipiebatur,restitutus ille homo fuisset.* Et hæc sententia probatur Clarius in.l.qui restituere .ff. eod. & melius quam alibi in.l. cum fundus. in principio.ff.si certum petatur.ibi, *Puto nos hoc jure vti,vt post iudicium acceptum, causa omnis restituenda sit, idest,omne,quod habiturus esset actor, silitis cõtestatæ tempore solutus fuisset* 29 Sentẽtia nãque intelligenda est ita, vt iudex censeatur pronũciasse,prout ius disponit,vt voluit Aimon cõs. 188. num. 8.

30 Rursus dubitatur si tutor,maritus vel alius similis administrator, inter bona sui minoris,vxoris,vel domini accepit centum oues, vel capras,& eas durãte administratione,vel matrimonio vẽdidit, in restitutione taliũ ouium, vel caprarum, cuius temporis valor sit attendendus,venditionis, an restitutionis? Multum enim interest huius, vel illius temporis æstimatio sit reddenda, an vero totidem oues, vel capræ eiusdem bonitatis sint restituendæ, & videtur dicendum quod totidem oues, vel capras restituere debeat,eiusdem æstimationis & valoris, neque iuri satisfaciat, si æstimationem soluat,quia vnũ pro alio inuito creditore solui nõ potest, vt in.l.2,§.mutui datio.ff. si cert.peta. & ibi notant Bar.& communiter scribentes. Sed resolutiue est tenendum ,quod tutor, & similis, qui bona fide oues minoris distraxit, vel maritus, qui pecora dotalia,vel paraphernalia vẽdidit,solum ad pretium,quo vendita fuerunt teneatur, non vero totidem oues,vel capras restituere debeat,vt resoluit Ayora de partition,libr.3.quæst.93.num.105. vbi dicit.quod si maritus,vel alius administrator bona fide oues vxoris ex necessitate præcisa vendidit,non tenetur aliud precium restituere,nisi illud pro quo realiter & vere venditæ fuerunt, quod & in tutore,& quolibet simili administratore dicendum arbitror,cum ipse loco patris, & sic legitimi administratoris, vel etiam loco domini habeatur,vt in l.5. titu. 14.part.7. ibi. *Porque son como señores, è tienen en lugar a los huerfanos como de padres.* Tu etiam vide Barbosam in.l.diuortio §. ob donationes ff.solut.matr.qui aliqua vtilia in proposito congessit.

Præ

31 Præterea dubitari poſſet in materia particionum & diuiſionum, ſi maritus oues prægnantes, & iam prope partum. Item & proximas tonſuræ accepit in dotem, poſt partum vero, & tonſas oues, protinus diuortium contigit, qualiter prædictorũ partuũ, hæc lanæ ratio haberi debeat & breuiter eſt dicẽdum, quod ſi oues fuerũt datæ æſtimatæ, maritus ad æſtimationem tantum teneatur, vt in l. cum dotem, C. ſolut. matr. & in l. 26 titul. 11. partit. 4, ſi vero in æſtimatæ fructos illos ouium, & lanæ pro rata temporis, quo durauit matrimonium, habebit maritus, cæteri vero ad mulierem, vel eius hæredes pertinent, vt in l. diuortio. §. non ſolum, ff. ſolut. matr. ibi. *Non ſolum autem de fundo, ſed etiam de pecore idemdicemus vt lana ouium, fœtuſque pecorum præſtentur. Quare enim ſi maritus prope partum, oues dotis acceperit. Item proximos tonſuræ, poſt partum, & tonſas oues protinus diuortio facto, nihil reddat: nam & hic fructuum toto tempore quo curantur, & non quo percipiuntur, rationem accipere debemus.* Quem textum ita intelligunt, ibi Bart. & Paul. Ioannes Garſia de expenſis, cap. 8. nu. 31. Barboſa itidem, in d. §. non ſolum in princ.

32 Sed pone quod tutor caprarius, ſiue alius adminiſtrator, qui ad reſtitutionem ouium fuit condemnatus, dicit, q̃ ex eis ex computari debeat tertia, vel quarta pars ouium, eo quod naturaliter perierunt, an talis condemnatus audiri debeat, & certum eſt, quod ſi loquamur de ſimplici debitore condẽnato, audiri debeat, etiã ſi ſimpliciter mortem probauerit, licet abſque eius culpa mortuas fuiſſe non probet, vt tenet Iaſo in l. quod te mihi. num. 11. ff. ſi cert. pet. In paſtore autẽ condẽnato non ſic, quia non ſufficit probare oues mortuas fuiſſe, eo quod priuatim, merceden accepit pro cuſtodia, quia enim officium priuatum exercet, merceden ſui laboris accipiendo, tenetur etiam de leuiſſima culpa, vt in l. 3. tit. 3. par. 5. verſo. *el tercero caſo.* Nec ſufficit illi probare mortem, vel caſum, niſi etiam probet ipſum in culpa mortis non fuiſſe, vel interitum, ſiue caſum, abſque eius culpa contigiſſe, ex text. in l. qui mercedem, vbi gloſſ. quam Paul. & alij ſecũtur, ibi. ff. locati, gloſſ. etiam in l. cum ita legatur. §. ſpecies. ff. de leg. 2. nec excuſaretur paſtor, ſi diceret, quod lupus comedit oues. c. quamuis de reg. iur. in 6. Alex. conſil. 158. volumin. 2. Barbatia Conſil. 91. vol 3. verſi. capio quintam. Iaſſo, Decius, & alij, in l. ſi paſcenda, hic num. 4. ille num. 19. C. de pact. Anton. Gom. 2. tomo variarũ cap. 30. num. 20. Crotus, qui hanc ſententiam dixit nimis vtilem in praxi, in tractatu de teſtibus, parte. 9. num. 402. Sabaſtian. de Medicis, in tracta. de caſu & periculo. 2. part q. 10. nu. 3. Burſatus, con. 53. num. 32. volum. 1. Boerius deciſione. 16. & licet ab hac opinione diſcedat Corneus conſilio. 136. volum. 1. illam tamen communẽ concluſionem dicit nouiſsimè vincẽtius Carrotius, in tractatu de locato. C. de imperitia Caprarij, nu. 3. Ambroſi. de Vignate, in tractatu. de vſur. n. 179.

33 Et hanc concluſionem in tantum veram eſſe reputant præfati doctores, vt dicãt, quod etiam ſi Caprarius, vel paſtor, pelles mortuorũ capitum ad dominum reducat, adhuc ex hoc mortem fortuitam non probet, niſi & probet caſum, mortem, vel interitum ipſarum ouium, vel caprarũ, abſque eius culpa contigiſſe, & quidem hæc ſententia nimis iuri, & rationi conſona videtur, quia ſi reductio pellis, ſufficiens probatio mortis ouis reputaretur, maxima aperiretur via

fraudibus, & malicijs pastorum, hi enimsæpe interficerétoues &capras pro ipsorumvictu,&de delicto, &perfidia sua, afferendo pelles ad dominum, excusarentur,quodvtique doctores non probãt,maxime Bal.in.l. cũ ita.§.species.ff.de leg.2. Alexan. cons.158 lib.2.num.3. Iass.in.l.quode mihi num.11.ff.si cert.peta. Gregor.Lup.in.l.15.titul.8 par.5.verbo. pechar.Vincentius Carrotius vbisupra.num.5.optime Rebusus in.l.Sylua.cedua.30.§.pascua versicul.&quis non debet,de verbo.signif.pagi.264.

34 Sed dubiũ erit, qualiter pastor ouiũ mortem probare debeat & dicendum videtur, quod clare, & euidenter illam probare teneatur.argum. textus.in.l.si creditor.C. depignorib. acto ibi. *Vel non probat manifestis rationibus.* Facit,quia in his, quæ non solent euenire de facili, fine culpa,dolo furto,vel fuga eorum, quite nenturrem custodire,nõ sufficit probare casum, nisi & probetur, quod sine culpa custodis, casus euenit.Bar. in.l.siquis ex argentarijs.§.an.vero.ff. de pact.Sallice.in. d.l.si creditor.Gregor.Lup.in.l.10.titul.14.par.3.glos. verbo.*por otra ocasion.* Anto.Gom.loco superius citato.Vincen. Carr.vbi supra.num.6.idem Gregor.lup.in.l.2 titulo.8.partita.5 glos.verbo. *Esi probare.*

35 Sed præ dictis non obstantibus in proposita quæstione tenendum sentio, quod sufficiat probare mortem ouium, vel caprarum, seu aliorum pecudum per signa, & coniecturas verisimiles, idque manifeste probari videtur in.dict.l.15.partitæ ibi. *Si probare por señales ciertas,o en otra manera,e jurare,que assi acaecio ,non lo deue pechar.* Et ibi Greg.verbo *señales ciertas*. dicit,quod debet probare,quod in regione illa,vbioues pascebãt,&mortuæ dicuntur, illo anno communiter mortua fuit tertia, vel quarta pars gregum,vel aliorum pecorum,quæ gregatim pascebãt. Pro quasententia Gregorius adducit textum in.l.quod ad præsens. ff.demuri legu.lib.11.vel si constaret designis scabiei,vel ronnæ,vel alliarũ infirmitatum, quibus mediantibus mortuas oues fuisse profitetur. Quod tamen Grego. intelligit verum, dum modo constet,quod talis pastor non fuitin culpa,illas non curando, vel non separando scabiosam ab alijs beneualentibus.argument. text. in c.resecandæ.24.q.3.hocenim ex officio facere necesse habet,quia alias totus grex periret, vt in quit. Iuuenal satira prima. Moruida facta pecus,totũ corrũpit ouile.Ne maculet sotias, est separanda grege.Et plura in proposito tradit Cepola de seruit. rustic.c.9 num.20.Ripa depeste.3. part.inprin.vers.primum remedium, vel si doceret de vi hostium,vel impetu aquarum. Et hãc sententiam ante 36 eum tenuit Bartol. in.l pretia. §.non numquã. ff. ad legẽ falci. & alij relatia Nicolao Boerio in tracta.de custodia clauium,num.13.vers.10.& in l.siquis ex argentarijs.§. an nec hæredi.ff.de edendo. nume.33. vbi dicit, quod si in libro rationũ pastoris scriptum esset,quod tot oues,vel capræ, seu armenta in itineribus vel pascuis perierunt, tali libro sit fides adhibenda,si cum hoc concurrat probatio,quod eodem tempore etiam 37 similis numerus ouium (sine pastorum culpa)in regione illa periuit,& hoc iustissimum reputat, quia sicut creditur duci, de morte militis,eodem modo credendum est pastori de morte ouium.Aduerte tamen, quod non sufficeret solum pastoris iuramentum ad probandam mortem ouium, sine eius culpa interuenisse, quia cum pastor conueniatur iure actio-

actionis, & non officio judicis, non ſufficit probatio per iuramentū dūtaxat, vt voluit Ba. in d. §. an nec hæredi & videtur tx. in d. l. ſi ered. & in d. l. 15 p. Ibi. *Señales ciertas, o en otra manera*
38 *è jurare*. Et prædictam ſententiam intelligit verā Gregor. ibi ver. *acaeſcio* vbi ex Raynerio, & Bart. tenet, quod vbi quis tenetur ex cōtractu, non poteſt probare caſum fortuitum per ſolum iuramentum. Maſcard. de probation. concluſio. 273. numero. 17. quod intelligit Gregor. vbi ſupr. niſi damnum eſſet minimum, & paſtor eſſet homo bonæ vitæ, opinionis, & famæ, tali enim caſu, ex ſuo ſolo iuramento mors ouis probatur, quod tamen eſt intelligendum, niſi dominus contrarium probauerit, & ita quotidie practicari tenet Palac. Rub. in repetitione. c. per veſtras. §. 11. nu. 12. idque probari videtur, arg. text. in. l. 46. tit. 9. lib. 5 ordinamenti. quæ hodie eſt, l. 21. tit. 18. lib. 6. recopil. vbi loquendo in eo paſtore, qui paucas oues ex Grege amiſit, dicit. *Pero ſi digere que ſe le perdio, o murio, ſin hauer en ello encubierta alguna ſea creydo por ſu juramento*. Et quidē iuſtiſsime hoc cōſtitutum fuit, quia durum fuiſſet nimis, ſi paſtor de qualibet oue ex grege mortua, teſtes tenere tur adhibere.

Alij tamē in caſu, de quo agimus, diſtinguendum reputāt, an oues, vel capræ, vel aliud ex animantibus, qui non gregatim paſcuntur fuerit amiſſum. Et primo caſu locum habeat ſententia ſuperius relata, circa probationem amiſsionis, mortis, & interitus, talium capitum, ex doctrinis ſupra proxime citatis, ſecūndo verò caſu, quando amiſſa, vel mortua eſſet vaca, vel equa, vel ſimile animal, ex his, quæ gregatim 39
non paſcuntur, tunc eius mors probari debeat plene, vt in terminis notauit Bar. ind. l. 1. & in tractatu. deteſtibus. num. 33. Vbi dicit hanc quæſtionem habuiſſe in facti contingentia Petruſi. vbi præfecti annonæ deduxerūt de ciuitate Apuliæ magnam quātitatem ouium ad Macellum, & paſtor ſic in rationibus ſe exonerebat, dicendo, plures boues in itineribus mortuos fuiſſe, & coria ad probationem mortis exhibebant, & tamen reuiſores rationum ciuitatis, nolluerūt adhibere fidem huic probationi, niſi morte in ſpecie probata, & ita in ſpecie propoſita, diſtinguit Sebaſt. de Med. in tractatu. mors omnia ſoluit. Vincen. Carro. vbi ſupra. num. 21 vbi dicit, quod non ex eo, quod viginti, vel triginta oues equæ, vel vaccæ in ſimul paſculentur, dicendum eſt, e
paſcere gregatim, quod nos dicimus *en Rebaño*. Ego vero diſtinctionem ſupra dictam vbi mors in ſiluis, ſaltibuſve, & locis campeſtribus contigiſſet) probare non auderem, etiam vbi ageretur de mortē boūis, vaccæ, vel equæ, quæ gregatim nō paſcebat, ſed totum hoc, ex iudicis arbitrio pēdere exiſtimo. Is enim ſi probatum ſit, vi tempeſtatis, impetu aquarum, abundantia niuium, vel alia ex cauſa aliorū etiam paſtorum, vacas, vel boues, ſiue equas perijſſe (ſine culpa paſtorum) eodem tempore ex adductione corij ad dominum, & iuramento paſtoris, ipſum paſtorem liberum pronuntiauit, eique exonerandum fore, tale caput mortum iudicare debet. ex. d. l. 21. recopilata, quā ſupra retulimus. Q. aliter autem paſtores fratrū de la Meſta probare debeāt ouium amiſſionem, vel mortē, vide in. l. 2. titul. 11. de las fuercas, ydaños in legibus dela Meſta, quæ eſt mirabilis in propoſito.

Vltimo in propoſito dubitatur, ſimulier dedit marito in dotem, vnā vel duas equas, aut vacas vulgo dictas

ctas *decria*, in æstimatas, ex quibus alienatæ sunt, an equa, vel vaca mortua, durãte matrimonio. (si tẽpore dissoluti matrimonij filiæ ex eis su persunt) illa mulier loco equæ, vel vacæ præmortuæ debeat habere aliam ex filiabus, quæ ex mortua matre natæ super existunt. & procreatæ fuerunt, an vero eo quod inæstimatæ cõcessæ fuerunt in dotem, periculo mulieris perijsse debeant. In qua difficultate dicendum videtur, quod talis equa, vel vaca mortua periculo vxoris perierit, eo quod inæstimata data fuit, vt in l. plerumque. ff. de iure dotium, & per consequens maritus aliam ex filiabus suo in loco submittere & restituere non teneatur, sed filias ex ea natas tanquam fructus earum pro sustinendis oneribus matrimõij ex legis dispositione suos facit, vt in l. pro oneribus. C. de iure dotiũ & in l. 7. & 25. titulo. 11. par. 4. vnde eum pecorum partus loco fructuum habeãtur, vt in §. in pecudum. inst. de rerum diuisio. & in l. 23. titulo. 31. par. 3. dicendum videtur, quod nullo modo teneatur filiam ex ea equa, vel vaca præmortua vxori restituere.

Ex aduerso tamẽ dicendũ apparet, quod maritus ex fœtibus demortuarum vacarũ, vel equarũ, aliã supponere, & restituere debeat vxori eo co matris præmortuæ. vt in l. vetus. §. fœtus. ff. de vsufruct. & in l. quid ergo. eo titulo. & in l. 22. titulo. 31. par. 3. & in l. 21. titulo. 11. par. 4. quibus in locis cauetur, quod si grex detur marito indotem, licet fructus gregis dotalis cedat viri lucro, tenetur tamen vir, loco capitum demortuorum, de fœtibus supplere defectum.

In hac tamen difficultate distinguendum videtur inter gregem datum, in dotem, vel pecora ita pauca, quæ gregem non conficiunt, & primo casu alias supponere tenebitur, ex iuribus supra relatis, secundo vero casu, quando duo, vel tres vacæ, vel equæ, quæ non faciunt gregem, datæ fuerunt in dotem. secus esset, ex textu, quem doctores dicunt multum notabilem in d. l. quid ergo. ff. de vsufruct. ibi. *Cæterum si singulorum capitum, nihil supplebit.* Ego tamen, & si iure communi iuris consultorum attento, diffiteri nõ possim, quin prædicta distinctio in vsufructuario locũ habeat, tamen, respectu pecorum dotalium, aliter legislatorem sensisse existimo, in l. 21. partitæ. supra relata, ipsa enim lex in indiuiduo casu loquendo dicit. *Ganados dan las mugeres en dote a las Vegadas a sus maridos y si por auentura quando establecen la dote en ellos, no los aprecian, el peligro, que ya viniere sera dela muger, y lleuaran el marido los fructos dellos, para sostener el matrimonio, mientra que durare pero si a caecieffe que de los ganados que diere la muger a su marido, mueran algunos, tenudo es el marido de tornar otros tantos en lugar de a que llos que murieron, de aquellos sijos mismos, que nacieron dellos.* Ergo igitur qualiter prædicta l. partitæ simpliciter, & indefinite loquitur per verbum. *ganados*, non distinguendo de grege ad non gregẽ in dote datũ vnde cũ ipsa non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. non distinguemus. ff. de arbit. l. prospexit. ff. qui, & à quibus. rursus facit, quia si quocumque casu non supponeretur filia in locũ, matris præmortuæ, sequeretur vnũ intollerabile absurdum, quod si vxor traderet marito duas, vel tres equas, vel vacas tantum, vel totidem pecora quæ gregem nõ faciunt, secundum computationem. l. oues, & ibi glos. ff. de auigeis. & in l. 9. tit. 14. p. 7. & ipsa relictis multis filiabus periissent, maritus lucraretur filias pro oneribus, vxor autem indotata remaneret

quod

quodquid absurdius dici posset in societate ista & in hac partem expresse inclinat Grego. Lup. in. d. l. 21. verbo *delos ganados*, licet tandem cogitandum relinquat, Alora tamẽ de partitio. 3. p. q. 36. n. 104. proculdubio d. l. 21. locum habere reputat, etiam vbi grex in dotem datus non fuisset, sed duo, vel tres equæ, vel vacæ, & similia, reijcendamque putat distinctionẽ iurisconsulti in. d. l. quid ergo maxime in hoc regno, vbi indefinite lex regia loquitur, quinimo: & in vsufructuario etiam. d. l. quid ergo. correctam fuisse patet ex textu. in. l. 22. tit. 31. par. 3. ibi loquendo in vsufructuario dicit indifinite. *Esi fuerenganados y se murieren algunos, que deloshijos ponga e crie otros en su lugar de aquellos, que assi murieren.* Numerus namque pluralis duobus contẽtus est. l. vbi numerus. ff. de testibus. Quinimo & si bene attenduntur verba. d. l. quid ergo, loquitur ille textus quando vna tantum equa, vel vaca vsufructuario vti frui concessa esset, vt patet ex eo. ibi. *Singulorum capitum.* Appellatione namque singulorum non venit vniuersitas, vt voluit Ioannes de Grasis. in tractatu de substantialibus procuratorij verbo vniuersitatem, & facit textus. in. l. si municipes. ff. quod cuiusque vniuer. nomine.

SVMMARIVM.

1 *Administrator, vel tutor si domum minoris non fulxit, agros, vel vineas non coluit, & ex hoc patrimonium minoris, vel substantia administrata deterior facta fuit, de dãnis erit onerandus.*

2 *Administrator reipublicæ si sarta tecta non habuit, & ob id triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterioratum fuit, Reipublicæ ad dãnum tenetur.*

3 *Administrator, qui ædificia suidomini deteriorata, vel collapsa reficere nollait, tenetur ad damnum ex hac negligentia contingens.*

4 *Creditor qui rem pignori accepit, de damno, ex dolo, vel negligẽtia in re pignorata contingenti oneratur.*

5 *Creditor possidens bona debitoris ex causa iudicati, an teneatur ad dammum in rebus possessis, suo dolo, culpa, vel negligentia contingentibus.*

6 *Emptor an teneatur de damno in re empta contingente, interim quod euinci vel retrahi potuit, si suo dolo, culpa, vel negligentia contingat*

7 *Missus in possessionem ex primo decreto, non tenetur de damnis in re possessa contingentibus, interim quod cautio damni infecti non fuit præstita.*

8 *Vsufructuarius possessor maioratus, emphiteota, vel conductor, qui bona, quibus vti frui debuit, non fulcit, non coluit, vel non reparauit, de damno ex tali negligentia prouenienti onerantur, quinimo & ex hoc ante tempus ab illis bona possint auocari.*

9 *Abuti*

9 Abuti rebus, in quibus quis habet vsumfructum, quando dicatur.

10 Colonus si faciat cultiuare arbores, vineas, vel terras arare per in expertos, & in eruditos in cultura. & ex hoc deteriores efficiantur, tenetur domino ad damnum, & deteriorationem.

11 Administrator, conductor, vel similis, si in locum arborum, vel ciparum desicatarum, alias substituere prætermittat, de huiusmodi damno oneratur,

12 Vineam siquis (etiam modico tempore) incultam relinquat, ex eo solo præsumitur desicata, & deteriorata.

13 Moderator, & arbiter quilibet in re sua dicitur.

14 Possessor bonorum debitoris ex causa iudicati, si vineam parum reddentem, & fere inutilem, ad aramium reducat, an ex eo, damno dominum affecisse dicatur, & de tali damno possit onerari.

15 Tutori interdicitur, ne rem sterilem sui minoris vendat, etiam si ex pretio fundum alium vtiliorem minori emere possit.

16 Possessor maioratus an possit mutare formam antiquam rerum maioratus, & penitus diuersam tribuere.

17 Vsufructuarius potest mutare in melius fundum in vsumfructū sibi concessum,

18 Mutatio fundi, quando facta fuit in vtilitatem contrahentium, non dicitur forma mutata.

19 Dictio forsitam in iure, an inducat dubitationem, an vero affirmatiuam decisionem constituat.

20 Mandatum generale cum liberà habens, an rei statum, & formam mutare possit.

21 Administrator oneratur de creditis suo minori, vel principali debitis, si fuerit negligens in illis recuperandis, & interim debitores efficiantur non soluēdo.

22 Tutor, vel similis administrator, si fuit oneratus de chirographis, cedulis, vel alijs instrumentis fauorem sui minoris, vel dominifactis, an eo ipso, quod non apparet, eum diligentiam adhibuisse in creditis recuperandis, de quantitatibus in illis contentis possit onerari, donec diligentias produxerit.

23 Administratores in dubio diligentes præsumuntur.

24 Negligentia administratoris qualiter probari possit, per eos, quorū bona administrātur.

25 Testes deponentes simpliciter, aliquem fuisse negligentem, potius iudicare, quam deponere sunt censendi.

26 Non entis nullæ ſunt qualitates.

27 Negligentiam qui probare intendit illam, per indirectum proba re debet.

28 Qualis debuerit eſſe adminiſtratoris diligentia, in recuperandis debitis, ad hoc, vt poſsit illi negligentia imputari, vbi debitor effectus eſt non ſoluendo.

29 Debitores benigne, & ſalua cõgrua honeſtate ſunt compellendi, vt ſoluant.

30 Mandatum ad exigendum, & recuperandum debita, eſt ſtricti iuris.

31 Adminiſtrator tenetur præuenire, quæ accidere poſſunt.

32 Intellectus ad. l. quidam Iberus. ff. de ſerui. vrbanorum & quod ibi de conſilio, & non de præcepto, & neceſsitate præciſſa loquatur.

33 Clauſula cum libera, & generali adminiſtratione, in mandato ad recuperandum appoſita, quid operetur.

34 Clauſula cum libera, & generali adminiſtratione, omnem poteſtatem domini in procutratorem tranſmittit.

35 Clauſula. Concedo tibi poteſtatem adminiſtrandi meum patrimonium, & ut in ipſa adminiſtratione facere poſsis, quod ego facerem, quid cõprehendat.

35 Clauſula cum libera, & generali adminiſtratione non extenditur ad ea, quæ ſunt domino val de præiudicialia propter abuſum Notariorum, qui paſsim abſque contrahentium voluntate illa in mandatis inſerere ſolent.

37 Clauſula cum libera & generali adminiſtratione habet vim ſpecialis mandati.

38 Clauſula cum libera, & generali adminiſtratione in mandato procuratoris ad lites appoſita, quid operetur.

39 Procurator, cui libera, ſi videns debitorem domini fallitum, uel difficilem in exigendo, ei aliquid remiſsit non ex eo præiudicat domino, quominus debitorem ad pingiorem fortunam deuentum, pro parte ab adminiſtratore remiſſa, agere poſsit, cõdictione ob turpem cauſam.

40 Liberationes per creditores factæ, pauperibus debitoribus, de aliqua parte debiti, non debent ſeruari, debitore ad pingiorem fortunam deuenente, ſed adhuc, quod remiſſum fuit, repeti poterit, non obſtante lege, ſtatuto, vel decreto, quibus cautum ſit, vt ita remiſſum, iterum nõ exigatur.

41 Intellectus, & limitatio ad text. in l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pact.

42 Negligentia imputabitur adminiſtratori, qui dum pecuniã domini mercatori ad partem honeſti lucri tradidit, non exa-

minauit

minauit eius mores, patrimonium, ac fidelitatem.

43 Contrahēs cum aliquo, prius eius conditionem inquirere debet.

44 Mercator, apud quem tutor pecuniam pupillarem deposuit, si decoxit, non imputatur tutori eius decoctio, & fractura, si erat talis, apud quem pater pupilli, in vita sua tales depositiones facere consueuit.

45 Intellectus ad textum in. l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideius. tuto.

45 Institutor maioratus, si iussit, quod successor in illo non possit cum Iudæa, Sarracena vel descendētibus ex illis matrimoniū contrahere, sub pœna priuationis maioratus, quam diligentiam fecisse sufficiat, circa vxoris genealogiam inquirendam.

47 Communis error in delictis excusat a pœna.

48 Fornicans cum vxorata, quæ cōmuni reputatione meretrix reputatur, an de adulterio possit puniri.

49 Debitor si soluat illi factori, qui communiter reputabatur factor, siue procurator creditoris, cum mandato ad recuperandū & debita recipiendum, & si reuera nō habuisset mandatū, non tenebitur de negligentia, eo quod non examinauit, mandatum haberet, nec ne.

50 Tutor, qui de iure potuit eligere factorem pro expediendis negotijs administrationum rerum pupillarium concernentibus, si elegit illum, cuius opera pater vti solebat, & decoxit talis factor, an de dano teneatur, quod ex decoctione illius prouenit.

51 Deputans administratorem, qui alias fideliter bona pupillorum solebat administrare, non tenetur ex dolo, vel perfidia talis administratoris.

52 Vtens opera alicuius qui à fide dignis fuit approbatus ab eiusdem negligentia excusatur.

53 Tuteri, qui aliquid gessit de consilio coniunctorum pupilli, nihil potest imputari, quia nunquā præsumitur dolo versatus.

54 Administrator hæredi publici, si elegit alium coadiutorem sibi communi reputatione fidelem, & iste electus fuit in dolo vel negligentia in administrando, de tali dolo, vel negligētia onerabitur,

55 Tutor, vel curator habetur loco domini.

56 Tutori an imputari possit dolus, vel perfidia, si dum testator suum pupillū instituebat, vel instituere volebat hæredē, ipse illum blanditijs persuasit, vt sibi (non vero minori suo) hæreditatem relinqueret.

57 Tutor an teneatur pupilli commodum, proprio commodo antepone re.

58 *Tutorem, curatorem, Epiſcopum. & ſimilem adminiſtratorem, adintereſſe teneri, ſi dum ſuo minori, vel Eccleſiæ, quis inſti tuere hæredem volebat ipſe, vt ſibi relinqueret, ſolicitauit, & ita factum fuit per teſta torem.*

59 *Vi, vel blanditijs aliquid alicui perſuadere, â pari procedunt.*

60 *Virginem blanditijs, & amato- rijs verbis ſtuprans, perinde punitur, ac ſi illam per vim co gnouiſſet.*

61 *Perſuaſio aduerſarij eſt iuſta cauſa reſtitutionis concedendæ.*

62 *Præces importunæ, æquiparantur metui.*

63 *Tutor minoris commodum proprio commodo antepouere debet.*

64 *Tutor poteſt onerari in rationibuo, de damno minori reſultanti, eo quod minorem finita tutela curatorem eligere non monuit, & minor reliqua abipſo tutore recepta perdiderit, vel delapidauerit.*

65 *Negligens in vno præiudicat ſibi in alio.*

66 *Diligens pater familias, ex quibus quis probetur.*

CAP. XIX.

De damnis ex malitia, vel negligentia, adminiſtratoribus onerandis.

DE Damnis ex malitia, vel negligentia in adminiſtratione contingentibus, poſſunt etiam adminiſtratores onerari. Et ideo videndum erit, quando adminiſtrator de culpa, & negligentia ſit onerandus. 1 Et in primis dicendum eſt, quod ſi tutor, curator, vel alius ſimilis adminiſtrator, domum minoris, vel domini nõ fulxit, agrũ, vel vineas non coluit & ex hoc patrimoniũ minoris, vel ſubſtantia adminiſtrata deterior facta fuit, proculdubio ab adminiſtratione remoueri poſſit ante tempus a lege vel ab homine præfinitũ, ex notatis late per Aimõ conſ. 132. n. 3. & in rationibus de dãnis ex negligẽtia cõtingentibus debet onerari. l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tutor l. 15. tit. 16. p. 6. & ſoquẽdo in adminiſtratoribus reipublicæ, eſt textus, in. l. magiſtratus, & in. l. Imperatores. §. itẽ reſcripſerũt. ff. de adminiſt. rerũ ad ciuita. pertinẽ. l. 2. C. ſi tutor, vel curator nõ geſit. Soc Sen. cõſ. 92. n. 7. li 4. Menoch. de arbitr. li, 2. caſu. 309. nu 32, Auiles in. c. præto. c. 30. glo. 1. n. 2. Caſtellus a Bobad. in ſua vtiliſſima politic. prætorũ, li. 5. c. 4 n. 86. Platea in. l 2. C. de cõdi. in publi. horreis. Vbidicit, 2 q ſi adminiſtrator reipublicæ ſarta tecta nõ habuit, & ideo triticũ in publico horreo recõditũ putrefactũ, vel aliter deterioratum fuit, tenetur 3 reipublicæ ad damnum. Quinimo & ſi ædifficia erãt iã colapſa, tempore quo tutor acceptauit tutelam ea reformare debet ex pecunia pupilli, quod ſi id facere detractauerit, ad damnum, & intereſſe tenebitur, vt

tur, vt in dict. l. lex quæ tutores. §. sed si parens. Baeça de decima tuto. cap. 2. num. 90. Et prædicta sententia nõ solum locum habet in simplici, & puro administratore, quia etiam credi
4 tor, qui rem debitoris pignori accepit, de prædicto damno ex eius remissione, dolo, vel negligentia contingenti onerabitur. l. si necessarias, & in l. si seruos pignoratos. ff. de pigno. actio. & in eo, qui bona debitoris, au
5 ctoritate iudicis possidebat, est textus elegans in l. prætor. §. ex his verbis. §. præterea, & § in eum. ff. debon. auct. iudi. possiden. & quod etiam emptor interim, quod res abeo euinci potest, teneatur de damno ex sua
6 culpa, vel negligentia in re contingente, est textus apertus in l. quod si nollit. §. mancipium, vers. culpam, textus, & glos. in l. cum autem. redhibetur. ff. de edil. edic. Late Tiraquel. de retractu. lineager. in fine. numer. 68. & 70. quam sententiam in emptore verissimam reputat, vbi ipse emisset cum pacto de retro vendendo, vel si aliqua ex causa suspicari posset, rem emptam ab ipso euinci posse, tunc enim malignandi animo, rem non fuxisse, vel agrum, siue vineam non coluisse præsumẽdũ erit. ex textu in l. & hæc distinctio § cum fundum. ff. locati. Exquibus infertur, quod si creditor ex causa iudicati missus fuit in possessionem bonorũ immobilium sui debitoris, & ipsa bona intra quatuor annos debitori cõcessos ad ea vindicanda (ex text. in l. 2. C. de rescind. vendi & in l. 1. titulo. 11 libro. 5. Recopil.) rectè non fulxit, & curauit, proculdubio in rationibus de damnis ex sua inedia, malitia, vel negligentia contingentibus debeat onerari, & in simili casu quotidie hoc seruat senatus noster, eo quod intra tempus ad redimendum bona datum venditori, emptor censetur administrator, quando autem quis in leui culpa dicatur, ponit. l. tertia, titulo tertio, part. quinta in fine.

Verum aduersus hanc vltimam sententiam obstat fortiter textus in l. si finita. §. siquis damni. ff. de damno infect. Vbi missus in possessionem domus ex primo decreto, licet habeat pignus prætorium, non tenetur illam reficere, & si domus ei, pignori data ruat, eo quod sarta tecta nõ habuit, vel collapsa non reparauit, adhuc de simili damno non oneratur, & ita tenet glos. ibi. Verbo si non fecerit, & ibi eam sequitur Albericus: sed in hac difficultate dicendum erit quideo in casu illius textus iste creditor missus in possessionem bonorum debitoris, (eo quod nõ cõparauit) ad prædicta damna nõ tenetur, quia quãdo iussus fuit rem possidere ex causa damni infecti, nullum negotium gessit cum debitore non comparete, vel cautionem de damno infecto nõ præstante, sed maliciose latitante, ideoque etiam si domũ in qua missus fuit collaui patere tur, domino contumaci in nihilo tenetur, licet ipse iusſuũ amittat. & ita prædictum textum intelligẽdum existimo ex textu singulari. in l. si in area. ff. de condictio. indebi. ibi. *Quia nullum negotium inter nos contraheretur.* Vel aliter dici posset, quod ideo iste missus in possessionẽ, ad refactionẽ non teneatur, quia adhoc tantũ actor in possessionẽ mittitur, vt vice cautionis domũ habeat cũ domino quãdocũque voluerit, licitũ sit, præstita cautione dãni infecti, domũ suã intrare, & occupare, eãque suis sũptibus reparare, vt patet ex ratione cõsulti. ib. *Cũ enim ob hoc tantũ missus sit, vt vice cautionis, in possessione sit, nihil ei imputari, si non fecerit.* Vel forte ibi ita constitutum est, vt metu damni imminentis ob

con-

contumaciam, & moram, dominus cautionem interponere feſtinet, vel citius eam præſtet, & ſic quaſi in odiũ latitantis, & contumacis in poſſeſsionem miſſus, nec adminiſtraſſe videatur, ſed magis cenſetur miſſus, vt in ſimul poſſeſsionem habeat. Miſſus namque in poſſeſsionem ex primo decreto non poſsidet, ſed ſimul cum poſſeſſore poſſeſsionem detinet, vt in l. prætor ait. §. de eo opere in fine,
8 & ibi Caſtren. ff. de damno infecto. Vſufructuarius etiam & poſſeſſor maioratus, itidem & emphiteota, vel cõductor, vel rector Eccleſiæ qui bona, qua vti frui debet, non fulxit, nõ coluit, vel non reparauit, expendendo ſaltim vſque ad quartam partem fructuum, vel quod ſupereſt deductis alimentis, ex text. in c. de his de *Eccleſis* ediſicã. vbi Abb. dicit illũ adhoc perpetuo notandũ, quia neſcit alibi ſtare text. qui dicat rectorẽ Eccleſiæ vſque ad quartã partẽ fructuũ expendere in reparatione eccleſiæ obnoxiũ eſſe & prædicta refert Petrus Surdus cõſ. 62. n. 11. & 20. de dãno ex tali negligentia prouenienti eſt onerãdus, quinimo & ab eis ante tẽpus bona poſsũt auocari, & amoueri, quaſi dũ reficere negligũt, illis abutantur, poſſetque eos proprietarius, ſeu ille, cuia intereſt, ad interponẽdã cautionẽ aſtringere, vt in l. ſi is cuius. §. de præteritis. ff. de vſufruct. Marcus Mãtua ſing. 221. Iaſ. in auct. qui nẽ. n. 4. C. de ſacroſ. eccl. Ruinus cõſ. 57. n. 7. vol. 4. Pinelus in l. 1. 2. p. n. 59. & 79. in fi. C. de bonis mater. Caualca de vſu-
9 fruct. mulier. relict. numero. 156.

Tũc autem bonis abuti immobilibus dicerentur, ſi vineã, vel hortũ eis, vel arboribus orbaret, vel eas nõ cõgruo tẽpore, laboraſſet, vel putaſſet, cũ enim hoc dãnũ ſit notabile, & ad perpetuã rei deteriorationem tẽdat, vt poſt Bal. tradit Iaſ. in l. 2. n. 28. C. de iure emphiteo. quos refert, & ſequitur Ioſep. Ludo. deciſ. 22. n. 23. pro cuius dubio erit ſufficiens cauſa priuandi tales vſufructuarios, ſaltem donec fufficiẽtẽ præſtiterint cautionẽ de reparãdo, & vtendo boni viri arbitrio, vt in terminis tenet Alex. cõſ. 139. n. 3. vol. 2. ex tx. in l. ſi is cuius. §. de præteritis. ff. de vſufruct. Caual. vbi ſupr. Cãpetius de dote, q. 69. n. 2. & ita eſt
10 intelligendũ, q̃ notat Bart. in l. 1. C. de mancip & colo. patri. n. 2. quatenus dicit, q̃ ſi aliquis colonus faciat cultiuare arbores, vel vineas, vel terras, arare per inexpertos, & inerudi tos in cultura, ſi ex hoc prædia ſint deteriorata, tenetur domino ad dãnũ, & deteriorationẽ, quia imputatur ei, cur ineruditos ad ſimile miniſterĩ admiſſerit, & eũ ſequitur Iaſſo. in §.
11 fuerat, numero. 8. inſt. de action.

Rurſus poſſet onerari adminiſtrator, cõductor, vel ſimilis, ſi in locũ arborũ, vel ciparũ deſicatarũ alias non ſubſtitueret, ex tx. in l. agri. vſufructũ ff. de vſufruct. & in arg. eſt textus, in. § in pecudũ inſt. de rerũ diuiſio. & in l. 22. tit. 31. p. 3. & in vſufructuario ita
12 tenet Caualc. de vſufruct. mul. relict. numero. 157.

Quinimo & ſi modico tempore vineã quis incultã relinqueret, ex eo ſolo præſumitur deſicata, & deteriorata, & ita ad dampnũ, & intereſſe totale agi poterit, vt voluit Bal. in auth. qui rẽ. n. 21. C. de ſacroſ. eccleſ. Petrus de Vbal. in tract. de collectis cõſ. 1. n. 3. vol. 6 tradit Iaſ. in l. 2. n. 98 C. de iure emph. Ioſephus Ludon. deciſ. Peruſi. 22. numero. 23. Secus tamen eſſet, ſi damnum tantum reſultaret reſpectu fructuum colligendorum, quia
13 cum ipſi fructus ad vſufructuarium ſpectent, ipſe in re ſua poterit eſſe moderatus, & arbiter, vt in l. eg. in re mandata. C. mandati. Rolandus cõſ. 49. numero. 13. Nata conſ. 447. num.

7.quod verum est,etiam vbi peccaret in abutendo.l.sed si lege.§. consuluit.ff.de peti.hæredi. Velascus de iure emphiteo.quæstio,23.numero. primo.

14 Vlterius in proposito dubitatur, quid si administrator, creditorue pignoratitius, vel alius per iudicem ex causa iudicati in possessionem bonorum debitoris missus, interim quod rem sui domini, vel debitoris possidet. & administrat vineam (vt pote,quia sibi visa fuit parum fructifera,vel quia erat multis vitibus, & cipis depopulata) oliuetum, aut pomarium in ea plantauit, an ratione prædictæ methamorphosis, & eo quod vineam sic depopulatam vitibus non populauit, possit de aliquo damno onerari. Et hanc quæstionem habuit de facto in causa propria, & ideo illam pro ingenioli mei facultate discutiam.

Et in primis dicendum videtur, quod isti administratores formã rei
15 nullomodo mutare possint, etiam si parum fructificet.l.si fundus sterilis. ff.de rebus eorum, vbi tutori interdicitur,ne fundum sterilem minoris vendat,etiam si ex precio aliũ fructiferum emere possit. Et in emphiteota eandem sententiam tenuerunt Bald in.l.1.n.11.C.de iure emphite. vbi Ias.n.99.Cepola de seruit.rusti.titul.de montibus.n 10.Caual.de vsufruct.mulie.relic.num.158. vbi hoc dicit menti tenẽdum, quia quilibet diceret contrarium.Pinel.in.l.1.2.p. num.52.C.de bon mater.vers.ex eadem prærrogatiua. Et hanc sententiam in possessoribus etiam rerũ maioratus,locum habere,tenet Molin. de Hisp.primoge.c.22.n.7.Vbi dicit,
16 quod licet possessor maioratus dominus sit,dominiumque saltim reuocabile,& temporale habeat,non est admodum amplianda eius facultas,vt etiam rem meliorem reddendo,possit ei antiquam formam auferre,nouamque,ac penitus diuersam tribuere, ea nimirum ratione,quia forte successores maioratus aliquo respectu rem illam potius in sua pristina forma, quam in ea,quæ denuo ei data fuit,permanere voluissent, licet tandem hanc quæstionem arbitrio iudicis terminandam relinquat.

17 Contrariam tamen sententiam, imo quod vsufructuarius, vel quilibet alius similis administrator formam rei in vsumfructum cõcessæ in melius commutare possit. Tenuit Tiraquel.de retract.2.p.§.7.glos.1.n.16 ex textu eleganti.in.l.Colonus. ff.locati. Vbi cum non esset compræhensum in lege locationis,vt conductor in terris conductis vineas plantaret, nihilominus Colonus vineas in eis plantauit,quibus multo pluris valoris proprietas facta fuit,demum cõductore,siue colono,à domino è fundo eiecto,ab eo pensiones præteritas postulabat,ipse vero colonus ex aduerso de melioramẽtis,ratione plãtationis vinearum factis excipiebat, & compẽsationẽ inconcurrenti quãtitate petebat. Et tãdem Scebola ibi respõdit expensas cõsecuturũ, vel nihil amplius præstaturum. Et ratio est
18 quia quando mutatio facta est in cõtrahentium vtilitatem, non dicitur forma mutata,ex text.in.l. diligenter,vers.melior.ff.mandati. Et ita tenet Valascus de iur.emphiteo.q.25. num.32.Præterea & pro hac sententia est textus elegans in.l.si cuius §. & si fortè ff de vsufructu, vbi loquendo in mutatione ab vsufructuario facta,in re,ex qua percipit vsumfructum,dicit. *Et si forte in id,quod instituit,plus redditus sit,quam in vinetis, arbustis, vel oliuetis,quæ fuerunt.forsitam hæc deijcere oportet ,si quidem ei permittitur meliorare proprietatem.*

tem. Nec deterreat, quod ibi Iuriſcõſultus loquitur per dictionem forſitam, quæ dubitationem inducit, quia ille dicendi modus magis eſt quoddam philoſophicum temperamẽtum, quam dubitatio aſſertionis. Viri namque prudentes, etiam vbi affirmatiue, & reſolutiue loquũtur, vt in plurimum quaſi dubitando quæſtiones decidunt, dicendo, forte ſic, vel forte non ne præſumptuoſi, & multum de ſe confidentes appa-
19 reant, vt loquendo de interpretatione huius dictionis forſitam teſtatur Paul. Caſtrenſis in lege mutus in principio. ff. de procurator Caſiodorus deciſione tertia, in titulo de præuend. numero. 30. Vbi reſolutiue tenent, quod dictio forſitam, de qua in illa lege, non inducit dubitationem, ſed temperamentum quoddam loquendi, idque voluit Alexander conſilio. 19. numero. 11. libro quinto. Bantius de nullitatibus proceſſus numero. 92. verſiculo vel dicuntur, quæ ſtudioſe nota, ad intelligentiam multarum legũ, ex quibus hæc ſententia mihi magis arridet, eamque vt veriorem tenendam cenſeo, quia melioribus iuris fundamentis nititur.

20 Et hanc Methamorphoſim a quolibet habente mandatũ generale cũ libera fieri poſſe, non ignoteſcit, cũ talis poſsit facere, quod quilibet pater familias in rebus ſuis facere cõuenit. l. vel vniuerſorũ. ff. de pignor. actio. Quam ſententiam etiam quoad iudicialia extẽdit Romanus ſingul. 10 ex diſpoſitione textus, in. l qui ſemiſſes. §. quæſitum. ff. de vſur. Caueant tamen prædicti adminiſtratores, ne faciant multas expenſas in demontuando agrum domini, & reducendo illum ad culturam, vinetum, vel oliuetum, qui futurus eſſet infructuoſus, vel talis, qui tantum in eo colendo, quantum in fructu redderet expẽdatur, vel ſi minus redderet in plãta, quam in monte reddebat, ne ve agrũ excolat, quem (vt inutilem) dominus pro derelicto habebat, quia ſi talis eſſet, vel parum fructuare poſſet, expenſas in ſimilibus factas, ſibi non conſeruaret, vt tenet Vincẽ. Carro. de locato. C. de mercede negotiatoris numero. 33. folio. 17. colu. 2. & licet ipſe pro hac ſententia nihil alleget, tamen eandem ſententiam tenuit Aluarus Valaſcus. d. q. 25. nu. 16 quod maxime locum haberet, ſi tantum in expenſis fructuum expenderetur, quantum fundus in fructibus redderet. Leges namque laborem abſque commodo recuſare intendunt, vt tenet Bart. in. l. Mediterraneæ. C. de anno, & tribut. & ibi Angel. & Baldus, num. 3, Baeça de decima. ruto. capit. 2. numero. 111.

Neque obſtat textus in. d. l. ſi fundus ſterilis, quia ille textus non loquitur de fundo omnino infructifero, ſed de eo, qui parum, aliquid tamen in fructu reddit, & cum iam mihi hæc quæſtio in facto cõtigiſſet, & condẽnatus eſſem ad reſtitutionem certarum vinearũ cum damnis, quæ præſupponebantur, eo quod me mutaſſe illas in terras, ad aramium probatum fuerat, adhuc tamen ex mea parte fuit probatum, illas tẽpore acceptæ poſſeſſionis iudicialis inculitas a tribus annis retro extitiſſe, & ideo executione hac ad curiã deuoluta, ad redditum tantum me teneri quod in terra reddiderunt, fui condemnatus.

Rurſus onerabitur adminiſtra-
21 tor de omnibus creditis ſuo minori, vel principali debitis, ſi ipſe negligens fuerit in eis recuperandis, & interim debitores effecti fuerũt, nõ ſoluẽdo, talis enim debiti amiſsio ipſius periculo adſcribitur,

vt in lege si tutor constitutus. ff. de administratio. tutor. lege. fin. §. item rescripserunt nominum. ff. de administratio rerum ad ciui. perti. & in. l. nomina. C. arbitrium tute. ibi. *Si idonea fuerunt tempore susceptæ tutellæ, & per latam culpam tutoris minus, idonea tempore tutellæ esse cæperunt, iudex qui super ea re datus fuerit, despicier, & si palam dolo tutoris, vel manifesta negligentia cessatum est tutellæ iudicio, damnum, quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse statuere curabit.* Et hanc sententiam tenet Damauderius de tutore cap. 7. num. 38 fol. 29. Soci. cons. 2. colu. 2. libr. 1 vbi in fine tenet, quod non solum tenebitur de pecunia, sua negligentia non recuperata, & amissa, verum & de eius legitimo interesse. Et licet prædicta iura loquantur de nominibus debitorum, quæ idonea erant tẽpore susceptæ tutellæ, idem est, quãdo dies solutionis cesit, & venit tempore, quo tutella durabat, & negligens fuit in illis recuperandis, & rursus licet in tutore loquatur: tamen idem erit in quolibet alio administratore, cui incumbebat onus, debita sui principalis recuperãdi, quia iura, quæ in tutore loquũtur, ad alios etiam administratores similes extendi possunt ex text. singulari, in. l. 1. ff. de contra. & vtil actio. tutel. idque tenet Bernar. Diez in regul. 219 verbo. Ecclesia, vbi dicit, quod si prælatus passus est debita Ecclesiæ prescribi, ipse, & eius hæredes ad resartionem damni tenebuntur, & eum sequitur Caualca. de tutore num. 118. Gregor. Lup. in lege. 15 titulo. 8. part. 5. verbo, *pechar.* Ayora de partition. capitulo. 4. numer. 31. part. 1. Et loquendo in marito, qui negligens fuit in recuperandis creditis vxoris. Probat textus in. l. 15. titulo. 11. part. 4. Et generaliter, & in omni administratore loquẽdo, idem tenet Cumanus consilio. 24 columna secunda. Plotus in. l. si quando numero. 217. in maiori impresione. C. vnde vi. Baeça de decima tuto. capi. 2. numero. 110. cum sequentibus, Ioan. Garsias de expensis, capitul. 20. num. 16. & loquendo in Maiordomo vel Masario reipublicæ, qui non recuperauit reliquatum seorum prædecessorum, idem tenet Bobadilla, lib. 5. politicæ capit. 4. num. 79.

22 Aduertendum tamen est, quod si tutor, vel administrator oneratus, de Chirographis, cedulis, vel obligationibus sibi traditis, illas tempore dispunctæ rationis reddiderit, dicendo summas in illis contentas recuperare non potuisse, non ex hoc statim de talibus summis erit onerandus, quia suæ obligationi satisfacit, reddendo instrumenta, & nomina debitorum minori, vel eius curatori, vt dicta. l. si tutor constitutus, quia ipse administrator habet intentionem suam fundatam in hoc quod fuerit diligens, vt tenet Bartol. in. l. tutor. qui repertorium. §. si. post depositionem, & in. l. cum plures. §. final. ff. de administrat. tutor. & ideo minor, vel dominus administratoris negligentiam probare tenebitur, vt tenet Bart. vbi supra. Socinus consilio. 149. numero. 1. libro 1. vbi dicit, quod in dubio isti administratores præsumuntur diligentes, non vero negligentes, saltim tali negligentia, quæ caderet in leuem culpam, & eius sententiam sequitur Baeça, vbi supra numero. 148. Ayora loco supra citato, Decisione Genuens. 76, nume. 8. & 9.

23

24 Sed modo videre libet, qualiter minor, Ecclesia, vel dominus, sui tutoris, Episcopi, siue factoris negligentiam probare debeat. Et dicendum vide-

videtur, quod negligẽtia probari nõ poſsit directè per teſtes: negligẽtia namque, non eſt aliquod ens formatum, quod ſẽſu corporeo percipi poſſit, vt tenet Angel. in l. teſtium. C. de teſtibus. Menochius plures referens de adipiſcen. poſſ. rem. 7. quæſt. 5. vbi
25 dicit, teſtes ſimpliciter aſſerentes aliquem negligentem fuiſſe, in aliquo actu peragendo, potius iudicare, quam teſtificare dicendos fore, ex eoque eorum dicta inualidari poſſe, & eandem ſententiam tenet Maſcard. concl. 1093. num. 7. facit, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. nã
26 & ſi ſub conditio. ff de iniuſt. rupt. ergo cum iſta negligentia ſit qualitas, non poteſt ſtare ſine ſubiecto, hoc eſt ſine ente. l. eius, qui in prouincia. ff. ſi
27 cert. peta. l. in teſtamento. ff. de conditio. & demonſtratio. Ideoque qui negligentiam probare intendit, eam per indirectum probare debet, articulando illos actus, ex quibus in negligentia fuiſſe, quilibet arbitrabitur, vt puta, quod cum debitores ſoluendo eſſent, tempore, quo venit ſolutionis dies, & multo poſt, & cum poſſet ab illis debitum recuperari tempore congruo, id facere omiſit, debitoreſque interim effectos fuiſſe non ſoluendo, ex text. in l. Chirographis. ff. de adminiſtrat. tuto. ibi. *Si probatum fuerit eos tutores hoc per dolum, vel culpã prætermiſiſſe, præſtari ab eis hoc debere.* Vbi Bart. tunc adminiſtratorem in dolo, vel culpa fuiſſe reputat, quando cum poſſet debitores conuenire, illud facere neglexit, per text. iuncta gloſſa in l. 2. C. arbitrum tutellæ. Damauderius de tutore. cap. 7. num. 38. idque tenet Baeça, vbi ſupra numero. 111. & loquendo in negligentia probanda, quam habuit tutor in non collocandis pecunijs pupillaribus. Idem tenet Bartolus conſilio. 102. numero. primo. Angel. conſilio. 70. circa finem. Maſcardus vbi ſupra numero octauo, & ideo pro articulanda negligentia adminiſtratoris ſemper eſt recurrendum ad doctrinam Bart. dicto conſ. 102.

28 Qualis autem debuerit eſſe adminiſtratoris diligentia, ad hoc, vt ſuſpitionem negligentiæ excludere, & elidere poſsit, a paucis vſque adhuc diſcuſum fuit, euenit namque aſsidue, quod interim quod adminiſtratores cum debitoribus vrbane rem gerũt, ipſi, vel decoquant, vel alias non ſoluendo efficiantur, & ideo videndum erit, an debitore decocto, vel non ſoluendo effecto, interim quod ex vrbanitate adminiſtrator aliquantulum executionem retardauit, tale damnum adminiſtratori ſit adſcribendum, in qua difficultate dicendum videtur, quod interim, quod adminiſtrator cum debitore vrbane rem gerit, non poſſit dici eſſe in negligentia culpoſa, & ſic aliquid (ratione negligentiæ) ei onerari non debeat, pro debito interim amiſſo, eſt enim iure conſtitutum, quod antequam creditor debitorem pro debito in iudicio conueniat, prius extra iudicialiter eum interpellare debeat. l. quidam Iberus ff. de ſeruit. vrbanor. & in lege debitores. C. de pignor. benigne namque, & ſalua congrua honeſtate, ſunt compellendi debitores ad ſoluendum, vt in adminiſtratore fiſci ſtatuit Iuſtinianus in lege prima C. de de comerc. mercator. & in lege
29 octaua titulo ſeptimo, part. quinta, ibi. *E por ende mandamos, que los que tuuieren de mandar e recaudar eſte derecho por nos, q̃ lo demãde debuena manera.* Prædicta tñ iura nõ aperiũt, quãdo, vel quomodo ſalua congrua

honestate exigatur id tamen elegãter dixit Vlpianus in.l.si bene.ff.de vsur.ibi. *Dũmodo nõ acerbũ si exactorem, neque contumelio sum præbeat sed moderatum & cum efficacia benignũ, & cum instantiahumanum.* Quod totum ex prudentis iudicis pẽdebit arbitrio, vt voluit Mascar.de probatio. casu.625.num.fin.& Bobadilla libr. 2.politi.c.3.num.19.

Ego tamen in proposita specie distinguendum esse arbitror, inter administratorem qui chirographa gua rentigia, vel schedulam priuatam habebat, & eum, qui (tantum) actione personali ordinaria testibus proban da agere intẽdebat. In primis enim duobus casibus ad executionem, & recognitionem secundum domini mandatum celeriter percurrere debuit, vt quanto citius posset, debiti solutio assecuraretur, ex Damaud. loco supra citato. Cum enim mandatum ad recuperãdum sit stricti iuris vt in.l.si procurator.C.de procura. fines mandati minime excedere debet.l.diligenter.ff.mandati, tenetur namq; ne administrator præuenire, quod accidere potest, argumento text.in.l.illicitas.§.sicuti, ff.de offic. præsi.l.2. vers. seruius autem Sulpitius.ff.de origi.iur.ibi. *Turpe esse patritio & nobili viro causas exoranti ius in quo versatur ignorare:* & in proposito Valerius Maximus libro.7.capit.2 exemplo.2.dixit. *Turpe esse in re militari dicere non putaram.* Quæ omnia loquendo in administratoribus refert. Bobadilla in li.3.politicæ cap.3.num.42.in fine, quod maxime procedit: vbi præsumi posset, quod erat periculũ in mora, hoc enim qui libet diligens pater familias fecisset, ne debitor fugeret, vel decoqueret. Secundo vero casu licitum est administratori, vrbane rem gerere, vt in. d.l.quidam Ibe us, & in.d.l.debitores nec intelligas hoc esse præcisse necessarium, vbi adest instrumentum guarentigium, vt prius cum debitore creditor, vel administrator creditoris loquatur, prout aliqui dicere voluerunt. Ex verbis.d.l.quidam Iberus, ibi. *Qua de re volo cum Iberio loquaris.* Quia hoc non fuit de mente Iurisconsulti Proculi, sed magis de consilio fuit locutus, vt voluit Acur. in.d.l.debitoribus, & in.§. appellamus, verbo denũciare, inst.de actio. Albericus in. l.creditor. de distractio.pigno. Larade alimẽtis.§ siquis, ex his num.216.vel potest responderi ad textum, in d.l. quidam Iberus, quod ibi non Proculus Iurisconsultus, sed ille qui Proculum per epistolam consuluit prædicta verba protulit, vt eleganter animaduertit Duarenus lib.2.disputatio.cap.8.dicens. Per quã ridiculum esse dicere, quod prædicta verba fuerint a Iureconsulto responsa. Vnde cum procurator ad recuperandum debitum, diligenter, & sine cunctatione debeat procedere, vt in.d.l.diligenter.ff.mandati, neque tacite, vel expresse possit solutionem prorrogare in domini præiudicium (vt in.l.a Diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de reiudi.& in.l.si procurator §.1.ff.de iure fisci. Decis. Genuẽ.202 num.3.) dici non poterit, quin administrator in culpa lata fuerit, non cõueniẽdo debitorem statim quod potuit, maxime vbi aliqua suspitio fugæ, vel fracturæ timeretur: alias autẽ & si expectasset per spacium decẽ dierum non diceretur male administrasse si interim decoctus esset, quia non debuit venire debitor cum saco paratus, ex glos.in verbo confestim in.§.omnis insti.de verborum.

Secus tamen dicendum censeo in procuratore, vel administratore, cui libera a lege, vel ab homine concessa fuit, virtute enim huius clausulæ

cum

dum libera & generali adminiſtratione, omnia illa facere poſſet, quæ dominus, ſi præſens fuiſſet, veriſimiliter ageret. Ita Bar. in l. creditor, §. Lutius. ff. mãdati, & in l. procurator cui
34 libera. ff. de procura. Greg. Lup. in l. 19. tit. 5. part. 3. gloſ. verbo. *Quãdo tales palabras*, & per conſequens facere poſſet, quæ dominus ipſe, vel quilibet diligens pater familias feciſſet, vel facere nõ recuſaret. Perſimilẽ enim clauſulam omnis poteſtas videtur in ipſum procuratorem translata, vt voluit Angel. in Auth. de collator. §. adhoc prohibemus, quod maxime locum haberet, ſi in mandato dicere
35 tur, concedo tibi poteſtatem adminiſtrandi meum patrimonium, & vt in ipſa adminiſtratione facere poſsis, quæ ego facio, ex text. in l. 7. titu. 14 part. 5. ibi. *Pero ſi en la carta de la perſoneria le fueſſe otorgado libre y llenero poder en demãdar y recaudar la deuda, e fazer todas las otras coſas que el ſeñor podria fazer ſi fueſſe preſente entonces bien podria recibir la paga, o*
36 *quitar el deudo tambien como el ſeñor que le hizo ſu perſonero.* Tenetque hanc ſententiam Gutierr. de iura. cõ ſir. 1. part. c. 50. num. 13. Vbi refert Monterroſum in ſua praxi dicentẽ, quod clauſula hæc cum libera, & generali adminiſtratione, habet vim ſpecialis mandati de per ſe, & etiam clauſula. d. l. partitæ ſupra proxime relata, & ibi admonet, vt in mandatis ad exigendum prædictæ clauſulæ nõ apponantur, quia illis appoſitis, poterit procurator paciſci cum debitoribus, & facere quitationes, & fidem habere de debitis contra voluntatem
37 domini: licet Gregor. in d. l. partitæ, verbo. *Quando tales palabras*, dicat, quod prædicta verba non præiudicant dominis, quo ad valde præiudicialia, propter abuſum Notariorum, qui paſsim abſque contrahentium vo luntate, (ciſque prorſus ignorãtibus iuxta proprium ſtylum) dicta verba in inſtrumentis procuratorijs inſerunt, ego tamen hac in re a communi ſenſu verborum. d. l. partitæ diſcedere nõ auderem, quia licet dura ita ſcripta eſt, ex iuribus vulgatiſſimis.
38 Limita tamen prædictam. l. partitæ, vbi illa clauſula cum libera, & generali adminiſtratione, appoſita fuiſſet in procuratorio ad lites dato. Nã & ſi dicatur in eo, facio te procuratorem ad agendum, defendendum, & litem conteſtandum cum libera, &c. Vt quotidie in procuratorijs ad lites per in eruditos tabelliones dici ſolet: illa clauſula cum libera, debet referri ad præcedentia tantum, nec virtute talis mandati poterit procurator debitorem liberare, & cum eo trã ſigere, vel obligationem nouare, neque terminum ſolutionis prorrogare, habet enim ex ea, adminiſtrationem litis, & inſtantiæ, & non cauſæ, vt voluit Bar. in l. qui Romæ. §. Chalimacus num. 2. ff. de verborum, Rodericus Suarez in. l. poſt rem iudicatam, verſ. quia ſupra nu. 20. Gutier.
39 loco ſupra citato. nume. 15.

Aduertendum tamẽ eſt, quod etiã ſi procurator, cui libera, (eo quod vidit debitorem fallitum) partem debiti illi remiſerit, eo tamen debitore ad pinguiorem fortunam veniẽte, dominus poterit ab illo recuperare, quod virtute talis mandati, procurator cum libera, illi remiſit cõdictione ob turpem cauſam. Quam ſententiam firmauit Hyppolit. de Marſilis, ſingu. 432 Iacobus de Arenis, & Roma. Iaſ. & alij in l. fin. ff. de condictio. ob turpem cauſam, quorum ſententiam ſequitur, & perpetuo menti tenendam dicit Plotus in. l. ſi quando,
40 num. 179. C. vndevi. vbi dicit, quod tales liberationes factæ per creditores pauperibus debitoribus, de maio

ei summa pro minori, nõ debent seruari, sed adhuc illis ad pinguiorem fortunam venientibus, integra summa peti potest, non obstante lege, statuto, vel decreto, quibus cautum esset, quod tales conuentiones seruarentur, & ante eum hanc sententiam tenuit Angel. cons. 53. incipienti in quæstione proposita, ex quibus deducitur singularis intellectus, & limitatio ad textum in cap. 1. & 3. extra de
41 pact. vbi pacta seruanda fore suadetur, & ad textum in l. iurisgentium. §. adeo. ff. eod. Quatenus dicit, quod si maior pars, creditorum debitum in parte remittant fallito debitori, alijs præiudicant creditoribus, ad hoc, vt ad remittendum prorata cõpelli possint, quia illud præiudicium solum durabit, interim quod debitor in paupertate permanserit, reuiuiscit tamen obligatio, vel vt melius dicam, conualescit actio, debitore ad pinguiorem fortunam aduenien-
42 te, quod nota, quia quotidianum.

Posset etiam negligentia administratori imputari, si cum pecuniam pupilli, vel domini, penes aliquẽ mercatorem deposuit, ad partem honesti lucri, virtute mãdati cum libera, non examinauit eiusdem mercatoris mores, patrimonium, & fidelitatem, si postea reperiatur non soluendo, debet enim de damnis ex tali negligentia contingentibus onerari, tenebatur namque examinare, an cũ tali mercatore solitum fuisset cõtrahere, etiam sine fideiussoribus, & an consueuerit esse fidelis in suis cõtractationibus, & in totũ perquirere ip-
43 sius mercatoris conditionem. Qui enim cum alio contrahit, ipsius conditionem prius inquirere debet. l. qui cum alio, & ibi Decius & Cagnol. ff. de reg. iur. Castrensis in l. 1. §. non autem. ff. de exerci. Decis Genuen. 172 num. 7. & in proposito est textus elegans in l. quæ sub conditione versic cæterum. ff. de conditio. & demõstratio. ibi. *Cæterum debitores cum quibus ipse contraxit, non vtique in diem mortis domini sui fuisse idoneos, præstare cogendus est, sed eo tempore, quo his creditum est, eius conditionis fuisse, vt diligẽs pater familias eis crediturus fuisset.* Hanc tamen sententiam temperat Palat. Rub. in repetitione. cap. per vestras. §. 7 numer. 3. & 12. dicens quod quando mercator, apud quem
44 pecunia deponitur, esset de illis, cum quibus parer pupilli, siue dominus, solitus erat tractare, vel apud quem tales depositiones facere solebat, non sit necessarium amplius perquirere, & examinare illius conditionẽ. Quinimo & ego dicendum censeo, quod si talis mercator communi reputatione esset idoneus, & fidelis, etiam si de hoc inquisitionem non fecisset per testes, quos dicimus, *de abono*, adhuc culpa, vel negligẽtia illi administratori imputari non deberet, quia propter bonitatem, & probitatem personæ a regulis iuris communis recedi-
45 tur, vt ex multis probauit Iasso. in Authent. iubemus, à numero. 8. ff. de iudi. nihil enim amplius quilibet diligens pater familias requireret, vt in d. l. quæ sub conditione. Ex cuius decis. infertur intellectus ad textum in l. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss. tutor. Vbi cauetur, quod si tẽpore, quo quis in fideiussorem accipitur alius eum idoneum facultatibus esse affirmauerit, ipso postea reperto non soluendo, tenebitur iste assecurator, siue abonator de suis propriis facultatibus soluere, quod ex bonis talis fideiussoris solui nõ potuit, textus enim ille debet intelligi, & limitari, nisi taliter abonatus effectus esset, non soluendo, post quã ipsum idoneum esse fideiussorem quis affirmauit. Sufficit namque, quod cum communi

reputa-

reputatione idoneus reputatus eſſet pro illa quantitate, pro qua intercedebat, tempore fideiuſſionis, vt in d.l quæ ſub conditione.

46 Pro qua ſententia facit, quod eleganter aduertit Molina, licet non ſine ſpiritu contradictionis, de Hiſpa. primogen. libro. 2. cap. 13. numer. 28. &. 29. dicēs, quod ſi inſtitutor maioratus iuſsit, vt ſucceſſores in ſuo maioratu, matrimonium contrahere debeant, cum vxoribus claro genere natis, vel talibus, quæ ſint ſine macula, vel labe Iudæorum, Sarracenorum, vel Hæreticorum, ſiue nouiter conuerſorum, ſub pœna priuationis maioratus, ſi tamen ſucceſſor in tali maioratu, cum tali muliere matrimonium contraxit, quæ tempore contractus matrimonij in ciuitate, communi reputatione nobilis, vel Chriſtiana vetula reputabatur, & ſi poſtea accerrime genealogia examinata, de genere Iudæorum deſcendere decooperiatur, non ex eo talis poſſeſſor maioratus veniet priuandus, neque negligentia ei imputabitur, circa inquiſitionem, quam facere debuit. Facit etiam, quia in delictis

47 commiſsis error excuſat à pœna, vt pluribus pro hac ſententia adductis refert Philip. Portius, lib. 2. concluſ. c. 11. verſ. octauo limita. & facit textus in broca. in l. 5. titulo. 17. part. 7.

48 vbi cauetur, quod ſiquis fornicetur cum vxorata, quæ tamen communiter meretrix reputatur, nō poteſt de adulterio accuſari. Rurſus facit, quod dixit Socin. conſ. 72. verſ. & facit, quod ſi adminiſtrator qui habebat mandatum ad ſoluendum, ſoluat illi, qui communiter reputatur factor creditoris ad recipiendum, & debita recuperandum, & quietandū, etiam ſi re vera mandatum ad recipiendum reuocatum habuiſſet à domino, ad hue ratione communis erroris de negligentia non eſſet onerā dus, quia ſufficit, quod illi ſolutio facta fuerit, qui communi reputatione procurator ad recipiendum reputabatur. Quam ſententiam probant, ex text. in l. eius, qui in prouincia ff. ſi certum petatur. ibi. *Placebat, debitores quidem, qui ei ſoluiſſent, liberatos eſſe, ſi modo ipſi quoque ignoraſſent dominum deceſſiſſe*, & in l. ſiquis ſeruo. ff. de ſolutio.

49 Et ex ſupradictis in materia inferri poterit, quod ſi tutor, vel curator ſiue adminiſtrator generalis cum libera, ab homine, deputauit factorē, qui illum iuuaret in adminiſtratione alicus magni patrimonij, (quod vtique iudice prius accerſito facere poſſet, ex text. in l. decreto, & ibi gl. ff de adminiſt. tutor. Damauderius de tutore. c. 1. de tutorum & curato. mercede. num. 49. fol. 90. maxime ratione infirmitatis, abſentiæ, ſiue alicuius imminentis cauſæ, vt tenet Ioſeph. Ludo. deciſ. 4. num. 1. Bart. in l. 2. C. de conditio. in publicis horreis) etiam ſi teneatur eligere hominem induſtrium, & ſufficientem, & cui veriſimiliter credi poſſet, vt in l. eum qui. §. fin. & in l. argentum. ff. commodati, tenet Beronenſis cautela. 57. Barba. in c. 2. colum. 18. num. 81. vt lite non conteſtata. Felinus in cap. teſtimonium col. 5. de teſtibus, Alexā. in l. 2. colum. 2. ff. quod quiſque iur. Iaſſ. in l. 1 num. 22. ff. de eo, per quem factum erit. Decius in cap. ſignificante, de appellatio. Si tamen tutor, vel

50 generalis adminiſtrator elegit in factorem, illum, cuius opera pater pupilli vti ſolebat, vel qui communi reputatione fidelis reputabatur, & ille cum pecunijs recuperatis aufugiat, proculdubio nulla negligentia adminiſtratori imputari poſſet, prout in terminis tenet Fulgoſ. in d. l. eum qui. §. fi. ff. commoda, ex tex. in l. 1. ff.

quod

quod cum eo.& in.d l.siquis seruo.& in.l.fugitiuus.ff.de solutio.vbi deputans administratorem solitum alias bona pupillorum administrare,excusatur,si talis administrator aliquantulum in administratione defecit. Facit,quia vtens opera alicuius,qui a fidedignis fuit approbatus,a negligẽtia talis electi excusabitur,glos.in.l. Titio fundus, verbo actiones circa medium.ff.de conditio.& demõstratio.Barba.cons.1.num.25.lib.3. Alcia.regul,3,præsump.2. Neuizanus in sua Sylua nuptia,lib.4.nume.55. Tiraquel.de tempe.pen.causa.51.numero.26.&.35.Aimo.cons.319.numero.4. Menoch.de recuper.posse. remed.7.num.17.Vincen.Carrotius in tractatu de locato,fol.15.numero 44.Vbi in praxi ita receptum fuisse testatur.Et ratio est,quia vbi aliquis communiter reputatur diligens, & postea negligens reperitur,ad scribitur casu fortuito, vt tenet Barbatia, vbi supra nume.80.Vnde cum nemo teneatur de casu fortuito, vbi culpa non præcesserit casum,vt in.l. quæ fortuitis.C,de pignor.actio.l.22.&.23. titul.8.part.5.minime de negligentia huius factoris tenebitur.Ego tamen tali administratori semper consulendũ reputo, vt vel nõ constituat istum secundum administratorem sine cautione,vel si hoc non faciat,saltim eum eligat de consensu,siue cõsilio propinquorum minoris, quia quando tutor aliquid gesit ex consilio coniunctorum pupilli,vel prouidentia iudicis, nunquam præsumitur dolosus,vel negligens, vt tenet Bald.in.l.2.C.de his,quibus vt in dig. Aimo.dict.num.14.Demaude.vbi supra num.41.& sumptus in tali receptore facti in calculo erunt hoc casu recipiendi,alias vero secus,vt tenet ibi num.44.

Contrariam tamen sententiam, imo quod tutor, vel administrator à dolo,vel etiam negligentia culposa non excusetur,probat textus in.l. si procurator.§. si tutores.ff.mandati. Platea in.l.2.C. de cõditis in publi. horr. Vbi dicit, quod si administrator publici horrei, constituit administratorem communi reputatione fidelem , adhuc non excusabitur ab emendatione damni ipsius factoris culpa,dolo,vel negligentia illati, & pro hac sententia est textus in.l. decreto.ff.de administ. tuto. vbi dicitur,quod actor,siue factor debet nominari periculo tutoris,&in.l.ita autem.§.gessisse.eo titul.Gregor.Lup.sequendo sententiam Plateæ,in.l.15. titul.16.par.6.glos.verbo:*endereçar*, Baeça de decima tutor.c.2. numero. 117.Damauderius vbi supra numero 40.Et facit pro hac sententia textus elegans in ratione sui.in. l.cum mandato.ff.de minor.ibi. *Imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia.*Idque tenet Fulgos.in.l. Polla. colum.2.C.de his,quibus vt indign. vbi Alex.colum.2.Felin.in.c.cum cõtingat.limi.2.de rescriptis,Claudius de Saiselo,in.l.non solum.§. morte, col.15.vers.vltra eos.ff.de noui oper. nuntia.Et huic opinioni magis in hærendum reputo,ex text.in.d.l. cũ mãdato,quia tutor bonus,habetur loco domini,vt in.l,5.titul.14.part.7.ibi. *porque son como señores.*Et hanc sententiam inclinat Vincentius Carro. vbi supra,num.45.quatenus dubitat quod credulitas a fidedignis dicentibus,aliquem esse fidelem,&diligentem pro administrando , sufficiat, ad excusandum tutorem,qui eũ elegit,& nominauit in administratorem,cum & ipsi tutores,& similes administratores,teneantur de leui culpa, ex text.in.l.tutori.C.de neg. gest. Damau.de tuto.c.7.num.18.fol.28, & certe hæc sententia in pũcto iuris est ve-

eſt verior, licèt in praxi æquior, & humanior videatur pars affirmatiua, multum tamen in hoc poterit prudẽtis iudicis arbitrium, ipſe enim caute ſcrutauit, an in dolo vero, vel præſumpto, vel in culpoſa negligentia, talis tutor fuerit ex diſtinction. d. §. ſi tutores.

57 Vlterius in propoſito dubitatur, an dolus, vel perfidia imputari poſſit tutori, qui dum teſtator ſuum pupillum hæredem inſtitutum haberet vel illum inſtituere decreuiſſet, ipſe vt ſibi hæreditatem relinqueret procurauit, & eam (in damnum minoris) ſibi acquiſiuit. In qua difficultate dicendum videtur, quod tali caſu dolus imputari non poſsit tali tutori, neque de talis hæreditatis emolumẽto debeat onerari. Quod ex ſequentibus ſuadetur. 58 Primo quia tutor nõ tenetur pupilli vtilitatem proprio commodo anteponere. l. videamus § ſed neque tutoris. ff. de in litem iuran. gloſ. in. l. quidquid. C. arbitrium tute. Facit, quia charitas bene ordinata incipit a ſe ipſo. l. præſes. C. de ſeruitu. & aqua. Et in terminis hanc ſententiam tenet Accur. in. l. in pupillorum. C. de adminiſtrat. tutor. Igneus in. l. quatenus nu. 55. ff. de regu. iur. Quibus in locis, & præcipue in. d. l. quidquid Cinus, Salic. & Alberic. affirmant immobiliter, quod ſi tutor blando ſermone teſtatorem perſuaſit, & induxit ad hoc, vt ſibi relinqueret hæreditatem, quam ſuo pupillo relinquere prius decreuerat, nihil illicitum facit. Et pro eorum ſententia facit, illud notabile Comitij dictum. *Proximus ſum egomet mihi.* Et prædictam ſententiam eo maxime caſu veriſsimam reputant prædicti doctores, ſcilicet quando conſtaret, quod ſi tutor faceret commodũ pupilli, non poſſet facere ſuũ. Quam ſententiam tenet Baeça de decima. tutor. capitulo. 2. numero. 129. verſiculo. reperio tamen.

Contrariam tamen ſententiam, imo quod in hoc caſu tutor de tali intereſſe (ratione doli) debeat onerari. Tenet gloſ. in. c. quæcumque, verbo, aut neglecti. 12. q. 4. Bart. in. l. Titio num. fin. ff. ad municipal. vbi refert Dinum tenentem, tutorem, curatorem, epiſcopum, vel ſimiles adminiſtratores, ad intereſſe (ſaltim) tenerì, ſi dum teſtator, ſuo minori, ſuæve Eccleſiæ aliquid relinquere volebat, illum blanditijs perſuaſit, vt ſibi ipſi relinqueret, & eorum ſententiam ſequitur Bernar. Diez de Lugo, regul. 198. verſ. ſecundo limita. vbi dicit, quod licet teſtamentum blanditijs confectum valeat, tamen primo inſtitutus reuocauit a ſecũdo, per actionem de dolo. Pro qua ſententia adducit Angelum in. l. 1. ff. de ijs, quibus vt indignis, quam etiam refert, & ſequitur Iaſſo. in. l. dedi. §. quamquam numero. 6. ff. de condictio. cauſa data, per textum in. l. non enim. ff. de in officio. teſtam. dicẽtem ſemel obtinuiſſe quandam opulentam hæreditatẽ, in fauorem quorundam fratrumpauperum, quos teſtator quidam hæredes inſtituerat, & cum hoc agnati intelligerent, in tantum perſuaſionibus, & blanditijs aſtrinxerunt, & moleſtauerunt, eum aſſeuerando ſimul, quod male faceret inſtituendo dictos fratres hæredes, quod teſtatorẽ a prædicta voluntate diſcedere fecerunt, eoſque hæredes inſtituit, quade cauſa a dictis cognatis, ſiue agnatis hæreditas in contradictorio iudicio fuit auocata, idque etiam Peruſij iudicatum fuiſſe teſtatur, pro qua ſententia facit textus in clement. 1. §. a quibus de priuileg. Vbi a Summo Põtifice excommunicãtur prælati, qui teſtatorem volentem vni Eccleſiæ relinquere legatũ, induxerũt, vt illũ alteri relinqueret. Neque

59

Neque obstat, si dicatur, quod blã
do sermone licitum est aliquem per
suadere in sui vtilitatem, licet redun
det in alterius præiudicium, quia res
60 ponderatur, quod a pari procedunt, vi,
vel blanditijs testatorem persuadere
l. eum qui. C. de apostatis, vbi æquali
ter punitur, qui vi, vel blanditijs ser-
uum persuasit, ad irreligiosam sectã
apostasiæ, quinimo & aliquando per
suasio plus damni, quam coactio ad
ferre solet, vt in l. 1. §. quod autem. ff.
61 de seruo corrupto. ibi. *Persuadere est
plusquam compelli, aut cogi: ibi parere.*
Quo fit, vt qui virginem blanditijs,
& amatorijs verbis ad stuprum per-
suasit, non minus, quam si violenter
eã stuprasset, puniatur. l. vnica. C. de
raptu virgin. facit singulare dictum
Bart. in l. 1. in princip. vers. & per hoc
dico. ff. de eo per quem fact. erit vbi
62 dicit, quod persuasio aduersarij est
iusta causa restitutionis in integrũ
concedendæ. Rursus facit senten
63 tia Innocen. in, c. petitio. de iure iu-
rand. dicentis, quod preces importu-
næ æquiparantur metui, quoad actus
rescissionem, & cum sequitur Socinus
conf. 263. vers. confirmantur præmis
sa. Afflict. decis. 69. num. 6, Aimon cõ
sil. 192. num. 12. vbi ex persuasioni-
bus dolum re ipsa interneniss profi
tetur. Ex quibus destructa videtur
sententia Bart. & sequatium, quate-
nus in proposita quæstione distin-
guunt, inter persuasionem testatori
blanditijs, vel coactionibus factam.
Vtroque enim casu minoris, vel ec-
clesiæ vtilitati aduersaretur admini
strator, & contra iuramentum in in-
strumento tutellæ præstitum iret tu
tor, qui vtilitatem minoris aggrega
re, & damnis obsistere, & resistere iu-
rauit, vt in l. fin §. omnem. C. de admi
nist. tuto Barba. in tractatu de præs-
tan Cardinal. 1. p. q. 30. num. 26. volu
min. 10. Iodocus Damauderius in tra
ctatu de tutor. cap. 2. nume 8. &. 10. &
7. num. 5. ex tex. in authen. vt hij, qui
oblig. semper habe. res mino. §. fin. &
in l. de creatio. C. de episcopa. audien. & loquendo in regio tutore,
hoc expresse cauetur in l. 3. titul. 15
part. 2. Quinimo & minoris commo
dum propriæ vtilitati anteponere de
bere probat textus in l. 12. titul. 16.
part. 6. ibi. *E que entienda que le reci-*
64 *be mas por pro del moço, que de si mis-
mo.* Et ideo dixit Roma. singul. 705,
quod si tutor instante periculo non
potest simul, & semel custodire res
proprias, & pupilli, debet præferre bo
na pupilli, nisi res ipsius tutoris sit
precio sior.

Inter has tamen doctorum varie-
tates, & iurisconsultorum controuer
sias, distinguendum putauit Baeça
vbi supra, dict. c. 2. num. 129. dicens,
quod si tutor persuasit testatori, vt si-
bi relinqueret legatum, dum confice
ret testamentum, in quo ipsum simul
tutorem nominabat, tali casu eũ nõ
dum iurauerit, neque tutor sit viuo te
statore, non sit ab eo auocandum le-
gatum, quia non dicitur dolo versa-
tus, secus tamen si iam erat tutor, &
testatori volenti minori legare, per
suasit, vt sibi rem legatam relinque-
ret. Quam distinctionem ante eum
probarunt Cinus, Salicetus, & Alber-
icus in. d. l. quidquid. Ioann. And. in
additio ad Specul. tit. de iudi. §. gene-
ralia, vers. sed opponitur. Ex qui-
bus in puncto cõcludo, quod si tutor
durante tutela aliquid minori acqui
rere prætermisit, quod iam erat inpo
tentia propinqua, etiam si sibi ipsi ac
quisierit, de eo in rationibus sit one-
randus tanquam de damno sua culpa
minori obueniente, ac itidem peniu
rus sit censendus, vt pote quia dire-
cto contra suum proprium iuramen-
tum venerit, quo in tutela astrictus
erat promittendo se fidelem in ag-

gregan-

gregando commodo ſui minoris.

65 Poſſet etiam onerari adminiſtrator, de damno ſui minoris, ſi eo quod illum finita tutela, non monuit, vt curatorem acciperet (hocque omnibus modis non procurauit) minor bona diſsipauit, & diſperdit, vt late dixi ſupra cap. 6. num. 92. & cap. 15. num. 38. & 39. Et in terminis ita tenet faber in l. 1. C. vt cauſæ, poſt puber. ad ſit tutor. Angel. in §. fin. inſt. quibus modis tutel. fini. Albericus in Rubr. ff de adminiſt. tutor. Boerius in conſue. Viturri. titul. de iure perſonarũ. §. 8. colum. 2 Caſaneus in conſuetud. Burg. Rub. 6. §. 4. verbo. enaxe. nume. 2 Greg. Lup. in l. 12 titulo. 16. part. 6 gloſ. verbo, *deue durar.*

Et finaliter, vt hanc doli, & negligentiæ materiam vnico verbo anectam, dicendum erit, quod quilibet adminiſtrator ſiue voluntarius, ſiue neceſſarius, ſiue a lege, ſiue ab homine datus, non ſolum de damnis ſuo dolo, verum de damnis ſua negligentia contingentibus onerari debeat, vt reſoluit Senatus Genuenſ. deciſio. 80. num. 4. Soci. conſ. 2. num. 10. libr. 1. vbi dicit, quod adminiſtrator negligens, eſt peccati mortalis reus, idque firmauit Aimon. conſ. 132. num. 4. Quod ego maxime in tutore, & curatore verum intelligo, ratione iuramẽti in tutela præſtiti, quoſummã diligẽtiam promiſit. Caueant ergo adminiſtratores, ne in negligentia reperiãtur, quia adminiſtrator negligens in vno, præiudicat ſibi in alio, vt tenet Bald. in l. ſi a non dominis, numer. 2. C. de his, qui a non dem. manu. Bart. in l. item, ſi res. ff. de aliena. iudi. mut. cau. fact. & in l. 3. ff. de vi bonorum, rapto. Damaude. de tutore, c. 4. num. 38. diligens autem pater familias, ex quibus quis eſſe probetur, elegantèr tradit Bart. in tractatu de teſti. numero. 83. & 84. vide illum, quia eſt melior remiſsio de mundo.

SVMMARIVM.

1 *Actione ciuili intentata pro reddendis rationibus, ſi adminiſtratores eas reddere detrectant, vel ita illas intricauerunt, vt intelligi, & diſpungi non poſsint, an aduerſus eos tortura & peti, & adhiberi poſsit.*

2 *Depoſitarius qui depoſitum negat & reſtituere, vel rationẽ depoſiti reddere detrectat, inſtar furis habetur.*

3 *Torturæ locus non eſt, vbi adminiſtrator rationes conturbauit, & intricauit, ſi pro ratione reddenda ciuiliter, & non criminaliter actum ſit.*

4 *Tortura locum non habet, vbi cauſa criminalis ciuiliter fuit intentata.*

5 *Per electionem actionis ciuilis intentatæ àparte, non precluditur iudici via criminaliter procedendi, & veritatem ex officio inueſtigandi.*

6 *Actione ciuili per partem intentata, licet poſsit ad criminalem reddere, non tamen reddere poterit pendente actione ciuili.*

7 *Qui non poteſt intentare actionem criminaliter, neque etiam torturam petere poteſt.*

8 *Tortura ad hoc, vt in cauſa ciuili*

locum

locum habeat, duo simil concurrere debent, & quod agatur criminaliter ratione admixti delicti, & quod crimen admixtum, siue annexum sit tale, vt in eo de sui natura reus torqueri possit.

9 *Depositarius negans depositum, eo quod fur dicitur, ex ipsa negatione torquetur.*

10 *Mercatores, siue eorum factores decocti, vel falliti, possunt torqueri, vt indicent pecunias, vel merces ipsis datas, quas negant habere, & dicunt perdidisse.*

11 *Coniectura omnis crescit contra fallitos, & decoctos.*

CAP. XX.

Dolosus administrator, qui aut dolo rationes non reddit, vel illas dolose intricauit, & conturbauit, ita vt veritas apparere non valeat, an pro eruenda veritate torqueri possit.

NONNVMquam contingere solet, quod isti administratores, dolo, vel rationes negent, vel detrectent, vel eas ita intricauerint, vt penitus veritas earum inuestigari nō possit, prout in decoctoribus notat Straca in tractatu de decoctoribus, p. 3. nu. 42. & ideo videndum erit, an actione ciuili intentata, aduersus eos tortura peti & adhiberi possit, & dicendum videtur, quod licet hæc actio de rationibus distrahendis ciuilis & pecuniaria sit, tamen si habeat admixtum delictum, torturæ locus sit, vt no tant doctores per textum, in capi. 1. de depositio. Vbi Summus Pontifex loquendo de quodam veliali, qui pecuniam sibi depositam ab Episcopo Lodonensi denegabat, illum furem appellans, subdit deinceps per hæc verba. *Nam & iudicibus dedimus, in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant, etiam si oportuerit vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere compellatur* Et quidem non immerito ita constitutum est, cum depositarius qui depositum negat, vel reddere rationem illius detrectat, fur omni iure habeatur, vt in dict. cap. 1. ibi. *Quo circa suademus, vt in illum furem dirigas actionem.* Et in tutore, qui pecunias pupilli in vsus suos conuerserit, quod fur dici, & nominari possit, voluit Socin. cons. 159. numer. 10. vers. quarto de præhenditur, Ias. cons. 219. colum. 2. lib. 2. & ex hoc potest furti accusari. Roma. cons. 118. Baeça de decima, cap. 2. num. 56. & notat Iacobinus in sua praxi titul. de actio. & late diximus supra cap. 14. num. 21. & ex auctoritate, dict. c. 1. de depositio. Hanc sententiam tenuerunt Paris. de Puteo, in tractatu sindi. verbo tortus. c. 5. an in causa pecuniaria num. 1. ver sic. quæ limita. Alex. cons. 77. num. 8. lib. 1. Franciscus Cason. in tractatu de tormentis cap. 8. §. de non torquē dis in causis ciuilibus num. 1. Paulus Gillan. in tractatu de quæstio. quæst. 7. num. 2. in princip. & in vers. fallit ista regula, Franciscus Vechius cōs. 67. num 23. libr. 1. Bosius in tractatu de

de inditiis,& considerationibus an te torturam,num.97.& prædicta cõ clusio fundari videtur,ex.l.falsi,& l. damus.l.ad l.Corneliam.de falsi.& in terminis dixit Cataldinus de bon. compagnis in tractatu de sindicatu nume.183.versi 6. quod vbi res fuit alicui ad custodiendum tradita, si constat eã perditam,potest ad custo dis torturam deueniri ex tex.singulari,iũcta gloss.verbo,seruis, in l.3. §.1.ff.de officio præfecti vigilum. 6

3 Contraria tamen sententia (imo quod actione pro ratione reddenda ciuiliter intentata, torturæ locus non sit)suadetur,ex textu in l.ex libero,& in l. Diuus. ff. de quæstionibus,vbi in actionibus ciuilibus non habet locum tortura, Guido de Suzaya in tractatu de iudicijs,num.27. ex text.l.maritus.ff.de quæstio. voluit Bald.consil.6.in fine,libr.5. Aymon consi.137.num.12.Rursus quia adhuc causa criminali ciuiliter intẽtata,torturæ locus non est,idque voluit Bosius in practi.crim.titul.de inditiis,num.98.versiculo,arbitror tamen superiorem,vbi dicit, quod & si facile esset apud regios iudices, conclusionem in practica seruari,tamen cum de iure vera non sit, nunquam vidit illam in praxi receptam, satisque absurdum esse,vt postquam pars elegit viam procedendi ciuiliter,possit ad criminalem cõuolare, & petere reũ torqueri. Inquit enim Bosius,quod licet per electionem actionis ciuilis intentatæ a parte,nõ sit percluſa iudici via, criminaliter procedendi,& veritatem in vestigãdi ex officicio (nec isto casu iudex procedendo criminaliter,pendente iuditio ciuili a parte introducto,dicatur attentare, ex Alciato consil. 48.num.3.lib.6.& per Aegidium Bosium,decisio.400.incipienti,ciuilis, & criminalis est)bene tamen percluditur via ipsi parti per electionem actionis ciuilis criminaliter agẽdi, præsertim quãdo vtraque actio tẽdit ad eundẽ finẽ,ex Iulio Claro in practi.§.fi.quæst.2.versic.fin.incipienti. vlterius quæro. Rursus in proposito dixit,Bald.in.l.1.C.de appellatio. quòd dato,quod eadem pars(intentata actione ciuili) possit ad criminalem reddere,non tamen reddere poterit pendẽte iudicio ciuili, quia vna electa & proposita in iuditio,se ipsum excludit ab altera, idque expresse tenuit Bart.in l.1.C.quando ciui,actio.crim.præiud.& in l.interdũ ff.de publi.iudi.Nata consi.138.nu. 6.lib.1.Prosperus fatinatius de inditijs,& tortura,q.32.nu.32.Lancelo. de Attent.2.par.c.4.limit 32.nu.24. vbi testatur ita in Rota fuisse resolutum in vna Cæsarauguſtana iuris eligẽdi contra dominum Sarmiento. 27.Maij.1566. vtique res est expedita,quod si non potest intentare actionẽ criminalẽ iuxta doctrinã Iulij Clari,nec poterit petere reũ torqueri iuxta opinionẽ Bosij,qui & ad hoc allegat Bal.cõsi.171.col.2.vol.2. & si dicas,quod id fieri potest, minime tamen poterit pendente iuditio ciuili,ex Nata loco supra citato,sed necesse erit,qexpectet donec illud expediatur,vel quod iudici interim (ex oficio procedenti)adhæreat,iuxta tradita per Alcia.& Aegid.locis supracitatis,& sic in omni casu torturæ locus erit,non in actione ciuili, sed in criminali,& hæc est veritas,secundum Prosperum vbi supra,vbi testatur nunquã penes suos Romanos cõtrariũ fuisse practicatũ. Et quod si actione ciuili intẽtata peteret pars deueniri ad torturã per iudicẽ ciuilẽ,ex eo quod de crimine agitur, & iudex rerũ torqueret,vtique nõ sine maximo hominũ derisu, & forsan (etiam) suo damno hoc faceret, & 5

hoc in praxi nullam habere difficultatem, idque expresse tenet Aimon, loco supra citato, Flami. Cartar. in sua praxi interrogatorij reorum, libro. 4. cap. 1. num. 22.

8 Ego tamen in proposito dicendũ arbitror, quod adhoc vt in causa ciuili tortura locum habeat, duo simul concurrere debeant, videlicet, quod agatur criminaliter ratione admixti delicti, vt tenet Abb. in cap. 1. de deposito, Anto. Gomez. 3. tomo variar. cap. 13. numer. 29 in fine, Paris de Puteo de indica. capit. an in causa pecuniaria in principio, Vincen. de Franquis decis. 276. num. 12. Secundo, quod crimen admixtum, siue annexum sit tale, vt in eo de iuinatura possit reus torqueri. Et ita colligitur ex dict. cap. 1. de deposito, vbi ideo negans depositum, torqueri iubetur, quia negando committit furtum, & sic delictum graue, & ita declarat Franciscus Vechius consil. 67. nu. 31. lib. 1. & eius declaratio est vera, quia si in delicto non graui, de se considerato, tortura non infertur, multo minus inferri debet, quando est annexum cum causa ciuili, in qua regulariter reus non torquetur, & illum sequitur Farinacius vbi supra num. 34.

9

10 Ex quibus ipse infert numero. 35. mercatores, siue mercatorum factores campsores, & administratores fallitos, & decoctos posse torqueri, vt indicent libros rationum & pecunias ipsis traditas, quas denegant habere, & dicunt perdidisse. Idque ante eum tenuit Parisius de Puteo in tractatu, indica. verbo. tortus est incipienti. an in causa pecuniaria, Hipolyt. de Marsil. in l. diuus num. 7. ff. de quæstio. Et in praxi. §. expedita. nu. 62. fol. 62. in meo, vbi dixit hoc esse singulariter notandum, cum sæpissime eueniat in facto. Purpura. in l. singularia, num. 94. ff. si certum peta. Boerius decis. 215. num. 5. Carrerius in practi. Crimin. 2. tractatu de inditijs & tortura. §. circa secundum in quibus casibus habeat locum tortura post nume. 24. versiculo, & ideo ex hoc dixit Mascar. de probatio lib. 2. conclusio. 819. num. 38. Francis. Vecius consi. 67. nu. 25. & ratio est, quia res ista habuerit originem à contractu, quia tamen vt inquit Boerius loco supra proxime citato, omnis coniectura crescit contra fallitos, qui ad mentiendũ faciles sunt, & infamissimi. Id circo ex ista mala præsumptione possunt torqueri, quod tamen secundum Farinatium dict. num. 35. verum erit, si criminaliter agatur, secus si ciuiliter, ex supra relatis.

11

SVMMARIVM

1 *Liquidatione accepti facta vel ex instrumentis guarentigijs, vel ex administratoris confessione, an antequam dati ratio dispungatur, possit propartitis accepti fieri executio.*

2 *Liquidi ad non liquidũ non habet locum compensatio.*

3 *Ratione incerti, executio certi non retardatur.*

4 *Executio certi, propter incertu non retardatur contra tutorẽ.*

5 *Socius qui posuit capitale in societate illud (societate finita) statim à socio qui est, Caxa, repetere poterit, etiam si nõdum sit liquidatũ an amiserit, vel lucrauerit societas*

6 *Illiquidum executioni mãdari potest, si in eadẽ instãtia executionis*

tionis ius certũ liquidari possit

7 Capitale semper saluũ præsumitur nisi damnũ secutum, vel amissio probetur.

8 Administrator si tempore susceptæ administrationis iurauit, finita administratione, accepta restituere, non poterit opponere compensationem, antequam il la restituat.

9 Iuramẽtũ obligat præcisse ad factũ

10 Obligatus ad factum, licet non teneatur præcisse facere, sed soluendo interesse liberetur, non liberabitur à facto præstando, si in tali promissione iuramentum interuenit.

11 Iuramentum licet regulariter non obliget animam successoris, quo ad periurium, tamen quoad obligationes, & cõtractus illã ligat

12 Interim quod expensi ratio nõ recipitur, non possunt capitula accepti, quantumcumque clara, liquida, & guarentigia executioni mandari.

13 Conuentus pro reddenda ratione non dicitur in mora. non offerẽdo, quod debet antefactam liquidationem reliquorum,

14 Introitus, & exitus, accepta et data sunt admodum in ratione cõnexa, vt nunquam præiudicet confessio accepti, nisi videatur & examinetur expensum.

15 Administrator non tenetur aliquid reddere, nisi cõstituto prius de omnibus acceptis, & datis, quod maxime procedit, vbi petitũ esset, vt quis ad reddendũ rationem sederet

16 Ratio est quædam accepti, & dati commemoratio

17 Dati reputatio & compensatio, tutori, vel alteri administratori per iudicẽ denegata videtur ex eo, quod visis & examinatis partitis accepti, illa sexecutioni mãdat, nõ liquidatis partitis dati, quas administrator incontinenti exhibere protestaret.

18 Iudicare, nisi tota lege perspecta, incibile est.

19 Administrator etiã si in instrumẽto susceptæ administrationis se obliget, & finito officio rationẽ reddet & reliqua soluet, illa verba nõ sortiũtur talem effectũ, vt principaliter, & de per se aliquid restituere teneatur, donec simul accepta, & data fuerint computata.

20 Actus reddẽdi rationẽ, simultatẽ, & concursum accepti, & expensi (sui natura) continet.

21 Antequam expensi ratio videatur, in suspenso est, quanta sint reliqua.

22 Consequentia hæc non valet: aliquid peruenit ad manus tutoris, vel socij, ergo consequens est, vt statim illud reddere cõpellatur, finita tutela, vel societate, ante redditam rationem.

23 Verbum requirere rationẽ, quid importet in iure.

24 Quãdo tutor, vel administrator,

in instrumento tutelæ, vel simili, promisit finita tutela accepta reddere, nõ facta mẽtione rationis reddẽdæ, via executiua cõpelli poterit pro acceptis, antequam data videatur, & examinetur.

25 *Socius si recognouit â socio aliquid recepisse, & finita societate nõ exhibet librũ societatis, potest statim pro illo, quod accepit executari, & vt bonorum vsurpator habetur.*

26 *Administrator, qui finita administratione, librũ rationum, & inuẽtarium non exhibet, statim pro quantitate, quam dominus in litem iurauerit, executari potest, quinimo & tutor de periurio punitur, eo quod inuẽtarium facere prætermisit.*

27 *Mater si à suis filijs, quos mortuo marito in tutelã accepit, dotẽ exigere velit, an cessauit exactio, si de non reddita filijs ratione tutelæ, illi opponatur.*

28 *Retẽtio fauorabilior est quã actio.*

29 *Vxori dotẽ repetenti, nulla tenus retentio opponi potest.*

30 *Matri, quæ renunciauit omni legũ auxilio, an retentio dotis pro filijs obijci possit.*

31 *Vitricus si conueniatur executiue, à priuigno prodote materna, & ipse dicat, quod cum esset eiusdẽ priuigni tutor, statim mortua matre, dotem in ratione tutelæ reputauit, & à se ipso exegit, & q̃ sic non potest prodote, sed pro tutelæ ratione (dumtaxat) conueniri, an sit audiendus.*

32 L *egatum factum pupillæ pro dote, si recuperetur a curatore ipsius, an possit ab eo exigi via executiua statim quo nupta est, etiam si nondum fuerit cura finita, an vero debeat spectari quousque cura finiatur & ratio dispungatur.*

CAP. XXI.

An facta liquidatione accepti, vulgo (el cargo) confestim & antequam capitula dati examinentur, pro partitis liquidis, executari possit administrator.

HACTENVS Nonnulla circa capitula accepti (vulgo el cargo) egimus, & antequam ad capitula dati (vulgo el descargo) perueniamus, operæprecium est, difficilẽ illam quæstionem examinare, quæ in hoc statu rationũ frequenter incidere, & controuerti solet, scilicet an facta liquidatione accepti, vel ex instrumentis guarentigijs, vel reddentis rationem confessione, antequam ad dati partitas perueniatur, pro partitis accepti liquidis, vel confessatis administrator executari possit, & pro parte affirmatiua sequẽtia vrgẽt fundamenta. Primo, quod cum partitæ accepti sint liquidæ, earum executio non debet retardari, exceptione de nõ liquidis opposita. Liquidi enim

ad nõ

ad non liquidum, non habet locum compenſatio. l. fin. C. de compenſatio. l. 20. titulo. 14. part. 5. Facit ſecundo, quia vbi quis reddendo rationem, ſe debitorem eſſe confitetur, & ſi ab executione debiti confeſſati appellauerit, non auditur, vt in lege abſtinendum. ff. quorum appella. non recipi. Tertio quia adminiſtrator, qui opponit de expenſis, vel alijs partitis illiquidis, quid in certum proponit, ſed ratione incerti executio eius, quod eſt certum, non retardatur, lege ſtatu liber rationem. ff. de ſtatu liber. lege reſiduum, & ibi notant communiter ſcribentes. C. de diſtrac. pignor. igitur ſtatim quod de acceptis per adminiſtratorem conſtiterit, nullo alio expectato, pro illis partitis liquidis executari poterit. Et in terminis hanc ſententiam tenuit Socin. conſilio. 24. columna. 11. verſiculo. & primo, volumine. 1 & conſilio. 256. columna. 3. verſiculo, aliquando, volumine ſecundo, vbi dicit, quod executio liquidi contra tutorem, non retardatur propter illiquidum ab eodem oppoſitum, quinimo & loquendo in rationibus ſocietatis ibi colum. 10. verſic. & ex prædictis expreſſe tenet, quod ſocius qui poſuit capitale in ſocietate, illud (ſocietate finita) ſtatim à ſocio, hoc eſt ab eo, qui eſt *caxa* executiue repetere poterit, non obſtante, quod nondum ſit liquidum, amiſſum, an lucratum, aliquid fuerit in tali ſocietate, & eius ſententiam refert, & ſequitur Gregor. Lup. in lege. 10. titulo. 10. part. 5. gloſ. verbo, *Perdiendoſe*. Vbi tenet, quod ſententia Socini locum habet, etiam ſi non poſitus ſit calculus, vel rationes nedum fuerint reuiſæ, cum ſocius intra decem dies, de amiſsione, vel compẽſatione poſſit opponere, & probare. Et hanc ſententiam Socini, firmauit Veni intendis in deciſi. Rotæ Veronẽſis. 90 num. 3. verſ. Contrarium tenet, & eã refert, & ſequitur Caualcanus de tutore, & curatore, num. 214. verſic. tamen magis Corneus conſil. 223. 2. p. Alexan. conſ. 99. volumin. 3. Deciſio Genuenſis. 191. nu. 6. Antonius Galleſius, in tractatu de inſtrumentis ad formam Cameræ numer. 11. vbi affirmat illiquidum executioni mandari poſſe, ſi in eadem inſtantia exe cutionis ius incertum liquidari poſ ſit. Et pro ſententia Socini facit, quia capitale ſemper ſaluum præſumitur, niſi damnum ſecutum, vel amiſsio probetur, idque tenet Alexã. conſil. 170. num. 3. volum. 2. Ruinus, conſil. 140. column. penult. & eos refert & ſequitur Rota Genuen. deciſ. 71. num. 3. & 124. num. 6. & 173. numero. 8. Quam ſententiam eo maxime caſu veram reputat Caualcan. vbi ſupra quando adminiſtrator tempore ſuſceptæ adminiſtrationis iurauit, finita adminiſtratione accepta reſtituere. Hoc enim caſu, minime poſſet opponi compenſatio, quia iuramentum obligat præciſſe ad factum. Ita Abbas, & Canoniſtæ communiter. in cap. veniens de iure iurand. Fanus de pignor. 5. p. membr. 5. num 15. & hanc ſententiam dicit communem Iaſſ. in. l. ſi pecuniam numer. 23. in princ. ff. de condictio. cau. data, vbi dicit, quod licet obligatus ad factum non teneatur præciſſe facere, ſed ſoluendo intereſſe liberetur, hoc fallit, quando iuraſſet, illud facere, quia iuramentum obligat præciſſe ad factum, & eum ſequitur Rollandus, conſ. 6. num. 32. Ioſephus Ludoui. deciſ. Peruſina. 15. n. 8. & prædicta ſententia (ex Caualcan. vbi ſu.) nõ ſolũ locũ habet aduerſus iurãtẽ, verũ & aduerſus eius hæredes. Et hãc ſentẽtiã ante omnes tenuit Ang.

consilio.326.columna prima.Socin. consilio.38. numero. 2. libro.3. vbi dicit,quod iuramentum licet regulariter non obligetquoad periurium animam succesſoris, tamen quoad obligationes,& cõtractus eum ligat, & eius ſententiam veram eſſe teſtatur Baberius de viribus, & virtu. iura.verſ.45.Ioſephus Ludoui. vbi ſupra nume.12.Capitius deciſ.174.numer 11.Afflict.plures pro ea referens deciſ.381.numero.2.vbi hanc ſententiam à ſacro Senatu approbatam fuiſſe teſtatur,dicens,quodopiniocõtraria Bartoli in hoc eſt damnata, & prædictamſententiam affirmatiuam eo maxime caſu ſuſtineri poſſe arbitror,ſcilicet quando adminiſtrator recognouiſſet,confiteretur,velfirmaret partitas acceptas abſque proteſtatione,quod intendit ſe exonerare de prædictis partitis in rationibus quæ diſpunguntur,ſtatim,& inconti nenti,quam ſententiam ſignauit nouiſsime vltra omnes Caſtellus à Bobadilla in ſua eleganti politica prætorum lib.5.cap.4.nume.78.& quidẽ ſub hac proteſtatione executionis periculũ proculdubio poſſet euitari.

12 Contrariam tamen ſententiam, imo quod interim,quod expẽſi ratio non recipitur, non poſſint capitula accepti,quantumcumque clara, liquida,& guarentigia, executioni mandari. Tenuit Alexand.conſilio 192.per totum,volumine.7.Iaſſ.conſilio.100,volumi.4.Aimon conſilio. 231.numero. 16. verſiculo vndecimo conſidero,iuncto numer.17.Anchiarran.conſilio.235.numero.1.vbi dicit,quod conuentus pro reddenda
13 ratione,non dicitur in mora,non oſferendo,quod debet, antefactam liquidationem, & declarationem reliquorum, idque tenet Fanus de pignor.membr.1.5.partis, Auendan.de exequt.. manda.2.p.c.10.n.31.Bae-
14 ça de decima tutor.præſt.c.2.n.168. vbi expreſſe tenet, quod introitus, & exitus,accepta,& data,ſunt admodum in ratione conſexa, vt nunquã præiudicet confeſsio accepti,niſi videatur expenſum, idque in ratione tutoris tenetAimon conſ.275.num.
15 13.verſ,tertio principaliter, vbi dicit,quod adminiſtrator non tenetur aliquid reddere, niſi prius cõſtiterit de omnibus acceptis & datis, ſoluto ſibi debito ſuo. Quæ ſententia eo maxime caſu locum haberet, quando in libello petitum fuiſſet, quod
16 quis ad præſtandum rationem ſederet.Cum enim ratio ſitquædam dati, & accepti commemoratio, vt in.l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ff.de edendo ante liquidatas hinc inde rationes,minime executio locũ haberet.l.1.§.præterea. ff. de contra.& vtil. actio.tute.ibi.*Præterea,ſi tutelæ*
17 *iudicio quis conueniatur, reputare poteſt,id quod in rem pupilli impendit,& ſic erit arbitrijs eius, vtium compenſare,an petere velit.*Hæc enimdati reputatio,& compenſatio, ex eo tutori, vel alij adminiſtratori denegata per iudicẽ videretur,ſi ſtatimviſis,& examinatis parcelis accepti, illasoexecutioni mandaret,maxime vbi inſtaret adminiſtrator,quod dati ratio reciperetur,& ſic inique,& iniuſte grauaretur in hoc,vt illud,quod retinere,& compenſare iure poſſet,repetere aminore(noua actione) deberet. quo quid abſurdius, quidve rationi, &æquitati magis contrarium,exhoc enim tutori officium eſſet damnoſum. Contra textum in. l. ſiquis ex aſsignatoribus.ff.quemadmod. teſtam.aper.& in lege poſt legatum.§. aduocatum,& in lege tutorem. ff. de his, quib. vt indign. Sat enim eſt, quod tutores, & curatores, quam plurima alia damna, & incommoda ex tali adminiſtratione

ne

ne recipiant, quæ recenſet Baeça vbi ſupra capitulo. 2. à numero. 37. cum plurib⁹ ſequentibus. Et hanc ſententiam tenet nouiſsime Faquineus libro. 8. controuerſiarum Iuriſconſ. 58. verſ. ſed hoc.

Præterea, & pro hac ſententia facit, quia quemadmodum inciuile eſt iudicem, niſi tota lege perſpecta iudicare, vt in. l. in ciuile. ff. de legi. Sic in ciuile eſſet adminiſtratorem executare, niſi tota ratione perſpecta, hoc eſt datis, & acceptis examinatis, finis namque rationis forſitam à proœmio aborreret, & loquendo in depoſitario hanc ſententiam tenet nouiſsime Vincentius Carrotius in tractatu de depoſito, forma. 5. numero. 5. folio. 15. exitus enim acta probat lege, vt facta. §. euentus. ff. de pœnis.

Rurſus in tantum vera fuit viſa hæc ſententia Alexandro conſ. 192. 19 num. 1. & 2. volumin. 7. vt dicat, quod etiam ſi in inſtrumento adminiſtrator ſe obligauerit, quod finito officio reddet rationē, & reliqua ſoluet, q̃ vulgo dicitur *dar cuenta cõ pago*, adhuc prædicta verba non ſortiũtur talem effectũ, vt principaliter, & de per ſe teneatur aliquid reſtituere donec, & accepta, & data ſimul fuerint cõputata, idq; tenet Alex. d. cõſ. 90 n. 1. & 2. eo quia rationes ſunt in diuiduæ, vt voluit Bal. in. l. ſi plures n. 17. C. decõd. inſertis. Menoch. libr. 2 de arbitra. caſu. 209. n. 31. Bobadilla in ſua polit. lib. 5. c. 4 n. 72. & 78. Gu 20 tierrez de tutel. li. 3. c. 1. n. 53. & ratio ea eſt quia cum hic actus reddendi rationem ſimultatem. & concurſum accepti, & expenſi (ſui natura) contineat, vt voluit Bald. in Rubrica. C. de fide inſtrum. num. 31. Cuius ſententia hodie iure regio videtur approbata, ex textu in. l. 3. titulo. 5. lib. 9. Recopil. lib. *Por cargo y deſcargo*, 21 antequam expenſi ratio habeatur, in ſuſpenſo erit, quanta ſint reliqua, vt voluit Aimon conſ. 131. num 5. erſic. tertio quando. Et hanc rationem reddit conſultus in. l. mutuis. ff. pro ſocio, vbi dicit, quod niſi ſocietate finita, & computis factis, non poſſet cognoſci, an ſocietas damnum, vel commodum ſenſerit, & per iſtum textum prædictam ſententiam canonizauit Pariſ. conſ. 90. num. 43 libr. 1. Petrus de Vvaldis in tractatu de duobus fratribus. p. 12. num. 1. Salicetus, in. l. tandiu. C. pro ſocio. Non enim 22 bene ſequitur tale quid peruenit ad manus Titij, tutoris, ſiue ſocij, aut alterius adminiſtratoris ergo condemnari debet, vt ſtatim illud reſtituat, ſed omnino expectandus eſt exitus redditæ rationis, vt voluit Veninten dis loco ſupra citato num. 3. Ex quibus manifeſte concluditur, quod cõfeſsio de receptis facta ab adminiſtratore, ipſi non nocet interim, quod de datis non fuerit recepta ratio, vt reſoluit Platea in. l. 1, in fine, num. 9 C. de apochis publi. id etiam voluit gloſ. in. l. Tais. §. libertatem verbo fuerunt. ff. de fideicom. liber. Caſaneus in conſue. Burgun. Rubrica. 6. §. 6. verbo, rendre. numero. 19. & eos refert, & ſequitur Baeça de decima tutor. capitulo. 2. numero. 170. Caualcan. de tutore numero. 214 & nouiſsime Molinatus in tractatu de retentione numero. 323, Bobadilla vbi ſupra dicto numero. 78. Et hæc ſententia a noſtris Pintianis Senatoribus frequentiſsime fuit obſeruata, & ſecundum eam ab ipſis fuit multoties iudicatum.

Et tenendo iſtam negatiuam ſententiam, vtpote, quia magis rationi, & æquitati ſit conſentanea, melioribuſq;, ac fortioribus iuris fũdamẽtis fulcita. Non obſtant iura, & rationes pro affirmatiua ſentẽtia ſuperius

coaceruata. Et in primis non obstat textus in l. fin. C. de compensa. quia ille text. debet intelligi, quando creditum, & debitum descendunt ex diuersis, & separatis stationibus, secus tamen esset, si ex eodem contractu, & qui indiuiduam, connexam, & correspectiuam causam habet descenderet, prout est societas, tutela, & simile administrationis genus, ex qua potest dari actio & directa, & contraria correspectiue.

Neque etiam obstat secundo tex. in d. l. statu liber. rationem, quia in decisione illius textus, non probatur quod non retardatur executio debiti certi, ratione debiti incerti, sed fauore libertatis cauetur, quod si statu liber, rationem reddere, & reliqua soluere debeat, vt ita consequatur libertatem, soluendo quod est liquidum, & cauendo pro il liquido, fauorabilis libertas non retardetur. Et hæc est mirabilis cautela ad euitandum viam executiuam in reliquida & illiquida executiue petita, scilicet, quod executatus soluat liquida & offerat quod facto calculo & liquidatione, debere cõstiterit, ad cuius liquidationem separatũ offerat, & ita tenet Aflict. decis. 157 Iasso in l. quod te mihi, num. 5. si cert. peta. Cephalus cons. 195. Cepol cautel. 27. & alios refert noster Baldesius in addit. ad Roderic. Suar. in l. post rẽ iudicatam limita. 5 post num. 2. pag. 126.

Neque tertio obstat sententia Socini, & sequatium, quatenus probare intendunt, quod socius statim finita societate potest executare sociũ, (qui vulgo dicitur, *caxa*) pro suo capitali, quia eorum sentẽtia, nullum habet iuris fundamentum, simpliciter, & absolute intellecta, & ideo eam impugnauit iustissime Negusanus, in tractatu de pignor. 5 part. princip. memb. 1. num. 17. vbi refert se cõtra illam iudicasse, & iudicare vidisse, & in quolibet administratore, idẽ decisum fuit, in Rota Genuensi decis. 191. nume. 5. licet enim in dubio sit præsumendum, societatem lucratam fuisse, & non capitalia perdidisse, non tamen ex hoc sequitur, ergo quilibet socius finita societate (etiã nondum ratione lucri, & damni calculata) poterit suum capitale deducere, cum hic actus reddendi rationem, simultatem, & connexitatem contineat. Secundo respondetur, quod si bene ad Socini mẽtẽ attenda tur, minime ipse sensit illud, ad quod a prædictis doctoribus allegatur, quinimo hoc tãtum dicere voluit, quod finita societate, & etiam ante liquidatam rationem, socius qui capitale posuit, potest requirere, idest, indagare, & scrutari, capitale suum exter, nec ne, & ita illud verbum requirere interpretauit Rota Genuensis decis. 24. num. 5. & 6. *Quod nos dicimus, pedir relacion de cuentas.*

23

Ego tamen inter has doctorum varietates, & iurisconsultorum cõtrouersias, mediam quandam viam, per minores, adultos, vel socios, & similes (hac in re) eligi posse arbitror, eaque in praxi respuendam non esse existimo, scilicet, quod quando adultus, vel socius habet instrumentum guarentigium tutelæ, vel societatis, ex quibus aliquid liquidum resultet, bene possit petere via executiua, vt illud sibi tradatur, quia cum instrumentum habeat clausulas guarentigias, nulli dubium est, quin executioni mandari possit ex. l. 1. tit. 21. libr. 4. Recopil. ac rursus, vt ratio tutelæ, vel societatis non liquidæ reddatur, poterit tamen iudex opposita per tutorem exceptione rationis reddendæ, vel compensationis, (quæ etiam in via executiua locum habet, exhis

quæ

quæ notat late Gutierrez de iuram. confirm. 2. p. c. 6 per totum) partes ad ratiocinandum admittere: ac demũ calculatoribus a partibus nominatis in eandem ſententiam venientibus, rationes confirmare, & in hac executione pro reliquis vſque ad additionis ſententiam procedere, iubendo vt pro reliquis dumtaxat adictio fiat & ex hoc magnum minoris diſpendium euitabitur. Et hanc ſententiã licet non ita clare, & dilucide explanatam, tenuit Parladorius libr. 2 rerum quotid. c. fin. 1. p. §. 12. limitat. 4. numer. 34. vbi addit, quod cum quidam minor virtute cuiuſdam inſtrumenti tutelæ via ordinaria ad rationem reddendam aduerſus tutorem ſuum egiſſet, conceſſa fuit illi reſtitutio, ad hoc, vt via executiua pro acceptis rationem peteret, & ita intelligendam reputo ſententiam Socini, in dict. conſ. 24. quem Parladorius, pro. 265. allegauit. Secus tamen eſſet, vbi non produceretur inſtrumentum liquidum, & guarẽtigium, quia hoc caſu via ordinaria agendum eſſet, ex his, quæ notat Aymon conſil. 231. num. 6. & hæc eſt vera & iuridica prædictarum opinionum conciliatio.

24 Et prædictam ſentẽtiam amplia, primo, quando in initio tutelæ, vel ſocietatis, adminiſtrator promiſiſſet ſtatim, finita adminiſtratione, quod accepit reſtituere, omittendo clauſulam, qua promittunt tutores finita tutela rationem præſtare, quia ſi intra decem dies de amiſſione, vel expẽſis per tutorem, vel ſocium probatũ non eſſet, proculdubio (via executiua) capitale, vel quod aliter reddere promiſit, adminiſtrator reſtituere tenetur, ex his quæ voluit Alex. conſ. 192. numer. 3. quem refert & ſequitur Petrus Surd. deciſ. 184. num. 9. Auen. de exeq. man. 2. p. c. 29. numer. 5. verſ. ex hoc infertur. Credo tamen, quod iudex poſſet dare maius terminum ad ſe exonerandum.

25 Prædictam ſententiam ampliaſecundo vbi tutor, vel ſocius recognouiſſet ſe aliquam ſummam liquidam accepiſſe, librum tamen rationis nõ exhibuiſſet, quia hoc caſu proculdubio pro partitis ex confeſsione ſua liquidatis, executari poſſet, non expectata amplius dati ratione, vt voluit Caualca. de tutore dict. num. 214. & eum refert & ſequitur Molinatus in tractatu de retent. dict. num. 323. verſic. ſed quid dicẽdum, vbi dicit, quod ſi adminiſtrator librum rationis nõ exhibeat, vti bonorum vſurpator, via executiua ad reſtitutionem eorum, quæ ad ipſum peruenille conſtiterit, reliqua reddere cõpellitur. Et ratio huius concluſionis eſt ſecundum præfatos doctores, quia cum in inſtrumẽto tutelæ, promiſiſſet inuẽtarium cõficere, librum rationis exhibere, & alia ſolemnia facere, & illud non adimpleuerit, optimo iure minor pro liquidis, vel etiam pro his quantitatibus, quas ſibi deberi in litem iurauerit, via executiua agere poterit, cum iam ipſe non poſsit exonerari ex inuentario, vel libro rationum quem non habet, vel malicioſe occultat, & in rationibus non exhibet, & hãc ſententiam ex Matheſila ſingu. 50. tenet Plotus in tractatu de in litem iuran. num. 543. in maiori impreſsion. Roland. conſ. 31. volum. 2.

26 Ampliatertio quando talis adminiſtrator promiſit ſub iureiurando, rationem ex inuentario, & libro rationum reddere, quia ſi dolo vel malicia, illa inſtrumẽta non exhiberet, poſſet adulto, vel ſocio, iuramẽtum in litem deferri, & pro eo, quod iuratum fuerit executari, quinimo & de periurio poſſet criminaliter puniri, neque vllum commodum ex tali

administratione habere deberet, argument. text. in. l. si quis maior. C. de transactio. cuius decisio, etiam si in transactione loquatur, in quolibet alio contractu locum habet, vt tenent Bart. & Iaſ. ibi num. 11. Matheſela. vbi ſupra verſ. nota magnum Plotus loco ſupra proxime citato Phili. Portius libr. 2. concluſ. cap. 10. verſic. 4. amplia. Molinatus vbi ſupra numero. 315.

27 Sed obiter ſeſe nobis offert elegans, ſubtilis, & parum agitata quæſtio in propoſito ratiociniorum. Pone, quod mater, quæ filios habebat mariti ſui hæredes, ad ſecundas nuptias migrauit, & ab ipſis tanquam patris hæredibus via executiua dotem poſtulauit producendo inſtrumenta dotalia, ipſi vero filij ſe opponunt dicentes, quod cum eorum tutelam ipſa mater adminiſtrauerit, & nõ dum illis rationem reddiderit, (quã reddere petunt), non habet locũ via executiua, donec inter eos, & matrem prædictæ rationes calculentur: dubitatur modo, an iudex ſuperſedere debeat in ex actione dotis, interim quod prædictæ rationes tutelæ calculantur, & quia viam ferro aperit qui per contraria tranſit, quæſtionẽ hanc ad partes more ſolito controuertere libet, & in primis dicendum videtur, quod filij ſecuram iuſtitiam tueantur. Primo, quia bona materna tam dotalia, quam parafrenalia, ſunt filijs pro ratione tutelæ tacite hypothecata, vt in. l. pro officio. ff. de adminiſtra. tutor. l. ſatis notum. C. in quibus cauſis pignus vel hipoth. taci. contra. & in. l. 16. titul. 9. part. 2. ergo cũ prædicti filij habeant ius in re, hoc eſt in bonis dotalibus matris, reſpectu prædictæ hypothecæ, iure optimo maternam dotem, & quælibet alia bona ſua, pro pignore retinere poterunt, interim, quod tutelarum ratio, illis reddatur: hoc namque ius retinendi ab hypotheca naſcitur, vt tenet Alex. conſ. 156. num. 16. libro. 2. Soci. conſil. 99. nume. 9. nouiſsime Molinatus de retent. quæſt. 41. numero. 2.

28 Secundo quia ſi filijs, tempore quo mater dotem petit, competit actio pro rationibus diſtrahendis, aduerſus matrem & ſic multo melius illis dabitur bonorum retentio, quæ fauorabilior eſt, quam actio. l. per retentionem. C. de vſur. Cephalus conſilio 229. num. 5. Roland. conſ. 17. numer. 8. Bart. & doctores communiter in. l. ſi filio. §. ſi vir. in quinquennium. ff. ſoluto matrimonio, & in. l. emptorem. C. de locato, Gutierrez de tutel. p. 2. cap. 3. num. 17. & 18.

Tertio quia eo quo mater nõdum reddita ratione tutelæ, ad ſecundas per tranſit nuptias, illam lex odio habet, & punit, vt in. l. omnem. C. ad tertil. ergo multo melius filijs retentionem pro reliquis concedere debet, etiam ſi nondum ſint liquidati, dum modo de proximo poſsint liquidari, & hoc argumento vtitur Beroius cõſil. 37. num. 8. volum. 2. Soci. conſ. 126 & 180. Deciusconſ. 349. num. 10. Roland. conſ. 17. nume. 5. lib. 4. Apoſtil. ad Salicetum in. l. ſi mater. C. qui in cauſis pign. vel hipo. Et pro hac ſententia vltimo facit, quia vbicumque circuitus poteſt euitari, non eſt ambagibus vtẽdum. l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi certum petatur. vbi ex æquitate cauſa euitandi circuitus, darur condictio, ei cum quo negotium non eſt geſtum, quanta ergo maiori ratione dabitur hoc caſu retentio, ne partes litibus lacerentur & vexentur.

Pro cõtraria vero parte, imo quod via executiua a matre pro dote intentata: aduerſus filios, nõ poſsit prædicta exceptione retentionis, & rationis reddendæ impediri, ex ſequẽtibus

tibus suadetur. Primo ex text. in l. vnica. §. taceat. ff. de rei vxoriæ actione. Vbi vxori dotē repetenti, nullatenus retentio dotis obijci potest, maxime vbi alia actio cōpetere potest, vnde cum in casu proposito filijs actio tutelæ competat, ex toto titulo. ff. de contra. & vtili actione tutelæ minime prædicta retentionis exceptio obijci poterit, vel si obijciatur, viā executiuam non impediet.

Secūdo quia (vt supra retulimus) de liquido ad non liquidum, non habet locum compensatio. ex dict. l. fin. C. de compen. sed retentio est cōpensatio, vt tenent Bart. & Moderni in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matrim. ergo filiorum compensatio matri oppesita de non liquido, & sic de rationibus nondum calculatis, (licet necessario calculandis) locum non habebit. Et hanc sententiam in terminis tenuit Negusa. de pignor. 1. membr. 5. partis num. 36. vbi reprehendit Socin. loco supra citato, dicens, quod non bene respondit, dict. §. taceat, dum intelligit, illum nō procedere, quando dos reperitur obligata, vel hipothecata a lege, prout in casu, de quo agimus, & fortius si esset expresse a matre obligata, quia ista responsio est cōtradictum. § taceat, ibi. *Sed nec retentio detur in dote.* Et secundum hanc opinionem pluries se iudicasse, & iudicatum vidisse, contra Socini sententiam, testatur Negusanus ibi, quod maxime locum habere subdit, quando instrumentum esset guarentigiatum, confessionatum, vel tale, quod ex forma statutorum haberet paratam executionē, reiecta omni exceptione, excepta solutionis Et hanc sententiam tenuit etiam Alex. cons. 92. volum. 4. Caualcan. de tutore, num. 219. vbi testatur ita iudicatum fuisse per Rotam Florentinam, & nouissime se ita iudicasse, contra sententiam Soci, tenet Gutierrez de tutellis, libro. 2. cap. 9. num. 52. & ratio supradictæ conclusionis est, quia mater petit dotem sicut creditrix, siue vt quidam sempronius creditor, & filij petunt bonorum suorum rationem à sua matre tāquam tutrice, vnde cum quilibet vno nomine sit creditor, & alio nomine sit debitor, & non repræsentent eandem personam in credito, & debito, non habet locum compensatio, ac per consequēs retentio, quæ idem est.

3

Cum tamen rem hanc controuersam, ac difficilem considerasset Molinatus dict. tractatu de retentione, q. 41. has doctorum controuersias conciliare hac distinctione intendit, scilicet, quod si mater renuntiauit omni legum auxilio, inter im quod ratione cum reliquis præstaret quantūcumque instrumenti dotalis virtute dotem repetat, non debet audiri, nisi ratione reddita, & reliquis solutis, vel cum filiorum debito compensatis, quia ex vi prædictæ clausulæ, videtur renuntiasse auxilio dict. §. taceat, quatenus dicit, quod aduersus repetitionem dotis, non possit opponi compensatio, si tamen neque tacite, neque expresse omni legum auxilio renunciasset, via executiua virtute exceptionis compensationis rei non liquidæ, non debeat retardari. Credit tamen, quod hoc secundo casu, & sic vbi retentioni locus non esset, bona dotalia matri tradenda sint sub cautione, maxime in casu, quo ista mater esset iuuenis, & talis conditionis, cuius honor, & fama ex necessitate, & ex gestate posset maculari, seu in aliquo periclitari, ipsumque (hac habita consideratione) ita iudicasse in ciuitate Vercellarum testatur, eo quod esset nimis consonum æquitati. Cui ego addēdū puto, iudicem hoc casu recte facturum, si filijs com-

pensa-

pensationem prædictam opponentibus, saltim, ad liquidandum rationes duorũ mensium tempus cõstituatur, interimque, (vt supradicta inconuenientia euitentur) rationes calculari præcipiat, argumen. textus in. l. au fertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci. ibi. *Qui compensationem opponit fisco, intra duos menses, debitum sibi docere debet.* Pari enim passu mulier, & fiscus ambulant. l. 2. & ibi notat Bart. C. de priuil. fisci, & in. l. 33. titulo. 13. part. 5. & quod vbi tempus assignatur ad liquidandum aduersus fiscum, debeat esse duorum mensium: tenet Iasson. in. §. in bonæ fidei. num. 74. inst. de actio. licet contrarium teneat Menoch. libr. 2. de arbitra. casu 14. vbi hoc tempus iudici arbitrariũ esse firmauit. Credo tamen, quod ad minus debeat esse duorum mensium cum satis incontinenti fieri dicatur, quod sit intra spacium duorum mensium, vt notat Iasson. in. l. ũ arrogator numer. 10. ff. de adoptio. sit tamen iudici arbitrarium, si expedierit maius tempus assignare, pro expeditione rationum.

Vltimo in proposito, alia non minus elegans, & subtilis quæstio se se nobis offert, quam ego inpraxi agitaui, & fuit difficilima reputata. Pone, quod Vitricus fuit tutor priuigni, & tutela, vel cura finita, iste priuignus via executiua petit à vitrico, vt sibi maternam dotem restituat, per textum, in. l. vnica. §. illo. C. de reivxoriæ actione. Vitricus autem se opponit executioni dicens, quod statim mortua matre priuigni, dotem sibi a matre traditã in ratione tutelæ, vel curæ abscripsit, & per consequens actio illa, quæ ipsi priuigno pro repetitione dotis competebat, fuit statim in actionẽ tutelæ deuoluta, quo fit, vt non via executiua pro exactione dotis, sed ordinaria pro reddenda 31 ratione tutelæ, vel curæ debeat conueniri. Dubitatur modo, an prædicta vitrici tutoris exceptio, viam impediat executiuam, & ordinario iudicio (actione directa tutelæ) debeat conueniri, & dicendũ videtur, quod via executiua cessare debeat, ex sequentibus. Primo quia cum mater istius minoris mortua fuerit durante prædicta tutela, vel cura, ac statim vitricus effectus fuerit debitor pupilli, siue adulti pro illa dote statim deoluta sit actio de dote in actionem tutelæ, quia si tutor est debitor pupilli ex vna causa, statim accepta tutela debitum illud deuoluitur in actionẽ tutelæ. l. ita autem. §. debitor. ff. de admin ist. tutor. Quemadmodum enim tutor à debitoribus minoris exigere debita tenetur, & eodem modo a se ipso exigere debet, & a se exegisse præsumitur. l. quoties. §. item si tempore, & ibi Bart. & communiter scribentes, & in. l. generaliter. ff. de admi nistr. tutor. quinimo & in exigendo a seipso nulla datur dilatio, vt post Azonem in dict. l. quoties. §. nequaquam, tenuit ibi glos. verbo fortasis, glos. etiam elegans in. l. diuortio, verbo diuersum. ff. de negot. gest. vbi ex decisione prædictorum iurium tenet, quod si pater pupilli pro tutore fideiusit, & facta fuit executio in bonis pupilli, & ex eis debitum solutũ fuit ab ipso tutore, actio illa mandati, quam pater in vita aduersus talẽ tutorem habebat, ratione fideiusionis, statim & ipso iure in actionem tutelæ deuoluitur, & duobus mensibus elapsis statim tutor ad pupillare interesse, ratione illius pecuniæ tenebitur, vt late diximus, supra capit. 14. num. 5. ergo cum debitum minori actione dotali, ipso iure deuolutũ fuerit in actionem tutelæ, consequens est, vt peti à minore non possit via executiua, neque etiam ordinaria

ria interim, quod tutela, vel cura nõ-dum fuerit finita. Actio enim ſemel extincta non poteſt amplius reuiuiſcere. l. quires. §. aream. ff. de ſolutio. Quod præcipue locum haberet, ſi ſtatim quo mater pupilli mortua fuit, tutor in libro rationum deſcripſiſſet qualiter ipſe ſe debitorem ex illa die conſtituebat pupillo, pro quantitate illa dotali, argumento eorum, quæ notat Ioſephus Ludoui. deciſ. 61. numero. 3. p. 2. vbi dicit, quod vxor poteſt mortuo viro dicere, quod vult mutare cauſam poſſeſsionis bonorum viri, retinendo illa pro retentione dotis, & non iure familiaritatis, prout antea poſsidebat.

Secundo pro hac ſententia facit, quia ex ſupradicta Metamorphoſi, de actione de dote, in actionem tutelæ, non ſolum non efficitur deterior cõditio iſtius minoris, ſed longe melior, cum ſuæ indemnitati melius ſit prouiſum, cum enim dotis fideiuſſor eſſe non poſsit, vt in Rubro, & Nigro C. ne fideiuſſores dotium dentur, pecunia illa dotalis ſub fideiuſſoribus tutelaribus aſſecuratur, vt in d. §. ne quaquam in fine, & tenuit gloſ. in. d. l. diuortio.

Sed prædictis non obſtantibus in propoſito dicendum erit, quod interim quod tutor eſt ſoluendo, & facultatibus non labitur, minori non expedit, vt actio de dote, ex ſtipulatu, in actionem tutelæ conuertatur, cũ ſit præuilegiatior quam actio tutelæ ex. l. 1. ff. ſolut. matrim. ibi. *Dotis cauſa ſemper, & vbique præcipua eſt.* Cæterum tutore ad inopiam veniente minori intereſt, vt in actionem tutelæ conuertatur. Quam ſententiam probat eleganter text. in. l. quoties. §. nequaquam ſupra relata. ibi. *Et ego hoc, & ſuperius ita verum puto, ſi facultatibus labi tutor cæperit, cæterum ſi idoneus tutor fuerit, nihil venire in tutela iudicium.* Vbi gloſ. verbo & ego, eo ſolum caſu prædictam Metamorphoſim fieri concedit, ſcilicet quando tutor facultatibus labi cæpit, ita vt iam minori vtilitati (aliter quam per prædictã trãsformationẽ) conſulũ eſſe non poſsit, & ita etiã colligitur ex text. in dict. l. diuortio, vbi nõ aliter transformatio vnius actionis in alteram admittitur, quam ſi duo ſimul concurrant, ſcilicet vt debitor à ſe exigere poſsit, & vt inde aliqua domini vtilitas reſultet, & ita late, & erudite declarat Albericus in dicta. l. diuortio per totam, & in. l. qui eo quod. ff. de donatio, vbi circa tranſformationis vtilitatem multa tradit exempla pro vera noſtræ quæſtionis cognitione. Tu illum videas, quia non tranſcripſi, ne faſtidioſus videar.

Finaliter in propoſito dubitatur
32 de quadam eleganti, nec non difficili quæſtione, de qua tempore, quo hæc ſcribo, fui conſultus. Pone, quod aliquis extraneus, puellæ ſub tutore vel curatore cõſtitutæ, mille pro dote, vel augmento dotis legauit, & hãc parcellam curator recuperauit, & in libro rationũ aſcripſit, deinde puella nupta fuit. Dubitatur modo, an maritus via executiua petere poſsit, vt dos illa quam curator virtute legati recuperauit, ſtatim ſibi tradatur, an vero curator iuſtitiam foueat, ſi velit, vt non antea tradantur, quam cura finiatur, & ratio bonorũ puellæ diſpungatur. Et dicẽdum videtur, quod prius debeat ratio curæ diſpungi, & reliquatum examinari, quam curator ad illam dotem præſtãdã cõpellatur, quia quidquid tutor, vel curator pro pupilla recuperat, ſtatim deuoluitur in actionem tutelæ, & tempore, quo redditur ratio, (& non antea) tenetur rationem eius, quod pro pupilla recuperauit reddere, ex tex. eleganti in. l. ſi tutor. verſ. & generaliter

ff. de

ff.de tutel.&ratio.distrahen.ibi. *Absurdum enim erat à tutore administrationis rationem negotiorum pupilli exposci, in qua adhuc perseueraret.* l.rationes.C.eo. Cum igitur ratione officij administratorij recuperauerit, dubium non videtur, quin donec tutela vel cura finiatur, ratio, restitutiove talis legati differatur & suspendatur.

Sed prædictis non obstantibus, cõtraria sententia tenenda erit, vbi cõstaret, quod tutor, vel curator tale legatum ad dotem adultæ constituendam recuperasset. Si enim verum est, quod curator potest compelli, vt cõstituat dotem suæ adultæ, vt in l. si curatores. C. de administr. tuto. l. 9. titulo. 11. part. 4. Caualcan. de tutor. numero. 276. & iam dos ab aliquo extraneo fuit constituta, & curator cõfitetur, eam adhunc effectum relictã fuisse, solum restat, vt summarie tradatur adultæ, vel eius marito, cũ dos habeatur loco alimentorum, vt ex pluribus probat Abbas in. c. cum haberet de eo, qui duxit in matrimon. num. 5. Bart. in. l. fin. de his, quibus vt indign. numero. 7. Xuarez in repetition. l. quoniam in prioribus, limita. 2. & ad leg. fori, numero, 3, Tiraquel. de primogen. quæst. 62. num. 4. Euerard. Centuria sua. cap. 29. Molin. de Hispa. primogen. libr. 2. cap. 11. num. 8. quia alimenta breui, & summario iuditio sint præstanda, vt in. l. siquis a liberis. § si vel parens. ff. de liber. ag nosc end. quinimo & hoc casu, tutor velut depositarius quidam censetur, cum pecunia illa per testatorem fuerit consignata, ad dotem tali adultæ constituendam, pro subleuandis oneribus matrimonij. Crederem tamen, quod si talis curator in executione opposuisset, quod minor sibi debitor est, eo quod plus pro illa expendit, quam ex suo patrimonio recepisset, faciẽda foret relatio rationum, quæ breui, & summario iudicio fit, & si constitisset aliquid ex pecunia pro dote relicta, consumptum fuisse pro necessitatibus minoris, pro tanto minus addictio facienda foret, alias absurdum esset, quod illa puella tam diu indotata esset, quandiu lis super rationibus agitaretur, & ita in fauorem meæ clientulæ fuit in hac Pintiana Chancellaria pronunciatum, ex doctrina Socini in dicto consilio. 24 & ita obtinui visa causa, licet adhuc in instantia supplicationis pendeat. Vel saltim posset legatum illud restitui, ante tationem redditam, subquadam fideiussione depositaria. Ne interim status matrimonij contrahendi pereclitetur.

SVMMARIVM.

1 *PVpillus, vel adultus, semper à suo tutore, vel curatore alimentatus præsumitur.*

2 *Viuere de vento, quis non præsumitur.*

3 *Alitus præsumitur quis, à domino domus, in qua moratus vel hospitatus fuit.*

4 *Minor, qui dicit se à tutore nõfuisse alimentatum, hoc probare debet.*

5 *Tutores, & curatores, qualiter minoribus suis alimenta ministrare debeant.*

6 *Tutor etiam sine iudicis decreto, aliquãdo pro suo arbitrio minori alimenta ministrat.*

7 *Tutor si in libro rationis scripsit, quantum aliquibus annis in alimentando suum minorem expendit, & scribere omisit aliquorum*

anno-

annorum alimenta, qualiter ſit faciẽda computatio illorum annorum, in quibus alimenta minori data, non retulit in librorationum.

8 Creditor ſi probet mutuum frumenti, & quantitatem mutuatam non probet, debet quantitas probari per iuramentum ipſius creditoris.

9 Tutor ſi minorem (qui non habebat in redditu pro ſe alimentãdo) ad ſeruiendum non poſuit ſed eius operibus vſus fuit, an operæ cum alimentis compenſari debeant.

10 Operæ minorum, à quo tempore æſtimationem, ſeu compenſationem cum alimentis recipiant

11 Pueri operæ an à quinquẽnio vltra compenſationem cum alimentis recipiant.

12 Operæ pueriles, an alimentis æquiualeant, iudicis arbitrio æſtimatur.

13 Pupillus ſi ille ſit, de cuius operibus tractatur, operæ non æſtimantur, quantum locari potuiſſent, ſed pro emolumento, quod ex talis minoris operibus, tutor conſecutus fuiſſet.

14 Æſtimatio operarum arbitratur penſatis robore, ætate, induſtria, & alijs circunſtantijs eius qui operas præſtitit.

15 Pater qui filium expoſitum ab alitore reuocat, non poteſt compenſare operas illius cum alimentis, niſi à tempore quo expoſitus decẽnium implcuit.

16 Compenſationem lex non admittit, vbi quis infantem egenum, vel expoſitũ amore Dei, & charitate motus enutriuit.

17 Soluẽs naturaliter tantũ debitũ, repetere nequit quod ſoluit.

18 Alimenta an cauſa pietatis fuerint alicui conceſſa, ex coniecturis iudicatur.

19 Si ex coniecturis apparere non poſsit, an alimenta ex charitate præſtita fuerint, nunquã eſt præſumenda donatio alimentorum.

20 Donare nemo præſumitur in dubio.

21 Expenſæ pietatis intuitu factæ repeti non poſunt.

22 Nobilis ſemper donare præſumitur, niſi contrarium profiteatur, vel profitetur.

23 Mater vel auia tutrix filij, vel nepotis an petere poſsit in rationibus tutellæ, vt ſibi recipiãtur in calculo, alimenta tali filio, vel nepoti à ſe præſtita.

24 Vbi inter expendentem, & ei cui expenditur affectio aliqua ſanguinis, vel charitatis interuenit, nulla competit repetitio.

25 Matri, & auiæ tutrici, ex cõputãtur alimẽta filio vel nepoti porrecta, & qualiter & quãdo.

26 Matres, & auiæ nõ dicũtur habere

bere filios, vel nepotes in potestate.

27 Pater si erat tutor, vel curator filij, & interim illum alimentauit, an talia alimenta, illi sint in calculo tutelæ, vel curæ excomputanda.

28 Filius si ex opere vrbano, vel rustico potest alimentari, pater illum alere non tenetur.

29 Labor patris in administranda tutella filij adhibitus, an compensetur cum operibus a filio sibi præstitis.

30 Mater si dum non administrabat bona filij, illi alimenta porrexit, an hæc alimenta repetere possit.

31 Alimenta modica a patre filio præstita, ex effectu, & charitate paterna concessa censentur, secus si magna, vbi filius haberet bona, ex quibus se alere posset.

32 Donationem alimentorum non præsumimus faciliter in his, qui præcise ad alimenta non tenentur.

33 Pater si scribat in libro rationum, quod filio præstat, non præsumitur illi donare.

34 Pater qui fructus beneficij sui filij clerici colligit, quod in filio expendit, de fructibus illis expendere præsumitur.

35 Dos, & alimenta, quod aliquando à pari procedant.

36 Dos data à patre filiæ (cuius bona ipse administrat) ad hoc ne de bonis patris concessa intelligatur, pater debet declarare animum suum tempore, quo illã præstat, qualiter ex bonis filiæ illam concedit.

37 Bartoli doctrina in l. 1. §. neque castrense. ff. de collatio bonorũ num. 8. & eorum, qui illam sequuntur, refellitur.

38 Hereditas est quoddã ius vniuersale, comprehendens mobilia, immouilia, & semouentia iura & actiones.

39 Pater administrator bonorum filij, quidquid expendit pro ipso filio, in eum alendo, disciplinas addiscendo, militiã emẽdo, & donationẽ propter nuptias, de eis dẽ bonis filij expendisse præsumitur, & in calculo fructum illi est recipiendum.

40 Croti opinio in l. frater à fratre, num. 124. refellitur.

41 Alimenta à tutore pupillo, vel adulto data non solum in calculo recipiuntur, verũ etiã data cæteris personis, quibus de iure minor alimenta tenetur ministrare.

42 Tutor in necessarias personas expendens de bonis pupilli, nõ dicitur facere liberalitatem.

43 Auo, & proauo ex vtroque latere pupilli, potest tutor pupilli alimenta ministrare.

44 Fratri, & sorori pupilli indigentibus, potest tutor alimenta de bonis

de bonis pupilli præſtare, & quid de natur ali fratre.

45 Fratri Spurio pupilli, tutor de bonis pupilli alimenta præſtare non debet

46 Expenſum a tutore in hoſpitandis propinquis, vel amicis pupilli, quos alias pater pupilli hoſpitabat in calculo recipitur.

47 Tutor in hoſpitibus nec magnas, nec minimas expenſas facere debet, ſed pro facultate patrimonij, & pupilli dignitate.

48 Tutor pro alimẽtando minore, an poſsit vendere proprietatẽ bonorum pupilli.

49 Alimentarius ſi ſecundum ordinis ſui gradum poſsit domino ſeruire alimentator ab onere illum alendi liberatur.

50 Minor ſi talis eſſet, cui mẽdicare fas eſſet, prius illum admendicandũ tutor mittere debet, quã manus ad radicem ponat.

51 Minori nobili (etiam vendita proprietate ſuorum bonorum) dantur alimenta à tutore.

52 Nobili alimẽtario an præſtari poſsint gallinæ, perdices, & alia delicata cibaria, & quid de ruſtico.

53 Minori pauperi ſufficit ſingulis diebus dare duas, vel tres libras panis.

54 Tutor an poſsit pauperi minori delicata alimenta præſtare, c. 22. num. 54.

56 Tutor alere & dotare debet ſororẽ pauperẽ pupilli eodẽ patrenatã, & quid de vterina, & an illã bonis artibus inſtruere poſsit.

57 Curator clerici, de fructibus beneficiorum, (vbi alij non ſuperſunt) poteſt ſorores minoris eodem patre natas dotare.

58 Diuues an pauper ſit minor ad ſorores ſuas dotandas non conſiſtit in puncto indiuiſibili, ſed habet quãdam reſtrictionem, vel latitudinem arbitrio iudicis penſandam.

59 Iudex quem modum ſeruare debeat, in alimentis, & dotibus conſtituendis de bonis pupilli, vel adulti.

60 Iudicis arbitriũ, quod circa dotis vel alimẽtorũ conſtitutionẽ verſari debet, latiſsimum, non vero ſtrictum, & tenax eſſe debet.

61 Iudex dum alimenta de bonis pupilli conſtituit, attendere debet, vt non vniuerſum redditum conſumat in illis, ſed ſemperita decernet, vt aliquid ex redditu pupilli ſuperſit.

62 Tutor circa alimẽta familiariũ pupilli, nõ debet eſſe nimis lautus & ſplendidus, ſufficit namque ſi illis mediocria alimẽta præſtet.

63 Tutor ſi famulis ſui pupilli vinum vetus cariori pretio emptum miniſtrauerit, cum nouũ abſque ſalutis diſpendio viliori pretio emptum præſtare poſſet, ei in calculo non recipitur exceſſeus.

64 Pupillus ſi ſit de magnatibus

nobilibus, vel diuitibus bene poterit tutor, vinũ vetus ipsius familiæ præbere, etiam si viliori pretio nouum dare posset.

65 *Vinũ a tutore pupillo præstitũ, an in calculo recipi debeat.*

Cap. 22. De alimentis tutori, vel simili administratori in calculo recipiendis.

QVONIAM superiori capite ad notauimus, qualiter ratio reddita dici non posit, donec de datis (vulgo el descargo) constiterit, quæ ve fuerint reliqua, demonstretur. Ideo operæpretium erit, vt iam ad partitas expensi in libro rationum, vel in alijs instrumentis cõtentas perueniamus, recteque, aut nõ recte expenderit administrator arbitremur, videndũ igitur erit, quid, quantum, qualiterve tutor, siue alius administrator in alimentis minoris, siue domini sui expenderit.

1 Et imprimis præsupponendum erit in proposito, quod pupillus, vel adultus semper a suo tutore alimentatus præsumitur, nisi contrarium probetur. Ita Alciatus de præsumptio. reg. 1. præsumptio. 50. Non enim præsumitur vixisse de vento, vt in proposito dixit Corneus consi. 120. num 8. lib. 1. & consi. 45. num. 2. lib. 4. Ioan. Garcia de expen. cap. 20. nu. 23. versiculo, adde, quod isti. Ex eo nãque quis stetit in domo alterius, ab ipso nõ domus præsumitur alimentatus.

3 ita Lara de Alimen. §. Item rescripserunt num. 69. ex quibus clare deducitur, quod cũ tutores & curatores, pro se hanc præsumptionem habeãt, minor, vel adultus qui cõtrarium dicere, seu obijcere voluerit, onere cõtrarium probandi astringatur, & circa alimenta quotidiana a tutore minori præstita, (interim) libro tutoris creditur, vt notat Bart. consi. 62. incipienti lib. 2. & tenent alij relati a Menoch. de arbit. casu. 173. nume. 3.

5 Quo autem modo prædicti tutores alimẽta pupillis, vel adultis præstare, & exhibere debeant, optime animaduertit Consultus in l. ius alimentorum, ff. de alimen. pupil. præst. & in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tutor. & in l. 20. tit. 16. par. 6. vbi inquit. *Gouernados deuẽ ser los huerfanos de sus bienes en esta manera, ca deue el juez del lugar establecer segun su aluedrio, y la riqueza del moço cierta quantia de pan, de vino y de dinero, que le den cada año para su gouierno, y para su vestir del e su cõpaña, catando toda via que de la renta e de los esquilmos del huerfano salgã estas despensas.* & ita tenet Menochius de arbitra. casu. 273. num. 1.

6 Aliquando etiam tutores, vel curatores sine iudicis licentia alimenta suis minoribus præstare possent, veluti quando minori damnosum esset exiguitatem sui patrimonij detegere, vt in ipsamet. l. partit. ibi. *Pero si el guardador entendiere, que seria daño del moço en descubrir la riqueza o la pobreza del, e por esta razon le gouernasse de lo suyo, expẽdiẽdo dõde por el, quanto fuesse guisado, o poco mas, por esta razon: estonce dezimos que lo puede hazer, e denelo despues el moço quãdo fuere de edad pagar todo lo que desta manera vuiesse despendido por el.*

7 Pone tamen, quod tutor exhibet librum rationis, in quo scriptum habet, quantũ in duobus vel tribus annis cũ minore in alimentis expendit, non tamen patet, quãtũ alijs annis expẽderit. Dubitatur modo, qualia præsumantur fuisse alimẽta istorum

rum annorum de quibus rato non pareret, quid ve pro quolibet ex his annis, illi ex cõputari debeat. Et dicẽdum videtur, quod in hoc caſu debeant coaceruari ſummæ alimentorum illorum trium annorum, de quorum alimentis conſtat in libro, & facta computatione de tribus annis, in quibus alimenta fuerunt ſcripta in libro rationis. Tertia pars illarũ trium ſummarũ pro quolibet anno, in quo de alimentis præſtitis non cõſtiterit præſtanda, vel ex computanda erit, arg. text. in l. ſi fundum, cum l. ſequenti ff mandati, & in eo iudicio hæc erit bona computatio, ſi toto illo tempore æqualibus alimentis minor indigebat. Verum Caſtrenſis in conſi. 301. lib. 2. quem refert, & ſequitur Corneus conſi. 81. libr. 4. Iaſ. in l. admonendi nu. 58. de iure iura. Lara in tract. de alimen. §. Item reſcriptum nu. 70. fol. 240. dicũt, quod in hoc caſu tutor per iuramentũ probare poterit, quantum alimẽtorum nomine in cæteris annis expẽderit, pro qua ſententia adducit Bart. in. l. admonendi nu. 40. idem tenentẽ, ex tex. in c. ex litteris de iure iuran. Cepola cautela. 273. & hanc ſententiã dicit cõmuniter receptã teſte Ripa in dict. l admonendi num. 188. Boerius deciſsio. 243. numero. 14. vbi dicit, quod ſi creditor probet mutuum fomenti, ſed non quantitatem, debet quãtitas probari per creditoris iuramentum, & eandem ſententiam tenet Alciat. conſi. 422. nu. 3. Petr. Surd. conſi. 24. nu. 1. vbi dicit quod ſi ſubſtãtia debiti eſt probata, ſtatur iuramento partis quo ad quãtitatẽ, vbi plures alios alegat Cephalus cõſi. 297. nu. 12. Octauianus Oſaſus deciſ. 96. nume. 3.

8

9

Aduertẽdũ tamẽ eſt, quod ſi tutor minorem, qui nõ habebat in reddito ſuorũ bonorũ quantitatem ſufficientem ad eius alimenta, nõ poſuit adſeruiendũ, ſed eius operibus vſus fuit, operæ cum alimentis cõpenſari debent. Idque videtur tenuiſſe Accur. in l. quod ſi artificem glo. fi. ff. de reiuendi, & eius ſententia partito iure cõprobata eſt in l. fi. tit. 12. par. 5. ibi. *Caguiſada coſa es, que el ſeruicio del moço ſe deſquente en las deſpẽſas, que ſon hechas en razõ de ſu perſona.* Et eãdem ſententiam tenuerũt ſcribentes communiter in. l. ſi paterno affectu. C. de neg. geſt. Cumanus cõſ. 265. nu. 18. lib. 1. late Lara de alim. §. ſi mater ex num. 69. & ibi nu. 60. & hanc concluſionem ad tutores, & curatores fore extendẽdã, probatur ex ipſamet lege partitæ ibi. *E lo que dezimos en eſta ley del padraſtro, entiendeſe tambien de todos los otros hõmes que gouernaren o que penſaren de los moços eſtraños, e q̃ recaudaren ſus coſas.* & quidem hoc naturali rationi congruit ex tex. in l. in rebus. §. poſſunt. ff. cõmod. ibi. *Nam cibariorum impenſæ (naturali ſcilicet ratione) ad eũ pertinẽt, qui tenduũ accepiſſet,* & ibi glo. verbo ad eum pertinent, dicit, quod impenſæ alimentorum cũ ſeruitio debent cõpenſari. Tho. Gram. deciſio. 103. num. 27.

10

Sed modo videre opus erit, a qua ætate iſtorum minorũ operæ, cõpenſationem cũ alimentis recipiat. Et imprimis ſciendum eſt, quod infantis operæ nullam recipiunt compenſationem, eo quod eius opera nulla ſit, vt in l. arboribus §. de illo. ff. de vſufruct. ibi. *Vel infante, cuius operæ nullæ ſunt.* Cũ ergo infans de iure quis reputetur interim, quod ſeptimũ ætatis annũ nõ adimplet, vt in l. infãti. C. de iure deliber. a ſeptenio vltra cõpenſationi locus erit, vt in l. ſi infantis. ff. de vſufruct. ibi, *poteſt tamen impubes operas dare,* & hãc ſententiã tenet Accurſ. in d. l. ar-

boribus.§.de illo verbo infante.glo. etiam iuncto text.in.l. certum.ff.de
11 reiuendi.Quinimo & a quinquenio pueri operam compensationem cũ alimentis recipere clare deducitur. ex text.in l.fin.ff.de oper. seruo.ibi *Si minor annis quinque, vel debilis seruus sit, vel quis alius, cuius nulla opera esse apud dominum potuit, nulla æstimatio fiet.* Ergo a contrario sensu, in maiori quinquenio alimenta cũ operibus compensantur, Idque tenet Ambrosius de vignate a contrario sensu in tractatu de vsufruct.nu. 190.volum.9.Cuma consil.87.in fin. quorum sententia hodie confirmata videtur iure regio, arg.tex.in l.11.tit. 12.libr.2. in noua legũ regni collectio.ibi.*Ni trayã consigo hijo suyo de mas edad de cinco años, y siendo desta edad, y antes si ser pudiere, les pongan con personas a quien siruan.* Ecce igitur, qualiter operæ infantiles, & pueriles a quinquenio vltra æstimationẽ recipiũt.Quo fit, vt tutor a quinquẽnio ætatis pueri illud præconizare teneantur, vt sciat, an aliquis e-
12 ius operibus vti velit, alias ex eo tempore teneatur alimenta cum operibus compensare, vt tenet Gama decisio.360.quem videas quia bene loquitur, Surdum de alimentis, fol. 11.num.31.col.3.An autem hæ operæ pueriles alimentis æquiualeant. nec ne, viri boni arbitrio æstimandum erit, vt voluit glossa 1.in dict. l.fin.Corneus consil.265.lib.1.Lara vbi supra num.81.vbi dicit. quod si is de cuius opera tractatur, pupillus sit, operæ non æstimabuntur, quantũ
13 locari potuissent, sed pro emolumẽto, quod ex operis illius tutor habuisset, æstimatio fiet, arg. text.in.l. si non sortem.§.libertus.ff.de cõdit. indebi. vbi æstimatio operarum fit,
14 pensatis robore, ætate, industria, ac alijs circunstantijs, & ita tenet Petrus Surdus de alimentis tit.6.quæst. 14.nu.21.& eũ refert & sequitur Gurierrez de tutel lib.2.cap.3.nu.46.

15 Neque prædictis obstaret.l.2.tit. 23.lib.4.fori vbi cauetur, patrẽ qui filium expositũ ab alitore reuocat, non posse cõpensare operas illius filij cũ alimentis, nisi a tempore, quo filius decẽnium impleuit. Ex quo non nulli moderni, ab eo tantum tẽpore operas puerorum cõpensationẽ recipere existimãt, quia prædicto textui dupliciter respondetur. Primo quod cũ illud lege fori decisum sit, quæ nondum fuit compilata, ex ea argumentum ad decidendũ deduci non potest, vt post.Roder.Suarez in prooemio leg. fori. tradit Oroscius in.l.de quibus num.40.& 97.ff. de legibus Auiles in cap.prætorum, verbo, guardar num.1.& 2. Didacus Perez in l.4.tit.4.lib.1. ordinam. vel 2.poteris respõdere, & melius quod prædicta lex fori constituta fuit in illo casu particulari & speciali fauorem illius, qui expositũ pietate & misericordia motus educauit, & enutriuit, & in odiũ parẽtis, qui tãto tẽpore filiũ arbitrio fortunæ reliquit, & ita in terminis respondit Lara d. num.81.

16 Prædictam tamen compensationem lex non admittit, vbi cõstaret, quod aliquis infãtẽ expositum, (vel alias egenũ) amore Dei, & charitate motus enutriuit, eo quod ille, qui aliquid facit amore Dei, retributione Dei, cõtentus esse debet, vt manifeste probatur in.l.35.tit.12.part.5. ibi.*Ca pues el se mouio a criar el moço por razon de piedad, y de misericordia: entiendese, que lo fizo por auer galardon de Dios, e por ende no es tenudo el moço de darle ninguna cosa por el bien fecho que fizo.* Crederem tamen, quod & si nihil pro bono alendi opere, iste pauper, siue expositus, ali-

alitori præstare teneatur, quando amore Dei fuit ad alendum motus, tamen operarum suarum stipendia minime repetere possit, cum quilibet naturali, ac diuina lege benefa-
17 cienti benefacere teneatur. Qui enim naturale debitum soluit, illud minime repetere potest. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condictio. in debi. Ex quibus prædictam legem partitæ intelligendam reputo, ita vt & si quis in alimentando talem expositum, vel pauperem, postea diuitem effectum plus aliquid expēderit, quā eius operæ æstimentur, talis alitor hoc plus repetere non possit, cum iā charitate motus alimenta illa præstiterit, retributionemque a Deo optimo capiat, ex illo Psalmi. 40. *Beatus, qui intendit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum dominus*, an autem causa pietatis talia alimenta fuerint præstita, nec ne, ex
18 coniecturis apparere poterit, vt post Azonem in Summa. C. de neg. gest. tradit Gregor. Lup. in dict. l. 35. glos. verbo. *por razon de piedad*. vbi dicit,
19 quod si ex coniecturis apparere non possit, nunquam est præsumendum animo exercendæ charitatis præstita fuisse alimenta. Cum nemo dona
20 re præsumatur, ex. l. cum de indebito. ff. de probatio, & eādem sententiā tenet Tiraque. in l. si vnquam verbo. donatione largitus num. 206. *Mas-*
21 *car.* de probatio. casu. 982. num. 1. 2. part. Crederem tamen prædictā Gregorij sententiam limitandam fore, vbi iste alitor esset persona nobilis, is enim animo donandi alimenta, expositum aluisse est præsumēdum. Quia nobilis semper donare præsumitur, vt in capit. 1. de donatio. ibi. *Eā sibi quodammodo legem nobilitas imponit, vt debere se existimet, quod sponte tribuit.* Facit quod notat Otalora. de nobilit. 5. part. princip. num. 20. vers. præterea veri vbi dicit, quod veri nobiles inter alias, quas fulgēt virtutes, sunt charitatiui, sinceri, & simplices, sicut columbæ. Et ideo teneo, quod nisi iste nobilis protestauerit se animo repetendi, talia velle ministrare alimenta exposito, non possit illa nec a patre expositi, nec ab ipso exposito (quantuncunque debite effecto) repetere. Idque voluit Pau. Castr. in l. is, qui a malitia. ff. de neg. gest. vbi dicit expensas pietatis intuitu factas repeti nō posse. Baeça
22 de decima tuto. Cap. 4. nu. 14. Quis autem expositos alere teneatur vide. cap. 25. num. 44.

23 Sed modo dubitatur, an mater, vel aui a tutrix filij, vel nepotis possit petere in rationibus, vt sibi ex cōputentur alimenta filio suo, vel nepoti præstita, & dicēdū videtur, quod non, quia hæc alimenta præstita videntur ex affectione, & pietate materna, vbi autem inter expendētem
24 & eū, cui expenditur affectio aliqua sanguinis, vel charitatis interuenit nulla alimētorū cōpetit repetitio. l. si paterno affectu, & in. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. ibi. *Sed affectioni tuæ debes expendere*, quibus iuribus priuigno, & vxori præstita alimēta, atque expensæ in eā rē factæ nō repetūtur, & loquēdo in matre expēdēte pro filiorū alimētis, est text apertus in. l. alimēta. C. eo ibi. *Quæ filijs tuis præstititi, nō iusta ratione reddi tibi postulas, cū id exigēte materna pietate feceris*, quod maxime locū haberet, vbi mater vel auia nō protestasset, quod animo repetēdi illa alimēta præstabat, vt in l. Nensenius. ff. de neg. gest. & in l. 1. C. eo.

Sed prædictis nō obstātibus in ca-
25 su proposito contrarium est dicēdū, imo ꝙ matri, & auiæ tutrici) prædicta alimēta suo filio, vel nepoti præstita sint in calculo recipienda, etiāsi non

protestauerint, animo repetẽdi illa præstare, nec donasse aliquo modo præsumendum sit, quia licet regulariter mater, & auia alimẽta filio, vel nepoti præstita donasse præsumantur, vt in dictis iuribus, secus tamen erit, vbi talis filius, vel nepos sub tutela, vel cura matris, vel auiæ esset interim, quod alebatur. Quia eo casu de bonis ipsius minoris hæc alimenta præstita reputãtur, ex tex. in dict. l. Nen senius ibi *At in proposito auiam, quæ negotia administrabat, verisimile esse de re ipsius nepotis eũ aluisse.* Et licet hic textus in auia loquatur, idem partito iure in matre constitutum est in l. 26 titul. 12 par. 5. ibi. *Madre e abuela teniendo sus hijos o sus nietos en su poder, despues de la muerte de su padre de los moços, e teniendo otrosi en su poder los bienes dellos, e dandoles a comer, a beber, a vestir, e a calçar, e a las otras cosas que les fuessen menester, y auiendo ellos tanto de lo suyo que podrian bien guarecer las despensas que la madre e abuela fiziessen en tales hijos o nietos, bien las pueden cobrar de sus bienes dellos.* Ibi enim manifeste videtur loqui de matre, vel auia tuttrice,
26 cum dicat, *teniendoles en su poder*, mater enim, vel auia non dicuntur habere filios, vel nepotes in potestate, nisi ratione acceptæ tutelæ. glos. in l. si mater. ff de vulg. verbo, in pupillaribus. Angel. Agambel. in tractat.
27 de testam. glos. 85. num. 4. ad finem, Anton. Gom. 1. tom. variar. c. 4. nu. 2. Quinimo dicẽdum videtur, quod si pater tutor filij, illum alimenta fecit, durante tutela, vel cura, illa alimenta sibi in calculo essent recipiẽda, maxime vbi filius haberet bona, vel esset opifex, & ex suo labore
28 tam in agro, quam in vrbe posset alimentari, quia vbi filius opere vrbano, vel rustico victũ sibi quærit, vel quærere potest, non tenetur pater de suo illi alimenta præstare, ex Bart. & Angel. in l. 1. C. de mendicanti. Bal. lib. 11. Lara de alimen. §. sed si filius, num. 123. cum tribus sequentibus, vel saltim præsumendum erit talia alimenta filio præstitisse, animo computãdi in rationibus ex his quæ notat Baeça de decima. tuto. c. 4. num. 58. & 60. ex text. in dict. l. Nẽ senius, cum lex non obliget illum ad præstandum alimenta filio habẽti alias bona, vel opificium, ex quibus se alere possit, vt in dict. §. sed si filius, & in l. 6. titul. 19. partit. 4. ibi. *Otrosi quando el fijo oviesse de lo suyo, en que pudiesse viuir, o oviesse tal menester, porque pudiesse guarecer vsando del sin mal estança de si, estonce no es tenudo el padre de pensar del*, & in dict. l 26. p. supra relata, quæ licet in matre, & auia loquatur, ampliari potest ad patrem ex dispositione prædictæ legis sextæ ibi *No es tenudo el padre de pensar del*. Quod tamen limitandum videtur, vbi filius seruiret patri, quia eo casu alimenta cum operibus essent cõpensanda ex text. in l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. ibi. *Nam cibariorum impensæ naturali etiam ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepisset.*

Sed in casu proposito aliter dicẽdum censeo, scilicet, quod cum pater pro administranda tutela, vel cura bonorum filij, non possit decimã capere. Ex his, quæ late tradit Baeça de decima tuto. cap. 4. num. 10. cum pluribus sequentibus labor ipsius in administranda tutela bonorum filij, cũ operibus ab ipso filio illi præstitis, compensari debeat, & alimenta rursus à patre repeti, vel in compensationem rationum adduci debeãt. Quæ sentẽtia probari videtur ex sententia Laræ, in d. §. si mater nu. 73 quatenus tenet, q̃ in prouintia,
29

in

in qua pro tutelæ miniſterio ſalarium conſtitutum non eſt tutori, opere, quas tutori pupillus præſtat, cum labore ipſius tutoris cumpenſantur, & ita pupillus in rationibus non poteſt petere ſalarium pro illis. Quod verum intelligo, quando pater eſſet tutor, vel curator bonorum aduentitiorum filij, ex quibus ipſe vſumfructum habet, ex textu in lege cum oportet in principio. C. de boniſque liber. & in lege quinta cum duabus ſequentibus, titulo. 17. part. 4. Non enim æquum eſſet, vt pater & vſumfructum bonorum filij, & eius operas abſque alimentorum præſtatione percipere, vbi autem curator eſſet pater bonorum caſtrenſium, vel quaſi caſtrenſium filij, procul dubio prædicta ſententia locum haberet, ſcilicet quod ſi pater operibus filij potiretur, hæ operæ cum labore adminiſtrationis patris (decimam ex tali cura non recipientis) compenſari deberent, & ita alimenta filio præſtita à patre in calculum recipi patri deberent, cum ex ſupra relatis pater tutor non teneatur alere filium, qui aliunde habet, vnde ſe alere poſsit.

50 Vbi autem mater nõ adminiſtraſſet vt tutrix, & filio alimenta exhiberet, etiam ſi filius haberet redditus ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ex quibus ſe alere poſſet, adhoc vt alimenta ab ipſo filio præſtita in calculo recipiantur, opus erit, vt proteſtetur ſe velle alimenta præſtare, animo repetendi, vel in fructibus computandi, alias autem ex affectione naturali præſtita intelligantur, vt in dict. l. 36. titul. 12. part. 5. ibi. *Pero ſi los moços fueſſen tan ricos, que ouieſſen bien de que viuir de lo ſuyo, elos bienes dellos no eſtuuieſſen en poder de la madre, o dela abuela, e teniẽdo ellas en ſu poder algunos dellos, les dieſſen todo lo q̃ les fueſſe meneſter, faziẽdo afruẽtas, que las deſpenſas q̃ fazia enellos, queria q̃ ſalieſſen deſus bienes dellos: en tal manera bie puedẽ cobrar lo q̃ deſpẽdiero, e auer lo delos bienes delos moços Mas ſi la afruẽta no fizieſſe, aſsi como es ſobredicho, entõces no podria cobrar las deſpenſas q̃ hizieſſe deſta manera.* Quod ego verũ intelligo in expẽſis factis in alẽdo filiũ, ſi tamẽ mater ex pẽdiſſet in alijs rebus cõcernentibus cõſeruationem bonorũ filij, ſemper (licet nõ proteſtetur) præſumitur vel le hanc expenſam commodare, & nõ donare, quia nullus eſt caſus, qui hoc genus deductionis impediat. l. fũdus. qui. ff. famil. herciſcũ. In patre autẽ legitimo adminiſtratore bonorũ filij, maior dubitatio eſt, an ſi habeat penes ſe bona filij, videatur illũ alere de illius bonis, an vero de paternis. Et ſuposito, q̃ pater, quãdo filius habet, vnde ſe alat, non tenetur ei alimenta præſtare, vt ſupra retulimus. Idẽ dicẽdũ videtur, q̃ in matre, vel auia, vel 31 alio agnato, vel cognato, qui alimẽta præſtare tenetur filio, vel nepoti, vel alteri ex ſua progenie. Et ideo dicẽdũ videtur, q̃ ſi modica fuerint alimenta a patre filio præſtita, tali caſu ex naturali affectu, & pietate paterna cõceſſa videantur: ſecus autẽ ſi immodica, & magna. Et hãc differẽtiam modici, & immodici colligũt Barto. Pau. & Bal. in. l. ex diebus. § fi. iũctagl. ibi, verbo habere, ſupra. ff. de neg. geſ. Quam refert, & ſequitur Ioan. Garſ. de expẽſ. c. 4. n. 24. vbi dicit, q̃ in his, 32 qui præciſſe ad alimẽta nõ tenentur, nõ facile præſumimus donationẽ, ex tx. in. l. cũ de indebito. ff. de proba. Vnde quia quãdo magnus fuit ſũptus in alimẽtãdo, cõcurrũt duæ præſũtiones cõtrariæ, ſcilicet affectio paterna, ex qua præſumim⁹ donationẽ, & magnitudo expẽſarũ, quæ tollit donationis

præsumptionem. Hæ duæ præsumptiones mutuo concursu se ellidunt. ex.l.diuus.ff de in integ.resti. tamen quando modica fuerunt alimenta, prævalet affectio paterna, & ex charitate, & affectione donata censentur. Petrus Surdus late in tractat. de alimentis quæst. 12. per totam folio 212. Et ita intelligenda reputat prædicta iura Ioan. Garsi. quatenus ex charitate, affectione, amicitia, siue affinitate donationem alimentorũ præsumũt, secus autẽ dicit, si fuerunt magna, quia nimo & quod de parua expensa dicit, dupliciter limitat, scilicet nisi pater dum ista modica alimẽta præstat, protestetur expresse, se has expensas in alimentis factas a tali alimentato, velle repetere. Vel adde, quod idem esset, si ex coniecturis appareret, vt puta quia pater eas scribebat in libro rationum, quia ex hac annotatione in libro facta, præsumitur, non habuisse animum donandi, vt voluit Anton. Gomez in. l. 29. Tauri numero. 16. versi. secundo limitat. vel si pater, vel mater habeat bona filij, vel propinqui, cui alimenta præstantur, ex text. in l. 36. titulo. 12. part. 5. & in terminis filij, qui habebat beneficia Ecclesiastica, pater qui fructus ex illis colligebat, non præsumatur in rebus, vel alimentis filij, de proprijs bonis expendisse. Tenet Paulus Castrensis consil. 412. versic. super secundo in antiqua impressione. Quæ sententia confirmatur, quia cum pater sit administrator bonorum filij, in dubio præsumitur administratorio nomine filio alimenta exhibere. l. cum post. §. 1. ff. de administr. tutor. & in. l. si post mortem. ff. quando ex facto tuto.

Neque prædictis obstat, quoddos, & alimenta à pari procedunt. l. sicum dotem. §. sin autem. ff. solut. matrim. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Lara de alimentis. §. si vel parens, numero 10. vbi quando pater dat, vel promittit dotem filiæ, cuius bona habet in potestate, intelligitur promittere de bonis proprijs, non vero de bonis aduentitijs filiæ quæ penes se habet, ex tex. in. l. fin. C. de dotis promissio. Quia hoc ex eo procedit, quia pater præcisse ad dotem filiæ tenetur, & ideo quando pater est curator filiæ, eidem dotem simpliciter constituendo, magis vt pater, quam vt administrator & curator constituisse præsumitur, ex tex. in. l. cum pater. ff. de iure dotium, & ita illum textum intelligit Anton. Gom. dict. numer. 16, Et ideo ad hoc, vt ex propria patris substantia, dos filiæ (cuius bona ipse administrat) constituta non videatur, sed magis ex bonis administratis filiæ, necesse erit, vt pater dum dotem constituit, protestetur se de bonis ipsius filiæ constituere velle. Nam hæc protestatio donationis præsumptionem excludit, vbi pater de suo filiam vel alimentare, vel dotare non tenetur, prout est, quando de suo dotari, vel alimentari potest, vt voluit Ioan. Bosquius in tractatu de legitim. nuptia. lib. 5. nume. 26. licet contrarium velit Aiora de parti. 3. p. q. 14. numero. 48.

Neque intelligas, quod eo tantũ casu pater filium alere velit de bonis proprijs filij, quando habebat ad minister administrationem sui peculij Castrensis, vel quasi, & consistebat in pecunia, prout aliqui senserunt, (& male) cũ Bart. in. l. 1 §. neque castrense, nume. 8. ff. de colla. bono. Greg. dicens eius sententiam notabilem in. l. 5. titulo. 15. part. 6. verbo, *las expensas*, Quia etiam si pater non haberet peculium castrense, vel quasi castrense, siue bona aduentitia filij in pecunia, semper ex eius met filij bonis alere illũ, vel in studijs conseruare est præsumendum,

mendum, vt voluit Paul. Caſtrenſ. vbi ſupra, Anton. Gomez dict. numer. 16 verſ. aduertendum, Ioan. Garſ. dict. c. 4. num. 2. & ratio eſt, quia ſi animus patris de iure cenſetur fuiſſe non donandi de ſuo, ſed de bonis, quæ adminiſtrabat ipſius filij, nihil intereſt, fuerint illa bona in pecunia numerata, an in bonis alias inmobilibus, mobilibus, vel ſemouentibus. Rurſus hæc ſententia confirmatur manifeſte ex tex. in l. fi. ff. de petitio. hæredi. *Vbi filius, (inquit Scebola) a patre emãcipatus, ſecundum conditionem teſtamenti matris adijt hæreditatem, quã pater, antequam filium emanciparet, poſſedit, fructuſque ex ea percepit. Sed erogationes in honorem filij, cum eſſet ſenator, fecit, quæſitum eſt, cum paratus ſit pater reſtituere hæreditatem, habita ratione eorum, quæ in eum erogauit, an filius nihilominus perſeuerãs petere hæreditatem, doli mali exceptione ſubmoueri poſſit. Reſpondi, & ſi non excideretur, ſatis per officium iudicis conſuli.* Ex quo textu manifeſte colligitur, quod expẽſæ factæ a patre pro filio videantur factæ de hæreditate filij, quam pater poſsidebat, & adminiſtrabat, non vero de bonis ipſius patris, quinimo, & patrem cum his expenſis fructus poſſet compenſa-
38 re. Igitur ſi hoc fit patre poſsidente hæreditatem filij, & hæc hæreditas eſt quoddam ius vniuerſale, compræhendens bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones, vt in. l. nihil aliud. ff. de verborum ſignif. non eſt admittenda reſtrictio, de qua per Bar-
39 tol. in dict. §. neque caſtrenſe. Sed in diſtincte eſt tenendum, quod quidquid pater adminiſtrator bonorum filij, pro ipſo filio alendo, diſciplinas addiceſcendo, militiam emendo, & donationem propter nuptias præſtiterit, de eiſdem bonis filij conceſſiſſe videatur & in calculo ipſi patri ſit recipiendum.

40 Neque etiam eſt admittenda diſtinctio Croti. in l. frater à fratre, numero. 124. ff. de condictio. indebi. quatenus diſtinguit, an pater ſit dives, an plures habeat filios, vel an ſũptuum rationem ſcripſerit, nec ne, quia adhuc indiſtincte eſt intelligẽdum, in vtilitatem filij (cuius bonorum adminiſtrationem habet) de bonis ipſius filij, non vero de paternis expendiſſe, & ita aduerſus Crotum tenet Pinel. in l. 1. nume. 69. in fin. C. de bon. mater.

41 Præterea non ſolum alimenta pupillo, vel adulto data à tutore, vel curatore, in calculo tutori erunt recipienda, verum etiam alimenta data patri, matri, ſorori, & cæteris alijs perſonis, quas de iure minor alere tenebatur, ex tex. in l. 1. §. ſed nonnullos ff. de tute. & ratio diſt. vbi gloſ. verbo præſtiterit, dicit, quod tutor in neceſ-
42 ſarias perſonas expendens, non dicitur liberalitatem exercere, ſed magis debitum ſoluere. Debet enim tutor bonam fidem agnoſcere, vt in. l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſt. tuto. & hæc ſententia nõ ſolum locum habet in alimentis patri, & matri pupilli præſtitis. Verum in alimentis auo,
43 & proauo ex vtroque latere minoris à tutore conceſis, vt in. l. 5. titulo. 29. part. 4. Molina de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 66. neque iſtis nimia egeſtate laborantibus alimenta præciſſe per iudicem eſſẽt decernenda. Sed tutor, vel curator ipſe, illos alere boni (tamen) viri arbitrio poſſet, ex text. in l. qui filium. ff. vbi pupill. educa. debeat, & in fratre, & ſorore etiam naturali indigentibus, hoc ip-
44 ſum probauit Molin. d. cap. 15. num. 64. de quo late per Petrum Surdum, de alimen. quæſt. 25 folio. 21. per totam, Ioan. Garſ. de expenſ. cap. capit. 3. num. 34 hoc tamen quod de fratre dictum eſt. limitat Aretinus cõſ. 48.

45 num.3.Menoch.lib.2.de arbitra.casu.173.numero.8.dicens,quod si frater esset spurius,alimenta a tutore illi præstita, nõ essent in calculo recipienda per iudicem, Molina vbi supra num.65.alios etiam casus,in quibus tutor de bonis pupilli,vel adulti, aliquibus alimenta ministrare potest.Congerit Ioan.Garsi.vbi supra & Petrus Surdus latissime vbi supra per 129.quæstiones tractatu quibus alimenta sint præstanda,quam in proposito videre,vtilissimum erit.

46 Quinimo si quid expendisset tutor,in hospitandis propinquis, vel amicis minoris,quibus eius pater hospitare, & pascere solebat, illi in calculo recipiendũ esset,maxime si hoc auctoritati & dignitati minoris decens esset,vt in.l cum plures. §. cum
47 tutor.ibi.*Non nunquam etiam exteris si hoc pupilli expedierit,præstabit.*ff.de administr.tuto.Non tamẽ tutor nec minimas,nec magnas expensas in his hospitibus facere debet, sed pro facultate patrimonij, & pupilli dignitate,vt in dict.§.cum tutor. ibi. *Pro dignitate natalium constituet.* Et in.l. 16.titul.16 part.6 in fine, nec opus erit,vt pro his expensis faciendis iudex adeatur,sed sufficit, vt boni viri arbitrio illas faciat,maxime quando extraordinarie, & inopinate fiunt.

Aduertendum tamen est tutori,
48 quod ad præstandum prædicta alimẽta,nullo modo potest vẽdere proprietatem rerum pupilli, sed potius debeat minorem suum ad seruiendum ponere,prout in eo,qui ex vsufructu suorum bonorum aliquem alere tenetur.Tenuit Menchaca libro.2.de
49 succes.creation.§.20.num. 311.vbi dicit,quod si alimentarius secũdum ordinis sui gradum possit domino seruire,alimentator ab hoc onere alendi liberabitur.& eum refert,& sequitur Lara,de alimen.in.§. sed si filius,

50 num.128.Quinimo si talis esset minor, cui mendicare fas esset, tutor prius illum ad mendicandum mittere poterit,quam vt manus ad radicẽ pro alendo illum ponat,vt voluit Alber.in.l.ius alimentorum.ff. de alimen.pupil.præstan. vbi testatur hoc etiam multos,& magnos viros sensisse,vbi minor non esset nobilis, quia
51 hoc casu etiam vendita proprietate a tutore ipso ali deberet.Et eum refert,& sequitur Gregor.Lup.in.l. 20. titulo.16.par.6.glos.verbo.*del moço.* & in.l.24.titulo.9.part.6.verbo, *los bienes.*Et pro prædicta sententia pondero textum singularem in.l.2.titul. 7.libr.3.fori.ibi. *Mantengalos de los fructos*,per quem ita tenet Baeçade decima cap.10.numero.16.& in.l.20. titulo.16.par.6.ibi.*Catando toda via que dela renta e de los esquilmos salgan estas despensas, &c.*

Si tamen fructus,& redditus ad illum pupillum nobilem alendum nõ sufficerent,proculdubio illum in seruitio alicuius ex supradictis dominis,tutor ponere illum deberet. Est enim intelligenda prædicta sententia secundum doctrinam Menchacæ supra relatã,quia nobiles etiam minores,Regi, Ducibus, Comitibus, Marchionibus,quinimo & alijs nobilibus sibi præcellentibus seruire de decus non esset. Neque is obstaret, quod quæstus mercenarij sordidus est,vt docet Cicero.libro.2.officiorum, quia ibi loquitur de mercenario qui dietim in opificio, siue vrbano,siue rustico laborat.Non vero nostris temporibus alicui sordidum esset, si secundum sui status indigentiam,siue in bello,siue in pace,Regi, vel alteri nobili,vel etiam magno diuiti seruiret,quia in re tutori consulendum erit,vt iudicem de statu rerum pupilli,vel adulti certiorem reddat,vt cognita eius indigentia,quid in hoc

facien

faciendum ſit, prudenter ſtatuat.

Sed modo dubitatur, an ſi tutor vel curator ſuo minori gallinas, capones, ſiue perdices, & alia delicatiſſima cibaria præſtitiſſe profiteatur, idque in libro rationum ſcripſerit, hoc illiſit in calculo recipiendum. In qua difficultate diſtinguendum cenſeo, an iſte minor ſit nobili genere natus, & in ſimul diues, an vero ſit pleuecius, vel agricola, licet diues. Primo enim caſu ſcilicet, quando nobilis erat & diues, cibaria illi præſtita quantumcumque delicata in calculo eſſent recipienda, ſecus vero ſi ruſticus eſſet, hic enim alidebuit in pane, cepa, & allio, & non in delicatis cibarijs, vt voluit Accur. in l. ſeruis vrbanis ff de leg. 3. & in l. idē quæ. §. idem labeo. ff. mandat. vbi dicit, quod nobili alimentario præſtari debeant in alimentis gallinæ, perdices, & arietina caro, ruſtico vero, allia, cepæ, caſeū, & legumina, gloſſ. etiam in cap. epiſcopus. 10. quæſt. 2. & in cap. nobis de iure patronatus, & huic opinioni accerſere Tiraque. de nobilit. quæſt. 10. num. 187. Crotus in l. ſi conſtante nume. 15. Abbas in cap. cum omnes num. 9. de conſtit. & loquendo in his quibus minor tenetur ex ſuo alimentare, tenet Lara vbi ſupra num. 40. vbi dicit, quod homini ſiue minori pauperi, ſufficit præſtare ſingulis diebus, duas vel tres libellas panis argum. l. iudices. C. de epiſcopa. audien. Quam legem dicit menti tenendam Sebaſtia. Sapia. in additio ad Abbatem in dict. cap. cum omnes. Quinimo & ſi tutor minori ſuo ruſtico, & pauperi, delicatos cibos porrigeret, venialiter (ſaltim) peccaret, cap. vnum oratorium §. criminis. 25. diſtinct. quem textum ſingularem, & penitiſsimis memoriæ arcanis tradendum, dicit Tiraque. vbi ſupra Petrus Surdus de Alimentis, quæſt. 18. nu. 13. fol. 161.

Sed vlterius dubitatur, an ſi tutor de bonis pupilli, vel curator de bonis adulti, vel alius adminiſtrator ſororis minoris, vel ſui domini alimenta vel dotem conſtituit, eam ve bonis artibus inſtituerit, an quod ita illi præſtiterit, ſit in calculo recipiendum. In qua difficultate reſolutiue dicendum erit, quòd tutor alere & dotare tenetur ſororem pauperē pupilli, eodem patre natam, vt voluit Accur. in l. non omni. C. de adminiſtra. tuto. gloſ. fin. & in l. cum plures. §. cum tutor verbo. alio patre. ff. eod. & hæc Accurſij ſententia communis eſt, teſte Guillermo Benedicto in repetitione cap. Reinuntius verbo dotem num. 71. Iacobinus de Sancto Georgio in. l profectitia. §. ſi filius. ff. de iure dotium, & eos ſequūtur Corraſius in l. qui liberos ff de ritu nuptia. num. 63. Paulus de montepico in repetitio. l. in quartam num. 66. ff. ad l. falc. Tiraquel. in l. bouet. §. hoc ſermone limita. 9. num. 14 ff. de verbo. ſignifi. Pinellus in. l. 1. 2. part. nume. 101. C. de bonis mater. Padilla in authen. vſque num. 82. C. communia de lega. Xuarez in l. quoniam in prioribus limitat. 2. num. 10. verſiculo, vbi autem Bald, Nouel. de dote. 6. part. priuil. 16. Ant. Gomez in. l. 40. Taur. num. 75. Damauderius de tutore c. 5. num. 51. cum ſequentibus. Molin. de primoge. lib. 4. cap. 6. & 7. Mieres de maioratu. 4. part. quæſt. 1. limit. 2. & quæſt. 27. & 28. Couarru. lib. 2. variarum cap. 16. & lib. 3. cap. 6. ad finē, Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ de vulgari Lara de alimen. in. §. idē ſcripſit, num. 92. Baeça de non melioran. filia. cap. 8. Grego. in. l. 6. verb. *Que la non puedieſſe vender*. col. 5. verſi. quando vero titul. 6. partit. 6. & in l. 18. titul. 16. part. 6. gloſſ. verbo. *caſar alguna*. Quæ ſententia manifeſte de iure

regio

regio probatur in dict.l.18.ibi. *Non deuen los guardadores dar ni vender, ni enagenar ninguna de las cosas del huerfano, que sea raiz fueras ende si lo fiziere alguno por pagar deudas, q̃ viesse dexado el padre del huerfano, o por casar algunas de las hermanas del moço.* Et licet hic textus indefinite de sororibus pupilli loquatur, tamen non debet extendi ad alias sorores, quam eodẽ patre natas. Vbi licet (tandem) cogitandum relinquat, elegantius huic obiectioni respondit Lara vbi supra nume.94. dicens, quod virtute huius indefinitæ propositionis, dispositio prædictæ legis partitæ, non debeat ad vterinam etiam sororem extendi, cum leges partitæ trahi debeant ad ius commune, a quo effluxerunt, vt nostrates affirmant, vnde cum de iure communi posteriores leges per priores intelligi debeant, ex tex. in l. non est nouũ. ff de legibus, non est credẽdum prædictam legem partitarum ius commune primæuum ampliare voluisse in pernitiem minorum, & sic prædictam legem partitæ de sorore consanguinea, non vero de vterina locutam fuisse reputat. Et eãdem sententiam tenuit ante eos Ioan. Lupus de Pala. Rub. in repetitione cap. per vestras. §.20.num.6.versiculo, item fratervbi expresse tenet, quod frater nõ tenetur sororem vterinam dotare, licet eam alere teneatur, & nouissime eam tenet Ioa. Gutierrez de tutell. part.2.cap.3.num.34. & quod illi sit in calculo recipiendum quidquid expenderit instruendo sororem pupilli bonis moribus probat text. in l. qui filium vbi pupillus educari debeat, quem ita intelligit Gutierrez dict.cap.3.num.17.

57 Quinimo & si quis esset curator clerici, & clericus non haberet alia bona quam fructus beneficiorũ, posset ex illis prædictæ sorori consanguineæ dotem constituere, vt voluit Lara in dict.§. idem rescripsit nume. 95. ad medium, vbi dicit, quod cum clericus magis astrictus sit pietatis oneribus, quam laicus, vti tradunt doctores in cap.1. de emptio. & venditio. si clericus patrimonium non haberet, de redditibus beneficij, illi dotem constituere esset compellendus, Gutierrez de tutel. libr.2. cap.3. num.39. & quia ipse late de hoc agit ad eum conuenit, casu occurrenti recurrere. Caueat tamen administrator, ne prædictam dotem ex suo capite constituat, quia cum hoc an aliquis sit diues, vel pauper ad constitutionem dotis, non consistat in pun-
58 cto indiuisibili, sed habeat quãdam restrictionem, vel latitudinem arbitrio iudicis pensandam, vt voluit Pala. Rub. in repetitio. rubricæ de donatio. §.11.nume.11. Couarrub, lib. 2. varia. cap.6.nume.6. Ioan. Garc. de expens. cap.3.nnm.48. versiculo, existimo ergo, Menoch. lib. 2. de arbitra. cap.65.num.2. tam dotes, quam alimenta a iudice sunt taxanda, vt in, l.1. §. sed nonullos. ff. de tutel. & ratio. distra. Bart. in l. si quis a liberis in principio. J. Lara de alimen. §. sed si filius, nu.5. & 6. vbi ponit modũ quẽ iudex seruare debet, in istis alimentis costituendis, & quod alimentorũ
59 & dotium cõstitutio à tutore facienda arbitrio iudicis fieri debeat, congruaque & cõpetentia alimenta & dotes esse debeant, considerata dotã tis facultate, ac dignitate, atque etiã patriæ consuetudine voluit consultus in.l. quæro. ff de iure dotium, & per illum textum ita tenuit Bart. in l. si cõstãte nu.48. ff. soluto matrim. & in authen. quod locum. nu.2. C. de collat. Molin. plures alios referens lib.2. de primog. c.15. num.39. & 40. vbi dicit, quod hoc iudicis arbitriũ,

quod

quod circa dotis ſeu alimentorum conſtitutionem & aſsignationem verſatur, latiſsimum non vero ſtrictum & tenax eſſe debet, & idem tenuit in lib. 1. cap. 18. num. 6. verſicu. aut agimus. Quod tamen non intelligo, abſolute eſſe tenendum, ſed cũ grano ſalis ſit intelligendum, ſcilicet quod licet iudex tali alimentario præſtare teneatur alimenta, ſecundum formam traditam in l. 5. titul 23 partit. 7 verſiculo. E *aun dezimos*. ibi *Que ſe entiende, que le deuen dar lo que vuiere menester tambien para comer, como para beuer, como para veſtir, e para calçar, e aun quando enfermare las coſas que vuiere menester para recobrar ſu ſalud, ca todas eſtas coſas ſon menester para la vida del home*. Semper tamen iudex atten
61 dere debeat, vt non vniuerſum redditum patrimonij in hæc alimenta pupilli, vel alterius alimentarij conſumat, ſed alimẽta ita decernat, vt aliquid ex redditu patrimonij ſuperſit pupillo, ita text. iuncta glo. verbo redditum in. l. ius alimentorum, ff. vbi pupil. educa. debeat. Lara. dict. §. ſed ſi filius num. 7.

62 Neque etiam iſte tutor, vel adminiſtrator circa alimenta familiariũ pupilli, debet eſſe nimis lautus & ſplendidus, ſufficit enim, ſi illis alimenta mediocris prætij ſub miniſ-
63 ſtret. Vnde ſi tutor famulis pupilli vi nũ vetus præſtaret, cũ nouũ abſque ſalutis diſpendio illis poſſet miniſtrare, illi in calculo non eſſet recipiendum, illud quod plus in veteri, quam in nouo expendit, vt tenent Bart. & Platea in l. iubemus. la primera. C. de eroga, mili. anno. Romanus ſingu
64 lari. 375. Iodocus Damauderius in tracta. de tutore cap. 7. num. 65. quod tamen verum intelligas, vbi Pupillus non eſſet de magnatibus, vel titulatis, aut multum diuitibus, huiuſmodi enim famulis iure optimo vinum veterum miniſtrare poterit, vt in terminis tenet Decius in. l. 3. col. 1. ff ſi certũ petatur, quem ſequitur Purpuratus ibi num. 15. & eos refert & ſequitur Padilla in l. præſes num. 17. C de ſerui. & aqua. vinum autem a tutore pupillo præſtitum, neutique erit in calculo recipiendum, quia puer nutritus vino numquã peruenit ad bonũ finẽ, ita gloſſa illa Marginalis in. l. qui filium. ff. de aliment. pupi. præſt. niſi aliqua iuſta cauſa, vt infirmitatis vel cõualeſcẽtiæ adeſſet

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur bonam fidem agnoſcere, & debita minoris ſoluere.*

2 *Tutor ſi aduerſus chirographarios, & veros minoris creditores temere litiget, nomine ſui pupilli vel adulti, nomine proprio in expenſis condemnatur.*

3 *Adminiſtrationem cum libera habentes, non ſolum ciuiliter, verum & naturaliter (tãtum) debita aliquando ſoluere poſſunt.*

4 *Executor teſtamenti, an debita per defunctũ præſcripta ſoluere poſsit.*

5 *In foro eccleſiaſtico, non curatur de iure ciuili, in rebus tangẽtibus ad exonerationem animæ defuncti.*

6 *Adminiſtratores (regulariter etiam ſi liberam habeant) naturaliter tantum debita, ſoluere non poſſunt.*

Adi-

7 *Administrator fisci, ex suo capite nedum denarium soluere potest.*

8 *Administrator etsi generalem cum libera habeat, illa generalis potestas intelligitur restricta ad causas tantum quæ iuris necessitatem habent.*

9 *Mandantem ad id mandatũ extendere, non est verisimile, (ad quod ipse compelli non potest,)*

10 *Testator si iubeat executori testamenti, vt omnibus suis creditoribus soluat, nõ tenetur illi soluere, qui instrumentum elidibile habet.*

11 *Administrator soluere potest debitum domini de quo cõstat per vnum testem, & creditoris iuramentum.*

12 *Iudex qui arbitrũ in cognoscendo habet, an bonam fidem in iudicando agnoscere possit.*

13 *Arbiter solam æquitatem præoculis habere debet.*

14 *Conscientia impellit homines ad soluendum, quod debent.*

15 *Testator si iubeat, vt debita sua soluantur, credere debet iudex quod voluit, vt etiam naturaliter tãtum debita soluerẽtur.*

16 *Vbi æquitas solum est attendenda, solui debet, quod ex sola naturali obligatione debetur.*

17 *Lis si cum minore, vel domino sit agitata, & videtur aduocato dubia, metu futurarum expensarum non debet administrator cedere liti, & negotium indefensum relinquere, alias de damno ob eius negligẽtiam euenienti oneratur.*

18 *Administratori si constet, quod pater pupilli aliquibus annis aliquã quãtitatem annui reddi tus soluisset, an ex hoc solo bonam fidem agnoscere debeat, & soluere teneatur, antequam fiant expensæ litigando.*

19 *Stare potest simul, quod quis sit in quasi possessione aliquid recipiendi, vel soluendi, & tamen debitum non sit*

20 *Sindicus vniuersitatis, qui videt suã ciuitate inquietari pro censu, vel tributo, vel aliqua alia præstatione cuius debitum ignoratur, in lata culpa dicitur si antequam tale debitum soluat, non inquirat, debitum fuerit nec ne.*

21 *Masarius, siue maior domus ciuitatis, non debet eiusdem ciuitatis debita soluere, nisi de mandato iudicis, & decurionũm.*

22 *Sindici vniuersitatis, licet habeant mandatum cum libera à lege, adhuc sine iudicis mandato, bonam fidem, soluendo, agnoscere non possunt.*

23 *Officialis publicus, non potest soluere vnum nummum, ex æquitate sui capitis.*

25 *Officialis publicus, nihil solue-*

re debet de ærario, nisi de mandato iudicis, & decurionum.

26 Officialis, siue maior domus rei publicæ, etsi eo quod soluit sine liberatione à decurionibus, & iudice lata compensare nõ possit in rationibus, quod ita solutum est, poterit tamẽ actione negociorum gestorum, vel de in rem verso, illud à communitate repetere

27 Maior domus Concilij, non potest soluere correctori vltimũ tertium salarij, nisi simul cum liberatione ei tradiderit testimonium, qualiter seruauerit pragmaticam circa plantationem, & conseruationẽ montiũ.

28 Syndicus vniuersitatis, solutionem liberationum recusare non debet.

29 Concilium ciuitatis & iudex qui male aliquid liberauerunt de bonis reipublicæ, an debeãt prorata conueniri pro mala liberatione.

30 Administrator si in ratione dati producat instrumentum debiti sui domini cancellatũ, an etiam si non producat apocham de recepto a creditore sibi datam quantitatis in tali instrumento contẽtæ, sit illi in calculo recipienda.

31 Debitor cum quo ratio calculatur, si producat instrumentum, quo factor, vel procurator ad exigendum confitetur certam quantitatem debiti ab ipso recepisse, an talis quãtitas sit à domino in calculo recipiẽda.

32 Confessio procuratoris, vel factoris de recepto, an domino præiudicet.

33 Cõfessio de recepto a tutore, vel alio simili administratore facta, an minori præiudicet.

34 Debitor virtute alicuius instrumenti publici, non potest probare solutionem, nisi per aliud simile instrumentum, vel per quinque testes, qui ad id fuerint rogati.

35 Mandatum est stricti iuris.

36 Procurator si sit constitutus ad recipiendam pecuniam mutuo, debet intelligi de mutuo naturali, & reali, nõ vero de mutuo ciuili.

37 Mandatum si habeat clausulã, qualiter quis constituit procuratorem ad exigendum, & recipiendum, & ad confitendum se habuisse & recepisse, adhuc confessio simplex de recepto ab eo facta, dño non præiudicat.

38 Confessio de recepto a procuratore, vel factore facta etiam si sit iurata domino non præiudicat, nisi de vera numeratione, & receptione constiterit.

39 Confessio tutoris de receptis â debitoribus pupilli, an & qualiter pupillo præiudicet.

40 Apocha de recepto à fisci administratore data, fisco præiudicat.

41 Con-

41 Confessio procuratoris in iuditio facta domino præiudicat.

42 Seruo si legata sit libertas, si rationem tutori hæredis reddidisset, & reliqua soluisset, non sufficit, quod tutor scribat in libro rationum, qualiter ille seruus, rationem reddidit, & reliqua soluit, nisi hoc ex veris probationibus constiterit.

43 Administrator habens mandatum generale cum libera à lege, licet per suam confessionem de recepto non possit domino seu principali suo præiudicare, secus tamen erit, si habeat mãdatum generale cum libera ab homine.

44 Intellectus ad textum in l. fin. C. de apochis publi. lib. 10.

45 Cõfessio debiti à se recepti, facta ab institutore, & generali administratore, an domino præiudicet.

46 Dominus non tenetur recipere in calculo, quod ex apocha, vel testium fide solutum non apparet.

47 Confessio procuratoris non voluntaria, sed ex necessitate facta domino præiudicat.

48 Dicto vnius testis deponentis de facto proprio in causa tertij cum alijs adminiculis an credatur.

49 Officiali creditur in spectantibus ad eius officium.

50 Solutum anticipate administratori creditoris an eo effecto non soluendo in calculo recipiatur, illi qui soluit.

51 Mandatum si sit datum ad ministratori, ad exigendum à debitoribus, an virtualiter debitoribus videatur mandatũ, vt soluant tali mãdatario eas quantitates, quarum & si dies cesit, non tamen venit.

52 Debitor ille proprié dicitur, à quo inuito extorqueri potest.

53 Obligatus soluere quis non dicitur, interim quod ad soluendũ astringi non potest.

54 Fisci administrator, ante diẽ solutioni præstitum, potest cogere debitores ad soluendum.

55 Quod in diem vel sub conditione debetur, die nondum adueniente, & solui, & accepto ferri potest.

56 Pactum non valet, vt debitor soluere non possit, quandocumque velit, etiam ante diẽ solutioni destinatum.

57 Procurator habens mandatũ generale cũ libera, omnia illa potest facere, quæ dominus verisimiliter fecisset, si præsens fuisset.

58 Solutum procuratori, qui habebat mandatum (ad recuperãdum debita domini sui) reuocatum, antequam reuocatio debitori intimata esset, an sit in calculo recipiendum.

59 Tutor si velit reputare in ratio-

tionibus, ceſsionem ſibi factã ad uerſus minorẽ, an quãtitas ſibi ceſſa ſit illi in calculo recipienda. 4

CAP. XXIII.

De ſolutionibus ab adminiſtratoribus factis, ab illiſque receptis, in calculo recipiendis.

IVre conſtitutũ eſt, vt tutores, & ſimiles adminiſtratores, nõ ſolum credita ſuorum minorum, vel principaliũ recuperent, verũ etiam quod ſi minores aliquid debeãt, (cõgruo loco, & tempore interpellati, ſoluãt. Quod ſi id nõ fecerint, & cũ poſsint de bonis, & pecunijs minorũ ſoluere, bonã fidẽ nõ agnouerint, expẽſæ, vſuræ, ſiue intereſſe nõ minoribus, ſed eiſdẽ tutoribus, & adminiſtratoribus adſcribi debeat. Tenetur enim tutor bonã fidẽ agnoſcere. l. quoties §. ſicut. ff. de adminiſt. tut. Quo fit, vt ſi tutor aduerſus Chirographarios, & veros creditores temere litigare, & defẽdere pupillũ, vel adultũ velit, nomine proprio poſsit, ac debeat in expẽſis cõdẽnari. l. nõ eſt ignotũ. C. de admin. tut. l. 25. tit. 5. p. 3. Bar. in. l. qui ſolidũ. §. etiã. ff. dele. 2 Bal. in. l. Polla. col. 2. verſi. adde tutor. C. de his, quib. vt indig. Mainer. in. l. quo tutela. n. 172. ff. de reg. iur. Aim. cõſ. 232. n. 2. Cau. de tutor. n. 49. & 50. Qui enim habẽt adminiſtrationẽ cũ libera, non ſolũ ciuiliter, ſed naturaliter (tãtũ) debitũ ſoluere poſsũt, maximè vbi ageretur de exonerãda cõſcientia alicuius defũcti, prout in executore teſtamenti 1 2 3 traditBal. in. l. id, q̃ pauperibus. n. 22. C. de Epiſc. & cler. vbi addit aliud pulchrũ verbum, ſcilicet quod executor teſtamenti, debita etiam præſcripta ſoluere poteſt, ſaltim quãdo præſcriptio non fouetur de iure canonico, & ratio eſt, quia in foro eccleſiaſtico non curatur de iure ciuili in rebus tangentibus ad exonerationem animæ defuncti, q̃ ſecus eſſet in cæteris adminiſtratoribus, quia quantũcũque liberam habeant, naturaliter tantum debitũ, abſque ſpeciali mandato ſoluere non poſſunt. Ita Bart. in. l. legaui. ff. de libe. lega. per textũ in. l. ſi is cui. §. Flauius. ff. de ſolutio. ibi. *Non eam pecuniam, quæ petitionem quidem non habet.* Et ita in adminiſtratore fiſci voluit Bald. in Rubr. C. de conſti. pecun. Paris de Puteo in tractatu ſindicatus, tit. de arbitra. eorum, n. 19. quo in loco ſubdit, fiſci adminiſtratorem ex ſuo capite, nedum denarium ſoluere poſſe. Ita tenet etiam Bart. in. l. 1. §. hæc verba, in fine, ff. ne vis fiat, q̃ ea ratione fulcitur, quia & ſi adminiſtrator quantũcumque generalem cum libera habeat, illa generalis poteſtas intelligitur reſtricta ad cauſas tantũ, quæ iuris neceſsitatem habent, vt voluit Bald. loco ſupra citato. Neque veriſimile videtur, mandante ad id extendere mãdatũ, ad id q̃ cauſã efficacẽ nõ habet, vt in. d. §. Flauius. Exquibus in propoſito dixit Bald. in. d. l. legaui. Quod & ſi teſtator iubeat hæredi, vt omnibus qui a ſe recipere debent ſatisfaciat, ei non ſit ſoluendum, qui inſtrumentum elidibile produxit. Et eandem ſententiam tenuit Bartol. in. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditio. & demonſtratio. Aretin. conſilio 93. numero. 3. Balbus de præſcription. 1. parte principali, quæſtione. 5. verſic. tertio infertur. Crederem tamen, quod ſi de debito conſtaſſet 4 5 6 7 8 9 10 11

per vnum teſtem,& partis iuramentum,vtique adminiſtrator illud ſoluere (ſe mota lite)teneretur, prout in executore teſtamenti tenuit Ioann.Andr.in capit. cum pro cauſa de procura. Et eum refert, & ſequitur Bald.in.l.id , quod pauperibus,numero.24. C. de Epiſcop. & cleric.vbi dicit, quod etiam ſufficit executori teſtamenti coniecturalis probatio.

12 Et quod iudex, qui arbitrium in procedēdo obtinuit,bonā fidē in iudicando agnoſcere poſsit, condemnando reū,ad ſoluendum his creditoribus,qui efficacem obligationē non habent.Tenet Meno.li.1.de arbit.a.c.57.n.3 verſ.contrariū:vbidicit,quod cum prædictus arbiterſolā æquitatē præoculis habere debeat,

13 ea poteſt facere,quæ hominis conſcientiam impellit Vnde cū cōſcientia impellat nos ad ſoluendū,vt in.l.

14 & ſi inutiliter.C.de fideicōmiſ. ſi teſtator mandet debita ſua ſolui, intelligere debet iudex etiam de naturalibus,cum id ipſum teſtatorem arbi

15 tremur voluiſſe,cogitans, ſe moriturum.Idque tenet Bald.ibi, n.4. verſi. quæro quid ſi faciūt,tex.in.c.1.&. 3. de pact.& ita tenet etiam Bald. in.d. l.id quod pauperibus,num.22. verſi. nouo quæritur.

16 Rurſus prædicta Menochij ſentētia confirmatur ex eo, ꝙ dicit Bart. in.l Quintus *Mutius*.ff mādati. Vbi dicit,quod vbi ſola æquitas eſt attēdenda,ſolui debet,quod ex ſola naturali obligatione debetur,& quod ita in curia Mercatorum ſolet ſeruari. Et eandem ſententiam tenuit Decius in.l.legē.n.8.C. de pactis. Pariſ. cōſ.82.n.18.&.19.li.1. Affli&is deci. 399.n.3.Iaſon.in.l.iurisgentiū §.ſed cū nulla,n.11.ff.de pactis. Galiaula in Rub.de verb.oblig.n.205. Tiraq. depœnis.legal.cauſa.51.n.140.Stra ca de mercatura.C. de cōtracti.Mercato,num.1.&.2.

In alijs autem adminiſtratoribus, qui admodū latam abenā a lege, vel ab homine nō habent,adhoc, vt ſoluere poſsint prodominis,ita clare illis de debito liquere debet, vt nulla poſsit tergiuerſatione celari. Alias autem ſi aliqua iuſta cauſa dubitādi ſubſiſtat,minime propria auctoritate,ſed potius ſaltim prima iudicis ſententia præcedente ſoluere debent, alias autē non dicerentur bonā, ſed malā fidem agnouiſſe,& pecuniā domini iactare voluiſſe præſumitur,vt reſoluit Aim.cōſ.132.nu.14.vbi loquendo indebitovniuerſitatis dicit, ꝙ quando res eſt dubia,metu futura

17 rū expēſarū,nō debet adminiſtrator vniuerſitatis,indefenſum relinquere negotium, vel debitum ſoluere.

18 Sed modo,ꝙ adminiſtratori conſtat,ꝙ pater pupilli tali eccleſiæ,vel priuato per plures annos annuū cenſū ſoluit,an hac ſola quaſi poſſeſsione probata bonāfidē agnoſcere,& ſoluere poſsit, & ꝙ ex hac cauſa ſoluit pro minore, illi ſit recipiendū in calculis.In qua difficultate dicēdū erit, ꝙ neque in hoc caſu bonā fidē ei agnoſcere licet,niſi prius inueſtigauerit,an illa quaſi poſſeſsio fuerit iuſta, an vitioſa,cū ſi vitioſa reperta fuiſſet, nullū cōmodū quaſi poſsidēti afferre poſſet.ex tx.in.l ſi duo,vbi Bar.ff.vti poſsi.l.cōmunidiuidūdo.§. inter prædones,& in.l. æquiſsimū. ff. de vſufr. poteſt enim ſtare ſimul, ꝙ quis ſit in poſſeſsione,vel quaſi, percipiēdi aliquē annuū redditū,&tamen is debitus iure nō ſit, vt quādo nō oſtēditur titulusvalidus,velcauſaquare huiuſmodi reditus annuus debeatur.Rurſus quia ex poſſeſsione, vel quaſi, nō ſequitur,ꝙ vere debeatur. Poſſet enim ex aduerſo probari,præſcriptionē interruptā fuiſſe,vel iuſtā reſtitutionis

tionis cauſam habu iſſe, vel ad vitam tantum ſoluentis deberi, vt voluit Aymon. d, conſ. 132. nume. 13. vbi con-
20 cludit, quod ſindicus vniuerſitatis, qui videt ſuam ciuitatem inquietari procenſis, tributo, vel alia annua pē ſione, cuius debitum ignoratur, in lata culpa eſſet, ſi ante quam ſolueret, non inquireret diligenter, an vniuerſitas ad illud ſoluēdum aliquo pacto eſſet aſtricta, & ex qua cauſa, & an bene probata ſit præſcriptio, nec ne. Quod maxime locum haberet, vbi iuſſus iudicis, & decurionum nō præceſſiſſet, vt tenet Auiles in cap. præto. c. 30. glo. verbo, libramiento, ex doctrina Bart. in l. quoties, notab. 3. ff. ad
21 munic. ip. vbi dicit, quod Maſſarius cō munis non debet ſoluere debita ciuitatis, niſi de mandato prioris, & procerum, & in propoſito dixit Bald. de
22 Vbald. in tracta. de conſtitutio. n. 5. vol. 1. quod licet ſindici vniuerſitatis habeāt mandatum generale cum libera a lege circa negotia vniuerſitatis, adhuc ſine iudicis mandato, bonā fidem (ſoluendo) agnoſcere non poſſunt, arg. tx. in l. ſi is cui. §. Flauius. ff. de ſolutio. ibi. *Quia non eſt verisimile dominum ad eam ſpeciem ſoluendis pecunijs ſeruum præpoſuiſſe, quæ ſolui nō debuerint*, & in terminis dixit Bald. in rubr. C. de conſti. pecu. Quod officialis publicus non poteſt ſoluere vnum
23 numū ex æquitate ſui capitis. Et ideo Caſtellus in l. 29. Taur. 8. particula
24 verſ. & percipias, admonet iſtis ſindicis, ne alias de publico ærario ſoluāt, quam de mandato decurionum, & iudicis, quia alias in calculo non erit recipiendum, quod tamen ego limitarem, vbi quantitas ſoluta eſſet parua, ſcilicet vſque ad quantitatem ſex regalium, & ita tenuit Auiles in loco ſupra citato, numero. 7. verſiculo, ſed conſuetudo. Quinimo & ſi ſoluiſſet vſque ad quantitatem duorum ſcutorum, & expenſa recte facta fuiſſet, hoc eſt in re ciuitati vtili, ſolutio illa abſque liberatione facta eſſet in calculo recipienda, quia quantitas duorum ſcutorum reputatur parua, & modica, vt tenet gloſſa, in l. hactenus gloſſa verbo pertinet. ff. de vſufructu, & in hoc, an ſit quantitas parua, vel magna, multum relinquitur arbitrio iudicis,
25 vt tenuit Accurſ. ibi. Menochi. &
26 alij ab eo relati libro ſecundo de arbitra. caſu. 52. numero. 11. *Dico* tamen, quod licet iſte maiordomus, *de proprios*, qui dicitur ſindicus, vniuerſitatis, non poſſet compenſare in rationibus quod ſine liberatione decurionum, & iudicis ſoluit, tamen actione negotiorum geſtorum repetere poterit, quod in vtilitate reipublicæ expendit, ex toto titulo. ff. & C. de negot. geſt. & de in rem verſo.

27 Quinimo & aliquando etiam liberatione tradita, de mandato iudicis & decurionum, iſti ſindici univerſatum ſoluere non poſſunt, prout in ſolutione ſalarij correctoris expreſſe cauetur, in l. 15. in fine, titulo. 7 libro. 7. Recopilationis, vbi prohibetur Maſſario, ſiue maiordomo communis, ne ſoluat vltimum tertium ſalarij Correctori, niſi ſimul cum liberatione ſibi a Concilio data, exhibuerit teſtimonium, qualiter ſeruauerit pragmaticam. ſuper plantatione montium in dict. l. contentam, quod ſi ſpreta dict. l. iuſsione ſoluerit, illi in calculo, non erit recipiendum, quod ita ſolutum fuit, vt patet ex dict. l. 15. ibi. *Mandamos a los concejos, juſticias, y Regidores de las dichas, ciudades villas y lugares, que no libren a las dichas juſticias, ni acudan con el tercio poſtrero del ſalario,*

que por los dichos officios vuieren de auer, y se les fuere librado, y pagado, mãdamos, que no se reciba en quẽta al mayordomo del tal cõcejo, y personas, o personas, que lo dieren, y pagaren. In alijs
28 autem liberationibus, a consilio procerum dimanatis, nulli dubium est quin syndicus vniuersitatis, solutionẽ liberationũ recusare non debeat, vt tenet Auiles in.c.prætor, c, 31.verbo.o librare n.

Credere tamen, quod etsi tex. in.d. l.15.dicat quod liberatio tali correctori soluta, Masario, siue syndico, nõ recipiatur in calculo, tñ. cum ipse de mãdato decurionũ & iudicis soluisset, haberet recursũ cõtra illos, qui liberationẽ signauerũt. Et ita sentis Bo
29 uad. in sua polit. lib. 5.c 4.n.67. Quia mo, & a correctore, de cuius manu firmata fuit liberatio partẽ cõsequi posse (de his solutionibus, quæ male liberatæ, fuerũt) tenet idẽ Bouad. vbi sup.n.68. aduersus Aztued. in.l.14.titul.6.lib.3.recopil.

Rursus dubitatur, an si administrator nõ exhibeat in rationibus apechã de recepto, sed instrumẽtũ debiti, cã celatũ, quo dominus ad aliquid soluẽdũ erat obligatus, quãtitas in illo cõtenta, sit illi in calculo recipiẽda: in
30 qua difficultate dicendum videtur, quod recipi nõ debeat, eo quod & si instrumẽtũ debiti reperiatur penes debitorẽ cancellatũ, adhuc ex eo non probatur debitũ in eo cõtentũ, solutũ fuisse. ex tex. in.l.labeo ff. de pact. Specula. in tit. de inst. editione. §. post quã. n.8. vers. quid si debitor. Bart. in l. qui tabulas. n.5. ff. de furt. Paul. in.l si de poss. n.2. C. de prob. Alex. cons. 59. vol. 2. n. 11. Capell. Tolo. q. 229. Mascard. plures referens de prob. conclu. 436. & de iure regio est tx. apertus. in l. 11. tit. 19. p. 3. in fin. ibi. *Si por auẽtura no le pudiesse prouar, e la carta sota, y cancellada, se hallasse en poder de aq̃lla otra parte, cõtra quiẽ fue hecha, entõces no la deue mãdar refazer: porq̃ sospecharõ los sabios antiguos en tal razõ, como esta, q̃el deudor era quito dela deuda.* Etidẽ disponit. l. 81 ti. 18, p. 3. verbo, *torno*, vn de cũ ex eo, quod instrumentũ penes administratorẽ reperiat nõ vera (sed magis quædã prę sũptio) solutionis debiti, inducat nõ illi erit in calculo talis partita recipiẽda, nisi vere soluisse per instrumentũ cõstiterit cũ ex eo magis cautũ sit domino ex tx. in.l. pecuniæ. C. de solutio. ibi. *Pecuniæ solutæ professio, collata instrumẽto, maiorẽ gestæ rei probationẽ cõtinet, quã si chirographũ acceptæ pecuniæ mutuæ fuisset redditũ.* Ideo hîc dicendũ censeo, quod ad hoc, vt quantitas in tali instrumento cõtenta, administratori in calculo recipiatur, opus erit, vt probetur traditũ, fuisse instrumentũ tali administratori per creditorẽ, quod manifeste probatur in.l. si chirographũ. ff. de probat. & in.l.9 tit 14. p. 5. ibi. *Essemismo seria si vn hobre diesse a otro la carta, q̃ania sobre el del debdo, q̃ le debiesse, o la rõpiesse a sabiẽdas, cõ intencio de quitarle el debdo, q̃ tabiẽ seria quito por ende, como si le oviesse pagado.* Et idẽ dicendũ existimo, si cũ instrumẽto cancellato in potestate administratoris reperto, aliqua alia similis cõiectura, siue adminiculũ aliud concurrat, vt tenet Mascar. vbi sup. n. fi. Non enim cũ administratoribus nimis stricte est agendũ, quia vbi de bona fide agitur, non licet de apicibus iuris disputare, & ita erit intelligendus Damauderius de tutore. C. de tutorum, & curatorum iustificatione numer. 10. quatenus dicit, quod administrator, ad probandum quod pro domino soluit, debet retinere instrumentum debiti cancellatum.

Quid tamen dicendum erit, si debi
31 tor, cum quo ratio calculatur pro-

ducat

ducat instrumentum, quo factor, vel tutor creditoris, cui ratio redditur, confitetur certam summam ab illo debitore recepisse, an talis sũma in calculo sit recipienda. In qua difficul
32 tate dicendum videtur, quod talis quantitas non sit in calculo debitori recipienda, eo quod confessio procuratoris, & factoris (habentis mandatum ad recuperandum, vel generale cum libera) de receptofacta, domino non præiudicat, nisi per instrumẽtum tabellionis, vel per testium depositionem de naturali & reali solutione constiterit, & hæc sententia prouari videtur, ex text. in l. certum §. sed an ipsos. ff. de confess. l. Lutius. §. tutellæ. ff. de administ. tutor. l. non abstulit. C. de nouet. ibi. *Neque in eo quod non soluebatur, eos liberare poterat.* Per quem textum hãc sententiã tenet Bart. & Bald. ibi, & eos refert, & sequitur Rodericus Suarez in repetitione legis post rem iudicatam
34 versi. quia supra visum est, num. 15. cum tribus sequentibus Tiraque. de retract. conuentio. §. 4. glo. 6. nu. 12.
33 versiculo, sicuti nec tutor. cart. 919. vbi tenet, quod non valet confessio de recepto a tutore, vel quolibet alio administratore facta, in præiudicium pupilli vel domini, & ibi hanc dicit communem sententiam, & eũ refert, & sequitur Mascard. de probatio. conclusio. 361. num. 54. & 55. & rursus conclusio. 369. num. 6. Straca de mercatura titu. mandati nu. 4. & tit. de adiecto num. 125. Parla plures referens lib. 2. capit. fin. 5. part. §. 17. nume. 11. quorum sententia vera est, etiam si talis factor, vel administrator haberet mandatum generale cum libera, vt tenet ex Iasone, & alijs multis Caualca de tutore. num. 324. & ex eo cõprobari videtur, quia alias multæ conclusiones, & fraudes aduersus dominos fieri possẽt, & ideo in quocunque actu, vbi suspitio fraudis, vel collusionis subesse potest, nõ sufficit confessio, sed vera, & realis numeratio, & traditio requiritur, ex text. in l. per diuersas. C. mãdati, per quẽ ita tenet Anto. Gom. in l. 9. Tau. num. 36. sed in casu, de quo agimus, si sola debiti recepti confessio sufficeret, dominus facillime per confessionem procuratoris, vel factoris defraudari posset, vt in exemplo de villico refertur Lucæ cap. 16. qui amicos sibi fecit de mamona iniquitatis. Igitur ne similis ansa, & occasio calumniandi administratoribus detur, neue tã ampla aperiatur via fraudibus & malitijs administratorum non alias talis debitor liberabitur, quam si instrumento publico, vel testibus, (& forte quinque) prouauerit sed debitũ tali administratori realiter soluisse, ex tex. in l. testiũ C. de testibus, vbi cauetur q vbi quis est debitor virtute alicuius instrumẽti pu-
34 blici, nõ potest probare solutionẽ, vel remissionẽ illius debiti, nisi ex alio simili instrumẽto publico, vel saltim ex dictis quinque testiũ ad id rogatorum, idque iure regio probatur in. l. 32. titul. 16. part. 3. quæ est cordi tenẽda. Verbum enim illud soluebatur, de quo in d. l. non abstulit, debet intelligi de reali, & naturali solutione, vt in. l. solutam. ff. de solutio. ibi. *Solutam pecuniam intelligimus vtiquẽ naturaliter, si numerata sit creditori.*

Secundo, prædicta sententia iuuatur ex tex. in l. 1. §. si mutuã. ff. si quis in fraudem patroni, vbi non obstat patrono confessio liberti, qua confitetur mutuum pro domino recepisse, si realiter accepisse non constet, quominus fauiana dũs agere possit, vt patet ex tex. ibi. *plane si nõ accepit, sed respondit stipulanti, erit fauianæ loco*, & hãc sentẽtiã in procuratore ad recipiẽdũ cõstituto, tenet Bar. in l. 2.

§.fin.nu.6.ff.si cert.peta.cuius sententiam ibi sequuntur Socin.nu.16.Ias. num.20.Decius nume.26.Purpuratus nume.87.Curtius Iun.nume.24. Alcia.num.16.vbi eam frequentiori doctorum consensu receptam fuisse testatur &in l.solutionis.ff.de verborum significatione,nu.22.cum seqq.

Tertio prædicta sententia confir
35 matur ex eo,quia mandatum est stricti iuris,vt in.l.si procurator. C. de procurator. & in cap.cum olim.versiculo,cum procurator.de offic.de lega.ergo non debet extendi ad confitendum solutionem,nisi in mandato facultas confitendi a domino fuerit data,& ex hoc textu,hanc sententiam tenet Didacus Perez,in l.1.titul.4.libr.3.ordi. vete.& hinc dixit Tiraquel. vbi supra glos.6.§.4.ver-
36 bo consignier.nume.10.quod si quis faciat, & constituat procuratorem ad recipiendum pecuniam mutuam debet intelligi stricte, & sic de mutuo naturali & reali,non vero de mutuo ciuili,cum aliud sit quid piam recepisse cõfiteri,aliud id ipsum revera recipere,quinimo &in proposito dixit Bart.vbi supra quod si in mãdato continetur,quod Titius constitu-
37 it procuratorem ad exigendum, & recipiendum, & ad confitendum se habuisse,& recepisse, adhuc confessio de recepto a tali procuratore facta,domino non præiudicat, nisi vere,& realiter pecuniam numeratã fuisse constiterit, & illum sequitur, Castren.consi.337.nu.11.vol.1.incipienti quæritur,Anto. de Butrio & moderni in.c.si cautio de fide instr. Faq.nouissime.lib.2.cõtrou.iuris.c.
38 56.versiculo,altera est sententia.Vltimo & finaliter hæc sententia in tãtum iuridica visa fuit scribẽtibus,vt dicant, quod etiam si illa confessio de recepto a procuratore,vel administratore facta sit iurata adhuc domino minime præiudicet. Idque in terminis firmauit Bald.in authent.si qua mulier colum.2.num.1.C.ad Beleia.Viuius dicens communem verbo,iuramento necessario non,statur Octauianus Caqueranus decisi.172. num.9.licet secus esset, si dominus iurasset se ratum habiturum, quidquid per procuratorẽ factũ fuisset. Paul.consi.409.incipienti. Considerandæ sunt verba instrumenti volu. 1.quem refert,& sequitur Ias. in d.l. 2.§.fin.num.22. Mascard. conclusio. 369.nume.12.(licet contrarium tenuerit Auiles in cap.præto. capit.1. verbo.salario nume.8.)idque locum habere dicit Gutierrez de iura.confirm.1.part.cap.50.nu.21. vbi supra tali confessione iudicis decretũ fuisset interpositum.

Contrariam tamen sententiam tenet Accurs. in l. Lucius. §. tutelæ.
39 verbo,apochæ.per text.ibi.ff. de administra.tuto.vbi tenet quod confessio facta a tutore de recepto a debitoribus pupilli durante tutela,præiudicat pupillo, & hanc sententiam sequuntur plures relati a Tiraquel. loco supra citato,& cã multis rationibus exornat Sarmiento lib.3.selectarum cap.11.ex nume.4. Capitius decisio.16.num.8.Et pro hac sententia est textus singularis in l.2.§.fin.
40 C.de quadri.præscrip.vbi apocha de recepto a fisci procuratore debitori data fisco præiudicat, & loquẽdo in administratore,siue sindico ciuitatis,eandem sententiam veram esse profitetur Romanus consil.352.nu. 4.Mascar.de probatio.conclus.369. nu.10.Octaui.Osascus decis.38.nu. 36.qui plures pro hac sentẽtia adducit,facit etiã tex.in l.certum.§.sed an ipsos.ff.de confessis.vbi cõfessio procuratoris in contentioso iudicio facta,domino litis præiudicat,facit tex.in.l.cum præcum. C. de liberal.

causa

causa: & idem in confessione tutoris facta in contentioso iuditio, tenet Roman. consilio. 389. numero. 3. Marcard. conclusione. 370. numero. 2. Et in confessione Rectoris Ecclesiæ, quod Ecclesiæ præiudicet, firmat Abbas in capit. dilectus, numero quarto, de Capel. Monacho. Præterea pro hac sententia facit, quia si verum est, quod apocha simplex institoris: quia dominum debere aliquid confitetur, domino præiudicat, vt in. l. fin. ff. de institutoria, Iaff. in. §. actiones, numero. 51. instituta. de action. quanto magis (ex sua confessione) administrator cui libera, præiudicabit domino, si confessus fuerit, a debitoribus recepisse aliquam debitam quantitatem, cum promptiores debeamus esse ad liberandum, quam ad condemnandum, ex. l. Arrianus. ff. de actio. & obligation. Cum igitur hæc nostra quæstio difficillima visa fuerit Folerio in tractatu de de censi. folio. 226. numero 51. illam cogitandam relinquit.

Sed prædictis non obstantibus, prior sententia verior, communior, & receptior est, ex fundamentis superius pro ea adductis. 42 Et tenendo illam, non obstant fundamenta pro affirmatiua opinione adducta. Et imprimis non obstat textus ab Accur. & Sarmiento, & alijs pro ea adductus, in dict. §. tutelæ. quia tantum abest, vt ibi affirmatiua sententia probetur, quod penitus negatiua probata videatur, quia si bene ad verba illius text. atté damus, conditionaliter loquitur iure consultus, vt colligitur ex verbis illius. §. ibi. *Respondi, si tempore administratæ tutelæ, tutori tutelam gerenti, debitores soluissent, liberatos eos ipso iure a pupillo.* Coniungendo namque dictionem illam, si, cum verbo soluissent, efficitur conditionalis decisio, & perinde est, ac si dixisset, si probauerint soluisse, vere, & realiter, a pupillo liberatos esse, quod manifeste colligitur ex text. in. d. l. solutam. ff. de solutio. vbi non dicitur soluta pecunia, de cuius vera, & reali solutione non constat. Et certe hic est verus, & genuinus sensus illius. §. teste Iasone in dict. l. 2. §. fin. numer. 20. vbi dicit in dicto. §. tutelæ plura concurrere, quæ in fauorem communis opinionis astringunt, scilicet illa conditio, si soluissent. Item quod erat tutor, qui a lege habet mandatum cum libera. Item quod prædictus tutor censetur quasi dominus rerum pupilli, (vt pluries iure ciuili, & regio probauimus.) Item quod agebatur, de actu fauorabiliori, scilicet liberationis. ex. l. Arrianus. ff. di action. & obligation. Et tamen his quatuor concurrentibus non præiudicat minori sola apocha de recepto a tutore data, quãto ergo minus præiudicaret confessio cuiuslibet simplicis procuratoris, seu factoris ad recipiendam solutionem cõstituti, & pro hac negatiua sententia facit tex. elegans in. l. qui filium. ff. de manumiss. testamento, vbi seruo relicta libertate sub ratione tutori hæredis reddidisset, & reliqua soluisset, non sufficit ad hoc vt libertatem cõsequatur, quod tutor in libro rationum scripserit, sibi reliqua a seruo fuisse soluta, nisi de vera, & reali numeratione fuisset probatum, & ex hoc textu communẽ sententiam veram esse profitetur nouissime Ioan. Gutierrez. d. cap. 50. nu. 7. Parladorius tamen lib. 2. rerum quotidia. cap. fin. 5. p. §. 17. numer. 12. aliter intelligit tx. in. d. § tutelæ, dicit in quam, quod in casu illius tex. debitor exhibuit apocham de recepto a tutore factam, & quod consultus

ideo illam solutam fuisse iudicauit, quia apocha non dicitur, nisi quando fidem facit tabellio quod pecunia reuera est soluta, vt in l. si accepto latum. ff. de acceptilatio, ibi. *Apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.* Sed contrarium reperio tenuisse Accur. in l. plures apochis, verbo apochis. C. de fide instrum. vbi dicit, quod apocha est de receptis, quando confiteor me recepisse tantum, ex text. in l. fin. §. Titius. ff. de condictio. indebit. & l. qui tabulas. ff. de furtis.

Neque obstat fundamentum Alexan. pro contraria sententia adductum, quatenus dicit, quod eo quod tutor censetur habere generalem administrationem cum libera a lege, eius apocha de recepto sufficiat 43 ad liberandum debitorem, qua respondetur, quod licet administrator habens generale mandatum cum libera ab homine, possit domino per suam confessionem de recepto præiudicare, vt in l. 7 titu 14 part. 5. Tamen secus est in tutore, vel alijs, qui habent liberam a lege, & ita distinguit Lanfranchus ab Adriano in tractatu de arbit. section. principali, numero nono, notat Bartol. per text. ibi in l. 1. ff. de officio. procurat. cessa. Bald. in capit. cum contingit, columna. vltima de transactio. Iason. in dict. §. fina. & ibi Alcia. numero. 16 Caualcan. de tutore numero. 324. Ioan. Gutierrez vbi supra numero. 7. Et ratio differentiæ inter administratores a lege, vel ab homine constitutos, ea est, quia lex fauet illi cui ex eius dispositione tutor, vel administrator datus fuit, 44 non tamen illis, qui cum possent in mandato legem apertius dicere, & sibi (pro suo arbitrio) præcaueri, laras abenas suo administratori dederunt, ex text. in l. ege cum mandato. ff. de minor. Ex quà distinctione, & resolutione deducit, fallam esse Bartoli sententiam superius relatum, quatenus communem sententiam in tantum extendit, vt locum habere dicat, etiam si in mandato dictum fuisset, quod dominus dabat potestatem procuratori, ad recipiendum, & recepisse confitendum, quia eius dictum communiter reprobatur teste Mascardo de probatio, conclusion. 379 numero nono. Gutierrez vbi supra numero octauo, quia prædicta clausula alias redderetur inanis, & superuacua, & esset debitoribus nimis captiosa, & deceptiua. Et eum reprobat Straca de mercatura, titulo mandati, numero quarto. Par lad. libro. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 5. §. 17. numer 14. & pro hac sententia, contra Bart. est text. in l. 61. titulo. 18. part 3. vbi Gregor. verbo, *por pagado.*

Neque etiam obstat text. in dict. l 2 §. fina C. de quadrie. præscriptio, quia ibi fisco nocuit confessio procuratoris fiscalis, ad hoc scilicet, ne possit soluenti opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia cum fiscus sit potens, & facilem habeat exactionem non præsumitur, neque verisimiliter suaderi potest, quod spe futuræ numerationis apocham de accepto fisci debitori præstiterit. Quem intellectum aduxit Salicetus in. l. in contractibus. §. sed quoniam, vers. ex his sume cautelam C. de non nume. pecu. Et ita venit intelligendus tex. in l. fin. C. de apochis publi. libro. 10. vel aliter posset, dicto. §. finali respondeti, scilicet, quod ibi ex confessione de recepto a fisci procuratore facta, talis resultat præsumptio, vt neque actio, neque exceptio nõnumeratæ pecuniæ, aduersus debitorem qui talem apochã de

recepto

recepto habet â fiſco, vel moueri, vel obijci poſsit, donec prius excutiatur procurator fiſci, qui talem apocham debitori dedit. At vero eo excuſo, & non ſoluendo exiſtente, proculdubio poſſet debitor iterũ pro tali credito conueniri. Qui intellectus deduci videtur ex text. in l. 2. C. de conuenien. fiſci debito, vbi cautio, quæ non probat contra fiſcum, ſed contra eius officiales, operatur, vt prius officialis, qui illam dedit, quam debitor conueniatur. Idque manifeſte colligitur ex text. ibi. *Fiſco quidem contra te manet actio, quod argentum, quod inferi debebas rationibus fuerit relatum, ſi cautionem quæ tibi ſuper eo expoſita eſt, tabularius non ſubnotauit. Æquum tamen eſt, vt prius de bonis eius qui exactor fuit (ſi ſoluendo eſt & conueniendi eum facultas datur) indemnitati fiſci ſatisfiat, tunc a te (ſi ſeruari hic modus non poſsit) repoſcatur.* 45

Neque vltimo, & finaliter obſtat text. in d. l. fin. ff. de inſtitoria contra prædictam communem ſententiam ſuperius adductus, quia in illo ſententia Accurſij, & Sarmienti in contrarium relata, minime probatur, ſolũ enim dicit, quod ſi inſtitor alicuius cãpſorismiſit alicui cautionem huiuſmodi, ſcilicet, habes penes menſã numulariam patroni mei mille aureos, quos tibi reddere debeo in Chalẽdis Maij proxime futuris, per talia verba inſtitor nõ manet obligatus ad ſolutionem illorũ mille aureorũ, nec pro illis aliquomodo poteſt cõueniri nõ vero cõfitetur cõſultus, quod ex dicta cautione patronis ad illa mille teneatur, vt per eã dictus Sarmiẽto exiſtimauit, ſequendo Iaſ. in d. §. actionũ, n. 51. inſtit. de actionibus. Ex quibus cõmunis ſententia remanet defenſata, & eã ſequitur Greg Lup in l. 61. titu. 16. p. 3. gl. verb. *por pagado*, vbi dicit, tutius eſſe, vt in praxi Bart. ſententia ſequatur, ſuper qua cõmunis fuẽ datur, vt pote quia maiori ratione, & æquitate nitatur. 46

Poſſet tamen Accurſij, & ſequatiũ ſententia in pũcto iuris in ſcholis optime ſubſtineri, cum fortiſsimis ſit fulcita fundamentis, idque firmauit Decius in l. 2. § fin. num. 5. & 6. ff. ſi certum petatur. Tiraq. vbi ſup. nu. 78 verbo, *lepres que lachoſes*. § 1. glo 18. Alex. conſ. 90. nu. 3. vol. 3o. maxime vbi apocha, vel confeſsio de recepto facta fuiſſet a procuratore, cui omniũ negotiorũ adminiſtratio cum libera, ab homine conceſſa fuit, quia cũ procuratoris perſona fuerit a Domino valde approbata, eius apochæ ſtare tenebitur, in procuratore vero vel adminiſtratore a lege cõſtituto, ſecus omnino dicẽdũ erit, licet multum in hoc commiſſum fuerit iudicis arbitrio, ipſe enim ex circunſtantijs numeratum, an innumeratũ fuerit debitum, æſtimare, & arbitrari poterit. l. 1. in princi. vbi Bal. ff. de offic. procur. Ceſſa. idque tenet Iaſ. & Alciatus in d. l. 2. § finali. C. de quadri. præſtatio. quem refert, & ſequitur Maſcardus, concluſione. 361. numero tertio. Tiraquel. dicto. §. quarto. gloſſ. ſexta, numero. 13. in fine. Petrus Surdus, deciſione. 129. numero. 25. & loquendo in confeſsione prælati qui adminiſtrabat res Eccleſiæ, idem tenet Maſcardus, concluſione. 367. numero. 22. & 346. num. 28.

Vnum tamen ſingulare (reteneta communi ſententia) menti tenendum erit, ſcilicet, quod & ſi dominus non teneatur recipere in calculo, quod ex apocha, vel teſtium depoſitione numeratum non apparet, tamen iſte procurator, vel factor, qui appocham de recepto debitori præſtauit, bene

poterit esse testis pro debitore, ad probandum veram & realem numerationem, hic enim per modum contentiosę iurisdictionis interrogatus simul cum alio teste de visu, plenam efficiet probationem, idque probari videtur ex text. in l. non solum, in fine. ff. de procuratoribus, per quem textum ita tenet Mascard. conclusione 370. num 2. Ioan. Gutierrez, vbi sup. n. 5. vbi dicit, ꝙ si iste procurator, qui per instrumentum de recepto re cognouit sibi a debitore fuisse solutum, tanquam testis sub iuramento interrogetur, & sic non per modum voluntariæ, sed contentiosæ iurisdictionis, & ex necessitate, bene facit fidem, quia confessio procu-
47 ratoris non voluntaria, sed ex necessitate facta, præiudicat domino, & hæc tanquam quotidie in foro versentur, menti tenenda, & digito liganda reputauit, & ita tenet Corneus consi. 168. numero secundo libro primo. Surdus loco supra citato, num. 24.

Dico etiam, quod & si cum dicto procuratoris prædicti, non concurrat alius testis de visu, sed aliquæ aliæ assistant coniecturæ, sufficiens
48 probatio erit adhoc, vt tali appochæ stetur, & credatur, quia dicto vnius testis deponētis in facto proprio, in causa tertij est standū, maxime cōcurrē tib⁹ alijs adminiculis, ex tx. in l. quæro. §. fi. ff. de ędili. edict. Ita Paulus Castr. in l. quicūque. C. de seruis fugitiu. Philip. Portius lib. 1. concl. c. 5. versi. limita, quando vnus, & melius omnibus Iass in l. nec is, ex numer. 6. vsque ad finem ff. de adquiren. hæred Et ad
49 prædicta facit sententia Ruini, consil. 56. colum. 4. volumin. 1. dicentis, quod inspectantibus ad eius officium, creditur officiali deputato, & idem tenuit consi. 32. col. fin. eo vol.

Vltimo pone, quod quidam dedit suo factori, vel procuratori mandatum ad recuperandum, quidquid sibi deberetur, & talis factor recuperauit realiter & vere, redditum cuius dies licet cesserat, non dum tamen venerat dies solutioni destinatus, deinde iste factor decoctus fuit, veniente tamē die solutioni destinato, dominus petit a debitore, vt annuum redditū soluat de illo (vt aiūt) tertio, cuius dies venerat post decoctionem sui factoris, ipse vero censualista dicit in rationibus, quod anticipata solutione, factori suo tertiū illius diei persoluit, & de hoc instrumentum publicum exhibet. Dubita-
50 tur modo, an quod debitor iste censualista anticipate administratori creditoris persoluit, in calculo sit recipiendum debitori, si antequam veniret dies solutioni destinatus, vel revocauit dominus mandatum factori vel interim decoctus fuit factor.

Et in primis dicendum videtur,
51 quod cum mandatum sit præstitū administratori ad exigendum a debitoribus ipsis, quæ debitoribus (virtute talis mandati) vt soluerent administratori, per creditorem iuuetur, nō aliter soluere possint, quam si iamvenerit dies solutioni destinatus, ex textus in. l. qui hominem. §. si Titium. ff. de solutionibus, ibi. *Nam is, qui omnibus negotijs suis aliquem præponit, intelligitur etiam debitoribus mandare, vt procuratori soluant.* Ergo secus erit, si non sint debitores, cum proprie debitor ille dicatur, a quo inuito potest extorqueri, vt in l. debitor. ff. de verborum significat. & in l. decima, versiculo *Edebitor*, titulo. 33. part. 7. Bartol.
52 in l. fideiussor obligari. §. 1. ff. de fideiuss. vbi dicit, ꝙ proprie dicitur debitor ille, a quo inuito potest extorqueri, alias dicitur debitor abusiue, neque interim quis dicitur
53 obliga-

obligatus soluere, nisi postquam ad soluendum astringi potest, vt in princip. inst. de obligatio. ibi. *Quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ.* Idque tenet Petrus de Vnzola in tractatu artis Notaria. c. de obligacio. nume. 1 & 2. & pro hac sententia est textus apertus, qui non videtur posse cauillari in l. si ita scriptũ. §. si sub conditione. ff. deleg. 2. ibi. *Nam neque pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel conditio existat:* & text. melior in l. cripsisset. 46. ff. delega. 2. vbi verba præsentis tẽporis nõ porrigũtur ad debitã indiẽ vel sub cõditione. Igitur ante diem debitor soluere non potuit administratori habenti mãdatũ ad debita recuperãdũ, cũ proprie ante diem debitor dici non possit, saltim quo ad exactionem, vt in l. is qui sub cõditione. ff. de actio. & obligatio. Anton. Thesau. decisio, 235. num 3. & tenet Bart. in l. 1. numero 32. ff. si certum petatur. Rursus quia licet virtualiter debitori videatur creditor mandare, vt soluat, vt supra retulimus, interim tamen quod non est debitor proprie, soluendo excedit mandatum, cuius fines excedere non debet, ex vulgata. l. diligenter. ff. mandati, cum non videatur mandare, vt soluat, nisi pecuniam effectualiter debitam: iuxta text. in l. si is cui. §. Flauius, ibi. *Non eam pecuniam, quæ petitionem quidem non habet.* Ergo solutio facta præter formã mandati, est ipso iure nulla, & inualida, vt notat Bart. in l. item eorum. §. sed si it. ff. quod cuiusque vniuer. nomine, facit Decisio Genuens. 210. n. 7. vbi commissio data cum termino non potest exequi ante, nec post terminum.

54 Aduersus tamen prædicta facit text. in l. i. C. de conditio. ex lege, vbi administrator fisci ante diem solutioni constitutum, potest à debitoribus recipere, & remanent plene liberati. Et pro hac sententia est text apertus in l. quod in diem. ff. de solutio, vbi quod in diem quis debet, potest soluere, die non dum aduiente, vt patet ex verbis iurisconsulti. ibi. *Quod in diẽ certum promissum est, vel statim dari potest, totum enim medium tempus ad soluendum promissori liberum relinquitur.* 55 Facit etiam text. in l. quod in diem. ff. de acceptilatio. Vbi quod in diem certam, vel subcõditione debetur, die nondum adueniente, acceptilatione remitti potest. Et ita notat Anto. Gomez de qualita. contractuum. n. 22. vers. ex quibus infero. 2. tomo, variar. capit. 11. Et pro hac sententia facit etiam elegans ratio, nam cum debitores sint quodammodo serui, & clientes suorum creditorum, vt in l. fideicommissum. § item, & ibi notat glos. verbo, accipere. ff. deleg. 3. & in l. 3. C. de nouatio. & quilibet possit se a tali seruitute quandocumque liberare, vt in l. 2. ff. de libero homi. exhiben. & in l. si homo. §. fin. ff. deleg. 1. poterit debitor etiam ante diem soluere creditori, vel illi, qui mandatum ad recuperandum ab ipso habet, quinimo non valet pactum, vt debitor quandocumque, & etiam ante diem solutioni destinatum soluere non possit vt subtiliter defendit Paul Castrensis cons. 145. incipiẽti pactum istud, in mea impressione, quia in alijs nouioribus impressionibus forte numero distat. Et videtur idem teneri per Bart. in l. qui Romæ, in princi. num. 4. ff. de verborum, certe articulus est anceps, & parum adhuc a doctoribus agitatos Rursus quia obligatus ad soluẽdum certum quid quolibet ano, in quacumque die anni soluere poterit. l. quod quis. ff. de actio. & oblig. & ita soluendo liberatur, vt in l. post mortem. C. de fideicõmissis.

missis. Petrus Surd. de aliment. priui leg. 34, num. 1. fol. 292.

Sed prædictis non obstãtibus in casu proposito distinguendum erit, an mandatum fuerit datum ad recuperandum, quod alicui deberetur, an vero simpliciter, & indefinite ad recuderandum cum libera, & generali administratione, & primo casu dicẽdum puto, quod illud quod anticipata solutione factori solutum fuit, nõ tenebitur in nostro casu dominus re 58
cipere in calculo, cum limitatũ fuerit mandatum ad recuperandũ, quod domino deberetur, limitata enim causa limitatos producit effectus. l. in agris, de acquir. rer. domi. nõ enim debuit soluere debitor, quod nondũ debebatur. Et si dicas, quod ex decisione. d. § si Titium. eo quod illum fecit procuratorem ad recuperandum debita, videtur mandari debitoribus vt soluãt, intellige, & subaudi, quod
vere debitum extat, minime tamen 59
videtur mandare, vt debitum, cuius nondum venit dies solutioni destinatus soluatur, vt in. l. si procurator. §. quod. ff. de cond. in debiti. & sic debitor antea soluendo excedit fines mãdati contra. l. diligenter. ff. mandati. & ideo sibi imputati, & iterum soluere debet. Vt inuit. Petrus Surdus decis. 320. num. 78.

57 Secundo vero casu, scilicet, quando administrator haberet mandatũ generale cum libera ad recuperandum debita secus erit, quia habens simile mandatum, omnia illa facere potest, quæ dominus verisimiliter fecisset. ex text. in. l. 19. titul. 5. part. 3. versic. *O si en la carta.* Et versic. *Mas los otros.* Cum ergo quilibet in re sua sit moderator, & arbiter. vt in. l. in re mandata. C. mandati, non est dubium, quod quilibet sibi debita recepisset ante diem, si sibi solueretur. Vel idem esset dicendum, vbi dies solutioni destinatus appositus fuisset in fauorem debitoris, quia hoc casu soluendo habenti mandatum generale cum libera, & etiam habenti mãdatũ simplex ad recuperandum, quod debitum esset, bene solutum fuisset: quia quod in diem debetur ab initio contracti debiti, afficit debitorem ad soluendum, vt in. l. cedere diem. ff. de verb. signific. tu tamen casu cuenié te cogitabis.

Viterius dubitatur, si administrator soluit aliquid factori cuiusdam, qui solebat habere mandatum ad recipiendum pecunias, erat tamen tempore solutionis reuocatum, an illud quod soluit in calculo recipi debeat. Vide. l. vero procuratori. ff. de solutio & l. 5. tit. 14, part. 5. & distingue, pro vt in. l. qui hominem. § si Titium. ff. de solutio.

An autem tutor possit reputare in rationibus, debitam quantitatem sibi cessam aduersus suum minorem, vide quod non. Angel in autent. minoris debitor. §. itẽ si debitor. C. qui dare tuto. poss. Damauderium. de tutore. cap. 9. num. 137. cum sequentibus Salicet. in d. §. item si debitor. quinimo ius ipsum cessum minori ipso iure acquiritur, & a debito liberatur, vt in autẽtico, vt ij qui oblig. speri. haberes minorum. §. quod si quis qui est mirabilis in proposito.

SVMMARIVM.

1 *ADministrator, an donationem, largitionem, vel liberalitatem facere possit, de bonis sui principalis.*

2 *tutor, vel curator minori donare volenti, autorare non potest.*

3 *Tutor si de facto auctoritatem suam*

ſuam interpoſuerit ſuo minore donationem ſimplicem facienti, iudicio tutelæ tenebitur.

4 Sindicus reipublicæ, an aliquid de bonis publicis donare poſsit.

5 Adminiſtrator cui libera conceſſa eſt, non poteſt debitum liquidum remittere.

6 Procurator cui libera accepto ferre non poteſt.

7 Procurator, cui libera appellationi interpoſitæ renunciare non poteſt.

8 Donare an modica poſsit adminiſtrator.

9 Libera ſi adminiſtratori concedatur, cenſetur illi conceſſa facultas donandi, quæ donari conſueuerant.

10 Adminiſtrator poteſt remittere creditum debitori, extrema egeſtate laborante.

11 Iudicibus permiſſum eſt pauperibus (in pœna pecuniaria condẽnatis) mulctam ſiue pœnam remittere,

12 Tutor excuſatur ſi a pauperrimo debitore, debitum non exegit.

13 Tutores, vel adminiſtratores nobilis an donare aliquid poſsint.

14 Tutores regij, donare qualiter poſsint.

15 Tutoribus, & curatoribus Illuſtrium, qualiter donare ſit permiſſum.

16 Cardinales conſiderata eorum dignitate, donationes facere poſsunt de bonis intuitu Cardinalatus quæſitis.

17 Tutor regius, licet liberalitates exercere poſsit, quãdo princeps in Regem accipitur, tamen ea donare non poteſt, quæ Reges prædeceſſores raro donare ſolebant.

18 Rex ſi eſt ſolitus aliqua magna facere propter honorem ſuæ Regiæ Maieſtatis, & regalis corona, idem eius vice Regi permittitur dummodo non donentur ciuitates, vel oppida in regali corona incorporata, quia eas neque Rex ipſe minor, vel etiam maior donare non poſſet.

19 Tutor toties de rebus pupilli donare poteſt, quoties ſine dedecore pupilli, id recuſare nõ licet.

20 Vbi ſine dedecore pupilli abſtinere à donando non poſſet, poteſt tutor pecuniam cambio, vel ſub annuo reddito accipere, vt donetur, vt euitet decoctionẽ honoris, quam aliàs pupillus factus eſſet.

21 Donationes modicæ factæ ab adminiſtratoribus Regni, vel reipublicæ, nuntijs bonum nuntiũ ferentibus, ſunt in calculo recipiendæ.

22 Nuntijs, in remunerationem publicæ lætæ lætitiæ, aliquid pro ſuo arbitrio reſpublica donare poteſt.

23 Modicè, an immodicè donatum ſit, iudicis arbitrio relinquitur.

24 Donata ab adminiſtratore alicui in re-

in remunerationem seruitiorũ suo principali factorum, an sint in calculo recipienda.

25 *Tutor remuneratorie donando, non dicitur simpliciter donare.*

26 *Primates populi, causa beneficij gratificandi, an donare possint.*

27 *Donator licet non teneatur de euictione, quando donatio incepit a traditione, tamen sire munerando donauit, tenetur.*

28 *Donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed cõpensatio & satisfactio, quæ accedit naturæ contractus onerosi.*

29 *Disposita in donatione simplici, & mera, non habent locum in donatione remuratoria*

30 *Administrator, quãdo remunerãdo de bonis sui principalis donat debet exprimere in specie, quibus motus beneficijs donauerit.*

31 *Donatio liberalis grauata appellatur illa, quæ fit causa remunerationis. quando seruitia, & benemerita nõ prestabantius aliquod agendi ad recompensam.*

32 *Donatio propter benemerita à Rege facta, non indiget meritorum probatione.*

33 *Princeps vbi in suis concessionibus causam ingenere exprimit, contrariam probari non potest.*

34 *Decuriones, an pauperi decurioni donare possint.*

35 *Discipuli, magistro pauperi, donare ad alimenta tenentur.*

36 *Paupertas decurionis ad hoc, vt ei licite de publico donari possit, qualis esse debeat.*

37 *Alimenta decurioni pauperi de publico donata, an debeant constitui in proprietate.*

38 *Administratores ad vendendum vel locadũ constituti, an possint allicere emptores, & cõductores, dando illis promissum, vulgo prometidos.*

39 *Administratores rerum pulbicarem, qualiter in locationibus promissum donare possint,*

40 *Causa quælibet iusta, & honesta, iustificat donationem promissi.*

41 *Comites sacrarum largitionum. nunquid promissa dare possint, inbocationibus regalium redituum.*

42 *Executor testamenti, dum vendit pro adimplenda voluntate defuncti, an possit donare promissum.*

43 *Iudices, & alguaceli vendentes bona debitorũ, pro creditoribus satisfaciendis, an possint donare promissum.*

CAPVT.

CAP. XXIIII.

De donationibus ab administratoribus factis, in calculo recipiendis.

QVONIAM Non-nunquam aliqua donasse administratores (in rationibus) profitentur, modo opportunè videre libet, quæ donationes sint illis in calculo recipiendæ, & in primis dicendum videtur, quod donationes ab administratoribus factæ, in calculo recipi non debeant. Cum vulgare sit iuris axioma, quod tutor, vel administrator donationem, largitionem, vel liberalitatem exercere non valeat, de rebus sui principalis, ex text. in l. vltima. ff. de curatore furiof. l. tutor ad vtilitatem. l Lucius. §. vltimo. ff. de administ. tuto. l. pactum curatoris C. de pactis. Et ratio est, quia donare est perdere. l. filius familias. ff. de donatio. Et in procuratore Cæsaris, est text. apertus in. l. 1. §. 1. ff. de offic. procura. Cæsa. ibi. *Si venditionis, trâ factionis, vel donationis causa quid agit, nihil agit.* Et in tutore id ipsum probatur in. l. tutor ad vtilitatem, & in. l. Lutius § fin ff. de administ. tuto. Quod in tantum verum est, vt neque tutor, vel curator minori donare volenti auctorare possit, vt in. l. 1. in principio. ff. de tutel. & ratio. distra. vbi cauetur, quod si de facto tutor tali donationi auctoritatem suam interposuerit, tutelæ iudicio teneatur quasi dicere velit, quod illud, quod ita donatum est, ei in calculo non recipiatur, vt eleganter intelligit Caualca. de tutore, num. 121. Caldas in l. si curatorem habens, verbo sine curatore, num. 120. C. de in integ. restitu. & in Sindico reipublicæ prædicta sententia probatur in. l. prohibere. §. plane ff. quod vi, aut clam, ibi. *Quia & si locorum publicorum procuratio data est, concessio tamen data nō est* Et generaliter in quolibet administratore, videtur text. in. l. secus furiosi. ff. de manumissionibus, ibi. *Quia in administratione patrimonij, manumissio non est.* Et hanc sententiam, & conclusionem extendit Padilla in. l. præses. num. 11. C. de transactio. dicens, quod administrator ciuitatis cum libera, minime debitum ciuitatis remittere potest, eo quod remittere, & donare idem est, vt in. l Nensenius Apolinar. ff. ad. l. Falci. § si debitori. ibi. *Capere enim videtur, eo quod liberatur.* Facultas enim donandi, in tali mandato non videtur concessa, idque probat text in. l. contrà iuris ciuilis regulas. ff. de pactis. Tenet Auiles in capit præto. ca. 30. glos. verbo *gracias.* Caldas loco supra citato, Ioan. Garc. de expensis, capit. 20. num 9. vers. inde in prælatis. Quo fit, vt neque accepto ferre, procuratori, cui libera licitum sit. l. per procuratorem, & in. l. ius iurandum. § tutor. ff. de acceptilatio. Iaf. in. d. l. præses, num. 14. Alciatus, num. 23. facit, quia neque appellationi in causa minoris interpositæ renúciare potest, ex Bald. in. l. fin. §. fin. nu. 7. ff. de tempo. appel. Tiraquel. in l. si vnquã, verbo donatione largitus, num. 143 Et in prælato Ecclesiæ, quod etiam donare non possit de bonis ecclesiæ probat manifeste text. in. l. 4. titulo. 14. par. 1. & in. l. 8 titulo. 21. eadem partita, Bobadilla lib. 3. politic. cap. 8. numero. 80.

Supradictam autem conclusionem limita primo, nisi modice per administratorem donatum esset, idque

que ex consuetudine terræ facere liceret, ex text. in. c cæterum, de donatio. ibi. *Datæ, rei quantitas, & illius terræ consuetudo, est diligentius attenda.* Et hoc ipsum iure regio cauetur in. l. 5. titul. 14. part. 2. ibi. *Fueras ende si fuessen fechas de pequeñas cosas, ansi que no se menoscabassen lascosas dela Iglesia por ellas.* Cui enim libera conceditur, censetur permissa donatio, quæ fieri consueuit, vt tenet Ioan Garsi. de expensis, capit. 20. num. 9.

9

10 Secundo limita, si administrator remitteret debitum ei, qui extrema egestate laborasset, vt in exactoribus tributorum probatur manifeste in. l. omnes, la primera, & ibi glos. verbo compelletur. C. de annonis, & tribu. Nam hos administratores parentum personas inducere oportet, vt in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. eos collatio. 2. & prædictam glossæ sententiam sequitur Bart. in. d. l. omnes num. 1. & eam ad hoc multum commendat Romanus cons. 50 num. 3. & cons. 369. num. 32. vbi eam singularem reputat, & in. l. si vero. §. de viro, num 48. ff. solu. matri. Quinimo & iudicibus licitū esset pauperibus condemnatis mulctam remittere, vt in. l. fin. C. de modo mulctarum. Padilla in. d. l. præses. nu. 15. & loquendo in tutore dicit Bart. in. l. omnes pensitare, C. de anno. & tribut. quod excusatur tutor, qui propter nimiam debitoris paupertatem ab eo debitum non exegit, & eum se

11

12 quitur Angel. in. l. 1. C. de anno. & tribu. Iasi. in. l. pactum, curatoris, num. 4 C. de pactis, Roman. d. consilio. 50. & quod possit pauperculæ cognatæ pupilli dotem de bonis pupilli donare. Tenet Bald. Nouellus de dote priui leg. 63. num. 1. & 2. Bobadilla dicto num 80.

13 Tertio limita in administratore alicuius nobilis pupilli, vel magnatis, quia is donare poterit, quæ pater pupilli, vel dominus ipse donare solebat, vt pote si in die Regum solemnia munera (q vulgo dicitur Aguinaldos) præceptoribus filiorum, vel aduocatis, siue procuratoribus mittere solebat, vt in. l. cum plures. §. cū tutor. ff. de administ. tuto. ibi. *In primis tutor mercedes præceptorum, non quas minimas potuerit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet.* & ibi *Solemnia munera parentibus, cognatisque mittet.* Idque

14 itae xpiicat Iason in. l. pactum curatoris, nume. 2. versi. hinc est, quod tutor, vbi dicit, quod tutor regis, vel illustrium minorum, potest donare, eo quod hoc cōuenit personæ minoris. Caualca. de tuto. nu. 121. vers. quod primo fallit, idque firmauit Ioann. Garsi. de expens. cap. 20. num. 9. vers. si vero pupillus, vbi dicit, quod si pupillus, vel furiosus, vel absens. aut is, cuius bonis curator datus est, nobili genere natus sit, & talis, qui dum sanæ mentis erat, vel cuius pupilli parentes quot annis solebāt solemnia munera, & xenia mittere consanguineis, amicis, aduocatis, vel alijs, poterit tutor, curator, vel administrator bonorum filij, hoc genus liberalitatis exercere, nobilesque illos mores retinere, quos non excogitauit primus, sed in ratione rei familiaris inuenit acceptos, & hi sumptus, siue donationes reputabuntur in ratione suæ administrationis. Et licet ibi de regio tutore nihil dicat, maiori ratione in eo locum habebit, quia cum eius fortuna, & conditio super immineat omnes ita & eius donationes culmen habere debent, ex. l. cum multa. C. de bonisque liber. Rebuf. in praxi beneficia, colum. 3. quæstio. quid sit, & quod modis dicatur beneficium. Riminal. in. §. 1. inst. quibus

15

aliæ licet, vel non. num. 122. vbi dicit, tutoribus, & curatoribus illuſtrium perſonarum proprium eſſe donare. ex text. in d. §. cum tutor. & ex tex. in cap. 1. de donatio. Barbatia. in tractatu de præſtan. Cardinal. 1. 16 part. quæſtione. 3. numer. 16. vbi tenet, Cardinales conſiderata eorum dignitate, poſſe liberalitatem exercere, de bonis intuitu cardinalatus quæſitis, & pluribus pro hac ſententia adductis, hanc eandem ſententiam tenet Tiraquel. de nobil. capit. 37. nume. 43. licet ab eorum opinione diſſenſerit Caldas. in l. ſi curatorem habens verbo ſine curatore. numero. 119. conſiderata opinione Navarri, ſed ſuperior opinio verior eſt in caſu, quod ex tali donatione non minuatur patrimonium eccleſiæ, vt in d. l. 5. tit. 14. p. 1.

17 Aduertendum tamen erit, quod licet tutor regius, dum minor in *Regem* a Regno iuratur, donationes, & largitiones facere poſsit, vt tenet late Caldas de in integr. reſtitut. verbo ſine curatore, numero. 119, & 120. tamen ea donare non poteſt, quæ *Reges*, prædeceſſores raro do-
18 re ſolebant, vt voluit Ioann. Andr in d. c. 1. de donatio. Cumanus, in d. §. cum tutor. Palacios. Rubeus. in rubrica de donatio. §. 9. & 45. num. 12. vbi dicit quod ſi *Rex* eſt ſolitus aliqua magna facere propter honorem ſuæ maieſtatis, & regalis coronæ, idem etiam eius vice regi permittitur, quod eſt intelligendum, dummodo non donet ciuitates, vel oppida regalis coronæ, quia etiam ſi ipſe Rex minor illas feciſſet, & tutor illis auctoraſſet, adhuc nullum roborem, & firmitatem haberent, idque voluit Matienço, in l. 1. tit. 10. lib. 5. ordina. Intelligitur namque poſſe donare pecunias, & res mobiles liberas, quas ſolebant eius prædeceſſores donare, & nondum in regali patrimonio erant incorporatæ, non vero res eximij valoris, & quæ rariſsime donari ſolebant. argumen, text. in l. vel vniuerſorum. ff. de pignor. actio. & in l. qui ſemiſſes, ff. de vſur. & ita etiam intellexit Barba. in cap. cum ſit generale de foro competent. Iaſ. in d. §. pactum curatoris. Palacios. dict. §. 9. numero. 5. Didacus Perez. & Segura. in l. 3. §. fina. numero. 63. ff. de liber. & poſthum. Bernar. Diez à luco in Apoſtilla. ad dict. numero. 63, Corietus de poteſtate Regia. 1. part. quæſtione 4. numero. 20. quos refert, & ſequitur Matienço, in l. 5. tit. 9. lib. 5. recopilationis gloſ. 6. numero. 17. Et loquendo in tutoribus, & curatoribus illuſtrium, & clariſsimarum perſonarum, idem firmavit Roland. a Valle. conſilio. 18. numero,
19 56. & 59. Caualcan. de tutore, numero. 121. verſiculo, quod primò fallit. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſu. 173. numero. 5. vbi noſtram principalem concluſionem veram reputat, niſi vbi tutor non poſſet abſtinere a donando ſine dedecore ipſius pupilli, & ante eum ita tenuit Bart. in l. tutor. §. vltimo. ff. de adminiſt. tutor. Ruynus. conſilio. 63
20 numero. 6. lib. 5. vbi ſingulariter dicit, quod vbi tutor ſine dedecore pupilli deſinere donare non poſſet, licitum eſt ei ſumere pecunias mutuo, cambio, vel ſub annuo, reditu, vt euitet de coctionem honoris, quam aliàs pupillus facturus eſſet, quam concluſionem veram reputo, quando minori expediret in his donationibus ſuam ſuorumque prædeceſſorum maieſtatem, & auctoritatem ſuæ familiæ conſeruare, vt ſentit Damauderius de tutore. capit. 5 numero. 55. folio. 19.

21 Præterea & donationes modicè factæ ab administratoribus regni, vel reipublicæ nuntijs bouũ nuntiũ afferentibus, sunt in calculo recipiẽ-
22 dæ, veluti quãdo nũtiauerũt bonum euentũ belli, principis primogeniti natiuitatem, & similia, potest enim respublica similibus nũtijs in remunerationem publicæ lætitiæ allatæ, aliquid arbitrio suo donare, vt in.l. 1.C.publicæ lætitiæ, vel consul.nuntia.ibi. *Quidquid nostrorũ Vnquã nũtiari cæperit prosperarũ ad bella, si desinunt, si oriũtur Victoriæ fructus, si honor datus fuit regaliũ, Vel cõsulũ, Vel trabearũ, cõpositæ Ve pacis erit offerẽda trãquillitas, si sacros Vultus, inhiãtibus forte populis inferimus, hoc sine modico pretio nuntiari, excipiquè sancimus*. Perquẽ textũ ita tenet Bartholus, in.l.ambitiosa.n.2.ff. de decretis ab ordine faci. Platea.l.penu. C.de cursu.public. Auendañ.de exequendis Manda. Regijs.2.parte.cap. 10.num.11 Abiles.in.dict.cap.prætor. cap.30 vers.*alegrias*, vbi.numer.
23 9.dicit, quod hoc an modicum, vel immodicum datum sit, arbitrio iudicis sit relinquendũ & idem voluit Menochius de arbitrar.libr.2.casu 145. num.4. Modica tamen summa dicitur vsque ad duos aureos.l. si quis affirmauerit §.fin. cum.l.sequenti.ff. de dolo, ibi, *Id est Vsque ad duos aureos*, glos.in.l.hactenus.ff. de vsu fruct.

24 Rursus quidquid donatũ fuerit per administratorem in remunerationẽ seruitiorũ pupillo, vel aliàs suo domino factorũ, in calculo erit recipiẽdũ, quia licet tutor donare simpliciter nõ possit (ex iuribus sup. relatis) tamen remunerationis gratia recte donare poterit, vt tenet glos.in.d.§. cũ tutor, & est textus, pro hac sententia in.l.qui filiũ.ff.vbi pupil.educa.debeat. Et ita respondit in proposita specie Cumanus, consil.101. Roman. consil.50.num.3. Caldas, vbi supra, num.119.&.120. Et ratio est, quia tutor remuneratorie donando non dicitur simpliciter donare, sed magis debitum soluere.l. filius in princi.ff.de procurator. Barto.in.l.ambitiosa.ff.de decret. ab ordin.faci. vbi dicit, quod primates populi causa beneficij gratificandi donare possunt. Et eius sententiã cõmunem dicit Frãciscus de Arecio cõs.24.dub 3. Tiraquel.in.l.si vnquã.verbo donatione elargitus.n.32. C.de donatio.
27 quo fit, vt licet in donatione, quæ incipit à traditione, non teneatur donator de euictione, vt in.l. Arist.§.fi. ff.de donatio, tamen si donatio esset alicuius seruitij remuneratoria, secus esset, quia donator teneretur de euictio. Ita Bart.in.l. Iulianus §.qui fundum.ff.de verbor. Alex.conf. 47.
28 vol.3. Ioa. Garf.in tract.de donatio. remuner.nu.23.vbi.n.24. rationem reddit dicens, quod donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed compensatio, solutio, & satisfactio, ac permutatio quædam, quæ accedit naturæ contractus onerosi, non vero lucratiui, quo fit, vt dispositа in
29 donatione liberali, simplici & mera non habeat locum in donatione remuneratoria. Et eandem sententiam tenet Loaces in consilio demula. pro Marchione de los Velez, folio.36.numero.27. Antonius Gomezius in.l. 29. Tauri, numero.23. vbi hanc donationem remuneratoriam, magis debiti solutionem reputat.

30 Ad hoc tamen, quod administrator remunerando donare possit, nõ sufficit quod ipse benemerita confiteatur, sed in specie de illis mentionem facere debet, Ita Rolan. cons.5. num.7 & 21.lib.1.vbi dicit, quod ad hoc, vt valeat donatio reddituũ, vel prædio-

prædiorũ eccleſiæ alicui facta, propter benemerita, & grata ſeruitia, neceſſe eſt, vt de benemeritis in ſpecie conſtet, idque tenet Nauarr. in *Manuali.c.17.n.145.* Gutierr. de Iu
31 ramen. confirma. 1. p. c. 5. nu. 17. Qui 34 nimo & dicit Pinel. in. l. 1. 3. p. nu. 60. C. de bonis mater. illã donationem liberalem grauatam appellari, quæ fit cauſa remunerationis, quãdo ſeruitia, vel merita non præſtabant ius aliquod agẽdi. Quam ſententiã ego verã intelligerem, vbi talis donatio facta fuiſſet ab adminiſtratore, & ratio eſt, quia hæc clauſula propter benemerita, & grata ſeruitia, regulariter de ſtylo tabellionũ in quacũque donatione apponi ſolet, vt tenent Roma. in. l. Atilius Regulus. ff. de donatio. Afflictus. in. c. 1. §. poteſtas col. 2. quæ ſint regalia in vſibus feudorũ Bertachinus de epiſcopo. 4. p. n. 207 vbi hoc veriſimũ reputat in patre, & matre, vni ex filijs ob benemerita donante, nõ enim valet vltra id, quod merita exequatur, vt tenet Ioan. Garſ. vbi ſup. n. 50. &. 51.

32 Si tamen donatio ob benemerita a *Rege*, vel alio magnate, ſeu quouis illuſtriſsimo facta fuiſſet, nulla alia meritorũ probatio exigeretur, vt voluit Bart. in. l. ſi forte, nu. 5. ff. de Caſtren. pecul. Paulus in. l. per diuerſas n. 11. C. manda. Soci. conſ. 295. verſ. circa ſecũdũ. Decius, conſ. 20. verſ. tertio non obſtat. vol. 1. Guidon. Papæ. q. 95. & eſt cõmunis ſententia omniũ fere ſcribentiũ in. l. ſi donatione 35 C. de collatio. Tiraq. latiſsime (optima vtendo diſtinctione.) vbi ſu. verbo donatione. largitus, nu. 91. Ioan. Garſ. de nobilit. gloſſ. 2. a n. 27. Loaces eleganter. d. conſ. demula. d. fol. 36 105. dubitat. 1. vbi adducit Baldum
33 in cõſ. 327. dicentem, quod vbi princeps in ſuis conceſsionibus, & beneficijs cauſam in genere exprimit, tãtum ei creditur, quod contrariũ probari non poteſt, maxime vbi ex tali donatione ſolus ipſe princeps lædetur, idque verũ eſſe profitẽtur Iſernia, & Afflic. in. c. ſãcimus, col. 5. ti. quo tẽpore miles in vſibus feudorũ.

An autẽ decuriones ciuitatis poſſint pauperi decurioni aliquid pro ſuis alimentis (de bonis cõmunibus) donare, nõ ſine cõtrouerſia eſt, reſolutiue tamen tenendũ, eſt q; ſi talis decurio, eo quod in ſeruitio, & negotijs reipublicæ laborauit, ad egeſtatem peruenit, omnino ei poſsint alimenta de publico ærario donari. ex tx. in. l. decurio. ff. de decurio. ibi. *Decurionibus, facultatibus lapſis, alimenta decerni, permiſſum eſt, maximẽ ſi ob manificẽtiã in patriã, patrimonium exhauſerint.* Et hanc ſentẽtiã tenuit per iſtũ textũ Abiles in. c. præto. c. 1. glo. verbo, *ſalario.* n. 8 Curia Piſana. lib. 2. c. 18. glo. litera. T. Menoc. lib. 1. de arbitra. c. 46. nu. 3. & licet Auenda. de exequen. manda. 2. p. c. 10. nu. 11. dixerit, ſe hoc nunquam in praxi receptũ vidiſſe, tamen prædicta ſentẽtia vtique iuri, & rationi conſentanea eſt. Sicut enim libertus, & eccleſia, patronos ſuos egenos alere tenẽtur ex tx. in. l. ſiquis a liberis. §. ſolent ff. de lib. agnoſcen Cæſar Lambertinus de iure patronatus. 3. q principali. lib. 3. art. 2. eodem modo reſpublica pauperẽ decurionẽ ꝓpter eius ſeruitiũ exinanitũ, & de pauperatũ, alere tenebitur, & ita reſoluit Lara de alimẽtis d. §. ſolẽt per totũ. Accedat etiã huic ſentẽtiæ, q; diſcipuli magiſtrũ pauperẽ alere tenẽtur, vt de Sabino iure cõſulto refert Põpon. in. l. 2. col fina. verſ. huic nec ample. ff. de orig. iur. quod late tradit Petr. Sur. de aliment. q. 53. fol. 61. Qualis autẽ paupertas decurionis patroni & magiſtri eſſe debeat, ad hoc vt illi licitẽ alimenta donari, ac decerni poſſint, ponit optime Lambertin. vbi ſupra, & crederem abſque dubio, quod

concurrentiqus qualitatibus ab ipso ibi relatis, quidquid pro alimentis tali decurioni donatum fuisset, esset in calculo recipiendum.

37 Aduerte tamen, quod prædicta alimenta nõ debent illi cõstitui in proprietate, hoc est dando ei pro sua vita tantum de redditibus reipublicæ, sed considerando eius maiorem, vel minorẽ necessitatẽ, argu. tex. in l. cũ in annos singulos. ff. de aliment. & cibaria legat. vbi legatum alimentorum alicui factum debet ab hærede in initio cuiuslibet anni arbitrari, secundum indigentiã, vel opulentiam legatarij, posset enim illi obenire aliqua hæreditas vel alia prospera fortuna, qua mediante cessaret alimentandi necessitas, & cum dominus Lupus de Salazar huius inclitæ ciuitatis cõciuis, tanquã patronus cuiusdã piæ, ac opulentæ memoriæ suorũ maiorũ secundũ eius constitutionẽ cuidã dominæ Elisabet a Villegas alimẽtaria constituisset in proprietate, eoq; tẽpore cõstitutionis secũdũ eius qualitatẽ inops esset, postea ea diuite effecta, prædicta alimenta fuerũt a patrono reuocata, & lite super hoc ventilata in hac Regali Chancellaria prædicta alimentorum constitutio fuit visa, ac reuisa causa (me patrocinãte) reuocata ex ratione text. in c.
38 cum cessante de appellat.

Vltimo pro cõplemẽto huius capitis dubitatur: an tutores, vel cæteri administratores ad locãdũ vel vẽdendũ cõstituti possint plurilicitãtibus, aliquid corolarij nomine promittere (q̃ vulgo dicimus, dar prometidos) & an ista promissa ab illis donata sint in calculo recipienda, & in hac difficultate vsque adhuc nulla certa regula a doctoribus traditafuit sed quosdã speciales tantũmodo casus, hac in re prosequũtur: hæredibus rãq, bona defuncti ad æs alienũ soluendum distrahẽtibus, hoc promissũ dare licere scripsit Bart. in l. in computatione, n. 3. C. de iur. delib. idque rectoribus & decurionibus ciuitatũ & villarũ permittitur, dũ bona publica ad locãdũ sub hasta ponũt, vt scrip
39 sit Auen. de exeq. mãda. 2. par. c. 12. n. 12. & ibid. Aui. c. 32. n. 16. vbi dicit, q̃ administratores, rerũ publicarũ possunt allicere cõductores dando, vel promittẽdo illis aliquã pecuniæ quãtitatẽ, vel aliã quãlibet rem, vt gabellas, vel reditus ciuitatis, pro certa quãtitate licitẽtur. Et ratio huius cõclusionis est, quia q̃ ita donatur nõ tã simplicẽ donationem, quã ob causam, & remuneratoriæ naturã sapit: laboris enim, & periculi pretiũ magis censetur, quod suis humeris isti locatores imponunt, vt docuit Con-
40 sultus in l. 1, § ideo. ff. si mẽsor falsum mod. dixerit, ibi. *Sed magis operam beneficij*, Idque sentit Auend. vbi sup. Acevetos, in l. 22. tit. 6. lib. 3. recop. num. 6 Bobadilla, lib. 5. Polit. c. 4. n. 60. & quælibet causa honesta iustificat huius promissi donationem. l. à Titio, & ibi notat Bart. ff. de verbor. satis enim vt prudens, & industrius pater familias facitt, si paruapecunia promissa, vel data in tuto & secure bona domini sui locet, sed ne modus in donando hæc promissa excedatur, aduertendum erit, quod iusta, & moderata promissio erit, si
41 dederit, vel promiserit quinque pro cẽtenario, vt aduertit Auen. vbi, sup. & q̃ comites sacrarũ largitionũ, quos vulgo, (*cõtadores mayores*) appellamus, hæc promissa in locationibus regalium reddituũ donare possint. Caueturin. l. 22. tit. 13. lib. 9. recop. & ita erit intelligẽda sentẽtia Alberti Bruni in tract. de augmẽto, & diminutione cõcl. 6. n. 20. vol. 11. quatenus tenet administratores Regni, vel rerũ minorum & ciuitatum, non posse minuere suorum principalium patrimonium, sed illud augere debere,

quia

quia etſi promiſſum ob ſimiles vendi tiones, vel locationes faciendas præ ſtiterint, non ex hoc dicetur minue re patrimonium, ſed magis illud augere, vel ſaltim recte adminiſtra re, dummodo in hoc dolus malus abſit, vt in terminis firmauit Decius conſil. 115. num. 2. & eum refert, & ſequitur Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 13. num. 7. & per totum, licet ipſe hanc concluſionem, nu. 8. limitet in executoribus teſtamenti, vbi non fuit anima hæres inſtituta, cum alias executor ad funus tantum conſtitutus ſimplicis adminiſtratoris inſtar habeatur. ex text. in l. procurator tutorum. ff. de procuratoribus, & in l. ius iurandum, quod ex conuentione. ff. de iure iurand.

Ego tamen, & in quodlibet executore teſtamenti prædictam ſententiam locum habere arbitror, dũ modo ſit conſtitutus, cum clauſula de qua in l. 7. titul. 14. partit. 5. cum enim procurator cui libera, perdere donare, & iactare res ſui domini nõ poſsit, vt tenet Bald. in l. fi. col. penultima C. de contrahend. Alex. conſil. 41. volu. 3. Gregor. Lup. in l. 19. titul. 5. part. 3. gloſſ. verb. *Quando tales palabras*, Minime promiſſum donare poſſet, ſecus tamẽ eſſet, ſi in mãdato tali executori dato, adijceret verba. de qua in l. 7. tit. 14. part. 5. ibi, *Que podays fazer todas las otras cõſas que yo pudiera hazer preſente ſiendo*, Ex vi namque prædictorum verborum, poſſet remittere debitum, ex text. ibi, *O quitar el debdo*, ſatis enim, qui remittit debitum, donat.

An autẽ iudices, & alguaceli promiſſum donare poſsint, dum bona debitorum ex cauſa iudicati pro ſatisfaciendis creditoribus diſtrahũt, aliquando fuerit dubitatum & videtur dicendũ, q̃ ſic eo quod factũ iudicis, & partis in iure æquiparentur, ex l. ſi ob cauſam C. de euictio maxime ſi addito iudice, & de eius mãdato hoc faciant alguaceli. Quidquid enim iudex fecerit, aut decreuerit, rite, recteq; factũ præſumitur, ex l. 2 C. de offic. ciuili iudicũ, Damau. de tutore. ca. 5. n. 60. cũ ſeqq. quod maxime verũ erit, cũ ex hoc nullũ dãnũ ſed veroſimiliter cõmodum domino rei ſequatur, vt ſupra dictũ eſt: cõtra riãtamẽ ſententiã tenet Parlad. vbi ſupra, nu. 8. nullo adducto fundamento tu cogita.

SVMMARIVM.

1 *TVtor omnes expenſas, quas iure facit cum ſuo pupillo dum alit, educat, & his ſimilia, ſibi in rationibus conſeruat, dummodo in illis faciendis non exceſſerit modum*

2 *Tutores, & curatores, non eo quod generalem cum libera a lege habeant, vbi res non exigit prodigaliter expendere debent.*

3 *Tutor qualem in ſuis expenſam fecisſet, eandem in ſuo minore, rebuſque ſuis facere debet.*

4 *Modice, an immodice tutor expẽderit in rebus pupilli, iudicis arbitrio relinquitur.*

5 *Quæ pendent a voluntate Principis, cenſentur impoſsibilia.*

6 *Rationes conſanguineorum, non exigunt tam exactam probationem expẽſarum, ſed ſufficit præſumptiua, & coniecturalis.*

7 *Iuramẽto expẽdentis, etiã in non modicis expenſis ſtatur, ſi perſonæ qualitas, veriſimilitudo, & motus iudicis cõcurrat.*

8 Expressa & solēnis obligatio, forma & vis publici officij, magis obligat tutores, vel quoslibet alios publicos administratores, quam priuatim suscepta negotiorum administratio.

9 Propinquus, vel cōsāguineus, cui ex dispositione legali tutela sui propinqui pertinebat, si nō accepta eius tutela, vt negotiorūgestor, vel alias sui patrimonij negotia administrauit, nō eo minus, quam si tutor esset, rationē reddere debet.

10 Expēsum per decurionesin carceris publici reparatione, an in calculo recipi debeat, & quid si sit expensum in catenis, cipis, & compedibus, ibidem.

11 Volens consequens, necessario debet velle antecedens.

12 Expensum de publico, pro capiēdis malefactoribus, an in calculo sit recipiendum?

13 Rex ideo habet reditus regni, vt in eo faciat iustitiāministrari.

14 Decuriones, an aliquid donare possint de publico capienti, vel reuelanti malefactorem.

15 Menochij sententia, lib... de arbitr. iud. casu. 45. n. 2. declaratur, circa expensam pro capiendis malefactoribus faciendā.

16 Expensa pro remittēdomalefactore, ex quibus bonis fieri debeat

17 l. 3. tit. 16. lib. 8. recop. explicatur

18 Sententia Ioannis Fabri in. l. neminem. C. de appellat, quatenus dicit quod remissio delinquentis debet fieri expensis iudicis, explicatur.

19 Remissio delinquentis, cuius expensis fieri debeat.

20 Custodes adhibiti pro custodiendo carcerato, vel in Ecclesia ob delictum recluso, ex quibus bonis salariū siue præmiū sui laboris percipere debeant.

21 Captura faciēda de pluribus ribaldis, vel famosis latronibus, quibus expēsis fieri debeat.

22 Piratæ, siue cursarij ad portus regni deuenientes, quibus expēsis sint fugandi.

23 Patrimoniū Regis, si pro ciuitatū vel regni defensione nō sufficeret, poterit imponi collecta ciuibus, & cōmunitatibus terrarū.

24 Princeps, vel Rex nō debet imponere noua vectigalia pro administrāda iustitia, sed eā debet seruare ex redditibus regni, & qualiter hoc sit intelligēdū.

25 Piratæ portus derrobantes, quibus expensis sint fugandi vel capiendi.

26 Tributorum perceptio obligat regem ad defensionē portorū, cū pro hac defensione recipiat ea a nauigantibus, & qualiter hoc modificari debeat.

27 Vasallus non tenetur sequi principem, vel dominum, a quo feudū habet in bello vbi redditus feudi ad id non suppeterent.

28 Redditus, si res non habeat idō-

neo

neos, ad defensionem portorũ, ex ciuũ collatione) quod defecit) iuste percipere potest.

29 Diuites quando compelli possint mutare Regi, pro regni necessitatibus, & qualiter ab illis mutuum hoc extorqueri possit.

30 Ciuis qui mutuauit regni pecunias, pro regni necessitatibus, an possit iuste interesse illarũ pecuniarũ petere, & recipere.

31 Pesquisitor iudex, quibus expẽsis suam commissionem adimpleat, vbi ad alicuius populi instantiam fuit concessus.

32 Iudex ordinarius, si mittat aliquem delegatum iudicem, pro aliquid faciẽdo in suo districtu cuius expensis mitti debeat.

33 Pesquisitor missus ex officio à Regio consilio, cuius expensis militare debeat.

34 Decuriones (qua cautela præcedente) salaria iudicium pesquisitorum de publicis bonis soluere debeant.

35 Clerici, & nobiles, quo casu teneantur contribuere in solutione expensarum à iudice pesquisitore ad instantiam populi impetrati contribuere.

36 Expensum in domibus de la carneceria, matadero, panaderia, o pescaderia, de bonis rei publicæ, an sit in calculo recipiendũ administratoribus reipublicæ.

37 Expensa facta de bonis reipublicæ, in constitutione, vel reparatione Ecclesiæ populi, quando sit in calculo recipienda.

38 Expensum in ludis publicis cõsuetis quando sit in calculo recipiendum.

39 Expensum in ludis publicis, quãdo decurionibus non sit in calculo recipiendum.

40 Vestes seritæ, & de auratæ decurionis datæ de publico, pro aliqua festiuitate publ ca celebrãda, an finita festiuitate debeãt reddi depositario camerali.

41 Eleemosina data de publicis pecunijs, quando sit in calculo recipienda.

42 Eleemosina data de publico pauperibus carceratis, an sit decurionibus in calculo recipienda.

43 Expẽsum de publico, in enutriendis infãtibus expositis, an sit recipiẽdũ decurionibus in calculo

44 Expensum de publicõ in reparatione viarum, quando sit in calculo recipiendum.

45 Matre nutrice filij ad mortem damnata filius de dublicis pecunijs est enutriendus, & alendus, si patrem non habeat, qui eum alere possit.

46 Expositi quibus expensis, Romæ solerent enutriri.

47 Traxanus Imperator precibus sancti Gregorij magni ab infernerũ faucibus fuit liberat⁹, propter eius insignes virtutes morales.

48 Expensũ in causa nobilitatis cũ aliquo ciue vẽtilata, de bonis rei

publicæ, an sit decurionibus in calculo recipiendum.

49 Expensum à decurionibus pro acquisitione, vel defensione honoris ciuitatis, villæ, vel oppidi an sit in calculo recipiendum.

50 Expensum â decurionibus ad hoc, vt vicus villa fiat, an sit in calculo recipiendum.

51 Expensum à decurionibus de bonis reipublicæ in hoc, vt ciues exempti fiant à contributionibus, & tributis, an in calculo sit recipiendum,

52 Expensum ab administratore, in re quæ nullum commodum domino attulit, cum tamen ab initio cõmodum domino offerre posse videretur, an sit in calculo recipiendum.

53 Expensa facta à negotiorum gestore in re, quæ domino commodum non attulit, an sit ei in calculo recipienda, si bona fide facta sit.

54 Expensæ factæ per patrem administratorem castrensis, vel quasi castrensis peculij filij, in acquirẽdo filio aliam maiorem militiam, vel præbendam, an sit patri in calculo rationis talium bonorum recipiendæ, an vero animo, & pietate paterna hæ expensæ factæ præsumãtur.

55 Filius clericus si habeat beneficium, ex eius fructibus censetur expendi à patre ipsius, pro consequenda, & impetranda sibi maiora, & pinguiora beneficia, non verò præsumitur, quod pater in eis acquirendis de suo expendat, sed potius de bonis filij expendere voluisse, etiam si id non protestauerit.

56 Expensæ factæ à patre, vel a matre tutelam filij administrante, an de bonis filij, an vero de bonis paternis factæ videantur.

57 Maritus si expendit in recuperandis creditis vxori debitis, an talem expensam sibi conseruet.

58 Modica expensa quæ dicatur.

59 Fratres si diu bona paterna in communi, & pro indiuiso possederunt, & vnus plus altero expendit, an illud plus debeat imputare pro solutione partis sibi debitæ.

60 Donatio præsumitur inter socios, ob rei modicitatem, maxime vbi donatum fuit pro victu.

61 Minor viginti quinque annis, etiam minima donare non præsumitur, cum etiam modicum donare non possit.

62 Mulier si societatem cum alio habeat, nunquam socio donare præsumitur.

63 Tutor accusatus de suspecto, an conseruet sibi expensas, factas in hoc, vt suam bonam famã probaret,

probaret, ne remoueretur ſi in cauſa obtinuerit.

64 *Expenſas factas per tutorem, vel curatorẽ, in eundo de vno loco ad alium pro acceptanda tutela, an minor in tutelæ rationibus reputare debeat.*

65 *Facere qui aliquid tenetur, proprijs expenſis facere debet.*

66 *Tutor ſi expendat dum peregre proficiſcitur, pro negotijs pupilli, an reputet in rationibus quod expendit.*

CAP. XXV.

De expenſis, & ſumptibus, ab adminiſtratoribus factis, in calculo recipiendis.

DE Sumptibus,& expenſis adminiſtratorũ actuari prius noſſe oportet, regulam eſſe in iure notiſsimam, q vbi quis aliquid pro rerum acquiſitione,conſeruatione, & adminiſtratione expendit,omnino talis expenſa ſit in calculo recipienda, nullus enim eſt caſus,qui hoc genus deductionis impediat,vt in.l.fundus qui. ff.familiæ herciſcun.ex quibus palam eſt, quod omnes illas expenſas, quas iure facit tutor, vel curator cũ pupillo,vel adulto, dum eum alit, educat, inſtituit, & male valentem curat,& his ſimilia, ſibi in rationibus conſeruat.l.1.§. æque. ff. de muner.& honor. Quod tamen intelli-

1

lige,dummodo in illis faciendis nõ exceſſerit modum.l.1.cum plures.§. nimium.ff.de adminiſt.tutor.l.16.& 20.titul.16.part.6. Non enim eo q tutores,& curatores generalem cum libera à lege habent(vt late duobus in capitulis præcedentibus ad notauimus)vbi res non exigit, prodigaliter expendere debent.l.1.§.1. ff. de offic.procurat.Cæſar. Et huius rei exemplum poſuit Ioan.Garſ. in tractatu de expenſ.cap.20.num.9. in fine, dicens,hinc demum tutorem modum in expendendo de pecunia pupilli exceſſiſſe cenſendum eſſe,ſi medicum, quem ſibi accerſiſſet ſex tertio, ſuo pupillo accerſeret talento,

2

3

qualem enim tutor in ſuis rebus expenſam faceret,eandem in rebus pupilli,vel adulti facere debuit.l. a tutoribus.ff.de adminiſtr. tuto. & in.l. 1.C.de tutel.& ratio.diſtra. hoc tamen an modice,vel inmodice expenderit,iudicis arbitrio relictum eſt. Ipſe namque conſiderata perſonæ,& reiſſamiliaris qualitate,bene,an male,plus,vel minus expenſum ſit,arbitrabitur,vt voluerunt.Angel. & Corneus in.l.fin.§.in computatione,col. 1.C.de iure deliber.Corſetus in tractatu de minimis in principio, col. 3.verſ. decimo ſexto. Damauderius de tutore.fo.82.n.20.vbi dicit,quod circa has expenſas iudex æſtimare debet qualitatem rei,nempe an fuerit magna,an exigua,pretioſa,an vilis,actuſque qualitatem videbit,hoc eſt,factum impenſarum an fuerit veriſimile,& fidedignum, & an probationes faciliter, an cum difficultate parari poſſent.Perſonam autem obſeruabit,ſcilicet an fuerit ſpectatæ, & probatæ fidei, nobilis an ignobilis,& cum iam iſte caſus de facto in hac Chãcellaria agitaretur,dum rationes expenſi in litibus curia agitatis redderentur. Hanc ſententiam

4

in praxi receptam (me patrocinante) expertus sum. Cum enim quidam nobilis litteratus, & bene morigeratus frater, pro se, & alijs suis fratribus in Curia Regia lites communes hæreditatis iacentis prosecutus fuisset, quasdam parcellas inuisibiles in calculo recipiendas sibi curabat, scilicet, vnã catenam aurĩ, quam dedit certæ mulieri pro consequenda bona negotij expeditione. Item cuidam officiali, ex cuius diligentia bonus, breuisque negotij exitus pendebat, vas argenteum auro conflatum pretij triginta quinque scutorum, & his similia. Visa namque negotiorum qualitate, & expeditionis negotij difficultate, ac probitate, & nobilitate expendentis prædictas expensas senatus in calculo recipiendas fore iudicauit, & non immerito, cum ea, quæ pendẽt ab expeditione, & voluntate principis censeantur impossibilia, glos. in l. continuus. §. cumquis, verbo relictæ sunt. ff. de verborum, Bart. in l. Iulianus. §. constat. num. 2. ff. de leg. 1. ob idque magna in digeant visibili, & inuisibili negotiatione, prout late experientia Curialium negotiatorum demonstrat. Pro qua sententia facit, quod comicus inquit, facinus magnum, & memorabile non fit sine periculo. Facit & rursus quia in rationibus consanguineorum non requiritur tam exacta expensarum probatio, sed sufficit præsumptiua, & coniecturalis, vt voluit Abb. cons. 12. num. 5. vers. itẽ pro Curia. Damauderius in tractatu de tuto. & cura. titul. de tuto. & cura. rationis iustificatione, num. 33. fol. 83. vbi dicit, quod etiam in non modicis expensis statur expendentis iuramento, si cum illo personæ qualitas, verisimilitudo, & motus iudicis concurrant. Soci. cons. 46 lib. 1. col. 1. vbi dicit hoc verissimum esse, vbi frater administrasset negotia communia sua, & fratrum iure fraternitatis, prout in casu supra relato contingit. Secus vero esse, si vt tutor administrasset. Requiritur enim eo casu maior expensarum probatio pro reddenda tutelæ, vel curæ ratione: quia expressa, & solemnis obligatio, forma, & vis publici officij magis obligat tutores, vel quoslibet alios publicos administratores, quã priuatim suscepta negotiorum administratio. Quinimo & in proposito dixit Damauderius vbi supra, numero. 35. quod si propinquus, cui legitima tutela suorum propinquorũ, vel fratrum pertinebat, non accepta eorum tutela, iure fraternitatis administrasset fratrum, vel propinquorum negotia, eodemmodo, quo tutor rationem administrationis strictè reddere teneretur, quia eo casu non melioris, sed multo peioris conditionis efficitur, & eo quod neglecto officio tutoris a lege sibi delato priuatim, & proprio motu, fraterno rum bonorum administrationem in se suscepit. Ego tamen in specie supra relata multum iudicis arbitrio tribuẽdum puto, is namque considerabit gesti negotij qualitatem, per agendi difficultatem, loci grauitatem, expendentis, vel donantis fidelitatem. Multa namque prudenti, & cauta negotiatione, & inuisibilium donorum largitione, breui temporis compendio, & absque multo pecuniarum dispendio peraguntur, quæ alias etiam superabundante iustitia difficillimum exitum haberent.

Sed modo videamus, quibus in rebus decuriones, & ciuitatum correctores de publica pecunia expendere possint, quæve expensæ illis in calculo recipi debeãt. Et imprimis sciẽdum erit, quod expensum in reparatione carceris, vel siquid in construẽda, vel

5 6 7 8 9 10

da,vel reparanda domo Conſiſtorij expenderint,erit illis indata computandum,concilio namque,ſimilis conſtructio, & reparatio competit, nõ vero Regi vel domino loci, licet ipſi pœnas fiſcales percipiant. Sicut enim in punitione crimin ũ publica interuenit vtilitas,vt in.l.ita vulnerat us.ff.ad.l Aquil. ita quoq, in cõſtruc tione & reparatione carceris,pro detinẽdis,& cuſtodiendis malefactoribus publica vtilitas verſatur , qui enim vult cõſequens , neceſſario debet velle antecedens,l.adlegatum.l. ad rem mobilem.ff.de procura.&ita tenet Auiles in c.præto. c.18. verb. *ſe hagan*,nu.1.&.2 Gutier. in pract. quæſtion.1.part.quæſt.36.num.2.& Anend,qui hanc rem exactius perpẽdit,de exequend. manda.1.part. ca. 20.nu 4.&.5.&.2.part.ca.10.num.6. verſic.*Sedundum exemplum* , & ex ſupradicta ratione in calculo recipiendum erit , expenſum per decuriones in compedibus,cipis, & cate in quibus ſcelerati cautius , & ſecurius detinentur,& cuſtodiuntur, idque tenet Pariſ.de Puteo in tractat. ſindicatus parte , an ſint plures carcerati.fol.mihi.72.n.6. & idem ſenſit Auiles loco ſuperius citato , quin imo, & hodie hoc expreſſe cauetur in.l.15.tit.6.lib.3.recopil.ibi,*Carcel qual conuenga,y priſiones*,& ibi hoc notant communiter moderni, Gutier.d.c.36.n.3.

Sed an expenſum , pro capiendis malefactoribus de bonis reipublicæ fit in calculo recipiẽdũ.Maior dubitatio eſt, & videtur dicendũ q̃ non, quia cui cõpetũt pœnæ fiſcales cõpetit etiã expẽſa faciẽda in capiẽdis, &etiã in remittendis malefactoribus,vt voluit Lucas de Pena in. l. annonas C.de annonis,& tributis, lib. 10. vbi dicit , quod ideo Rex habet reditus regni,vt ſuo ſumptu faciat 12 13 17 iuſticiam miniſtrari. *Id*que voluit Gregor.Lup.in.l.7.titul.17.partit.3. verb.*deue dar*, Folerius in ſua praxi criminali,verbo,*notatos capiat*,n.22 licet ſecus ſit , quando iudex peſquiſitor a curia mittitur, quia tali caſu expenſis reipublicæ commiſsionem expedire poterit,vt in d.l.7.ibi, *E ſi los peſquiſidores de los cõcejos la fizieren,deueles dar el concejo las deſpẽſas* Q̃ in imo,& ſi delinquentes non apparerẽt,poſſent decuriones ex bonis publicis aliquid dare vel promittere reuelanti,vel capienti malefactores , & quantitas in hoc expenſa, eſſet in calculo recipienda: ita Barto. in l.1.n.3 ff.de iuſtit. & iure, vbi Iaſ. n.11.Auiles in c.præto.verb.*ſalario*, nu.6.licet in hoc Bart fuerit ſibi cõtrarius,in.l.1.C.de præbend.ſalar.& eum refert,& ſequitur Menoch. lib. 1.de arbitrar.caſu.46.nu.2. Vbi tenet, quod ſi iudex faciat vanum, dicens, quod quicunque incarcerauerit banitum centum habeat,illa centum nõ ſunt de publica pecunia præſtanda . Quorum ſententiam ego veram intelligo,vbi de bonis delinquẽtis exſolui poſſet, ſecus tamen vbi bona nõ haberet,quia hoc caſu prior ſententia & verior, & receptior eſt. 14 15

Sed quod ſupra diximus de remiſſione delinquentium,expenſis domini iuriſdictionis facienda, cui commoda fiſcalia competunt. Aliter hodie diſpoſitum videtur,in.l.3.tit.16. lib.8.recopil.ibi,*Que lo embiẽ a coſta del mal hechor,y ſi no tuuiere bienes*,q̃ *lo embien a coſta del querelloſo . y ſi qualquiera deſtos no tuuiere de qurpagar, que lo paguen los officiales de la juſticia donde fuere hallado.* Et loquẽdo in remiſsione hæreticorum hoc ipſum tenuit Villa Diego in ſuo tract.de hæreti.quæſt.11.nu.7. & 11, Hanc tamen ſententiam non ita ſimpliciter , & prout ſonat intelligit 16

Auend.

Auend.dict.cap.10.num. 16. Sed ita demum quando iudices, vel officiales,& ministri iustitiæ essent perpetui ipsique emolumenta iurisdictionis pertinerent.prout pertinent dominis vassallorũ,'hi enim loco correctorum regalium habentur, vt in glossa verbo domini,in Aut. de quæstore, & vide quæ dicam in c. 27. nu.
18 3. Et ita erit intelligenda sententia Ioann.Fabri in.l.neminem.C. de appellatio.vbi dicit, quod iudex tenetur facere remissionem delinquentis proprijs expensis, vbi prisionarius non habet bona, ex quibus fieri possit,pro qua sentẽtia adducit textum in.l.1.C.de custo.reorum:& hoc per arrestum curiæ fuisse communi omnium voto receptum testatur decisio Capellæ Tolosanæ.100. vbi ita fuit inciastinum. Boerius decis.11.
19 num.11.&.12. De consuetudine tamen nostri regni,vbi reus captus nõ habet bona,remissio fiericonsueuit de pecunijs sumptibus iustitiæ applicatis & destinatis,vt aduertit Auiles in ca.27. num.16. Castellus a Bobadilla in sua elleganti politica præto. lib.5.cap.7.nu.7. & ita debet intelligi textus in Authentica, si vero. C. ad.l.Iuliamde adult.ibi, *Illic vero qui publicas susceperit literas periculo suo & officij sui comprehendet eum,& ad iudicem prouintiæ transmittet in quapec cauit* . Vbi autem neque reus, neque actor, neque pecuniæ sumptibus iustitiæ destinatæ sufficerent, tali casu locum haberet sentẽcia supra ex Villa Diego relata, scilicet, quod remittatur expensis officialiũ iustitiæ,hoc est domini iurisdictionis, is enim tenetur penes se habere sufficientem familiam pro capiẽdis& remittendis malefactoribus,& ita erit intelligendum, quod in proposito dixit Folerius loco supra cito,quod si officiales iustitiæ pro capiendo malefactore conuocauerint, vicinos populi,vt ipsis auxilium præstent,salaria horum conuocatorum expensis ipsorum officialium solui debent:intelligitur namque, quando ipsi officiales emolumenta iurisdictionalia percipiunt,idque naturali rationi,& æquitati satis est consentaneum,ex regula nihil tam naturale, ff.de reg.iur.

20 Hinc est, quod si malefactori,vel recluso in ecclesia , vel in alio forti loco incastellato, custodes apponantur, eo existente non soluendo salaria horum custodum solui debent de bursa domini iurisdictionis & pęniscameralibus,si pecuniæ sumptibus iustitiæ applicatæ sufficiant,vt tenet Isernia de fæudis,titul.de statu & consuetud.§.nauigia ,Lucas de Pena in.l.1.C.ne rustici ad vllum obsequium,col 7.lib.11.Auiles in cap. 20. prætorum,gloss. verbo, *Vsurpan*, num.18.ad medium, & illos refert & sequitur Castellus a Bobadilla loco supra citato.

21 Si tamen captura esset facienda de pluribus ribaldis , vel famosis latronibus,qui apud strataviatoresdet robantur,& manu militari se defendebant,hoc casu impensa capturarũ facienda foret de redditibus ciuitatis in cuius districtu,& iurisdictione tales sce'erati delinquebant,&ita tenet Foler.vbisupr. Auiles loco superius citato,cap.17.verbo. *las haran:* vbi dicit , q̃ imminẽte aliqua publica necessitate pro capiendo malefactore poteritconstitui salarium a re publica.Quod ego verũ intelligerẽ, quãdo pecunia domini iurisdictionisnõsufficeret,vel nimis ex tali expẽsalæderetur.Proqua sentẽtiaaddu co Bar.in.l.Mœbio nepotẽ.§.vxore, n.5.ff.de annuis legat.vbi dicit quod fidelis Imperij nontenetur sequi Imperatorem , si fructus fæudi ad

eum ſequendū nō ſufficeret. & ſic pertineret hæc expēſa ciuitati, vel villæ in cuius itineribus vel motibus iſti famoſi latrones ſe fortificaſſent, & defenderent: cum reipublicæ conueniat, ne delicta maneant impunita, ex dict. l. ita vulneratus, & cū hæc captura, & patriæ quietatio, & malefactorum extirpatio, in omnium ciuiū vtilitatem, & quietem tendat. l. prouintialium. C. de feris, ea quæ efficiatur, ne quiſquam temere ad delicta committenda proſileat, vt in. l. ſi operis. C. de pœnis.

22 Ex quibus idem dicēdum videtur vbi inimici, ſiue Curſarij, & Piratæ è lōginquo ad portus regni capiendos, & expugnandos peruenirent, prout his noſtris temporibus peruenit Frā ciſcus Dracus *Anglicus*, ſuper Corrumniam, & cæteros Galliciæ portus. Eorum enim expulſio, & propugnatio, expenſis ciuitatum maritimarum, vel totius illius regni faciēda foret, ex Folerio loco ſupra citato, & ita tenet Mencha. lib. 1. quæſt. illuſtrium, cap. 1. num. 32. vbi dicit. quod publica vtilitas nō eſt reparāda expenſis quorundam, ſed vniuerſorum regnicolarum, vel ciuium, & ratio eſt, quia ſi quidem omnis principatus creatus fuerit ad ciuiū vtilitatem, & hæc defenſio ad vniuerſorū commodum pertineat, ſic vt vniuerſorum expenſis fiat, par ratio eſt. & ita reſoluit Menchaca vbi ſupra, cap. 6 num. 1. & pro eius ſententia eſt textus in l. 7. tit. 20. patita 2. vbi cauetur pro viribus, & poſſe populum debere tueri patriam ab hoſtibus,

Contraria tamen ſententia, imo quod ſimilis defenſio regijs, & non reipublicæ expenſis, ſiue ciuitatum, & villarum fieri debeat, videtur innuere textus in l. 2. titulo. 10. partit. 2. vbi loquendo de oneribus, quibus reges ſunt aſtricti, dicit. *La tercera guarda es del daño, que les podria venir de los de fuera, que ſe entiende por los enemigos, ca deſtos los deue el guardar.* Et quidem iuſtiſsima ratione regibus hæc incumbit defenſio, cum regna, imperia, & dictiones omnes, Reges & Imperatores creaſſe, non innoteſcat, propter ciuium publicā, & priuatam vtilitatem, & vt ab eo defendantur, quē Regem, Ducem, vel Imperatorem elegerunt, cuique tributorum percipiendorum facultatē cōceſerūt, vt in l. 2. ff. de orig. & tradit Greg. in l. 5. verbo, ſeguros. tit. 7. partita. 5. Matienzo in l. 10. gloſ. 1. titul. 10. lib. 5. recopil. Et hac ratione illis omnino incumbit, vt ſua ope, induſtria, diligentia & expenſa, tuta & ſecura reſpublica quieſcat, quo fit, vt ſi opus ſit fortalicium hoc caſu reficere, licet factū fuerit, vt tutius vaſſalli populi, vbi ſita eſt defendātur tēpore belli, domini expenſis, & non populi refici debeat, vt tradit Iaſo in l. diuorcio. §. vltimo. ff. ſolu. matri. Cateliа Cota in memoriali, verbo. fortalitium, & verbo. Rex.

Tamen proprædictarum legum concordia dicendum erit, quod licet verum ſit, quod Reges ratione reddituum ſibi a Regni ciuitatibus cōceſſorum, regnum incolume ſeruare teneantur, vt in d. l. 2. neque ad id ciui-
23 tates contribuere teneantur, tamen vbi Regis patrimonium ad hoc non ſufficeret, poſſet imponi collecta cō munitatibus terrarum, vt poſt Guillermum de Cuno tenuerunt Cynus, & Baldus. in l. neminem C. de ſacroſanct. Eccleſ. vaſalli namque, domi norum neceſsitati ſubuenire ſunt obnoxij. l. ſi libertus. ff. de operis liberto. plura cōgerit Burgos de Paz in l. tertia Tauri, num. 443. & quod hoc caſu poſſit ſiſa imponi ſuper victualibus, late tradit Caſtelli a Bobadilla. lib. 5. politicæ. cap. 5. per totum,

vbi

vbi num.6.tradit, an clerici in hac si
sa contribuere teneantur & lib.2.
cap.18.num.297.cum tribus sequen
tibus. Isernia in tit. quæ sint regalia
24 super parte vectigalia, vbi dicit,
quod princeps non debet imponere
noua vectigalia pro ministranda ius
ticia, sed eam debeat ministrare ex
redditibus regni, quia qui eos per
cipit, tenetur subditos defendere ab
incursibus latronum & piratarum, li
cet hoc debet intelligi, vbi redditus
regni ad hoc sufficientes essent,
illis tamē iam consumptis & exhaus
tis in ipso bello, vel alijs regni neces
sitatibus, tam exempti, quam non
exēpti, promodo facultatū. Huic de
fensioni cōtribuere deberēt, vt in l.
11.tit.3.lib.1.recop.& tenetlate Mō
tal.in l.1.tit.5, lib.1.fori. glos. verbo.
siempre guardadas vers. item facit ad
quæstionem. Mexia in pragma. panis
concl.5.num.63.& 64. Gutierez. in
25 practicis quæstio. lib.1.cap.3. Gre- 28
go. ind. l.7. glos. verbo. *las misiones*
vers. quid tamē. vbi inest sententia,
quod si in mari circa regni districtū
piratæ derrobarent transeuntes, re
gisve subditos expilarent, & Rex
non posset huic inimicorum oppres
sioni, sine magno dispēdio, & sump
tu resistere cum redditibus: qui pro
simili defensione a nauigātibus præ
stantur: quod nos Sarracino vocabu
lo dicimus, *Almojarifazgo*. Non te
netur de suo prædictos portus defen
dere, nisi quatenus illi redditus sup
petunt. Et hanc sententiam sequitur
Ioan. Gars. de expens. c.21.num.35. 29
& ita est intelligenda. & concilian
da prædicta lex.4.partitæ cum. d.l.2.
& doctrina Bart. in. d.l. Mæuio nepo
tem. §. vxore. numer.5.ff. de annuis
26 legatis, & Plateæ in, d.l.1.C. vt rusti
ci ad nullum obsequium. Quatenus
tenet, quod perceptio tributorum
obligat regem ad defensionem por 30
torum, cū pro hac defensione annul
gantibus prædicta tributa soluātur
licet enim Rex aduersus inimicos
classem parare teneatur, vt in l.1.C.
declasicis. lib.11. tamen hoc debet
intelligi dummodo maritimi reddi
tus, & prouentus ad hanc impensam
27 sufficiant. Quemadmodum subditus
siue vassallus, qui non tenetur sequi
principem, vel dominum suum ad
bellum per gentem proprijs sumpti
bus, vbi iam non haberet, vnde pos
set stipendia militibus suppeditare
de redditibus fæudi. c.1. & ibi glos.
de pace tenenda, &c. & notant docto
res in l. Mæuia. §. vxor. ff. de annuis
lega. Martinus Lauden. in tracta. de
principibus. quæst.183. idque voluit
Iacobus de Arenis. in. §. præiudicia-
les. inst. de actio. Bart. in. d. §. vxore,
num.5. Oldrald. cons.234. numer.3.
Isernia in. §. fin. de pace iuramen. fir
man. Loaces in consilio demula pro
Marchione de los *Velez*, fo.166. Bal.
in l. qui manumittuntur. C de oper.
libertor. & in. c. cum ex officij nota-
bili 3. per textum ibi. extra de præs
criptio. Menchaca. d.c.6.num.4. eo-
dem modo si princeps, vel Rex non
habeat idoneos redditus ad defensio
nem porterum: exciuium collatione
perpendi debent. Credo tamē, quod
si admodum immineret necessitas,
non esset expectanda collecta, sed
quod per manus iectionē possent
diuites compelli ad mutuandas pe-
cunias regi: quia, instante necessi-
tate vassali iure optimo ad id com-
pelli possunt, vt tenuerunt Nicolaus
de Neapoli. & Guillermus de Cuno.
in l. Scriniarios. C. de numerarijs,
lib.11. Isernia. in. c, 1. quis dicatur
dux: & in. c.1. §. Sed neque alia. Quæ
sit prima causa beneficij amittendi
in vsibus feudorum. Bald. in. l.1. C, de
operis liberto. Loaces loco superius
citato, pag.171. vbi dicit, quod hoc

casu

caſu ciuis, qui mutuauit, poterit a Rege petere intereſſe illius pecuniæ quam mutuauit, & ante eum ita tenuerunt Ioan. Crotus. in l. nemo poteſt. num. 3. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi ex toto. col. penult. n. 16. ff. de leg. 1. Caſtaldus de optimo Imperatore. quæſt. 10. 57. & eos refert & ſequitur Menchaca de ſucceſſio. creat. §. 6. num. 22 & in d. cap. 6. nu. 7. & 8. vbi expreſſe dicit, quod ſimili vrgente neceſſitate ciuitates, oppida & villæ, diuites q̃ & opulenti vaſalli, Regi mutuare cõ pelluntur, ita tamen vt ſi poſtea princeps idoneos redditus ex regno habeat, reddat integram pecuniam mutuatam cum moderato intereſſe, q̃ ſi idoneos redditus non habeat, reddat integram pecuniam mutuatã, ac rurſus intereſſe moderatũ ex vniuerſorum ciuium collacione, detracta ea particula, quæ ad ciuẽ mutuantem (habita bonorum ratione) ſpectabat tanquam vni de populo, & ita in Hiſpaniarum regnis ſæpiſſime obſeruatum fuiſſe tettatur, cum bellis ſæuientibus ab Hiſpalenſibus ciuibus, & alijs ab Indorum Regnis venientibus, argentũ, & aurum mutuo acciperetur, & quidem hoc arbitriũ eſt iuſtiſſime introductũ ex his, quæ late tradid Bouadilla in politica. lib. 5. cap. 5. pertorum. Molina de iuſtitia tracta. 2. diſputatione. 315. in principio.

32

Quid autem dicendum eſſet, vbi iudex peſquiſitor a Curia miſſus fuiſſet, ad inſtantiã alicuius vniuerſitatis aduerſus aliquem particularem delinquentem, dubitatum enim fuit aliquãdo, cuius expenſis ſalaria ipſius peſquiſitoris ſolui debeant, Regis an loci, qui illum petrauit, aut ipſius delinquentis, & dicendum videtur, q̃ regijs expẽſis militare debeat, vt volunt Lucas de Pena. in l. annonas. C. de annonis, & tributis. lib. 10. vbi

31

dicit, quod ſi Rex mittat Capitaneũ ad aliquam terram, debet illi ſtatuere ſalariũ de Camera ſua, quia ideo habet redditus regni, vt ſuo ſumptu iuſtitiam miniſtare faciat, vt in Aut. vt iudices ſine quoquo ſupra, in principio, & in Aut. de iudicibus §. ne autem. & in l. 2. §. hoc autem. C. de offi. præfect. præto. africæ, & ibi. glo. verbo, moderatores, circa finem. Cap. ſtatutum §. inſuper de reſcriptis. lib. 6. Specul. in tit. de ſalarijs. c. 1. col. fi. vbi dicit, quod ſi iudex ordinarius mittat iudicem delegatum pro aliquid in ſuo diſtrictu faciendo, de ſuo debet illi ſalarium conſtituere, quod ſi mittatur peſquiſitor a Curia propter alicuius iudicis remiſſionem, ipſius iudicis expenſis videtur prouiſus, vt in l. 2. ti. 1. lib. 8 recop. Azebe

33

tus in l. 5. tit. 5. lib. 3. recopilationis quod ſi miſſus non fuerit peſquiſitor propter iudicis negligentiam, ſed ex officio, regium conſilium illum miſerit, hoc caſu regijs expenſis, nõ vero populi, vel eorum, qui damnificati ſunt, nec etiam ipſius iudicis, qui ſindicatur, nec contra quem proceditur, militabit, vt in l. 7. tit. 17. p 3. & ibi Gregor. verbo. *deue dar*, & in d. l. 2. ſupra relata. licet textus in d. l. 5. tit. 5 lib. 3. recop. aliter innuere videatur, dicens. *Ordenamos y mãdamos, que las ſoldadas y ſalarios, q̃ ſe han de dar, y auerlos nueſtros corregidores, y otros officiales, que nos embiaremos a las nueſtras ciudades, villas, y lugares, que ſe paguen de los propios de los tales lugares, ſi los vuiere, y ſi proprios no tuuiere, que los paguen los que ſuelẽ pagar en todas las coſas que ſon para pro del Conejo, o del lugar, pero ſi hallare, que por culpa de algunos caualleros, o de otras perſonas ſe mouieren eſcandalos, y ruydos, &c.* & ibi, *que haga pagar el dicho ſalario a los que aſſi hallare culpados,*

y ſi

y si el Concejo le viniere pagado el salario, que lohaga tornar, ypagar alos dichos culpantes, sopena que eldicho Corregidor lepague con el doblo, & hæc lex est declaratoria dictæ legis 7. tit. 17. par. 3. quatenus dicit, quod iudex pesquisitor ex officio missus, debet habere salarium ex regio patrimodio, debet enim intelligi, dummodo prius excuciãtur bona delinquentium, & illis deficientibus recurratur ad bona ciuitatis, siue bursam communem populi, ac denique omnibus his deficientibus poterit imponi collecta inter vicinos, qui ex consuetudine talia soluere consue-
34 uerunt. Ideo debent esse cauti decuriones populorum, vt antequam prædicta salaria pesquisitorũ ex soluãt recipiãt fidẽ a tabellione causæ, qua constet delinquentium bona excussa, sed nõ soluendo fuisse, quia aliàs in calculo non recipientur, & vide Bouad. lib. 2. politi. c. 21. nume. 247. & 248.

35 Aduertendum tamen erit, quod licet Azebetus, in. d. l. 5. nu. 1. dicat quod in casu. d. l. 5. nobiles, & clerici debent contribuere pro salarijs pesquisitorum (deficientibus bonis reorum) & reipublicæ, tamen eius sententia erit intelligenda, quoties de quiete, & trãquillitate totius populi vniuersaliter ageretur, & ipse hoc melius declarauit in. l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 7.

36 Rursus, & in calculo recipiendũ erit, quidquid de bonis reipublicæ expensum fuerit in constructione domus. *Del matadero, o carneceria, o pescaderia, o panaderia.* Eo quod in hoc communis totius populi vertitur vtilitas, vt notat Innocent. in. c. significante de appellatio, Auenda. 1. p. de exequen. manda. cap. 10. nu. 7 vbi idem dicendum reputat in ex-
37 pensa facta de bonis reipublicæ in constructione, vel reparatione ecclesiæ: quæ in populo vnica est, eius tamen sententia, erit limitanda, vbi ecclesia esset patronatus alicuius particularis, vel alicuius familiæ, vel si aliàs ecclesia ipsa dotem, & redditus competentes haberet, ex quibus sarta tecta esse possint, & ita sentit Paulus de Citadinis in tractatu iuris patronatus art. 5. ex num. 3. vsque ad. 7. vbi late enumerat, qui sint illi, qui ad refectionẽ ecclesiædiruptæ tenetur, cui adde Petrum Surdum cons. 62. per totum & præcipue. nume. 14. vbi dicit, quod si vniuersitas vel populus aliquid erogauit in reparatione ecclesiæ, potest à rectore repetere actione negotiorum gestorum, si animo repetendi illam expensam fecit.

38 Præterea, & illud decurionibus in calculo recipietur, quod expensum fuerit in ludis publicis consuetis, veluti infestiuitatibus corporis Christi, & aliorum sanctorum, quorum dies ab antiquo publicis expensis fuerunt celebrati, ratione voti, vel laudabilis, & deuotæ consuetudinis, etiam si fieri consueuit ratione publicæ lætitiæ tantum: iuxta textum in. l. 4. C. de paganis, ibi, *festos conuentus ciuiũ, & communem omnium lætitiam non patimur submoueri.* Et ibi Salicetus, Auenda. d. c. 10. numer. 12. vbi dicit, quod expensa facta in huiusmodi ludis publicis, ex antiqua consuetudine, dicitur facta in communem omnium vtilitatem: est enim illud sanctissime receptum, vt populus publica lætitia recreetur, nulla enim ætas, nulla inquam respublica hoc genus expensarum repulit. Habuit enim Grætia sua olimpia ab olimpia vrbe nominata: qua vniuersa iuuẽtus Græciæ ad illam ludorum celebritatem confluebat, vbi sese cæstibus, cursu, saltu, disco, & palestra exercebat. Troiani quoque, nec non minus Persæ,

Aegyptij,

Aegyptij, Galli, Hiſpanique hos ludos publicos, agnouerunt. Si credimus Virgilio, Iuſtino, Trogo, Beroſo, Ceſarique. Huic etiam publicæ lætitiæ, multum Hæbrei tribuerunt, & Romani in hoc tantum cæteras mundi prouintias, & Regna exceſſerunt, vt in hac vna re cum reliquis totius mundi Regnis, nationibuſque contendiſſe merito affirmari poſsit. Varia autem ludorum genera extant apud Plutarchum, plura etiam apud Tacitum Aelium Lampridium, Iulium Capitolinum, Aelium Spartia, & alios illius temporis ſcriptores. Omitto Libium, qui non ſemel cauſas originesque ludorum exquirit. Hinc pilæ incenſæ in media arena, vt ardore pilarum feræ magis ſæuirent. Hinc luſtra inſtar Olimpiorum, ſed religioſa magis, quam Olimpia. Hinc decennia, quæ extant apud Pollionem in vita Gallieni. Hinc etiam Ciclopeæ. Hinc Ecatombæ. Hinc gladiatores, theatra carpenta. Mimi, Hiſtriones, Pugilis, Arenarij, Ciloeus, & beſtiarum celeberrima (ſed beſtialia tandem) ſpectacula Quorum veteribus ingens vſus, maximum ſumptuum, & ſæpe admirabilem, ingentiſsimamque expenſarum ſummam exæquauit. Hinc itidem Naumachia, cæteraque amphiteatralia exercitamenta, de quibus plura refert Martialis in amphiteatrum Cæſari.s Hinc hominum cum feris prælia, eorum præcipue, qui capitali pœna erant damnati, ſæpe enim deuicta fera capitis pœnam vitabant, atque ob eam ſolam cauſam, ex prouintijs Romam afferebantur, hique (lege lata) ſi tales ac tanti artificij eſſent, vt fæuiſsimas feras in conſ-

3.9

ſpectu principis, & Romani populi vincere, & ſubigere poſſent. a præſidibus Prouintiarum interficiendi non erant, ſed prius princeps conſulebatur, vt adito eo mortem tales victores euaderent, vt manifeſte colligunt doctores in. l. ad beſtias. ff. de ſtatu homi. Itaque præſidibus prouintiarum olim ea cura iniuncta fuit, vt omnino ludorum publicorum, quæ fieri conſueuerãt feſtiuitatẽ, nõ omitteret, vt in. l. 1. §. quies. ff. de officio. præfect. Vrb. & in dict. l. 4. ibi ſecundum veterum conſuetudinem, idque & hodie leges Regiæ non contradicunt, ſed magis ſuſtinere, ac tollerare videntur, vt in. l. 22. titulo ſexto libro tertio recopilationis.

Prædictam tamen ſententiam limita, niſi tempore, quo hæc ludorum expenſa facienda foret, aliqua maior neceſsitas expendendi de publico immineret, veluti defenſio terminorum, reparatio murorum, vel peſtis præſeruatio, vel curatio, bellum enim diuinum a iuris profeſsoribus nuncupatur, cuius calamitatis totius fere orbis Regna, & Prouintiæ hoc anno 1599. experimentum ſatis lugubre, & funeſtum fecerunt, & præcipue noſtra Pinciana, & Valliſoletana ciuitas, cuius hodiernæ diei mortalitas dira lues, infelix Calamitas tanta eſt, vt vix dici, vixque credi, & excogitari poſsit, cuius ego miſer, & infelix tantopere particeps fui, vt amantiſsimam coniugem meam Dominã Ludouicam a Carauajal in huius amaræ mortis amiſſerim conflictu, ipſamque ad Regna cæleſtia propter ipſius eximiam virtutem pie migraſſe creditur. Qua de cauſa taurorum agi-

tationem, quam ab antiquissimis retro temporibus, ciuitas nostra in octaua diui Ioannis Baptistæ magnis expensis facere solebat, merito prætermisit, & in medendis pauperibus, hospitalibus publicis construendis, & alijs necessarijs subuentionibus expensam illã (multo alio additioni commutauit, sequendo Auendañi sententiam in loco supra citato, quã firmauit Ioannes Garsia in tractatu. de expensis capit. 21. numero 24.

40 Itidem in materia est aduertendũ, ꝙ si ad prædictas festiuitates vel similes, veste sericæ, vel de aceratæ de curionibus, vel officialibus publicis fuerint concessæ de pecunia reipublicæ, etiam in casibus consuetis, & solitis, tales vestes sunt cameræ publicæ, finita festiuitate restituendæ, quod si redditæ non reperiantur, in calculo recipi non debet, quod in illis expensum fuit, censentur namque commodatæ pro festiuitate, non vero, donatæ, & ita tenet Auendan. & Ioannes Garsi. locis supra citatis, hic. d. capit. 10. ille. cap. 21. numero. 26. Contrarium tamen tenet Bobadilla, lib 5. polit. cap. 4. num 29. obtentu consuetudinis, vbi consulit iudicibus syndicatoribus, vt huius parcelæ decisionem, Regio senatui remittant.

41 An autem eleemosina a decurionibus monasterijs mendicantium, & alijs locis pijs concessa sit in calculo recipienda, sæpe dubitatum est, & in proposita quæstione idem quod in præterita dicendum erit, scilicet, quod eleemosina eo casu fieri possit de bonis reipublicæ, quando ab antiquo ita consuetum erat, vt tenet Auenda. dict. capit. 10. numero. 18. dicens, quod si Concilium ciuitatis oppidi, vel villæ ab antiquissimo tempore in eleemosinas expendere consueuit, de bonis Reipublicæ donando monasterijs, & hospitalibus, vel in alterius, Christianæ pietatis splendo rem, vt puta in dando alimenta clericis extra populum, processiones votiuas populi facientes, huiusmodi erogatio de bonis communibus iure fieri possit, ex notatis per Bartol in. l. priuilegia. C. de sacro sanct. eccles. Felinus. in. capit. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. pluraque in materia eleemosinæ de publico facienda cũmulauit Mexia in pragma panis conclusione. 1. a numero quinto cum pluribus sequentibus, ex cuius doctrina hæc sententia satis coadiuuari posset.

Sed cum nunquam deficiat spiritus contradictionis, circa hoc, quod de processionibus dictum est, contrariam sententiam tenet Ioannnes Garsi. in tractatu, de expensis. capit. 21. numero. 36. vbi dicit, quod expensæ factæ in processionibus publicis, non debent publicis expensis fieri, sed potius de Bursa priuatorum, eo quod priuatum cuiuscumque interuenit commodum in his letanijs, vt in. capit. rogationes de consecratione distinctione. 3. Ipse tamen postquam hinc inde plura aduersus supradictam sententiam impugnauit, tandem opinioni Auendañi accedit, dicens, idem prorsus in hoc, quod infestiuitatibus, & ludis dicendum fore, adhærendumque esse consuetudini reputat, & idem tenet Bobadilla, libr. 5. polica. capit. 4. numero. 14. verum quia in prædictis occasionibus decuriones populi regulariter opipare, lauteque æpulare solent, eo quod ipsi processiones istas comitare con-

conſueſcunt, hac in re iudices rationales monitos eſſe velim, vt expenſas deinceps faciendas in ſimilibus proceſſionibus, taxent & limitent, ita vt nequid nimis in illis conſumatur, ex nimia nanque inurgitatione fætet os, l. qui clauium. §. iscui ff. de edilitio edicto. glo. verbo ſumptuoſas in. c. cũ amplius de cenſibus. Rurſus quia populus pro viribus & poſſe aconuiuis & commenſationibus abſtinere debet, c. nulli. 24. diſtin. Auiles in capi prætor. verbo. *comidas*, & ita debet intelligi rex. in. l. 22. tit. 6. lib. 3. reco.

42 Item & ſi quid in eleemoſinam pauperum conſueuit de publico erogari quidquid in hoc vel alijs ſimilibus eleemoſinis expẽſum apparuerit, in calculo recipiendum erit, vrgente nãque neceſſitate de publico ærario debent pauperes ſubueniri. vt in. l. 2. C. de epiſco. & cleri, & in terminis ita tenet Pariſ. de Puteo. de ſindicatu verbo expenſæ, quem refert & ſequitur, Auenda. de exequen. mand. d. c. 10. & ita in alijs eleemoſinis hoſpitalium & monaſteriorum, tenuit Alberi. in. l. ſi pater. §. ſiquis. ff. de donatio. Bar. in. l, priuilegia in fin. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Roma. ſingula. 433. Peregrin. Bonifacij verbo eleemoſina. quæſti. 3. glo. fina. fol. 158. quorum ſententiam (licet cum grano ſalis) ſequitur Grego. Lup. in l. 10. tit. 28. par. 3. vbi tenet quod ad hoc debet impetrari licẽtia regia, & hanc praxim ſe ſequutũ fuiſſe teſtatur Magnus practicus Bobad. in li. 5. poli. c. 4. num. 14.

43 Item in calculo recipiendum erit, quidquid expenſum apparuerit de publico in ornatu viarum & alijs præparamentis in feliciſsimo Regis aduentu, vel in ampliandis ædificijs pro pulchriori aſpectu factis, vt tenet Platea in. l. nullus. C. de curſu publico Auenda, d. c. 10. nume. 17. verſ. decimum quartum, & verſ. decimumquintum Ioannes Garcia de expenſis, c. 21. num. 24. Bobadilla. d. c. 4. num. 6. & 17.

44 Illud tamen in propoſito controuerti ſolet aſsidue, an expenſum per decuriones in enutriendis infantibus expoſitis, ſit in calculo recipiendum, & affirmatiua opinio ex eo ſuaderi poteſt, quia iſti vulgo quæſiti dicuntur filij populi illius, in quo exponuntur, iuxta illud.

Cui pater eſt populus,

Pater eſt ſibi nullus, & omnis.

45 Igitur cum pater naturali ratione & lege, filiũ alere teneatur, iuxta tx. vulgarem in. l. ſiquis a liberis. ff. de liber. agnoſcend. & in. l. 1. C. de alend. libe. & in. l. 6. tit. 19. par. 4. dubium non erit, quin reſpublica quæ patris vice fungitur, citra voluntatem eos alere compelli debeat. Et hanc ſententiam tenuit Cepola. cautel. 2. loquendo in *filijs* earum quæ ad mortem damnatæ ſunt, & eum contra Auendañum ſequitur Bobadilla, loco ſupra citato, n. 58, licet Auend. magis loquutus videatur in pueris, *de la doctrina*, enutriendis, & diſciplinandis.

Alij autẽ ſenſerũt, quod horum expoſitorum enutritio, expenſis eccleſiæ ſit facienda, & hanc ſententiã tenuit Iacobus de ſancto Georgio in l. hæres abſens. §. ſiquis tutelam, nu. 45. ff. de iudic. Abb. in. c. 1. nume. 3. de infantibus expoſitis. eos 3, refert & ſequitur Antonius ſola in tracta. de capiendis debitoribus pro cauſ. ciuili. 3. parte glo. vnica. num. 8. vbi dicit in hoc obtinuiſſe contra eccleſiam pro communitate iuueni, & cum refert & ſequitur Surdus de alimen. quæſt. 81. fol. 74. vbi ponit quibus expenſis ſit alendus infans relictus a mulie re vltimo ſuplicio damnata & alegat

ad hoc Bart.in.l.Imperator,ff.de statu homi.Boer.decis.303.num.6.Quam sententiam verissimam reputat Georgius vbi supra, nisi inciuitate constructũ esset aliquod hospitale pro horũ puerorum siue infantium lactacione. & enutricatione,pro vt in hac inclita vallisoletana ciuitate habemus, sub aduocatione beati Iosephi, in quo commediæ recitantur, ex reditibus namque sedilium & camerarum,amplissima pecuniarum copia colligitur,idque & Salmãticæ constitutum est.

Non nulli vero intertia sunt opinione, dicentes quod si hospitale ad hoc destinatum inciuitate deficiat, Regijs expensis veldomini loci,lactari expositi debeant. quam sententiã tenet Bal.in l.siqua illustris.C.ad officia,motus ea ratione,quia sicut illorumvulgo quæsitorum hereditas,regi iure pertinet,ex l.1.C.debonis vacã. perconsequens regijs etiam expensis lactari debent, quando arbitrio fortunæ fuerunt expositi, argum. text. in l.quo tutela.ff. de regul. iur. & in Authentica sicut hæreditas.C.de legit.tut.secundum enim naturam est, vt quem sequuntur commoda,sequãtur incommoda,ex vulgata iuris regula,& ita tenet Surdus vbi supra ex Antonio Sola loco supra citato. In hac tamen doctorum varietate & cõtrouersia, Antonius Thesaurus decis.118.æqualiter Regi, episcopo,& Rei publicæ,horum infantium nutrimentum pertinere firmauit, motus ex eo,quia cum hoc pietatis intuitu fieri debeat,episcopus ipse loci, a se ipso,rege,& republica eleemosinam extorquere tenebuntur,cum ipse piarum causarum sit executor,quamsententiam probat, ex tx.in nouela Iustiniani.153.de infantibus expositis vers.quin sancimus, quatenus dicit, huiusmodi infantibus expositis, ab Archiepiscopo subueniendum fore, & a tota illi supposita ecclesia, dicit inquam, Iustinianum per illa verba, tam laicorum quam clericorum potestates,ad id astringere voluisse. Licet aliter in Pedemontano Senatu iudicatum fuisse testatur,eo quod hospitale talium puerorumdeficiente,rector ecclesiæ in qua expositus fuit infans,condemnatus extitit,vt expositum suis sumptibus aleret,hoctamen addito,vt si ipsius facultates ad id nõ sufficerent,Episcopus, ciuitas,ac dominus loci,pro eius alimentis contribuerent,ipse tamen vbi supra totum hoc arbitrio iudicum terminandum fore putauit, quod ego verisimum existimo,& ideo quotidie videmus, quod in nostra Hispaniarum republica,solent iudices arbitrari, quod isti expositi enutriantur &alimententur expensis fraternitatũ,quæhuic ministerio fuerunt institutæ,& his deficiẽtibus eleemosina petatur(proillis alẽdis)a populo, vel ex condemnationibus huic ministerio aplicatis,quibus etiam solent concilia locorum subuenire,de Bursa communi populi,& hoc casu,proculdubio debet decurionibus in calculo recipi,quidquid hac in re expenderint,cum(vt supra retulimus) respublica loco patris(talibus expositis(habeatur,& ita in terminis tenet Bobadilla in loco supra citato.

Verum, cum onus quod a multis portatur,minus omnes grauet, forte esset omnium melius, ac securius arbitrium, scilicet,vt episcopi concederẽt alicui licentiã(ad id) eleemosinas toto anno exigendũ, cum minus sit ciuibus graue & ponderosum minutatim has eleemosinas præstare, quam vno ictu tribuere, & ita olim Romæ factum fuisse legimus apud Festum,lib.1. Alexander ab Alexandro,lib. 2. dierum genialium, capit. 12.vbi etiam refert in foro Olitorio colum-

columnam latearíam poſitam fuiſſe ſic dicta, quia ibi infantes lacte alẽdi deferẽbantur, Imperator quoque Trajanus vt refert Sabelicus in eius vita, pium ac laudabile opus conſtituit, his enim expoſitis (charitate ac miſeri cordia motus) domum ampliſſimam in monte Celio fabricabit, quã multis deinde poſſeſſionibus dotauit, ibique, vt expoſiti, & eorum nutrices alerentur per quadriẽnium conſtituit, opus quidẽ tanto Imperatore dignũ. Sed quid dicam de huius Imperatoris virtutibus, multa quidem referri poſſent, ſufficiat tamen dicere, & ex ſancti Ioannis Damaſceni legenda colligere, quod cum dictus Trajanus
47 Imperator, eo quod ex gẽtilibus eſſet in inferno ſepultus fuiſſet hocque D. Gregorio magno non innoteſceret dolens, quod homo tanta pietate & iuſtitia decoratus, æterni Dei regnũ perdidiſſet, eidem Deo ſupliciter exorauit, vt ipſum ab infernorũ faucibus liberaret, regnique cæleſtis participem efficeret, idque particulari priuilegio fuit conſequutus, vt refert Lucas de Pena, in l. 2. col. 3. C. de exactor. tributor. Silueſter contra Luterum carta. 26. Silua nuptialis lib. 1. num. 160. Faber. in proœmio inſtitutionum in princip. Guillermus Benedictus in cap. Reinuntius verbo qui cum alia matrimonium contrahit numer. 129. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi. p. 5. conſideratione. 5. verſ. ex hac iuſtitiã Bobadilla libr. 2. politi. c. 2. num. 84.

48 Præterea, & in calculo recipiendum erit, quod expenſum fuerit de publico in lite cum eo qui ſe nobilẽ (in contradicto iudicio) declarari prætendit, cum ſimilis cauſa totius reipublicæ mẽbra atingat, vt tenuit Ancharran. conſ. 260. num. 2. Auenda. de exequend. manda. 2. p. cap. 10. numer. 19. Ioanes Garcia (qui plures alios pro hac ſententia refert) in tractatu de nobilita. gloſſ. 1. §. 1. numer. 41. verſ. Decius, &. §. 22. numero. 1. Bobadilla vbi ſupra, numero. 46. & quod ſimilis deferſio ad vtriuſque ſtatus membra pertineat, patet, quia plebei grauarentur onere contribuendi pro parte tangente nobilitatem affectanti, & rurſus nobiles aliũ haberent ſocium qui forte eos in adminiſtratione officiorum publicorum impediret, cum non tam aſſidue ad ea nominari poſſent. Caueat tamen decuriones ſindici & officiales publici locorum, ne notorie nobiles taliare faciant, neve eos qui executoriam ſuorum maiorum produxerunt (filiatione probata) temere ad iuditium prouocent, nam quod hac in re expenſum fuerit, (eo nobili declarato) in calculo recipiendum non erit, tenentur namque omnes adminiſtratores bonam fidem agnoſcere, vt in l. quoties. §. ſicut. ff. de adminiſtr. tuto. Temere autẽ litigarent decuriones ſi probationibus in promptu exiſtentibus, quibus aliquem nobili genere natum conſtitiſſet, & nihil aduerſus eas machinari poſſet. illum appellationibus & ſuplicationibus vexarẽt: debet enim expendi pecunia communis. in lite probabili vt voluit Barrol. in l. 1. § ſi pupillis. ff. de tutel. & ratio. diſtra. 3. lectura, & contra eos qui aduerſus notorie nobiles pecunias publicas expendunt inuehit Otalora de nobilitate. 3. parte principali. capite. 1. numero. 5.

Item, & ſiquid expenſum eſſet
49 per decuriones, in acquiſitione honoris certi & liquidi ſuæ reipublicæ, vel in eius defenſione, in calculo recipiendum foret, honor namque reipublicæ dicitur eius proprium patrimonium, vt in l. item ſi verberatum. §. 1. & ibi. Angel. ff. de rei vend.

& in. l. obseruare. § antequam ff. de offi. pro consul Quoſit, vt ſi pecunia publica expẽſa ſit in hoc vt vicus
50 villa vel villa ciuitas fiat, in calculo ſit recipienda, ſatis nãque omnibus vicinis interest, ne extra villam pro conſequenda iuſtitia diuaguentur, non enim ſiue magno incommodo quis a domo ſua auocatur, vt in. l. ſiquis ex aſsignatoribus. ff. quemadmod. teſta. aperian. & in terminis ita tenet Auenda. d. c. 10. num. 20. verſ. tamen iſtud. Bobadilla vbi ſupra. nume. 53. &. 55.

51 Hinc etiam infertur, quod ſiquid expenſum ſit de publico ærario, ad hoc vt vicus a contributionibus liberetur, procuiubio ſit in calculo recipiẽdum, quia libertatis cauſa eſt onerosa, ex Bald. in. l. qui ſeparatis. C. vn de libe. quem refert Auenda. vbi ſup. ex quibus paret, quod ſi quid de bonis communibus detur capitaneo ea pacto ne milites in villa hoſpitare faciat, ſi quod ita donatur, non excedat rationis moderamen, ſit in calculo recipiẽdum, veluti ſi daretur militibus & capitaneo aliquid oſculentum, vel proculentum, quod nos vulgo, *refreſco*, dicimus, & ita tenet Bobadi. loco ſupra citato. nume. 40. vt i ipſe ponit exemplum dicens, *algun preſente de coſa de ſeys aues, dos carneros, pan, o vino, o coſa deſtas que montare poco, o dinero equiualente, reſpecto de la vezindad del pueblo*, licet totum hoc arbitrio iudicis ſit relinquendum.

Quod autem de publico expenditur pro vani nominis acquiſitione veluti, vt eorum ciuitas prius incurijs loquatur, vel vt ipſius procurator honorabiliori & præſtantiori loco ſedeat, hoc in calculo non eſſet recipiendum, hæc enim prærheminentiæ non pẽti, ſed a Regibus concedi ſolent propter benemerita populorum ſeruicia, argum. l. 2. ff. de origine iuris. ibi hæc non peti, ſed præſtari ſolere.

Vt autem hac in re errare nõ poſſit conſtituo regulam generalem, & infallibiem, quod in rationibus publici patrimonij, illud in calculo recipi debet, quod expenſum apparuerit in vtilitatem vtriuſque ſtatus, nobilium ſcilicet plebeiorum, & ſic totius populi in vniuerſum, vt in. l. 7. titul. 7. partit. 5. & in. l. 20. titul. 6. lib. 3. recopilationis, quod ſi huiuſmodi neceſsitate exiſtente, pecunia publica deficiat, poterit vniuerſis ciuibus (tam clericis quam laicis) imponi collecta vſque ad quantitatem tremiſſe moro petinorum, abſque regia licentia, & cum ea vſque ad metam in facultate regia aſsignatam, ex doctrina Lucæ de Pena, in. l. 2. C. quibus muneribus. columna. 4. lib. 10. Auend. d. capit. 10. numero. 20. Bobadilla. dict. capit. 4. numero. 40. & 63. & ibi, in. d. capi. 4. recolligit quam plures caſus in. quibus expenſa facta de Burſa communi reipublicæ eſt in calculo recipienda, quos conſulto referre deſero, tu illum omnino videas.

52 Pone tamen quod decuriones, tutor, vel quiuis alius alieni patrimonij adminiſtrator cum libera, a lege, vel ab homine, aliquid de patrimonio ſui principalis expendit, in re quæ poſtea domino nullum commodum attulit, dubitatur modo, an quod ita expenſum fuit in calculo recipi debeat. In qua difficultate reſolutiue tenendum erit, quod ſi talis expenſa ab initio, ſpe boni, & probabilis finis fuit facta, licet poſtea malum ac ſiniſtrum exitum habuerit, erit in calculo recipienda, ex text. in. l. Quid ergo. § contrarium verſ. ſufficit. ff. de contraria & vtili actio. tutel. ibi. *Sufficit tutori bene & diligenter negotia geſſiſſe, & ſi euentum aduerſum habuerit, quod geſtum*

tum eſt, text. etiam in. l. qui mutuam ff. mandati. ibi. *Sumptus bona fide, neceſſario factos, etiam ſi negotium bonum finem non habuerit, procuratorem repetere poſſe*, & loquēdo in creditore miſſo in poſſeſsionem bonorum ſui debitoris ex cauſa iudicati, eandem ſententiam probat text. in. l. Prætor ait §. quod de fructibus verſ. quod ait. ff. de bonis authori iudi. poſsidibi. *Sufficit igitor ſine dolo malo erogaſſe, etiā ſi nihil profuit eius rei erogatio debitori.* Secus tamen eſſet ſiqui alterius ne
53 gotia geſsit, talem expenſam feciſſet quia ei in calculo non erit recipienda, ita gloſſ. in. l. ex parte verbo. obtinuit. ff. mandati, & rationem differentiæ conſtituit Bald. in. d. §. fi. dicens, q̄ in negotiore geſtore ideo hoc conſtitutum eſt, quia ex euentu rei geſtæ iudicatur, vtiliter an inutiliter negotium gerere cæperit, vnde ſi bonum exitum non habuit, quod geſsit, expēſas non repetit, quia inutiliter & abſque fundamento, expendere cæpiſſe præſumitur, ſecus tamen eſſet in tuto
56 te, vel bonorum curatore expendente, quia cum iſti adminiſtrarores, ratione officij adminiſtrare teneantur ſufficit, quod ab initio rem vtilter gerere ſibi ipſis viſum fuerit. Et hanc rationem differentiæ refert & ſequitur Vincentius Carotius in tracta. de locato. c. de mercede negotiatoris. q. 5. n. 15. fol. 16. Greg. Lupus, in. l. 25. tit. 5. par. 3. verb. *queſean.*

54 Quid tamē dicēdū erit ſi pater tutor filij, vel peculij Caſtrēſis, vel quaſi Caſtrēſi adminiſtrator, aliquid expēdit procōſequēdo aliquā præbēdā, aliam ve dignitatem eidem filio, an quod ita expenſum ſuit a patre reputari debeat in ratione fructuum bonorum filij, an vero de ſuis proprijs bonis ex paterno affectu expendiſſe præſumatur, & dicendum videtur, q̄ in calculo non ſit recipienda talis expenſa cum de iure ſit veriſsimum, q̄ expenſum a patre invtilitatē filij, animo donandi expenſum videatur, vbi ex bonis & ſubſtantia filij ſe expendere voluiſſe non proteſtaueri, vt in l. ſi paterno affect. C. de negot. geſtis, quæ in fortioribus terminis loquitur ſcilicet, quando vitricus in rem ſui priuigni expendit, & in. l. Nenſenius ff. eo. & in. l. fi. tit. 12. p. 5.

Verum prædictis non obſtantibus contraria ſententia tenenda erit, ſcilicet, quod expenſum a patre filij tutore, vel bonorū caſtrenſiū, vel quaſi Caſtrenſium admiuiſtratore, debet
55 illi in calculo recipi, etiam ſi dum expendit non proteſtetur de bonis filij ſe expendere voluiſſe. Et hanc ſentētiam tenuit Paul. Caſtren. conſ. 412. vbi tenet, quod poſtquam filius habet fructus præbendæ ex quibus comedere poſsit: & alia pinguiora beneficia adquirere, non præſumitur, quod pater de ſuis proprijs bonis in eo expenderit, ſed magis de fructibus beneficij, cum hoc caſu affectus, & affectio paterni nominis ceſſet. Rurſus, quia quando pater, vel mater bonorum filij adminiſtratores, tutoresve exiſtunt, tunc non paterno affectu, ſed magis adminiſtratorio nomine in rebus filij expendere præſumitur, & ceſſat omnino affectionis & charitatis præſumptio, vt notat Bartol. in d. l. Nanſenius Alberi. Aretinus & alij in. l. allmenta. C. de nego. geſt. Nouellus in tracta. de dote. 6. p. priuilegio. 6. Palac. Rub, in repet. Rubr. §. 66. nu. 14. Corneus conſ. 285. num. 1. in fin. vol. 1. Baeça de decima. tuto. c. 4. n. 5. Anton. Gomez, in. l. 51. Tauri. nu. 23. Et pro hac ſententia eſt text. apertus in. l. 36. tit. 12. p. 5. & hæc eſt veritas infallibilis, maxime ſi pater, vel mater ſcripſit in libro rationum, qualiter expendebat de bonis filij, vt voluit Anton. Gomez in. l. 29. Tauri. nu. 16.

vel ex alijs cõiecturis apparuisset, quod de bonis filij expendere intendebat: quia quod coniecturis patet. habetur, ac si legitime probatũ esset vt tenuit Aymon, cons. 156. num. 15.

57 Quid autem dicendum erit, si maritus aliquid expendit in recuperãdo debita vxoris, an quod in eis recuperandis expendit reputare possit in ratione bonorum dotalium soluto matrimonio, & dicendum videtur, quod hæc expensa non sit illi in calculo recipiẽda, siquidem ipse interesse illius pecuniæ habuit pro substinendis oneribus matrimonij, ex glos. in. l. 1. §. 1. ff. de impẽsis in rebus dotalibus fact. quam sequitur Specula. in titulo de donatio. inter virum. §. fin. vers. illud etiam, quod in tantum verũ est, quod tiam si maritus docuerit in rationi eus bonorum dotalium, se expendisse in refectione & conseruatione alicuius rei dotalis, vel parafernalis, ad huc illi in calculo recipiendum non erit, ex text. in. l. fi. ff. eod. ibi, *ideoque non solum ad percipiendos fructus, sed etiam ad conseruandum ipsam rem, speciemque eius necessariæ sunt, eas vir de suo facit, nec vllam habet eo nomine deductionem*, & ratio est, quia expense cum fructibus computãtur qui percipiũtur iure dominij, prout percipit maritus ex tx. in. l. doce ancillam. C. de rei vendi. text. in. l. emptor. iuncta glos. verb. superfluum. §. de rei vendi. Et hãc sententiam menti tenendam reputant Bald. & Angel. in. l. domos. ff. deleg. 1. Bald. itidem, & Imola quos refert & sequitur Ias. in. l. insulam. §. fructus. ff. soluto matri. Afflict. decis. 87. & ibi vrsilis additio. num. 7. Greg. Lupus in l. 41. tit. 18. par. 3. glo. verb. *que despues* Couarr. lib. 1. variar. c. 8. num. 4. Anto. Gomez. in l. 46. Tauri, num. 3.

Contrariamtamen sententiam, tenuit idem Bald. in additionibus ad Specula. in tit. de expensis, & in. l. nominibus. C, de actio. & obliga. tamen hac in re distinctione vtendum erit qua vtitur Bart. in. l. 1. §. 1. numer. 6. ff. de impen. in reb. dotal. fact. vbi dicit, quod si nomen debitoris, quod exactum & recuperatũ fuit a marito, fuit illi datũ æstimatum expensa in tali recuperatione a marito facta cũ fructibus a se perceptis ex tali pecunia cõpẽsentur. Secus tamẽ si simpliciter & nulla facta æstimatione illi datum fuit, quia hoc casu, vtique de dote ipsa deducendam expensam reputat, & eius sententiam refert & sequitur Salicet in. d. l. nominibus, ex tx. in. l. si id quod. §. 1. ff. de donatio. inter vir. & eam sequitur Greg. Lup in. l. 15. tit. 11 p. 4. glos. verb. *El marido negligente*, in fine, vbi dicit quod quando expensa non est modica, placet sibi distinctio 58 Bartoli, modica autem expensa quæ sit, ponit glos. in. l. hactenus. ff. de vsufruct. vbi dicit, quod modica expensa dicetur, quæ duos aurt os nõ excedit, ego tamen in hoc sequor sententiam Ludouici a Molina, lib. 1. de primog. c. 27. nu. 6. quatenus iudicis arbitrio, (magna an parua fuerit expensa) relinquit, & eandem sentẽtiam tenuit Menoch. de arbitra. lib. 2. casu. 145. nu. 4. Ioannes Gars. de expensis. c. 11. nu. 16 Barbosa nouissime in. l. diuortio. §. fi. nu. 36. ff. solu. matri. vbi prosumẽdo tali arbitrio inter magnam & paruam expensam, ita distinguendũ reputat, scilicet, quod si iudex pronũciauerit magnam esse expensam, ab aliquo factam, ac proinde illi esse soluendam, vel in rationibus excomputandam, adhuc tamen incomputatione illius magnæ expensæ, deduci debeat valor illius modicæ impensæ, ad quam expendens ex iuris dispositione tenebatur, quam sententiam deducit ex tex. in. l. penu. ff. de impensis in reb. dota fact. & in. l. cum ad quem. C.

de

de vſufruct. Pro cuius ſententia facit ſingularis doctrina Iaſonis in l. 2. nu. 32. C. de iure emphyte. & in. d. l. diuortio. § fin. quibus in locis dixit, quod licet emphyteota ex natura cõtractus admodicam expenſam teneatur, ex Cumano conſ. 75. num. fi. ac proinde finita emphyteoſi expenſum in meliorando rem emphyteoticam, ei ſit ſoluẽdum, vt in. c. 1. §. ſi vaſſallus: hic finitur lex Conra. in vſib. fæudo. tamen ſemper ex illa ſumma magna in re expenſa, deduci debeat illa parua ſumma quam ex natura cõtractus, exphytheota facere tenebatur. & hanc ſententiam tenuit etiam Zaſius in. d. §. fi. idq, (lege lata) in Luſitano Regno ſeruatum fuiſſe teſtatur Barboſa loco ſupra citato, num. 32. ex diſpoſitione rex. in. c. 1. tit. 77. lib. 4. & nouiſſime Ioan Gutierrez de tutel. lib. 2. c. 1. num. 135, & in hunc modum intelligendam reputat ſententiam Boerij deciſ. 44. num. 25. quatenus loquitur de expenſa magna. vel parua. Cũ fructibus perceptis computanda, fiet igitur in hunc modum (hoc caſu) computatio, vt ſi de natura rei expendens tenebatur ad expenſam paruam de viginti & ipſe expendit centum Octoginta, tantum recipiat pro expenſis quod tu tenemenți, quia quotidie cõtingit in facto.

Vlterius videamus. dequadam frequẽti & vſitata fratrum controuerſia,
59 pone, quod plures fratres mortuo patre diu bona hæreditaria pro indiuiſo habuerunt, quorum alter plus alijs de acerno bonorum expendebat, dubium nũc erit, an quod iſte frater plus alijs expẽdebat, ḋbeat illi in partẽ ſuã in rationibus imputari, an vero eo nõ obſtante integrã ſuã legitimam habere debeat, & quidẽ hæc quæſtio licet videatur eſſe ſine controuerſia, ſatis tamen dubij continet. In qua difficultate Iaſſon in l. vltima. num 4. in fine C. de collatio. tenet q; ſi ſocietas ſit omnium bonorum, ita vt nullus partem ſuam, ſiue peculium ſeparatum habeat, nulla ſit habenda ratio illius q; magis vel minus expendit, vel in ſocietate laborauit, & eandem ſentẽtiam tenet idem Iaſſo. conſ. 5. col 2. li. 1. & cõſ. 2. col. 7. verſ. octauo cõſiderandum, li. 3. Purpuratus in l. ſi paſcẽda pecora. num. 38. C. de pactis. Aimõ conſ. 159. num. 10. ea moti ratione. quia cũ omnia illa bona paterna pro indiuiſo exiſtentia, ſint communia interim, quod non diuiduntur, tempore diuiſionis æqualiter ſunt diuidẽda, nec eſt attẽdendũ quis ex fratribus plus altero in eius adminiſtratione laborauerit, plus ve vel minus expenderit. argu. tx in. l. ſi ſocius profilia ff. pro ſocio, qua cauetur, inter ſocios nõ eſſe habendam rationem dotis quã alter eius filiæ de communi aceruo ſocietatis conſtituit, & hanc ſententiam magis receptam dixit Iaſon in authent. quod locum nume. 6. C. de collatio. vbi Decius, n. 6. Pariſius plures pro hac ſententia referens cont. vltimo. numer. 21. & 22. Soc. conſ. 4. num. 35. vol. 4. Menoch. lib. 2. de arbitra. caſu. 127. num. 2. Greg. Lupus, in l. 6, tit. 10. part. 5. verbo. *communales*, vbi dicit, quod in ſocietate omnium bonorũ non attenditur an vnus plus altero ſocio laborauerit, vel expenderit, ſed quod omnia æqualiter tempore diſſolutæ ſocietatis diuiduntur.

Contrariã tamen ſententiam tenuit Specul. in tit. de iudicijs. §. ſequitur verſ. quid ſi vnus, vbi tenet, quod quidquid alter ex fratribus de aceruo bonorum pro indiuiſo exiſtentiũ expenderit plus alijs, debet in ſuam partem computari tempore quo diuiſio bonorum fiat, & hanc ſententiam tenuit etiam Bald. in. l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudi. Socin.

qui hanc magis communem sententiam dicit, cons 46 col. penul. vers. circa alia, & cons. 291. & cons. 4. vol. 4. vbi difuse hanc quæstionem controuertit, & eius sententiam amplectitur Gregorius Lupus sibi contrarius in loco supra citato, Rolandus cons. 91. num. 45. & 47. lib. 1. multis etiam argumentis & rationibus pro hac sententia adductis, late etiam hanc partem prosequitur Ruinus, cons. 104. lib. 1. sequendo glossam in d. l. si socius profilia, qua cauetur, societatem non teneri dotare filiam alterius ex socijs nisi de hoc peculiaris conuentio inter fratres siue socios præcederet. Et hanc sententiam dicit magis communem Phili. Portius, lib. 3. concluf. c. 6. vers. tenendo primam, vbi dicit hanc sententiam verisimam esse, nisi fratre sciente, & non contradicente, alter frater de bonis societatis dotem filiæ suæ constituisset, quod etiam voluit Petrus Surd. de alimen quæst. 13 num. 12. & 13. fol. 215.

Corneus tamẽ (procõcordia prædictarũ opinionẽ) cõs. 485. vol. 1. n. 4. tenet, ꝙ licet verũsit ꝙ pater qui bona omnia sua in comunione habet possit de aceruo deducere bona sufficiẽtia pro filia dotanda, tamen dissoluta societate, debet in partem suam imputare, quod ita filiæ in dotem dedit, & idem quo ad alias expensas (de cõmuni aceruo factas) existimat. idque voluit Menoch. loco supra citato, ex quibus patet male sensisse Barbatiam cons 75. libr. 2. quatenus sin distincte firmauit, quod fructus consumpti ab altero ex fratribus, siue socijs, etiam si sint magni valoris, non debent illi in suam partem imputari, etiam si lõge plus alijs expẽderit. Neque etiam veram reputo differentiam a Decio constitutam loco supra citato, quatenus facit differẽtiam. An hoc ꝙ vltra alios vnus ex fratribus expendit, fuerit in alimentis suæ familiæ, aut in aliam causam, quod etiam tenuit Bald. in l. filiæ cuius. 3. notab. C. fami. hærcis. nulla enim in hoc differentia constitui potest, an quod excessiue expensum fuit de aceruo bonorum, fuerit in hac, vel illa causa, vt elegan ter defendit *Ruynus*, cons. 101. num. 1. lib. 4. Menoch. d. casu. 127. num. 8. Bene tamen in hoc constitui potest differentia, an paulo plus vnus altero expenderit, quia hoc non deberet illi in partem suam imputari, eo quod ob
60 rei modicitatem inter socios donatio præsumitur, maxime, si expensum fuisset in ratione victus, quia hæc leuia communiter inter socios parui penduntur, quã sententiam his fundamentis tenet Petrus de Vuald. in tracta. de duobus fratri. 3. p. num. 11. vbi ita intelligendum reputat Bald. in. d. l. vltima. C. de colla Parisius. d, cons. vltimo. num. 23. lib. 2, Quid autem in proposito dicatur modicum, vel nimium iudicis arbitrio relinquitur, vt in quæst. præcedenti, & in proposito ita tenet Bald cons. 260. colu. 2. lib. 2. arbitranda tamen erit parua vel magna expensa, attenta qualitate & quantitate sociorum, & bonorum societatis, vel fratruum, vt voluit Riminald. in. d. l. vltima *Menoch.* loco supra citato. num. 11.

Quod autem dicimus, quod modica & læuia censentur a fratre, vel socio donata fratri vel socio intelligit verum Petrus de Vualdis vbi supra, vbi socius qui aliquid vltra licitum,
61 expendit, non esset socius alicuius minoris, quia minor (ne vtique) etiã quid minimum, donasse præsumitur, cum modicum etiam donare non possit, vt in. l. in causæ. §. item relatum ff. de minor. l. vlti. §. vlti. C. si maior factus ratum habuerit. Quæ sententia confirmatur ex doctrina Bart. in l. Titiũ, & Mæuiũ. §. alter. ff. de administr.

tuto.

tuto. quatenus ibi teneat, quod inter duos fratres qui in cómuni domo vixerunt, nõ poteſt dici contracta ſocietas. Et hanc rationem adducit Ruinus, conſ. 29. num. 5. lib. 5. Relatus a Menoch. vbi ſupra. licet eius ratio parum mihi vrgeat,

Secundo poſſet prædicta ſententia limitari, vbi ſotius qui non expendit 62
erat mulier, quia non præſumitur donare velle alteri ſocio, quidquid plus ſe de bonis ſocietatis expédit, quia genus mulierú auariſſimum eſt. glo. in l. quæ dotis ff. ſoluto matri. Neuizanus in ſua ſilua nuptiali lib. 2. num. 65. vbi dicit quod mulieres propter earum puſillanimitatem, ſemper trepidant, ne forte terra illis deficiat, & ex hoc infert Palatios Rubeus in rubr. de donacio. §. 3. num. 1. quod quando vxor donat viro ſuo facit contra naturam ſexus, & in proprio dixit Soc. conſ. 20. col. fi. quod ſi mulier vtitur magna liberalitate, præſumitur decepta, eo 63
quod facit contra propriam naturam ſexus.

Vlterius pone, quod tutor fuit acuſatus vt ſuſpectus de mala adminiſtratione, & tandem bonam ſententiam in ſuum fauorem reportauit, dubitatur modo, an quod in tali lite expendit ſit illi in calculo recipiendum, & hanc quæſtionem dixit mirabile Nicolaus de Napolis in l. 1. §. ſi pupillis ff. de tutel. & ratio, diſtra, vbi tenet omnes has expenſas a tutore in defenſione talis litis factas illi eſſe in calculo recipiendas, vel etiam tutorem actione contraria tutellæ aduerſus minorem agere poſſe, cuius ſententiam ſequitur Barba. in additionibus ad Bar. in l. a tutoribus. §. principalibus, verbo principalibus, circa fi. ff de adminiſt. tuto. eoſque ſequitur Bertachi. in tracta. de epiſcopo. 3. p. quæſt. 39. n. 76 Vincẽtius Carotius nouiſſime, in tracta. de locato. titulo de adminiſtra. tuto, quæſt. 3. num. 15. & 16.

Vltimo, & finaliter dubitatur, an 64
expenſas factas per tutorem vel curatorem, in adeundo locum qui eſt caput iuriſdictionis, pro diſcernenda ſibi tutella vel cura, ipſe reputet in rationibus. In qua dificultate Bar. in l. Neuſenius num. 7. ff. de negot. geſt. in ea eſt ſententia, vt illas minor in calculo recipere non debeat, & eum ſequuntur ibi Bal. Alberi. & eos refert & ſequitur Baeza de decima tut. præſt. c. 21. nu 27. ea motus ratione, quia cũ tutor nominatus a iudice, vel curator ab adulto electus, præciſe tenetur tutellam vel curam aceptare, nulla iuſta excuſationis cauſa exiſtente, vt in l. 1. ff de excuſa. tuto. talis accedens ad locum vbi tutella vel cura eſt diſcernenda, proprijs expẽſis tutoris fieri debet, quam ſententiam tenet idem Bar. in l. cum ſeruus. nu. 4. ff. de verbo oblig. Ripa in l. 1. n. 90. ff. ſoluto matri mo. Campecius de dote. 1. part. priuilegio. 16. & ratio illa eſſe poteſt, quia 65
qui aliquid inuitus facere tenetur, proprijs expenſis facere debet: ita ait Boerius deciſ. 303. num. 9. quæ ſententia in hoc noſtro Hiſpanorũ regno maxime locum habebit, eo quod tutori vel curatori pro labore adminiſtrationis, decima fructuũ fuit aſſignata, vt infra. c. 28. dicemus, poteſt enim illi reſponderi, tua res agebatur, cũ ad acceptandum tutellam accedebas. Ex quibus corollariè infertur, quod tutor vel alius ſimilis, qui ex neceſsitate officij, rationẽ reddere aſtrictus eſt, non debeat habere ſalarium vel decimam fructuum, donec rationes adminiſtrationis diſpungunt, ſecus vero erit in eo qui adminiſtrauit expacto tacito vel expreſſo, non adhibita clauſula, quod reddet rationem, vt in creditore qui bona quæ ex cauſa iudicati capta habebat, pluries in hac cãcellaria fuit iudicatũ, & in propria

cauſa

causa me hoc petente, ita fuit pronunciatum, in lite cũ domina Maria de Carrãçac & visa areuisa causa fuit cõfirmatum.

Mihi tamen prædicta sententia scrupulo non vacat, quipe cum certũ sit de iure, quod nullus proprijs expẽ-
66 sis militare teneatur) vt pluries hoc in tractatu retulimus) ex sententia Bald. cons. 256. li. 3. vbi tenet, quod & si tutori de iure communi nullum salarium præstari debeat, tamen si pro administrandis negotijs pupilli peregre profectus sit, expensæ itineris (dubio procul sunt illi in calculo recipiẽdæ, idque tenuit Baeza de decima tuto. c. 1 num. 5. & 8. quatenus dicit, quod si tutor peregre proficiscatur, procurandis negotijs pupilli, & vltra animi sui intẽtionem, pecuniam aliquã expendat, refundi sibi debet a minore in rationibus, & eum sequitur Mexia. in pragma. panis conclusione 1, num. 71. Damauderius de tutore. c. 1. de tutorum mercede num. 10 & 11. fol. 86. Gutierrez. de tutel. c. 2. nu. per totum lib. 3. si ergo illi soluendũ. est, quod domi. egressus expẽdit, etiam si decimam fructuum habeat, quanto magis soluendum erit, vbi ex tali ciuitatis digressione, ad alia negotia) vel vt ad lites pupilli) foras egreditur, & pro hac sententia facit, quia alias tutor reperiretur in damno eundo ad acceptandum tutellam, quod est contra tex. in. l. munerum in principio. ff. de mune. & honori, ibi. *Quæ animi prouisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento, por tractantur, veluti tutela & cura,*

SVMMARIVM.

1 *Rationes de pecunijs sumptibus iustitiæ applicatis, solo iudici, absque interuentione decurionum præstari debent.*

2 *Iudex rationalis, si non inueneritquod iudex qui rationem reddit, de pecunijs sũptibus iustitiæ destinatis, aliquid in suos vsus conuersit, non se nimis molestum & scrupulosum exhibeat.*

3 *Peccare in nullo, magis diuinitatis quam humanitatis est.*

4 *Pecuniæ sumptibus iustitiæ destinatæ distributio, prudentis iudicis arbitrio relinquitur.*

5 *Iudex non debet condemnari pro mala administratione & distributione pecuniæ, quam lex eius arbitrio commissit.*

6 *Iudex si habuit animum vtiliter expendendi pecunias sumptibus iustitiæ destinatas, & tamẽ postea inutiliter expensæ reperiantur, non ex eo de mala administratione obnoxius est.*

7 *Credulitatis, & quælibet alia iusta causa, excusat a pæna ordinaria.*

8 *Sumptus a procuratore, vel administratore facti in calculo recipi debent.*

9 *Pecuniæ sumptibus iustitiæ destinatæ, iure expendi possunt pro exquirendis & persequendis malefactoribus.*

57

10 *Custodes per iudicem electi, ad custodiendum malefactorem qui se in ecclesia tuetur de pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis*

natis gratificari debent,

11 Cuſtodes in carcere appoſiti, pro relaxando malefactore a compedibus & catenis, cuius expenſis apponi debeant.

12 Iudex qualiter ſibi præcaueri debeat, quando iubet, vt cuſtodes apponantur alicui carcerato.

13 Cuſtodibus alicui appoſitis in carcere, vel eccleſia, prius de bonis delinquentis ſatisfieri debet, deinde de pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis.

14 Vbi non apparent bona delinquentis, nec de his qui ſumptibus iuſtitiæ ſunt deſtinati, recurritur ad pœnas camerales, quod ſi neque camerales exiſtant, ad bona reipublicæ recurritur, pro expendendo in rebus ad miniſtrationem iuſtitiæ concernentibus, habito prius acordio cum decurionibus ciuitatis.

15 Remiſsio malefactoris quibus expenſis fieri debeat.

16 Iudex qui ex officio contra delinquentem procedit, ſi delinquentem remitti ab allio petat, de ſumptibus iuſtitiæ ſui tribunalis remiſsio debet fieri, non vero iudicis reum capientis & remittentis.

17 Remiſsio delinquentis, quo caſu expenſis iudicis fiat.

18 Remiſsio facienda de clerico vel monacho delinquenti, cuius expenſis fieri debeat.

19 Iuriſdictionis competentia, de pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis defendi poteſt.

20 Iudex qui procedit contra delinquentē in eccleſia fortificatum, ſi illum extrahere vellit, qualiter circa expenſas ſibi præcaueri debeat

21 Alguaciles vagantium de pecunijs pro ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, ſalarium ſoluitur.

22 Salaria Tabelionum ſindicatus, an ſint ſoluenda de pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis.

23 Intellectus ad text. in l. 43, tit. 4. lib. 2. recopila.

24 Res vna & eadem non, debet diuerſo iure cenſeri.

25 Reſidentia ſecreta, cuius expenſis ſit ad Regium conſilium mittēda.

26 Voluntas regia habetur pro cauſa.

27 Salarium nuntij, qui mittitur ad conſilium regium cum aliqua conſultatione, regio mandato facta, cuius expenſis mittatur.

28 Condemnati ad trirremes, cuius expenſis ad curiarum carceres remtantur.

29 Prætor ſi remoueat eius locum tenentem, & ſuper remotione fiat actus proceſſus ad curiam regiā mittatur, cuius expenſis mitti debeat.

30 Proceſſus facti contra correctores & eorum locum tenentes, durante officio, cuius expēſis mitti debeant

debeant ad regium consilium.

31 *Expensa in sedilibus, steris, senestris celosijs & similibus rebus domus Concilij, in qua iudex habitat, an de proprijs ciuitatis, an ve de pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis fieri debeat.*

32 *Alexander magnus, qualiter mitere consueuit iudices in prouincias instructos.*

33 *Promissum periudicem reuelanti aliquod secretum, vel coniurationem, vel quid simile, in perniciem Regis, vel ciuitatis patratum, an de pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis solui possit.*

34 *Iudex modicam pecuniam fiscalem donare an possit, & quando.*

35 *Præmium non est præstandum alguacelo, reuelanti vel capienti facinorosum, quando voce preconia illum capienti, præmiũ fuit promissum.*

36 *Faces cereæ quæ consumuntur per iudicem in noctibus in quibus incẽdia contingunt, an de sumptibus iustitiæ soluantur.*

37 *Salarium hostiari prætoris, an de sumptibus iustitiæ soluatur.*

CAPVT. XXVI.

De Expensis (vulgo gastos de justitia) in calculo recipiendis.

1 QVi rationes dispungere debet, circa administrationem pænarum (quæ vulgo gastos de iustitia appellantur) per se solum rationes recipiat, a iudice sindicato, nec opus est, vt sibi associentur duo decuriones, prout in rationibus bonorum concilij facere debet, vt supra capite præcedẽti adnotauimus, quod maxime locum habet, vbi iudex mittitur a regio Consilio, pro dispungendis rationibus harum pecuniarum, quæ sumptibus iustitiæ fuerunt applicatæ, indecorum namque esset, in re quæ fuæ fidelitati committitur, testes sibi associare. Bene tamen faceret iudex hic rationalis, si admitteret libellos ex quibus iudicis delicta, & excessus circa dictas pecunias commissa, comperta esse possent, cum expediat reipublicæ, vt delicta nocentium nota sint ex. l. eum qui nocentẽ ff. de iniurijs, ibi. *Peccata enim nocentium nota esse expedire.* & vt impunita non maneant, vt in l. ita vulneratus. ff. ad legem aquil. & in terminis ita tenet Bobadilla in sua politica, lib. 5. c. 4. num 5. & c. 7. num. 22. loquendo in rationibus harum pecuniarum quæ sumptibus iustitiæ sunt destinatæ.

2 Iudicem tamen hunc rationalem monitum esse velim, vt si non inuenerit, quod iudex prædictas pecunias in vsus suos conuerterit, non se molestũ & scrupulosum exhibeat, quia rationes non debet scrupulose recipi, vt in l. neque

l. neque ſupina ff. deiur. & fac. igno. ibi *nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda*, ita Beluga in ſpeculo principum. rubri. 17. §. videamus, num. 17. ſed mediam quandam viam iudex eligat, vt admonuit ſumus pontifex in. c. 1. de officio cuſtodis, & in. c. quærenti de offi. delegati. vnde verſus dixit; Maior enim medijs gratia rebus ineſt.

3 Penitus nanque in nullo pecare magis diuinitatis quam humanitatis eſt, vt voluit glo. in. c. porrecta decom firma. vtil. vel inuti. Bal. in. l. 1. 2. lectu. num. 5. C. de iure emphiteo. & ſupra dictæ rationes præcipue locum habẽt, in rationibus harum pecuniarum in quibus expendendis nullus ordo iudicibus datus adhuc apparet, ſed magis
4 earum diſtributio ipſorum arbitrio commiſſa videtur, ex tex. in. l. diuus ff. de bonis damnato. &. in. l. 35 tit. 7. lib. 3 recopila. & in. l. 2. tit. 26. lib. 8. Quo fit vt mirum non ſit, ſi iudices in diſpenſatione harũ pecuniarum multoties ceciderint, & a tramite & ſcoporationis aberrauerint ſepties enim in die cadit iuſtus, vnde verſus.

Nemo ſine crimine viuit.

Quibus adſtipulatur ſentẽtia Pau
5 li conſ. 197. &. 346. vbi dicit quod in his quæ iudicis arbitrio ſunt commiſſa, iudex ſi non rectæ adminiſtrauit, non debet pro mala adminiſtratione condemnari, & eum refert. & ſequitur Caſtel. a Bobadilla lib. 5 politi. c. 7. num. 23. quod maxime locum habebit ſi iudex habuit animum
6 vtiliter expendendi, quia hoc caſu etiam ſi malum exitum habuerit, res in qua expenſum fuit, non eſt illius do
7 lo tribuendũ. quia credulitas iudicis & alia quælibet collorata cauſa excuſat eum a pæna, vt voluit Cepola cõſil. 13. nu 17. Tiraquel. plura referẽs. in tracta. de temperandis pæniscauſa 43. num. 2. Octauia. Chaquera. deciſ 71. num. 17 & pro hac ſententia ſunt
8 iura fortiſſima in. l. qui mutuam. §. fi. ff. mandati. vbi ſumptus a procuratore vel adminiſtratore bona fide facti, etiam ſi res malum exitum habuerit illi incalculo recipiunt, & melior tx. in. l. Prætor ait. §. quod de frutibus de bonis auto. iudi poſſi. & in. l. 1. §. contrarium verſ. ſufficit. ff. de contra iud. tute.

Quibus præmiſſis dicendum erit, quibus in rebus hæ pecuniæ ſumptibus iuſtitiæ deſignatæ expendi perindices poſſint, & inprimis dicendum
9 eſt, quod ſi in perquirẽdis malefactoribus expendantur, iure incalculo recipiendæ ſint, quod ſi ex officio contra illos procedatur, & ij capit ſint, & bona habeant ex quibus ſolui poſſit talis expenſa, ab illis repoſci ſiue recuperari debeat, vt in l. 113. ſtili. tenet Puteus deſindica, verbo carcer. c. 4. num. 3. Boerius deciſ 303. num. 9. &. 10. Bonifacius in Peregrina verbo inquiſitio prima parte fol. 245. colum. 1. litera, A. Auenda in cap. prætorum. 2 parte. num. 14. &. 15. Bobadilla. loco ſupracitato.

Itẽ ſtipendia ſoluenda cuſtodibus
10 appoſitis alicui delinquenti, in eccleſiaſe tuenti, de huiuſmodi pecunijs ſũptibus iuſtitiæ deſtinatis ſolui debẽt, ſi in arca ſuperſint, ſin minus de pecunijs cameralibus, vt tenet Iſernia de feudis tit. de ſtatu & conſuetudine. §. nauigia Lucas de Pena. in. l. 1. C. ne ruſtici ad vllum obſequium, col. 1. lib. 11. Auiles in cap. prætor. verb. *Vſurpar*, num. 18. ad medium Caſtellus a Bobadilla in politica lib. 5. c. 7. numero, 6.

11 Sitamem cuſtodes adijciantur alicui malefactori incarcerato, ratione infirmitatis a vinculis relaxando, ſalaria talium cuſtodum non ſunt de prædictis pecunijs ſoluenda; maxime

quam

quando ad instantiam eiusdem carcerati apponuntur, ne forte a suis aduersarijs offendantur, vel ob aliam similem causam, vt notat Iaſ. in l. fi. ſuper, num. 6. C. de tranſactio. Boerius, 12 deciſ. 85. numer. 111. Gratianus regula 120. num. 9. & ideo cautus debet eſſe iudex, vt nõ aliter prædictos cuſtodes apponat, quã ſi prius caueatur ab iſto incarcerato pro ſolutione ſalarij eiſdem præſtandi, & ita conſuluit Platea in l. fi. in fine. C. de erogatione milit. annon. li. 12. Puteus de ſindicatu ver, *carcer*. c. 4. num. 3. Auiles in cap. prætorum, c. 6. gloſ. verbo, *pobres*, numer. 22. in fin. Auenda. de exequendis mãdis. cap. 20 1. parte, numero. 15. &. 2. par. c. 10. nu. 14. Menoch. de arbitra. centuria. 3. caſu. 228. num. 6. &. 9. ideo 13 que antequã iudex prædicta ſalaria de pecunijs ſumptibus iuſtitiæ aplicatis ſoluat, prius excutiat ipſorum delinquentium bona. Quod ſi nec carceratus haberet bona nec ſuper ſint pecuniæ ſumptibus iuſtitiæ deſtinatæ de 14 pecunijs cameralibus ſolui debent, quod ſi neque camerales pecuniæ exiſtãt de bonis publicis & burſa cõmuni populi cuſtodibus ſatisfiet, habito prius a cordio cũ decurionibus, illis enim liquere debet, qualiter prædictæ excuſiones factæ fuerunt & bona non extiterunt, & hoc debet ſcribi ſaltim ſumarie in libro rationum concilij, & per iudicẽ & decuriones ſignari, alias autem in calculo recipi non debebit vt tenet Bart. in l. 1. ff. de iuſtitia & iure Bald. in. e. 1. colum. 1. hic finitur lex Conradi in vſibus feudo Platea in l. cum Nauarcorum ante. num. 1. C. de nauicula, lib. 11. Marcus Mantua, ſingulari. 141. Auiles in cap. præto. c. 1. 18 gloſ. verbo, *ſalario*, num. 9. Caſtel. a Bobadilla in politica, lib. 5. cap. 4. numero. 18.

15 Quinimo & expenſæ in remiſſionibus delinquentium factæ ex pecu-

nijs de quibus agimus ſolui debent & illis exiſtentibus non debent pecuniæ cameralis in hoc expendi, & ita 16 intelligas quæ ſupra cap. præcedenti circa hoc diximus, ex tex. in l. 4. titul. 16. lib. 8. recopila. & ita tenet Auend. reſponſo. 40, n. 12. ſi tamen iudex qui remiſſionem petit ex officio, procedat contra delinquẽtem, de pecunijs ſuis ſumptibus, iuſtitiæ deſtinatis ex pẽſas talis remiſſionis facere debet, nõ vero iudex qui remittit in hoc expẽdere debet, & ita eſt intelligendus 17 tx. in l. 3. verſ. *y mandamos*, tit. 16. li. 8. recopil. quatenus dicit, quod remiſſio delinquẽtis fieri debet iudicis expenſis, vbi nec actor, nec reus habẽt, vnde ſoluere poſsint, & ita eam intellexit Auenda. de exequend. manda. d. c, 10. num. 15. Auiles. c. 20. prætorum gloſ. verb. *entreguen*, nume. 24. &. 25. Couar. practica quæſt. c. 11. num. 11. & rurſus lib 2. variar. c. 20. num. 5. Bonifacius in peregrina verbo capio. q. 1. gloſ. verbo remittere, colum. 3. qui omnes mouentur ex doctrina Bald. in. c. Federicus verſ. ſi iudex, de pace tenenda & eius viola, & eandem ſententiam tenuit etiam Greg. Lup. in l. 1. gloſſ. verbo, *deuelo*, tit. 29, par. 7. circa fi. Didacus Perez in l. 1. tit. 17. lib 8. ordinam, veter pag. 338. & in l. 2. verbo, *que le embiẽ*, eodem tit. idque. indiſtincte tenuit Auenda. reſponſo. 40. nume. 12: Azeuctus in l. 16. in fin. tit. 23. lib. 4. recop. Menoch. de arbitra. caſu. 228. lib. 2. Tiberius Decia 1. tom. quæſtio. criminal. lib. 4. c. 19. nu. 19. quos omnes refert & ſequitur Bobadilla loco ſuperius citato. cap. 7 num 8. vbi tenet quod ſi remiſsio facienda foret de aliquo clerico, vel monacho delinquente, fieri debet expenſis prælati, Abbatis, vel prioris requirentis. Quod tamẽ intelligas verum, niſi requiſitus fuiſſet iudex ſæcularis ab aliquo Guardiano Franciſcano

ciſcano, quia cum huiuſmodi religioni nihil habeat proprij vt Clementina exiui de paradiſo, expenſis ſumptuum iuſtitiæ, eſſet monachus remittendus, ne alias adminiſtratio iuſtitiæ deficeret, eccleſiaſtica namque & ſæcularis poteſtas, ad vnum & idem tendit finem, ſcilicet ne delicta maneant impunita, vt in. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil.

19 Item & in calculo recipiendum erit, quidquid iudex expenderit de huiuſmodi pecunijs ſuper competentia iuriſdictionis, aduerſus iudices eccleſiaſticos, veluti ſi cauſa ad Curiam ratione violentiæ ad Chancelleriam afferatur, ex his enim pecunijs ſalaria nuntij, aduocati, & procuratoris ſolui debent, ſimul cum portulis tabellionis & relatoris, & aliorum officialium cauſæ aſsiſtentium, & quod expenſum fuerit in aſſecutione alicuius breuis, ſeu reſcripti Apoſtolici, & ita tenet. dict. Caſtel a Bobadilla, vbi ſupra, numero, 9.

20 quod intellige verum præterquam ſi iudex extraxit aliquem delinquentem ab eccleſia, quia ſi iudex eccleſiaſticus per cenſuras contra illum proceſsit, & nullam illi vim inferre declaretur in Chancellaria, talis expenſa debet ſolui expenſis iudicis, & ideo illi conſulo, vt ſemper ſibi præcaueri faciat, ſupra huiuſmodi expenſis, ita vt pars quæ reum ab eccleſia extrahi deſiderat, aſſecuretur iudicem ab omni damno eumque indemnem futurum promittat.

Et rurſus hæ pecuniæ ſumptibus iuſtitiæ deſtinatæ, expendi poſſunt per iudices, ſuper competentia iuriſdictionis, aduerſus iudicem alterius territorij, hoc enim caſu, his pecunijs deficientibus, ad pecunias etiam camerales recurritur, licet hoc caſu Auiles c. 20. prætorum iudicibus conſulit, vt non antea hac in re pecuniam cameralem conſummant, quã impetrata priùs regia licentia, quod ego rigidũ cenſeo, cum ſi hoc expectaretur iuſtitia regiæ iuriſdictionis interim detrimentum pateretur, ſufficiet ergo q̃ iudex in his expenſis bona fide & ex neceſsitate officij expenderit, deficiente pecunia huiuſmodi ſumptibus iuſtitiæ deſtinata, ad hoc vt talis expenſa illi in calculo recipiatur.

21 Item & corrector conſtituere poterit ſalarium, vni vel etiam duobus alguacelis vegantium. ex prædictis pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, etiam ſine licentia Concilij, cũ & huiuſmodi miniſtri neceſſarij ſint in republica, vt huiuſmodi hominũ genus ab ea extirpetur, & foras eijciatur, ne aliorum hominũ bonos & probatos mores contaminet. Neque huic ſententiæ obſtabit. tx. in. l. vnica. C. de præbendo ſalario lib. 10, quia tex. ille loquitur de præbendo ſalario ex bonis reipublicæ ſiue cameralibus, nõ vero de his qui huiuſmodi ſumptibus iuſtitiæ ſunt deſtinatæ idque tenet Bobadilla loco ſupra citato, num. 10.

Salaria itidem tabellionum, ſindicatus, de prædictis pecunijs ſunt ſoluenda, nec non etiam portulæ ſecretæ informationis, & rationis publicæ pecuniæ, defenſiones etiam ſindicatorum, & aliarum connexarum rerum, & illis deficientibus poterit excuti burſa pænarũ cameralium, vt in. l. 43 tit. 4 lib. 2. recop. quã ita interpretatur Bobadilla, vbi ſupra, nu. 11. quod ſi bona vtriuſque ſtationis deficiant, de bonis publici ærarij ſoluendum erit, vt in. d. l. 34. & ita recenſet Bobadilla, lib. 5. politicæ. c. 1. num. 253. & & c. 7. num. 11.

Quod autem cõſtitutum extat in dita. l. 43. circa hoc videlicet quod portulæ tabellionum ſoluãtur de hu

iusmodi pecunijs de quibus agimus, male assidue ab ipsis tabellionibus obseruatur: ipsi namque velo (vt aiũt) leuato ab his qui sindicantur & innocentiam suam probare connantur (quod vulgo dicimus hazer descargos prædictas sportulas acerrime extorquentur, contra dispositionem text. in l. 20 titulo. 7. lib. 3. recopilation. & ea quæ aduertit Gregorio Lupus in l. 6. titulo. 22. partita. 3. glosa verbo *dar quenta*. Inquit enim prædicta l. 20. in hæc verba. Y *mandamos, que el escribano ante quien passare, no lleue derechos algunos por ello saluo que en los processos de la residencia publica, paguen las partes sus derechos*. Ex quibus vltimis verbis tabelliones suam depraua tam consuetudinem fundare nituntur, dicẽtes, quod prædicta verba sci licet, *dela residẽcia publica paguen las partes sus derechos*, directo sint in eorum fauorem apposita, eo quod dicere velint, quod si illi qui sindicãtur se exonerare voluerint probationes ad se exonerãdũ confectæ suis proprijs expensis fiant, cum tali casu iam capitula illis apposita publicẽtur & per consequẽs residẽtia publica dicatur, tamen quaritia decipiuntur, quia istæ exonerationes (vulgo descargos) factæ a sindicatis, tanquam naturalis sequela residẽtiæ secretæ pro secrete annexis & cõnexis reputantur, quinimo vt cõnexa vnum ab altero separari non potest, eo quia vna & eadem res 24 non debet diuerso iure censeri, vt in l. cumqui ædes ff. de vsucapio. item quia connexorũ idem debet esse iudicium c. quanto & ibi notat Abbas. numero 3. de iudi. & in c. translato de cõstitu. & ita tenendum reputat Bobadilla in d. politica lib. 5. c. 1. numero. 253. cuius sententia manifeste probatur ex text. in dicta l. 43. ibi *que la ocupacion y escritura dela residencia se les pague a los escriuanos de gastos de justicia, y no los auiẽdo de penas de camara*, ideoque dixit Bobadilla vbi supra, quod ex illis verbis *scritura de la residentia*. Prædictæ exportulæ cum bona conscientia non possunt a sindicatis per tabelliones extorqueri, & quod si quis contra faciat debet legalibus pœnis affici. Idque voluit Amodeus de castello in tracta. sindicatus. numero. 219. fol. 69. Auiles incapit. prætorum. capit. 21. verbo *derechos*, hocque testatur Bobadilla vbi supra, seruatum fuisse per visitatores Curiarum, quia auditores & cæteri officiales qui visitantur & sindicantur, nullas Tabellioni exportulas soluunt, quinimo illis de pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis satisfit, quo fit, vt in calculo recipi debeat, similis parcella a iudice liberata de pecunijs pro sumptibus iustitiæ destinatis.

An autem residentia secreta 25 mitti debet ad regium consilium expensis pecuniæ sumptibus iustitiæ destinatæ, nonnunquam, etiam fuit in regio Consilio controuersũ. Et in proposito videtur dicendum, quod nulla dubitatio subesse possit cum habeamus textũ in terminis dicentem, quod residentia secreta, simul cum rationibus bonorum reipublicæ, mittatur ad Regium consilium, expensis iudicis sindicatoris, vt in dicta l. 20. Superius relata, ibi *a su costa*, & ita in supremo Consilio iudicatum fuisse testatur Bobadilla vbi supra capite. 7. numero. 12. & licet dura illius legis decisio appareat, eo quia durum sit, vt iudex proprijs expensis militet, tamen cum 26 voluntas regia habeatur pro causa, vt in Clementina. 2. in principio de appellatio· dicendum erit, cum consulto Vlpiano, in l. prospexit. ff. qui

& a qui

& a quibus dura eſt, ſed ita ſcripta eſt.

Ego tamen hac in re diſtinguendum arbitror, an a reſidentia ſecreta ſit appellatum per ſindicatos officiales, an vero ex officio mitti debeat, & nullo caſu expenſis iudicis ſindicatoris mittendam arbitror. Dicendum tamen intrepide exiſtimo, quod ſi appellatum ſit a ſententia ſuper reſidentia ſecreta lata, debeat mitti expenſis appellantis, quia qui appellationem interpoſuit, proprijs expenſis proceſſum mitti, ad ſenatum petiſſe videtur, ex Bald. & Salice. in. l. penultima. §. his præſentibus. C. de rebus credi. & ita late Menoch. dict. caſu. 218. *Si tamen ex officio mittenda foret*, expenſis huius burſæ ſumptibus iuſtitiæ deſtinatæ, mitti debeat, non tamen iudicis ſindicatoris. Neque oberit text. in. d. l. 20. ibi, *a ſua coſta*, quia cum huiuſmodi burſa ſiue pecunia arbitrio iudicis iuriſdictionem exercentis, ſit expendenda, ita vt in eam habeat liberam diſpoſitionem, vt ſupra iſto capite adnotauimus, illa verba *a ſua coſta*, debent intelligi, id eſt expenſis pecuniæ ſuæ adminiſtrationi & diſpoſitioni ſuppoſitæ, pro huiuſmodi ſumptibus iuſtitiæ, alias ſequeretur abſurdum in iure, quod iudex proprijs expenſis militaret, & eius cuius nullum commodum conſequeretur, pateretur diſpendium. Et hic videtur genuinus intellectus ad textum, in dict. l. 20. & forte hac ratione conſilium iudicauit, quod talis expenſa ſolueretur de huiuſmodi pecunijs, vt teſtatur Bobadilla. d. c. 7. numero. 12. dicens, quod ſenatus hac in re præcepit, vt de huiuſmodi pecunijs ſolueretur, & illis deficientibus, de pænis cameralibus.

Item & de huiuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, ſoluendum erit ſalarium nuntij a regio conſilio miſſi, ad hoc vt corrector alicuius ciuitatis, mittat votum ſuum ſiue conſultationem cum peritis factam ſuper ſtatu alicuius rei, regi, regno, ſiue ciuitati pertinenti, vt notat Caſtellus a Bobadilla, vbi ſupra. numero. 13. vbi animaduertit decurionibus, vt in dorſo epiſtolæ, ſiue prouiſionis a regio conſilio miſſæ, recipiant appocham de receptione talis ſalarij.

28 Item ſumptus facti, in mittendo ad carceres curiarum, condemnatos ad trirremes, de huiuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis ſolui debent, vt in. l. 9. titulo. 24. lib. 8. recopilationis & ita practicari tenet Bobadilla vbi ſupra, num. 14.

29 Item & ſumptus facti per correctorem in informationibus contra eorum locum tenentes faciendis, & ad conſilium mittendis, de huiuſmodi pecunijs extrahi debet, eo quod rei publicæ intereſt, iudices habere probos, idoneos, & tandem omni macula carentes, vt in Auth. de iudicibus, & in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, aduertendum tamen erit, quod licet regulariter deficientibus huiuſmodi pecunijs ad pænas camerales recurſum a lege ſit datum, tamen hoc caſu, non de pænis cameralibus, ſed de pecunijs publicis hoc eſt, *de proprios del concejo*. talis expenſa ſolui debet, vt aduertit Bobadilla. dict. capit. 7. numero. 15.

30 An autem informationes factæ per correctores, & eorum locum tenentes, ſuper innocentia ſua reſpectu alicuius querellæ aduerſus eos in ſupremo conſilio da-

tæ, de huiusmodi pecunijs & solui, & ad regium senatum mitti debeant, aliquando controuersum fuit. In qua difficultate breuiter distinguendum erit, an prædictæ querellæ fuerint late super rebus ad officium correctoris, vel eius locum tenentis (ratione officij, attingentibus, vtpote, quia dicitur in eis quod pecunias publicas vsurpant, vel in proprios vsus conuertunt, &c. hoc casu de pecunijs huiusmodi sumptibus iustitiæ destinatis poterit expendi, si tamen iustam foueant causam, ex text. in l. Diuus. ff. de bonis damnato. ibi. *Et hanc rationem non compendio suo debent iudices vertere.* An vero querella fuerit supponendo, quod alicui iudex vel eius locum tenens alapam dedit, vel ligno cesit, vel aliquam aliam similem iniuriam intulit, eo enim casu, minime de huiusmodi pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis expendi poterit, cum nullum publicum negotium gerant, neque hæc in officij exercitium incidant, & sic iniquum & contra iuris regulas esset, vt respectu delicti particularis de publicis pecunijs expenderetur, ex regula notissima iuris in. c. delictum de regul. iuris in sexto, ibi, *quia delictum vnius personæ, non debet in alterius detrimentum redundare*, quod autem in primo membro huius distinctionis firmauimus, intelligi debet, dummodo iudex ex dictis informationibus innocentiam suam probauerit, & ostenderit. Quam sententiam firmare audeo ex doctrina Nicolai de Neapolis in l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ratio. distra. quatenus tenet, quod si tutor sit accusatus vt suspectus, & ob id ad eius remotionem agatur, & ipse in causa obtinuerit, expensæ talis litis debent refundi ex pecunijs pupillaribus, & de hoc late diximus supra capit præcedenti, numero. 63. & in terminis ita tenet Bobadilla, vbi supra, numero. 16. vbi multum in hoc tribuit iudicis arbitrio.

31 Item & siquid expensum fuerit per correctorem de huiusmodi pecunijs, in sellis, steris, senestris & celosijs, & similibus rebus necessarijs pro ornatu & vtilitate domus consilij in qua iudex ipse habitat, in calculo recipiendum erit, vt tenet Amodeus de Castello in tractatu. sindica. numero. 150. in fin. Bobadilla, loco supra citato, & lib 3 capit. 5. numero. 38. quam sententiam veram intelligo quando prædictæ res ad id comparatæ fuerunt, vt ibi perpetuo affixæ manerent, quo ad consumerentur, secus vero si voluntario magis quam necessario vsui deseruirent, vt sentit Bartol. in l. Diuus supra alegata, numero. fin. & in l. præcipit. §. illud in fine. C. de Canone largi libe. lib. 10 & ita tenet Amodeus vbi supra & in proposito Lampridius & Capitolinus in Alexandrum referunt, Magnum Alexandrum. ex more veterum, instruxisse magistratus quos in prouincijs a se subiectis mittebat, ita vt nullo penitus carerent, præstabat namque præsidibus, argenti pondi vicena, phialas senas mulos binos æquos, binos vestes forenses binas, domesticas singulas, valnera res singulas, aureos centenos, Cocos singulos, & his qui vxores non habebant concubinas singulas, eo quod sine his esse non possent, ne etiam prouincialibus mulieribus molesti esset, reddituri tamen post depositam administrationem, mulos, mulas, equos muliones, & cocos, cætera tamen si beneadministrassent habituri, si vero male cum quadruplo reddituri,

& hæc

& hæc omnia ex huiuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſignatis deducebantur, cuius etiam rei memi nit Petr. Greg. in ſua ſintagma iuris 3. par. lib. 47. cap. 32. nu. 28. Tiberius Decianus lib. 8. criminal. c. 36. nume. 30 & apud Chinas hoc ipſum hodie obſeruari, (eiſdem rationibus) in eorum hiſtoria me legiſſe re colo.

33 Dubium tamen erit, an ſtipendiũ datum alicui, qui facinoroſum dete xit, de huiuſmodi pecunijs ſolui poſ ſit. In qua difficultate dicendum erit, quod ſic, congruit nanque bono & re cto iudici, purgare rempublicam ma lis hominibus, eoſque ſumma cum diligẽcia cõquirere cõgruit. ff. de offi. præſid. & in l. 1. titulo 17. partit. 3. & ideo ex huiuſmodi pecunijs ſoluere poterit, quidquid in detegendis & perquirendis huiuſmodi homines opus fuerit, ex tex. in d. l. Diuus, ff. de cuſto. reo. ibi, *Vel ſiquid fortiter fece-* 34 *rint milites, inde eis donare*, idque te net Bald. in l. 2. num. 3. C. de commu. rerum aliena. vbi tenet, quod iudex etiam modica fiſcalia remunerando donare poterit, & eum refert & ſequi tur Auiles, in cap. 3. prætor. gloſ. verb. iuriſdiction. numer. 34. & cap. 17. glo. verbo, *los haran*, numer. 10. Baeça, de inope debito. c. 18. num. 8. & 9 quod maxime locum haberet, vbi iudex ip ſe præcenizare feciſſet, qualiter ipſe promittebat capienti, vel detegenti talem malefactorem certum quid pro labore, vt notant Bar, & Platea in l. vnica. C. de præbendo ſala. idque te net Puteus de ſindicatu folio. 296. Auenda, in cap. prætor. 2. p. c. 10. nu. 14. vbi dicit, quod ſimilis captor vel detector malefactoris, prius debet præmium conſequi ex bonis ipſius de linquentis, quã ex huiuſmodi pecu nijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, eo quod cauſam huic expenſæ præbuit, & ita etiã tenet Auiles vbi ſup. c. 1. gl. verbo *ſalario* nu. 9 & c. 17 n. 10. gloſa verb. *las haran* Gregorius in l. 10. tit. 28. par. 3. verbo *pro comunal*. Didacus perez in l. 1. tit. 12. glo. 1. col 514. li. 2. ordina. Clarus in praxi crimi. §. fi. quæſt. 27. num. 3. & 4. & hæc fuit originalis doctrina Baldi in l. ſi barſato ram. numer. 1. C. de fide iuſſor. & hæc quidem præmia quæ a iudicibus po licentur & præſtantur, iuſtiſsima ratione fuerunt introducta, vt ſpe præmij facilius homines applicẽtur ſer uire reipublicæ, vt enim inquit Cice ro. lib. 1. Tuſculanarum quæſtionum. *Quis enim virtutem amplectitur ipſam, præmia ſi tolas*, quam ſententiam licet in alio propoſito traduxit. l. 30. titul. 26. part. 2. ibi. *Non recelaran muerte nin feridas, nin otro peligro que les aui nieſſe, ſabiendo que auran emienda y galardon por ello*, & idem relatum eſt in l. 7. tit. 27. part. 2.

Aduertendum tamen eſt in propo ſito, quod licet prædicta præmia a iu dicibus & promitti & præſtari poſsint non tamen debent præſtari alguacĩ lis & alijs miniſtris iuſtitiæ, ipſi enim ratione officij ſuſcepti, & capere, & reuelare malefactores tenentur, & ideo turpiter tale præmium reciperent, quinimo & ab illis, condictione ob turpem cauſam repeti poſſet, vt in l. final. ff. de condictione ob tur. cauſ. & in l. 1. C. ad legem Iuliam repe. & in Authent. vt iudices ſine quoquo ſufragio. §. 1. Abbas. in capit. in eccleſijs de cenſibus Maria nus Salomon in tractatu de voluntarijs & inuoluntarijs pagin. 38. Puteus de ſindica. verbo præmium, numero 1. cum ſequentibus, idque ſenſit Bartol. in l. vt vim, numero. 8. ff. de iuſtitia & iure, Azeuetus in termini in l. 1. numer. 14. tit. lib. 6. recopilat. & hoc alios refert Bobrdilla. d. cap. 7. num. 18.

63 An Autẽ faces(vulgo hachas)quæ consumuntur tempore alicuius incẽdij,noctu contingentis,ex huiusmodi pecunijs locentur,& soluantur,nõ nunquam fuit controuersum,& indubitanter est tenendum, quod ex pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis in eis expendi potest, cum iudici sit permissum de his pecunijs expendere in rebus concernentibus bonam politicam,& administrationem iustitiæ, quod si hæ pecuniæ deficerent de bonis publicis soluendum esset,si quidem totius reipublicæ commodũ respicit,hoc, scilicet, ne respublica ruinis siue incendijs deformetur,argum.tx.in l. mulier in opus salinarũ. ff.de capti.& post liminio reuers.Iasso in l.Barbatius nu.37.ff.de officio præsi.Rolan.cons.69.nu.22.Puteus vbi supra.c.6.num.7.Bobadilla d.c.7.nu. 19 si enim huiusmodi sũptus faciedi forent per iudices & alguacelos debonis proprijs, forte dum pio reparando huiusmodi damnis vocarentur,se ipsos abnegarent.vt tangraue dispendium euitarent.arg.eorũ quæ notat Bal.in.l non dubium.num.10.in fi.C. delegi.quinimo vt iudices huiusmodi sumptibus timere non possint, in, cuiusregia hoc est visitatum, vt quilibet magistratus vna hedomada alternatim ciuitatem curialem vigilet,& illi dehuiusmodi pecunijs sumptibus iustitiæ destinatis, dantur duo fasces cereæ adhocvt melius possit subenire necessitatibus reipublicæ noctu occurrẽtibus & ratio est,quam ex Catone refert glossa.in Aut. de iudicibus. §.ne autem ibi,

Sil aborin damno est.

Mortalis crescit egestas,

Nõ enim æquum esset,vt huiusmodi sumptus iudici incumberent,cum non parũ faciat,si rempublicam)mediantibus suis laboribus,elucubrationibus) in columem adque indemnem conseruet.

37 Salariũ itidemhostiarij(vbi vsurpatum est, vt illum iudices habeant)de huiusmodi pecunijs soluendum erit. vtnotat Castellus a Bobadilla in.d.c. 7.numero.20. vbi dicit quod iudicibus visitatoribus racionum bonorum publicorum a Curia missis, soletin prouisione concedi facultas creandi talem hostiarium,& præcipi, vt eius salarium de huiusmodi pecunij sumptibus iustitiæ destinatis soluatur.

Et vt huius capitis materiam, vnico verbo absoluanus, dicendum erit, q huiusmodi pecuniæ prosumptibus iustitiæ applicatæ inrebus (directo) administracionem iusticiæ concernentibus, boni viri arbitrio, experdi possint periudices, & in eorum rationibus non debet esse nimis scrupulosus iudex rationalis, vbi non inuenerit quodcorrector in suos vsus talem pecuniam conuerterit, vel illam aliter vsurpauerit,

SVMMARIVM

1 *Salarium an & quando de publicis pecunijs constitui possit.*

2 *Salarium an constituere possit alicui, habens liberum arbitrium ad administrandum.*

3 *Salarium correctorum, an & quãdo depublicis pecunij sit soluendum.*

4 *Salaria iudicum dominorum huius regni,& assessorum eorum dequibus pecunijs, solui debeant,*

5 Iudices

5 Iudices ordinarij qui a Concilijs villarum & populorum eligũtur, ex quibus pecunijs sportulas suorum assessorum soluere possint.

6 Consuetudo si viget in aliquo loco vt sportulæ assessorum iudicis, soluantur per ipsas med partes, iure hæc cõsuetudo subsistit.

7 Iudices siue assessores ignauos & inexpertos qui eligunt, mortaliter an peccent, & qui censeãtur ignaui & inexperti.

8 Dominus populi, an possit præscribere contra populum, vt salaria iudicum populi soluat, vbi dominus iure ad id soluere erat obnoxius.

9 Violentia & impressio præsumitur interuenisse in præscriptione domini vassallorum cõtra eius subditos.

10 Immemoriali præscriptione, omnis violentiæ & opressionis suspitio purgatur

11 Salarium correctori qualiter sit soluendum, vbi in regia prouisione cauetur, quod soluatur correctori salarium consuetũ, si retro actis temporibus salarium non vniformiter fuit solutum.

12 Salarium an debeatur correctori, eius temporis quo fuit absens a ciuitate, & quando illi debeatur, etiam si officium per se ipsum non deseruiat.

13 Duplæ Castellanæ valor qualis sit.

14 Castellanus aureus, cuius valoris fuerit.

15 Duplæ Zaenes, an equiualuerint Castellano aureo.

16 Millæ & quingentæ dupla, quæ deponi debent a parte secundam suplicationem interponente, quam moropetinorum siue galium Castellanorum summam faciant.

17 Duplæ de cabeça dictæ, quantã habuerint æstimationem.

18 Corrector qui officij administrationem deseruit, sine iusta & rationabili causa nihil de salario totius anni habere debet.

19 Famulus qui domino inuito, a domo domini discesit, totius tẽporis quo seruiuit salarium amittit,

20 Dominus si calore iracundiæ, & famulum increpando quod malefecit, dicat, vade ex domo mea, an ex hoc videatur illi concessa licentia, vt cum alio domino commoretur, an verò expediat quod dominus permaneat in eadem voluntate postquam ad sanan, vt dicam, mentem redierit.

21 Correctores, vel alij seruientes salariati, an debeãt habere salarium eius temporis quo fuerint infirmi.

22 Tutor infirmus, an decimam eius

temporis quo ægrotauit consequatur.

23 *Famulo infirmo, an excomputari debeat de salario pro rata temporis quo fuit infirmus, & quid in curia mercatorũ, vel quando proceditur sola facti veritate inspecta.*

24 *Assessor salariatus qui infirmauit, & eo tẽpore seruire non potuit, an audiri debeat si dicat, quod paratus est seruire postquam ad valetudinẽ peruenerit, quod ratione infirmitatis defecit.*

25 *Famulus tempore quo infirmitate grauatur, potest substituere alium æquè idoneum, in eodẽ ministerio quo ipse seruiebat.*

26 *Infirmitas famuli, si non fuit admodum grauis, vt ipsum penitus a seruiendi munere impediret, non debet illi aliquid de salario excomputari, ratione infirmitatis.*

27 *Corrector de publico salariatus, si de permissu & acordio consistorialium, pro negotijs adciuitatem suam pertinentibus ad curiam accedat, an aliud peculiare salarium illi possit præstari, vltra illud quod in regia prouisione continetur, illudque in calculo sit decurionibus recipiendũ.*

28 *Ciuitas si habeat procuratorẽ generalẽ siue syndicũ salariatũ depublico, & ipse ad curiam, vel chancellariam accedat, pro negotijs ciuitati attingentibus, an aliud extraordinariũ salarium habere debeat de publico, & quid de salario alterius procuratoris.*

29 *Tutores qui de iure communi, salarium pro administratione rerum minorum suorũ non habent an illis iter agentibus, extra vrbem, pro administrando minorum patrimonio, salarium per iudicem constitui debeat.*

30 *Tutor contutori, an salarium ex causa constituere possit, vbi ciuitatem exierit pro administrandis negotijs pupilli.*

31 *Tutor in ratione rei pupillaris, iuste reputat, quod contutori iusta ex causa pro administratione concessit.*

32 *Tutor qui reperitur in dolo, vel lata culpa, vel in magna negligẽtia, potius dicitur structor, quã tutor, & potius deprædator quã curator.*

33 *Tutor etiam si doceat qualiter in negotijs pupilli laborauit, & quod in ipsius minoris commodum cessit, si tamen inuentarium, vel librum rationum de more confectum non exhibeat, neque salarium, neque decimã, neque etiam expensas compensare vel recuperare debet.*

34 *Tutor licet finita tutela, non possit petere, vt ratione administrationis sibi aliquod salarium præstetur, audiendus tamen erit si*

tempore

tempore quo tutelam ſuſcipit, ſi bi ſalarium conſtitui petierit, & illi a iudice vel contutore aſſignari poteſt.

35 *Tutor vel curator, an poſsit creare factorem pro negotijs pupilli extra vrbem gerendis, adminiſtrandis ve, & an ſalarium illi aſſignare poſsit de bonis pupilli.*

36 *Tutori, ſi ab initio ſuſceptæ tutelæ ſalarium non fuit conſtitutum, ſumptuum quos bona fide in tutelam fecit, non quos in ipſam cõ ſumpſit, ratio habenda eſt.*

37 *Salarium datũ à tutore, præceptoribus & magiſtris minorum, quando in calculo ſit recipiendum.*

38 *Salarium præſtitum per tũtorem, præceptori edocenti grãmaticam ſuæ pupillæ, an ſit in calculo recipiendum.*

39 *Mulieres ſub tutore conſtitutæ, nõ debent in ſcholis virorum edoceri*

40 *Puerum nouem annorum, nutricẽ ſuam grauidam redidiſſe ex diuo Hieronymo refertur.*

41 *Salaria aduocatorum ciuitatis, qua forma ſint præſtanda, de pecunijs publicis.*

42 *Salaria aduocatorum pauperum an de bonis reipublicæ ſint conſtituenda & ſoluenda.*

42 *Salarium an conſtituere poſsit tutor aduocatis procuratoribus & ſolicitatoribus pupilli.*

44 *Depoſitario publico an de bonis reipublicæ præſtetur ſalarium.*

45 *Executori teſtamenti, an de bonis defuncti ſit præſtandum ſalarium.*

46 *Executor vniuerſalis teſtamenti ſi legata caduca efficiantur, loco hæredis vniuerſalis habetur.*

47 *Executor teſtamenti, an habeat decimam eorum fructum quos collegit de bonis defuncti.*

48 *Iudex debet attendere conſuetudinem patriæ in conſtituendo ſalarium alicui.*

49 *Vbi agitur de honorabili bono, qui tacet conſentire videtur.*

50 *Aeconomus, an ſalariũ habere debeat ratione æconomatus.*

51 *Negotiorũ geſtori an ſalariũ pro labore cõſtitui & ſolui debeat.*

52 *Tutor ſi erat aduocatus, et incauſa ſui pupilli patrocinium præſtitit, an aliquid vltra decimã iure conſtitutam pro tali patrocinio habere debeat.*

53 *Labor loco pecuniæ habetur.*

54 *Tutor agricola, ſi fundũ ſui minoris propriis manibus coluit, an vltra decimam pro labore aliquid percipiat de bonis minoris.*

55 *Filius qui in vita patris, negotia paterna adminiſtrauit, vt pote, traficando, eundo & redeũdo a nundinis, vel alijs locijs extra vrbem ſui domicilij, an ſalarium vel aliquid aliud vltra legitimam pro tali labore habere debeat.*

56 *Rex, Comes, vel Dux, si filium suum misit cum exercitu, ad expugnandam aliquam ciuitatem, vel villam, & filius eam expugnauit, & multa spolia percepit, an ratione huius laboris aliquod salarium, vel præmium vltra legitimam habere debeat in partitionibus bonorũ patris*

57 *Filius iure ciuili, operas patri non præstabat.*

58 *Pietas quid sit.*

59 *Pater in quibus operibus, labore & industria suorum filiorum vti possit & in quibus filij parentibus laborare teneantur.*

60 *Creditor habere debet salarium pro tempore quo administrauit bona debitoris,.*

CAPVT. XXVII

De salarijs ab administratoribus datis, & ab illis recipiendis pro suo labore.

ADministratores isti de quibus agimus aliquando & salaria alijs præstare potuisse, sibique dandavel incalculo recipienda contendunt, ideo videre libet quibus salaria constitue
1 re possint, de bonis suorum principalium. Et in primis sciendũ erit quod ex bonis reipublicæ regulariter salarium alicui præstari non potest, ex tex. in l. 1. C de præbendo sala. lib. 10. ibi, *Nulli salarium tribuatur, ex iuribus reipublicæ, nisi ei qui iubentibus nobis specialiter fuit constitutum.* Ex cu-
2 ius textus decisione deducit Bart. ibi eum etiam qui liberum arbitriũ habet salarium de publico, (sine regia licentia) alicui constituere non posse, & eum sequuntur ibi Bald. & Platea. Menoch. plures alios referẽs lib. 1. de arbitra. casu. 46. numer. 1. Ex qua sententia deducitur etiam quod salaria quæ iure communi partitarũ de redditibus regijs correctoribus soluebatur, ex Luca de Pena in l. annonas. C. de erogatio milita. anno. Puteo in tracta. sindicatus carta. 96. col. 1. Grego, in l. 2, verb, *a estos tales*, tit. 4. par. 3. hodie tamen de redditibus reipublicæ præstatur, vt in l. 5. tit 5 lib. 3. recopi. ibi, *que se paguen delos proprios delos concejos si los vuiere*, adhuc tamen concilium ipsum ciuitatis sine regia licentia tale salariũ de bonis reipublicæ correctori constituere non poterit, tamsi liberam administrationem prædictorum bonorum a lege habeat

3 Quod autem dictum est de salarijs correctoribus constituendis, de proprijs bonis ciuitatum & villarum huius regni, intellige verum de ciuitatibus & villis regiæ coronæ, secus tamen dicendum, erit, in ciuitatibus, & villis dominorum, in his enim salaria correctorum solui non debent de bursa reipublicæ, sed demum, de bursa dominorum, quibus emolumẽta iurisdictionalia competunt. Quæ sententia probatur ex tex. in. d. l. quinta, ibi. *Los nuestros Corregidores*, forte enim lex ibi vtitur verbo illo *nuestros*, quasi speciale esse vellit in regijs correctoribus, in cæteris vero dominorum locis ius commune illæsum relinquat, vel eo, quia cum isti domini

domini vaſſallorum, temporalem iu
risdictionem habentes, tempore quo
ciuitates & villæ fuerunt illis a regi
bus conceſſæ, ipſi tan quam earum
perpetui correctores fuerunt conſti
tuti, & ſibi pro admiuiſtratione taliũ
locorum pænæ camerales. fuerunt cõ
ceſſæ, vt ſentit gloſ. verbo domini in
Authentico de quæſtore, quatenus
ibi dicit dominum vaſſallorum eſſe
iudicem agricolarum. Et plura in pro
poſito refert Bobadilla libr. 2. politi-
cæ. c. 16 nu. 19, idque manifeſte pro-
bari videtur, in l. 12. tit. 1. part. 2. ibi.
E de quien ſe gouernaſſen las gentes,
4 Et hanc ſententiam tenuit omnium
primus Auenda. de exequend. man-
da. 2. par. cap. 10. num. 5. Ioannes Ga-
cia de expenſis, c. 21. nume. 20. vbi re
ſolutiue tenet, quod cum iſti vaſſallo
rum domini iuriſdiction is commo-
da & emolumẽta percipiant ſuis ſum
ptibus & expenſis debent creare iudi
ces literatos & expertos. & ſi illitera
tos elegerint, debent illis idoneos aſ
ſeſores conſtituere, qui cauſas diri-
mant, decidant, & arbitrentur, ex le-
ge municipali, iure, vel patriæ con-
ſuetudine, idque tenuit Burgos de
5 Paze, conſ. 48. num 12. Quo fit vt iſti
iudices ordinarij (*Vulgo alcaldes ordi
narios*) qui ignari literarum a popu-
lis dominorum eliguntur, expenſis
eiuſdem loci & bonorun communiũ
aſſeſſores eligere & conſtituere te-
neantur, non tamen domini loci cũ
illis cõfirmatio dumtaxat pertineat,
non vero electio, vt voluit Burgos Pa
cificus vbi ſupra, quod tamen in dubi
tatum exiſtimo, vbi contraria non vi
geret conſuetudo, vt tenet gloſſ. in
Aut. offeratur. C. de litis conteſtatio.
verbo præbitis, Angel. in l. ſi non ſor
tem §. Libertus. ff. de condictio. inde
bi. i. verſ. ſi autem quis, Corneus conſ.
201. colum. 2. lib 4. Purpuratus in ru-
bric. ff. de officio aſſeſorum nu. 165.
6 171. quo fit, vt in locis in quibus vi-
get conſuetudo, quod hæc ſportulæ
a partibus ipſis litigantibus ſoluan-
tur, iure ab illis extorqueri poſsint,
vt reſoluit Burgos Pacificus vbi ſup.
num. 1. cum duobus ſequentibus, vbi
teſtatur hanc eſſe huius regni Hiſpa
7 ni generalem conſuetudinem. Inique
tamen quinimo, & mortaliter pec-
cãt, qui iudices vel aſſeſſores ignauos
& imperitos eligunt, vt tenet Ioan-
nes Garſia, vbi ſupra, vbi inexpertos
& ignauos illos vocat, qui licet inge
nio poleant, & experimento docti
eſſe videantur, attamen quoad deci-
ſionem cauſarum, & iudicij ordinẽ,
multa aduerſus leges, & iuris inſtitu
tiones faciunt, quæ alias a iuris peri
tis minime fierent, quæ omnia in ma
ximum partium litigantium diſpen-
dium & pernitiem cedunt, quod no-
ta contra tutores, vel curatores, in
expertos aduocatos conſulentes, cir
ca lites ſuorum minorum.

8 Vbi autem de iure domini vaſſal-
lorum tenerentur prædictas ſportu-
las ſiue ſalaria aſſeſſorum ſoluere, re
cte hoc aduerſus populum, ſiue vaſſal
los præſcribere poſsit, ſcilicet, vt po-
pulus ſiue vaſſalli de ſuo ea ſolueret,
9 licet non ordinaria, ſed immemoria
lis præſcriptio ad id opus eſſet, eo
quia in his præſcriptionibus domino
rum contra vaſſallos violentia & im-
preſsio præſumitur, & quod talis con
ſuetudo per tyrannidem fuerit intro
ducta, vt in l. vltima. §. ſi iuſte. ff. quod
metus cauſa, idque expreſſe voluit In
nocentius in cap. bone el. 2. de poſtu
la. prælatorum, Canoniſtæ commu-
niter in cap. ſi diligenti de præſcrip-
tio. Boerius deciſ. 304 nu. 4. Couar-
ruu. in Reg. poſſeſſor. 2. p. cap. 4. num.
5. & in terminis hanc ſententiam fir-
mauit Auenda. dict. cap. 10 præto. nu.
5. verſicul. quod limitarem, vbi tenet
quod concilia horum locorum tem-

pora-

poralium dominorum non debēt solu-
uere salaria iudicum electorum a do-
minoloci, nisi a tempore immemoria-
li retro, constiterit a populo fuisse
10 soluta, eo enim immemoriali tēpore
omnis opressionis & violentiæ, sus-
picio purgatur, vt notat Fel. in. c. a no-
bis de præscriptio. Item quia hoc sala-
rium a populo tan abantiquo solutū,
iuste debitum, & iure solutum præ su-
mitur. Ideo iudices rationales a regio
consilio missi pro reuidendis popu-
lorū rationibus, circa huiusmodi spor-
tulas & salaria de bonis reipublicæ so-
lutas, maxime cauti esse debent, li-
quidando & perquirendo a quo tem-
pore retro concilium populorum vo-
luntarie, an inuoluntarie illa soluerit
quod si inuenerit adhuc memoriā ho-
minum extare, nondebit hanc parce
lam in calculo recipere decurionibus,
vt hac de causa rem hanc citius in iudi-
cium deducant, vt ita respublica a ta-
li grauamine liberetur, & incolumis.
efficiatur,

Illud etiā omitti non oportet, quod
11 si in prouisione correctoris dicatur
quod illi soluatur salarium consuetū,
& præteritis annis non fuerit vnifor-
miter assignatum, debet illi illud sol-
ui q̄ vltimo correctori fuit solutum
ita Bal. in. l. binos C. de aduocatis di-
uersoiud. Iaf. in. l. diē functo. n. 12 ff. de
officio, assessorum. Auiles in capit.
præto. c. 1. num. 3. & ratio ea potissima
est, quia electus ad officium sim-
pliciter, censetur electus cum sala-
rio consueto, & ita decisum fuisse in
senatu genuensi patet ex decis. genuē
115. nu. 3. forte tamen melius esset
facere computationem huius salarij
coaceruatis sumis aliorum annorū,
in quibus salarium de formiter fuit
assignatum ex decisione tx. in. l. si fun
dū cum. l. sequenti. ff. mandati, cuius
legis veram computationem atingā
inferius computatione. 24. per totā

12 An autē correctori possit solui de bo-
nis reipublicæ ve l domini, salariū il-
lius tēporis quo fuit absens ab oficio
aliquando controuersum fuit in ma-
gno consilio, & videtur dicendum,
quod & si illud soluerint decuriones,
illis in calculo recipi debeat, dum-
modo dicta absentia, tēpus nonagin-
ta dierū non excesserit, vt in. l. 6. tit. 5.
li. 3. in noua legū regni collectio. vbi
decisum extat, quod iudicibus etiam
si ab officijs affuerint per tēpus nona-
ginta dierum tantum, vel plus licen-
tia regia, vel decurionum præceden-
te, vel causa curandi infirmitatem, in
tegrum salarium illi præstari possit,
Si tamen debita licentia non præce-
dente, se ab administratione officij
absentauerit, illius temporis quo fue-
rit absens, salarium non percipiat,
quinimo pro quolibet die absentiæ,
vnius duplæ pæna multetur, vt indi-
cta. l. 6. in fine.

13 Obiter tamē videre opus erit, dupla
de qua hic, quanti valoris existat, vt
redacta ad nostri temporis monetam,
sciri possit quantum eius valor hac
tempestate ascendet, & Couaruuias
(qui horum numismatū, melius om
nibus valorem explorauit) in tracta-
tu de collatione veterum numisma-
tum. c. 6. num. 3. dicit, quod tempore
regis Ioannis secundi, qui huius le-
gis sextæ fuit conditor, admodum va
rius extitit harum duplarum valor,
vt vix certo inuestigari possit de qui
busduplis in legibus a se cōditis loqua
tus fuerit, & tandem concludit, quod
aliquando fuerunt æstimatæ ad ratio
nem septuaginta moropetinorum, &
eodem tēpore inter sarracenos alias
duplas currere affirmat, quæ pro sep-
tuaginta & vno moropetinis æreis
valebant, & cum prædicti valoris eo
tempore curriisse has duplas constet,
& lex sit pænalis, non est opus vt hac
in re amplius moram faciamus, sit

æquo

æquo animo dicamus, hodiernis temporibus prædicti correctores pro quolibet abſentiæ die, ſeptuagin ta moropetinorum pæna plectãtur & multentur, & ratio ea eſt potiſsima, quia quãdo lege ſtatuto vel pacto, aliquis multatur, in hoc, vt certam pecuniam ſpecificam, certoque valore exiſtente perſoluat, vt pote ſi diceret ſoluat vnum ſcutum, vel aliam ſimilem moneſtam, variatio prætij illius monetæ, non auget vel minuit pænam, ſed demum eadem æſtimatio ſoluenda erit, quam illa moneta habebat tempore legis conditæ, vt tenet Abbas in c. qualiter & quando. num. 12 de iure iuran. Couar de colla. veter. numis. c. 7. §. vltimo. Sotus de iuſt. & iure, li. 6. quæſt. 1. art. ſecundo, & dicam latius in computatione. 25. num. 11.

Exquibus deduco, quod iudices ſindicatores, qui huius duplæ valorẽ cõputant, ad rationem quatuor centorum moropetinorum, inique ab ſcopo veritatis aberrãt: quia duplæ huius valoris, non currebant tẽpore dicti regis Ioannis ſecundi, ſed tẽpore regũ Henrici ſecundi, & Ioannis primi, & hæc duplæ (vt exiſtimat Couar. vbi ſupra) dicebantur doblas de cabeça. eo quod quilibet homo, ideſt quod libet caput, ſoluebat vnam duplam
16 valoris duodecim regalium. de quibus loquũtur l. 1. 7. & 9. tit 20. li. 4. recopi. quatenus agunt de duplis deponendis a ſecundo ſupplicante, dicit inquam Couar. d. c 6. num. 3. verſ. lo primero, quod quælibet ex huiuſmodi duplis, aſcendebat ad valorem duo
17 decim regalium Caſtellanorũ, & ſequitur Paz in ſua praxi. 1. tomo. 7. partis. c. vnico. num. 79. vbi dicit quod hæc mille & quingentæ duplæ, faciũt vigintiquatuor mille argentorum ſũmam, qui reducti ad ducatos cõmunes vndecim regalium, faciunt ſummã duo millia centum octuaginta ſex ducatorum, duobus regalibus demptis, & quod ita practicatum fuerit in regno affirmat,

Sed certe meo iudicio (ni falor) & Couaruuias & itidem Pacificus longe a veritatis tramite deuiant, quia ſi computatio fiat ſecundum intellectũ & ſententiam Didazi de Couarruu. mille & quingentæ duplæ æſtimationis duodecim regalium, decem & octomille argentorum (tantum ſummam continet, non autem ad ſummã viginti quatuormille regalium aſcẽdunt, provt Pacificus adnotauit. ¶ Veritas ergo erit infallibilis, quam praxis noſtri regni obſeruat, praxis inquam quamlibet ex dictis duplis commemorat ad rationem. 485. moropetinorum, & ad rationem huius valoris taxantur in regio conſilio, in cuius prouiſionibus, ego ipſe multoties vidi, harum millequingentarum duplarum valorem reductũ fuiſſe, ad æſtimationem de. 777500. moropetinorum, & ſolet apponi in eis, quod in regalibus caſtellanis, facit & aſcendit ſũmam. 22862. regalium caſtellanorum Cuius rei veritas magis ſuaderi poſſerit ex fide tabellionum Camerialium huius chãcellariæ, qui (paſsim) huius praxis ſunt expertes, & in harum duplarũ depoſitione veſuti.

Et vt a diuerticulo redeamus, vidẽdum erit, anſi corrector de ſerat officij adminiſtracionem ante tempus ſibi ad adminiſtrandum in regia prouiſione conſtitutum, ſalarium ſibi aſſignatum reportare debeat, & quod
18 nihil penitus ſalarij talis corrector petere vel habere debeat, tenet Bal. in l. ſihæres generaliter. §. etiam. ff. de lega. 1. quem refert & ſequitur Auiles in capitul prætor. c. 1. nu. 12. procuius ſententia fatit. tx. de iure reg o in. l 8. tit. 4. li. 4. fori, vbi cauetur q ſi famulus ante tempus pro quo fuit ſala

salariatus, a domo domini discedat, absque domini licentia, vel culpa totius temporis pro quo fuit salariatus,
20 salarium amittat. Neque dominus in culpa dicetur, si calore iracundiæ in census (dum famulum increpat vel punit dicat, vt a domo sua exeat, & amplius ad illam nõ reuertatur, quia ex huiusmodi verbis calore iracundiæ prolatis, non videtur concessa licencia domum exeundi, & illum a seruitio promisso liberandi, nisi dominus ipse euacuata iracundia in eadem opinione perseuerauerit. Quã sententiam ante omnes tenuit Benedictus de Plunuino, relatus & sequutus a Ioanne de Neuizanis in sua Silua nuptiali, lib. 6. numero. 49. circa finem.

21 Ex qua sententia clare deducitur, quod si dominus loci constituat correctorem, pro administratione villæ vel ciuitatis, & dicat illi, vt tale quid faciat, vel virgam iustitiæ deferat, nõ ex hoc videatur concessa sibi licẽtia abeundi, & extra ciuitatem, vel villam (in consulto domino) migrandi, ante tempus pro quo fuit salariatus, quod si domino in tali voluntate, nõ perseuerante, corrector prætextu illius taciti consensus domini absque ipsius licentia discedat, & officij administrationem deserat, totius anni salarium integrum amittet.

Præterea ex eadem l. 8 (quatenus dicit, quod corrector habere debeat salarium temporis quo durante officio infirmauit) manifeste deducitur quod idem sit dicendum de tutore & famulo qui durante tempore pro quo fuit ad administrandum conductus, aliqua infirmitate laborauit, prout antea de iure communi decisũ erat per tx. in l. cum hæres. §. non est, vers. stichus. ff. de statu liber. ibi *Sed, si quibusdam diebus aut valetudo, aut aliqua iusta causa impedimento fuerit, quo minus seruiat, & hij anno imputandi sunt.* Perquem tx. hanc sententiam in famulo tenuit glo. in l. arboribus. §. de illo verbo ægrotãte, ff. de vsufruct. secus tamen si steterit per famulum quominus seruiat, ex tx. in l. qui operas. ff. locati. & eam sequitur Mont. l. ind, l. 8. verbo *sin culpa*, Didacus Perez in l. 1. tit. 2. glo. 1. vers, est tamen dubium li. 1. ordinam. vete. col. 63. & in clerico ægrotante. Hanc sententiã tenet Abbas in c. 1. de cleri. ægrot. & eius sententiam communem dicit Imola in c. propter sterilitatem. num. 8. delocato. Horoscius in l. diem sancto num 16. & 17. col. 515. ff. de officio assesso. & hanc sententiã de æquitate veriorem dicit Siluanus cons. 28 nu. 2. & 3. Inocen. Iuan. Andr. & Imola in c. 3. delocato. additio. Capellæ Tolosanæ quæst. 268. Bal. in l. fi. c. de conditio. inser. Auiles in c. 1. prætor. glo. verbo salario num. fin. Rebufus in concordata. 2. parte. tit. de collatoribus. §. 1. verbo impedimento cessante vers. quæro an durante impedimento. fo. 32. in mediocri impressione, Grego. Lupus in l. 7. tit. 2. par. 5 glo,
22 verbo *el señor*. & in tutore infirmãte. quod etiam salariũ tẽporis infirmitatis, habere debeat, tenuit Damauderius de tutorum & curatorum mercede num. 26. & 27. fol. 88

Contrariam tamen sententiam, imo quod prorata temporis quo famulus infirmauit, debeat etiam excomputari salarium domino tenuit Acutius sibi cõtrarius in l. pen. C. de condi obcaus. Bar. in l. si vero §. item cũquidam. ff. locati & in l. operæ ff. de vsufructu legato, Abb. in c. vnico de clerico ægrotan. Ancharran. Butrius & Imol. in d. c propter sterilitatem delocato, Oldral. Bar. & Alber. in d. §. item cum quidã Anto. Gomez 2 tomo varia. c. 3 num. 3. Cagnol. in d. l. diem fũcto. nu. 215. & ibi Bolognetus. num. 72. Iasso

num.

num. 47. Biuius qui hanc dicit communem & de iure veriorem, li. 2. communium opi. opinione. 108 Suarez in Theſauro litera I. num. 48 Couarru. lib. 3. varia. c. 13 num. 8. Bonacoſa in tractatu de famulo. quæſt. 103. ex Bal. in l. liberti. num. 15 C. de oper. liberto. & pro hac ſententia facit tx. in l. 6. tit. 8. par. 5. quatenus ſtatuit, q̃ officialibus pro tempore (tantum) quo de ſeruiunt ſalarium præſtari debet, q̃ etiam tenuit Siluester in Sũma verbo familiæ, num. 2. & pro hac ſententia facit quia labor & pecunia recipiunt diuiſionem, vt. in l. ſeio amico. ff. de annuis lega.

Prædictas tamen contrarias opiones, aliquibus modis adconcordiã redigi poſſe arbitror. Oroſcius nanque in d. l. diem functo. d. num. 17. in ea eſt ſententia, vt prior opinio ſit verior de æquitate, ſecunda vero de rigore locum habeat, cuius ſententiã & diſtinctionẽ ſequitur Vincentius Carotius in tracta. de locato nouiſſime edito. c. de cauſa & culpa fol. mihi. 35. anum. 25. Aceuetus in l. 9. tit. 15. li. 4. reco. num. 16. quibus in locis affirmat quod iudices latas habenas habentes. quiſola facti veritate inſpecta procedũt, & cauſas dirimunt, prout eſt incuria mercatorum, poterunt præcipere vt famulo etiam pro tempore quo infirmauit ſalariũ præſtetur, licet huic diſtinctioni non aſſentiãt Biuius vbi ſupra & Sebaſtianus de Medicis ſupra relatus, in tractatu de caſu & periculo 1. p. q. 6. nu. 6.

Secundo prædictæ ſententiæ conciliari & adcõcordiã redigi poſſunt, ſi dicatur, quod affirmatiua ſentẽtia locũ habeat & procedat ſtãte conſuetudine, ſecunda vero ſemota conſuetudine, & ita diſtinguit Auſtericus in additio. capelæ Toloſanæ. quæ. 268. verſ. ſed quid ſi ſuma angelica verbo familia. nu. 2. Carotius vbi ſupra. nu. 26. qui ex eo mouentur, quia illud videtur actum tẽpore quo famulus fuit receptus, quod conſuetudine & moribus obtentum erat, ex tx in l. quod ſi nolit §. qui aſsidua. ff. de edili. edict. Tertio prædictorum doctorum diſcordantiæ conciliari poterunt, ſi dicamus quod affirmatiua ſentẽtia procedat, quãdo ſalarium debetur, nõ ſolũ propter perſona infirmi, ſed etiam aliorum ſeruitiorum, quos ſecum ad alia q̃ opus peragendum adducebat, veluti poteſtati ſeu correctori ratione familiæ quã ſecum adfert pro adminiſtranda iuſtitia vt ſupra ex d. l. 8. percepimus. Secunda vero negatiua locum ſibi vendicet, quando ſoluendum erat ſalarium habito reſpectu ad laborem & induſtriam infirmitatũ, & ita etiã has opiniones conciliari poſſe tenet Auſtericus loco ſuperius citato. ex tx in l. ſi pecuniam ff. de condictio. cauſa non ſecu. & ita notant ſupra relati doctores in d. l. diem functo: & pro hac diſtinct. videtur tx. elegãs l. 9. ti. 8. p. 5 in princip. vbi loquẽdo de correctore dicit, q̃ ſi is infirmetur vel moriatur habere debeat ſalarium totius anni, quod etiam probari videtur. in l. 9 ti. 15. li. 4. recopil.

Quarto fœdere diſtintionis cõcordari valent, ſi opinionem affirmatiuã intelligas veram, in infirmitate non culpoſa, quo caſu loquitur tx in d. l. cũ hæres. §. ſticus de ſta. lib, & glo. in d. §. de illo verbo ægrotante, negatiuam vero de infirmitate culpoſa & præuẽta ex delicto ſponte, vel ignorantia ſupina famuli commiſſo veluti ſicũ alterũ prouocauit, fuit ab illo percuſſus, & ita diſtiguit etiam Florianus in. d. §. de illo, & hanc dicit notabilẽ declarationem Vincentius Carotius vbi ſupra. num. 28. Pro qua vltima diſtinctionis parte facit, quia nõ eſt illi ſubueniendum, qui vltro ſe neceſsitati ſuppoſuit, vt in l. ſi fidei iuſor, §. qui nece-

neceſſaria.ff. qui ſatiſda.cogan. & ita tenet Aufrerius in additio capellæ Toloſanæ quæſt. 359. verſ.item quo ad iſtud,loquendo inmilitibus ſtipendiarijs qui ob illorum culpam & leuitatem in manus inimicorum incidũt & ab illis capiuntur,

Quinto præfatæ opiniones conciliari poſsunt,ſi opinio affirmatiua intelligatur,vbi famulusqui infirmauit, poſtea ad priſtinam valetudinem reuerſus,pro totidem temporis diſcurſu quo infirmitate detentus fuit,paratu fuit ſeruire,quod defecit, negatiua vero procedat ſi illud temporis defectũ ſeruire noluit,quam diſtinctionem firmau it Berthachinus verbo famulus verſ.3.Bald.in l.fin.C.decondi-tio.infert.vbi idem dicendum exiſtimat in militibus ſtipendiarij quod more bellico dicimus *pagar las faltas*, id que tenuit Rebuf. vbi ſupra Montal. in d.l.8.glo.fi. capella Toloſa,d. deciſ.369. Carotius vbi ſupra nu.29. Acevetus in d.l.9.num.21.licet huic diſtinctioni non aſſentiat Bar. in d.l.
24 diem functo, quatenus tenet, quod aſſeſſor nonpoteſt ſupplere defectum temporis quo infirmitate fuit detentus quominus ſeruire poſſet, ſeruiendo per aliud tanti temporis ſpatium, ſed hoc debet intelligi quando talis aſſeſſor fuiſſet nominatus & electus pro tempore quo officium Correctoris duraſſet,vel famulus fuit cõductus ad collendum vineas,vel agros, nam præterito oportuno tempore collendi,non poterit compelli dominus ad recipiendum illius tẽporis ſuplementum,pro vt neque dominus (verſa vice)poſſet cõpellere famulum, vt alio tẽpore, ſcilicet elapſo anno vel oportunitate,defectus adimpleret, & ita tenet Tiraque.reputans hoc mirabile dictum in l.Boues §.hoc ſermone.nu. 63.ff.deverbo ſigni.idque videtur velle Azeuetus vbiſupra.d. numero.21. Carotius.numero,29.&.30.

Sexto & vltimo adconcordiam re-
25 diguntur prædictæ communes contrariæ ſi famulus dequo loquimur,alium alium famulum(tempore infirmitatis)æque ideneum ſubſtituiſſet, & adomino eius operæ fuiſſent receptæ, quia tali caſu totius anni ſtipendium ſiue ſalariũ conſequi debebit, & ita diſtinguit Oroſcius vbi ſupra. nu.17.quem ſequitur, Azeuetus loco ſuperius citato.num.19.&.20.ponderando adhoc tx.in.d.l.6.ibi *pero ſi todo el precio quiſieren demandar, deuen dar otros meneſterales, tan ſabidores como aquellos que finarõ, que acabẽ las obras* ſecunda vero negatiua opinio procedat,ſi æque idoneum famulum vel miniſtrum ſiue adminiſtratorem præſtare noluit, & loquendo in correctore quilocum tenentem tempore infirmitatis non adhibu iſſet, ita tenet Bobadilla li.2.politi.c.9.num.22.litera.F.

26 Septimo & finaliter prædictas opiniones conciliabis,ſiopinionem affirmatiuam: veram reputaueris, vbi infirmitas fuit leuis, & talis quod famulus dequo agimus, non omnino ſeruire prohibebatur, licet non æque in omnibus miniſterijs deſeruiret, pro vt ſeruiebat tempore ſalutis.Secunda vero opinio negatiua procedat,quando penitus in nullo ſeruire potuit, anxia infirmitate grauatus,& hanc vltimam addidit Vincentius Carotius loco ſupra citato. num.33. Caſu igitur ocurrente,ſit cautus aduocatus famuli,deducendo æquitatem quam iudex præ oculis habere debet, vt in.l. quod ſi Epheſi.ff. de eo quod certo loco, vel articulando conſuetudinem, quæ eſt optima legum interpres,vt in l.ſide conſuetudine .ff.delegi.vel itidem infirmitatem non culpoſam,in ſiſtendo quod ſi famulus ægrotauit cuenit propter eius eximium laborẽ & ſolicitudinem in rebus domini im-

pen-

penſam, vel cæteras defenſiones opponatquæ colliguntur ex ſupradictis diſtinctionibus.

27 Quid autem ſi corrector de publico ſalariatus, ex permiſſu decurionũ, & procerum ciuitatis, ad curiam regiam, vel alibi acceſſit pro expeditione negotij ad ipſam ciuitatem pertinentis, an pro hoc etiam tempore ſalarium habere debeat, etiam ſi pro itinere faciendo & negotio aſsiſtendo aliud ſalarium ſibi fuerit conſtitutum. In qua difficultate Pariſ. de Puteo intracta. ſindicatus, parte ſalariũ nu. 2. in ea eſt ſententia, quod cum duplici fungatur officio, duplex etiam ſalarium habere poſsit Bald. tamen In l. 1. quæſt. 1. C mandati dicendum reputat, quod aliud ſalarium extraordinarium illi de publico præſtari nõ debeat, licet non deſiteatur, quod ipſe poterit repetere quod in tali negotio expendit bona fide, idque probare intendit ex. deciſione tex. in l. idẽque. ff. manda. & ratio eſt, quia nullus eſt caſus qui hoc genus deductionis impediat, vt in l. fundus qui. ff. familiæ herciſcund. Et eius ſententiam ſequitur Guidon Papæ, quæſt. 8. num. 2. vbi
28 dicit, quod ſi communitas habeat ſindicum, vel procuratorem generalem, cum certo ſalario, & his cogatur exire vrbem, & alibi proficiſci, pro expediendo & ſolicitando aliquo negotio reipublicæ, non debet habere aliud ſalariũ ſeparatũ ab illo, q̃ ſibi ratione officij ſuſcepti præſtatur, licet cõſequi debeat expenſas extraordinarias quas in ſe, æquo & famulo cõ ſumpſit, & idem tenet Auiles. c. 1. prætor verbo ſalario, nu. 12. Et eorũ ſententia vſu frequenti ſeruata eſt in nõ nullis ciuitatibus & villis huius regni, idque in omnibus faciendũ erit, vbi ſimilis neceſsitas ſuperuenerit, ne alias laxis habenis decuriones (vt parpari cuilibet referatur) bona communitatum diſpenſent, ſiue vt melius loquar diſsipent, & in correctore loquendo ita tenet Bobadilla, lib. 2. poli. c. 9. n. 9. ex tex. in l. 7. tit. 5. lib 3. recop. qua cauetur, ne hoc caſu aliud ſalarium correctori de publico tribuatur, ipſe tamen eam limitat dict. num. 9. in caſu quo corrector vltra negotia ciuitatis legationem faceret, pro rege (aliqua in re reipublicæ attingente) conſulendo, & ita tenuit Puteus vbi ſupra in aut hen. procuratori qui alterius negotium procurauit, ſalarium aliquo caſu præſtari debeat, quando ab initio de eo præſtando cõuentum non fuit, vide Philip. Portium lib. 1. concluſione. 31.

29 An autẽ tutori ſalariũ ſit præſtãdũ, iure cõmuni etiam cõtrouerſum fuit, q̃ ſalariũ habere nõ deberent, tenuit conſultus in l. in eos, & in l. a tutoribus. §. principalibus. ff. de adminiſt. tuto. & in l. ſi is qui. ff. de eo qui pro tuto re geſsit, idque ex prædictis iuribus firmauit Guillermus Maynetius in l. quo tutela n. 77. ff. de reg. iur. & ratiõnẽ poſuit Vincent. de Franch. deciſ. 122. n. 1. & 2. Bene tamẽ ex cauſa ſalariũ tutoribus per iudicẽ de bonis pupillorũ præſtari poſſet, ex Iaſ. in l. litẽ n. 2. C. de procura. Cornec cõſ. 63. vol. 4. Ioa. Garc. de expenſ. c. 20. n. 13. Vincen. Carotius de locato. c. de adminiſtra. tuto. fol. 14. q. 3. n. 13. Vincent de Franch. vbi ſupra num 3. Caualca. de tutore. nume. 310. vbi tenet, quod occurrente neceſsitate, poterit cõpelli iudex, ad conſtituendum ſalarium tutori, quinimo & tutor contutori conſtituere ſalarium poterit de bonis
30 pupilli, pro peragendis negotijs pupillaribus extra vrbem, illudque officio iudicis petere poterit, vt notat Aretinus in tractatu de teſtamen. gloſ. 96. numero. 9 & in. § ſed vt propter, inſtit. de excuſa. tuto. Et hanc ſententiã tenuit etiã Caualca

vbi supra Damauderius de tutor.c.1. de tutorum & curator. mercede nu-
31 mer.10.& indecurione extra vrbem pro negotijs reipublicæ iter agẽte. idem tenet Mexia, in pragma.panis conclusione.1.num.69.& in proposito dixit Baeza, in tracta. de decima tuto.c.1.num.9.quod tutor in ratione pupilli recte reputat, quod contutori iusta ex causa pro administrando patrimonio pupilli cõcessit, idque ante eum tenuit Bart.in.d.l.eos numer.2.&.3.Vincentius Carotius, vbi supra,numero.25.quod intelligo verum vbi iste tutor qui tale salariũ recepit solemnia egisset,vtpote inuẽtarium & librum rationis de iure,vel more confectum,vel in nihilo defeciisse,de his quæ exnecessitate officij facere tenetur,quod si in his defecisset, non vtique salarium habere de-
32 beret & ita voluit Caualca. loco supra relato, & ratio ea est potissima, quia propter dolum, negligentiam, vel latam culpam, tutor potius præsumitur structor quã tutor,& potius
33 deprædator, quã curator. Et præcedens sententia in tantum vera est, quod & si tutor in re pupillari laborauerit,& labor illius in pupilli commodum cesserit, adhuc ex eo solo, quod solemnia ex necessitate officij omisit,neque salarium, neque etiam expensas in rationibus reputabit,neque etiam decimam(a lege fori Hispani constitutam) pro labore percipiet, eo quod malo tutori præmium præstari non debet,etiam eius, quod bene fecit,vt tenuit Castrensis cons. 374.num.2.& in.l.pupilli.§.sed & si quis.nu.3.ff.de nego.gestis, tenetque hanc sententiam Baeça de decima.c. 13.nume.5.cum sequent.&.c.21.nu. 30.vbi illum malum & perfidum siue periurũ tutorem reputat, qui inuentarium, vel librum rationis non confecit de rebus minoris,Gutierrez de tutelis.c.9.numero.51,

Aduertendum tamen erit, quod li
34 cet tutor, vel curator finita tutela, vel cura non iuste salarium sibi pro administratione præstari in rationibus contendat, tamen tempore quo tutela,vel cura discernitur, illud sibi constitui pro negotiorum & rerum administrandarum qualitate petere poterit,vt tenet Angel.in.l.sumptus. C.de administra.tuto.& iudex poterit illi assignare certum quid pro quolibet die, quo peregre proficiscatur,pro gerendis pupillaribus negotijs,veluti si extra locum administrationis exiret curiam vsque ad prosequendas lites & iura minoris, hæc etenim extraordinariæ expensæ,omnino sunt illi reficiendæ, quatenus plus expendit quam si domi assisteret expendisset, vt in.l.1.§.si pupillis vers.item sumptus litis. ff. de tutel.& ratio distra.& ita tenet Baezius. d.c. 1.numero.3.cum sex sequentibus, dicit tamen ibi numero.8. quod si tutor extra domum sui domicilij diuagetur, pro colendo fundum,sulciendo domum, seminando, vel metendo segetes pupilli,ex quibus ipse decimam fructuum percipit, ex.l.fori (vt latissime suo loco dicetur) cum hæc omnia ex necessitate officij faciat,& facere teneatur, neque expensas huius laboris habere debeat, idque colligitur ex Alberi.in. d. l.a tutoribus.§.principalibus.ff.de administra.tutor.&in l.1.§.si pupillis.ff.de tutel.& ratio.distra Iason in.l.item verficulo & nota. C. de procurato. Boerius in consuetudini. Bituricensibus titulo de confue.iuris status persona. §. 11. columna. 2. Paul. & Angel. in. l.munitoribus.C.communia de successio. Cassaneus in consuetudi.Burgund.rubrica.6.§.4. verbo efaila dite fœme, Rochus de Curte,in.c.fin.de consuet. quæst.10.

Oroscius

Oroſcius, in l. ſumptus. ff. de pactis Ioannes Garſia de expenſ. c. 20. n. 11. Auenda. de exeq mands. 1. p. c. 4. n. 4. Mexia in pragmatica panis concl. 1. n. 71. quam ſententiam ego veram intelligerem, vbi tutor exiret ciuitatē ad videndum operarios qui laborant in vineis, vel meſibus iuxta ciuitatē, hoc eſt intra terminos ciuitatis, ſi tamen extra terminos ciuitatis in aliquo vico, vel municipio ſe conferret, pro videndis dictis laboratoribus, nō inficior quominus expeſa illa extraordinaria facta in equo & famulo (quē alias conductorus non eſt) illi ſit de pecunia pupillari ſoluenda, vt ſic euitet damnum, licet non capiat lucrum vt ſentiunt ſupra relati doctores, forte tamen hac in redici poſſet, quod ſuppoſito, quod ex tali labore tutor decimam fructus percipit in Hiſpania, pro decima etiam parte, ſumptuū horum excompunationem faciat, ita vt minori nouem partes harum extraordinariarum expenſarum onerē tur, tutori vero decima, quæ ſententia fundatur ex ratione tx. in l. pro locis. C. de anno, & tribut. li. 10. vbi qui plus colligit plus ſoluit.

Quid autē ſi tutor, vel curator conſtituit aliquem procuratorem, factorem, vel ſolicitatorem, pro adminiſtrādis & gerēdis rebus & negotijs pupillaribus, & illi ſalariū rationehuiꝰ miniſterij cōſtituit, an & datūe ſt huic factori, vel ſolicitatori illi, in calculo ſit recipiēdū & ꝓ huius articuli reſolutione, prius videre opus eſt, an tutores, vel curatores, huiuſmodi actores ſiue factores & ſolicitatores elige re poſſint, & in terminis dixit Bar. in l. actor verſ. 3. quæro. ff. rem ratā habe. quod tutoribus nō eſt ſimpliciter permiſſum mercare actores, ſed ob imminētes cauſas. puta infirmitatis, abſentiæ nobilitatis, & alijs ſimilibus, idque probatur notiſsime in, §. fin. inſti. de curato, vbi dicitur, quod actor debet conſtitui decreto iudicis præcedente licet Bart. in l. decreto. ff. de adminiſtra. tuto. affirmet poſſe conſtitui iſtum factorem ex mera voluntate tutoris, & abſque expreſsione cauſæ, & eum ſequuntur Vincentius Carotius de locato tit. de adminiſt. tuto. q. 3. n. 40. fol. 15. col. 3. Caualu. de tutore. n. 211. Damauderius de tutore, & cura. c. de mercede. § 1. nu. 44. & 49. fo. 89. Gutier. de tutel. lib. 3. c. 2. n. 20 Conſultius tamen erit, vt ſi aliqua cauſa quantumcumque generalis ſubſtat, exprimatur, veluti, quod negotia pupilli ſunt difuſa, vel ob impedimentum rei familiaris, abſentiam futuram aliam ve ſimilem cauſam, vt in l. Thais. §. 1. ff de fideicommiſſa. libertā & in l. ſi longius. ff. de iudi. tradit Bantius de nullitatibus tit. de nullitate ex defectu. n. 147. & proculdubio eius creationi, præcedere debet iudicis decretum, vt in. d. l. decrero. & d. §. fi. & ita tenet Ioſephus Ludouic. deciſ. 4. n. 1 Quibus ſuppoſitis dicendū cenſeo in propoſita quæſtione diſtinguendum eſſe, an fuerit iſte factor electus ad lites proſequendas, vel debita, quæ non reſultauerunt ex fructibus rerum pupillarium recuperanda, ſed ante aceptam tutelam, minori debebantur, & hoc caſu ex quo tutor, vel curator decimam illorum debitorū non percipit, ſalarium huic factori aſſignatum, erit minori ipſi adſcribendum. Si vero fuit conſtitutus ad locandum prædia, vel domos pupillares, & huic rei tutor commode & ſine minoris diſpendio aſsiſtere non potuit, ex quo fructus ex huiuſmodi locationibus colliguntur, & tutor decimam illorum percipit, decimam etiam ſalarij de ſuo ſoluere debebit, alias vero nouem partes ex pupilli patrimonio deducet ex text. in dict. l. pro locis, quinimo

& si tempore quo fuit cõstitutus, erat cõmuni reputatione fidelis, & incalce administrationis de quoquat, eũ beligẽti hoc damnum adscribitur, vt per Gutierrez de tutel. p. 2 c. 1. n. 118.

Contrariam tamen sententiam tenet Baeza tracta. de decima. c. 21. nu. 26. vbi dicit indistincte tenendú sore quod si tutor, vel curator aliquid præstiterit alicui factori, pro negotijs minoris constituto, veluti ad recuperandum nomina debitorum, vel vt pecuniã pupilli collocaret, nullomodo reputabit in rationibus tutelæ, q huic factori præstauit, cum ipse ratione decimæ a lege sibi delatæ, ratione laboris in administrando suscepti, ad exigendum debita & collocandú pecunias minoris teneatur. Hanc tamẽ Baezi sententiam tunc demum proculdubio procedere arbitror quando tutor qui perse potuit administrare negotia quæ in ciuitate, vel terminos eius poterant administrari alium actorem siue factorem creauit, nã hoc casu eius expensis, non vero minoris eligi potest, secus tamen si negotia pupilli extra terminos ciuitatis erãt administranda, veluti colligendo fructus, vel reditus annuos, quia hoc casu distinctionem supra proxime relatam faciendam reputo, scilicet an tutor ex tali negotiatione decimã percipiat nec ne.

Si tamen quæstio nostra agitaretur, in locis vbi tutor nullum habet salarium decimam, vel quotam fructuum rerum minoris proculdubio expensum in tali factore, imputandum & adscribendum erit totum minori, cum alias turori officium suum esset damnosum, & eius ex quo lucrum nõ caperet damnum sentiret, contra tx. in l. 1. § si pupillis vers. item. ff. de tutel. & ratio distra. Et hanc sentẽtiam de æquitate sequendam esse, suadet Damauderius, vbi supra. n. 46. dicens æquius futurum, si non strictum rigorem sed potius quid res, occasio veritas & vtrinque vtilitas & commoditas suadet sequamur & Gutier. de tutel. lib. 3. c. 2. n. 20. cum sequentibus.

Aduertendum tamen erit, quodcasu quo iste tutor, vel curator salariũ huic factori constituere possit, nõ debet illi plus salarij constituere & præbere, quam quod ipse habiturus esset. si extra terminos ciuitatis, pro negotijs pupilli proficisceretur, quod recte animaduertit Damauderius de tutore. c. de tutorum & curatorum mercede. c. 1. n 44. & ibi. n. 49. dicit, quod licitum erit tutori seu curatori fideli & diligenti, secum assumere recepto rem vnum aut plures, quos secundum rei, negotij quæ exigentiam & necessitatem constituat, cum honesto salario authoritate (tamen) iudicis constituto, quod tu nota perpetuo.

36 Si tamen ab initio salarium tutori non esset per iudicem constitutum, sumptuum qui bona fide in tutelam, non qui in ipsum tutorem fiunt ratio habenda erit, vt in. d. l. a tutoribus. §. quemadmodum, & ratio ea est potissima, quia qui aliquid ex necessitate legali facere tenetur, & ad id astringi potest per iudicem, suis sumptibus facere tenetur, quã sententiã tenet Baeza de decima. c. 1. n 16. vbi dicit, quod ille qui nõ liberalitate animi, sed legis imperio laborẽ subit, eo q legis necessitate expendit non repetit, idque firmauit Damaud. vbi sup. n. 25. secus tamen esset in administratore, vel negotiorum gestore alicuius maioris, quia sumptus in personã factos etiã reputat, vt in. l. idẽque. §. idẽ labeo ff. mandati, q intelligo quando negotiũ vtiliter gestum fuit, & non alias.

37 Præterea, & in calculo recipiendũ erit tutori, quidquid præceptoribus, (pro minore artibus liberalibus edocendo) præstiterit, sub titulo salarij, quia

quia hoc non ſolum facere poteſt, verum ad hoc legis neceſsitate aſtringitur, & ſi illum liberalibus artibus edocere non faceret, in culpa diceretur, in tantum, vt aduerſus illiũ in rem iurari poſſet, tanquam non iure adminiſtraſſet, vt voluit Plotus in l. ſiquando. num. 225. C. vndevi. Secundum antiquiorem impreſsionem, & in nouiori in. § 5. n. 24. & cum refert, & ſequitur Caualca. de tutore ſub, nu. 275. & ita conſuluit Roma, conſ. 225 & eorum ſententia prouatur ex tx. in l. cum pluries. §. cum tutor. ff. de adminiſtra. tuto ibi. *Mercedes præceptorum non quantas minimas poterit, ſed pro quantitate patrimonij, & dignitate natalium conſtituet.* Et hanc eandem ſententiam tenuit Vincentius Carotius de locato. fol. 15. q. 3. tit. de adminiſt. tuto. n. 48. vbi, nu. 51. plus dicit, quod etiam ſi tutor expenderit in edocendo grammaticam ſuis puellis, & propter hoc ſalarium præceptori præſtiterit, hoc ſalarium etiam in calculo recipi debet, cum mulieres non prohibeantur grammaticam addiſcere, vt in l. 1. § poſtularе. ff. depoſtula. Neque inhoneſtum eſſet, aſſueſcere pupillas in literis addiſcendis, vt notãt Ange. & Bart. in d. § poſtulare, Decius in l. fœminæ. nu. 9. de reg. iur. & fere noſtris temporibus Salmanticæ publice in ſcholis grammaticam legiſſe filiã magiſtri cæci, loco ſui patris infirmi, aſſenioribus audiuiſſe profiteor, quinimo & de filia accurſij, quod publicæ Bononiæ iura ciuilia interpretauerit teſtatur Alberi. quem refert Grego. Lupus in l. 16. titu. 16. p. 6. glo. verbo. *leer y eſcriuir*, & de multis ſapientiſsimis mulieribus, literiſque eruditiſsimis, plura tradit Ioannes de Neuizanis in ſua Silua nuptia. li. 4. n. 28. licet in propoſito dicat quædam gloſſela marginalis in l. qui filium. ff. de alim. tuto. præſ. quod mulier addiſcens latine loqui vix peruenit ad bonũ finem.

38 39 40 41

Neque oberit ſi dicatur, quod ſalaria magiſtrorum grammaticæ, ſolent de bonis ciuitatum, vel villarũ ſolui, vt in l. ambitioſa. ff. de decret. abordi. facien. & in l. 2. C. de decurio. Auend. de exequen. manda. 2. p. c. 10. n. 8. quia & ſi in ciuitate eſſet magiſter grammaticæ ſalariatus, non expediret, quod pupilla quæ grammaticam addiſceret (forte animo ingrediendæ religionis) in virorum ſcholis edoceretur, ſatis enim indecorum & inverecundum eſſet, pueros ſimul cũ puellis immiſceri, cũ & in minoribus duodecim & quatuordecim annorũ pueris, luxuria vigere poſsit, ſufficiens ad geuerãdum, & poſsibile ſit, quod puella minor duodecim annorum grauida efficiatur, vt tenet Bald. Peruſinus in tractatu ſubſtitutio in rubr. de pupillari. n. 40. vbi dicit, quod puella poteſt etiam impregnari in vndecimo anno, quinimo & puerum nouem annorum nutricem ſuam grauidam efeciſſe, ex teſtimonio diui Hieronymi legimus, vt refert gloſ. in. c. in ſumma 20. q. 1. idque etiam retulit Corraſius lib. 6. miſcellanearum. c. 23. n. 4. Tiraquel. ad leges connubiales lib. 6. n. 25 & ex pluribus hanc hiſtoriam refert Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centuria 1. c. 57. n. 33. licet in hoc nimis dubitauerit Petrus Surd. de alimentis priuilegio. 58. fol. 313. num. 2. ideoque recte facturum tutorẽ exiſtimo qui priuatim domicelas, ſibi in tuttlã datas (in locis vbi conſuetudo viget) grammaticã etiã addiſcere faciat, vel ſimonaſterijũ ingredi affectauerint, cũ ex hoc doctiores, & prõptiores cultui diuino efficiantur, in Hiſpania tamen, raro linguã latinã fœminæ addiſcũt.

Præterea dubitatur, an ſalariũ præſtitum aduocato reipublicæ, ſit decurionibus in calculo recipiendum, &. Bar. in l. 1. C. de præbendo ſalario lib.

10.tenet quod sic. etiam si absque regia licentia fuerit constitutum, ex Lucas de Pena ibi, quem refert & sequitur Auenda. de exequen. manda, 2. parte. c. 10. num. 19. Carotius de locato fol. 15. col. 4. num. 16. vbi dicit quod soli consiliarij vel anciani ciuitatis, poterunt constituere procuratorem vel aduocatum cum certa annua responsione.

Contrariam tamen sententiã, imo quod absque facultate regia tale salarium præberi non possit tenet gloss. in d. l. 1. & in rub. de decretis decurio. Curia Pisana & ibi eius additio. lib. 2. c. 18. de potestate Concilij, nu. 31. Azeuet. in. l. 13. ti. 9. l. 3. reco. n. 4. pro qua sententia adducit tex. in. l. 15. ti. 7. lib. 7. recopi. vbi tanrum decurionibus conceditur, vt custodibus defensarum salarium propria autoritate constituant, quasi secus de alijs salariandis disponat, ex vulgata l. nam quod liquide. ff. de penu. lega. qua de causa Azeuetus ibi dicit, saluberrimum fore decurionibus, vt prius quã prædictum salarium constituant, regium consilium adeant, pro impetranda licentia, ad illud assignandum de bonis reipublicæ. idque & in aliorum seruitorum reipublicæ salarijs constituendum putat, ne forte detur occasio coludendi & defraudandi rempublicam, præstando salaria impertinentia, cognatis, vel amicis ipsorum decurionum. *Ego* tamen priorem opinionem virtute consuetudinis sustineri posse certo scio, dũmodo fraus, sordes, vel gratia non intercesserit, & ita in regio consilio practicari testatur Bobadilla in Politica. lib. 5. c. 4. n. 64. vbi addit, quod aliquã do cauti decuriones, hæc salaria officialibus publicis constituunt, subconditione si a Rege confirmentur, vel licentia ad præbendum illa consequatur, interimque non alias illorum liberationes concedere, quam dato fideiussore, quod si a rege non confirmentur, reddent, quod illorum ratione perceperint. Cessaret tamen prædicta difficultas, vbi semel a rege alicui salarium fuisset constitutum, vel si a tempore immemoriali, vel etiam decem annorum absque regia licentia, fuisset assignatum, vt voluit Cephalus cons. 615. n. 37. Azeuetus vbi sup. Aduertendum tamen erit, quod aduocatus pauperum non alias de publico salarium habet, quam si respublica pænas habeat camerales, & ita est intelligenda glos. in. l. magis puto. §. in primis verbo si inops. ff. de rebus eorum & in. l. 1. verbo non habebunt. ff. de postulando, incumbit namque huiusmodi onus ad pænas camerales percipiẽtes, ex quibus dicendũ videtur, quod tutor non possit constituere salariũ aduocato minoris sine licentia & facultate iudicis, non enim maiorem habet potestatem tutor in bonis pupilli, quam decuriones in bonis ciuitatis, vnde cum minores & respublica æquiparẽtur, vt in. l. rempublicam. C. de iure reipublicæ par debet esse in hoc vtriusque potestas, itavt respublica a regio senatu, tutor a iudice ordinario (saltim) licentiã constituendi salarium aduocatis habeat, facit tx. in l. illud. ff. ad leg. aquil & in. §. pari ratione instit. quibus modis ius patriæ potest solui, iudicis namque præsentia & authoritas, facit cessare qualẽcumque collusionis, doli, vel fradis præsumptionem. argu. l. decreto. ff. de adminis. tut. forte tamen si defacto a tutore constitueretur sine iudicis authoritate, salarij constitutio substineri posset, si esset modicum, & aduocatus in litibus laborasset, potest enim facere tutor, quod in rebus suis fecisset, vt in. l. 1. ff. de tutelis & ratio distra. maxime, quia ꝙ præstatur aduocato, datur in remunerationem laboris

42

43

ris in rebus & negotijs minoris impē ſi, quo caſu remunerando recte tutor donare poteſt, vt in l. qui filium ff. vbi pupil. educari debeat, & de hac quæſtione pluradixi ſupra c. 24. n. num. 24. & teſtis in hoc ſum oculatus, quod cum quidam tutor cuidam ex ſenioribus & peritioribus aduocatis, ſalariū pro ſuo patrocinio in litibus ſui minoris præſtando conſtituiſſet, & finita tutela illud ab eodem minore peteretur, minor fuit abſolutus, ex eo quia aduocatus non docuit qualiter ipſe eidem minori in aliqua lite patrocinium præſtitiſſet, & viſa & reuiſa cauſa minor obtinuit.

An autem ſalarium datum per decuriones depoſitario generali de bo-
44 nis publicis, ſit in calculo rationum publicarum recipiendum, ſæpe controuerſum eſt, & in hac quæſt. Auendaño de exequend. manda. 2. p. c. 10. n. 17. in ea eſt ſententia vt moderatum ſalarium tali depoſitario de publico præberi poſsit.

Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet, quod nec de publicis neque priuatorū bonis ſalarium habere debeat, mihi magis arridet ea motus ratione, quia cum ſit nudus miniſter neque commodum neque damnum ſentire debet, ex l. Lutius. §. 1. ff. de leg. 2. cuius ſententiam tenent Angel. Imola Areti. & Romanus ſimul cum Alexandro in l. intereſſe. ff. de acqui. poſ. Vincentius Carotius in tractatu de ſequeſtro. q. 1. num. 3. fol. 125. vbi tūc demum hanc ſententiam indubitatā reputat, ſi ſequeſter fuit a iudice conſtitutus, ſecus vero exiſtimat, vbi a
45 partibus fuiſſet electus, & nominatus in depoſitarium, abſque aliqua iudicis interuentione, quia tali depoſitario ſalarium præſtandum arbitratur, reſpectu laboris in adminiſtratione depoſitæ impenſi, iuxta notata per Bart. in l. ſi oleum. ff. de præſcrip. verbis, idque tenet Barbatia. conſ. 71 col. 1. volum. 4 Francif. Curtius in tracta de ſequeſtris. num 78. vol. 4. Azeuetus nouiſsime in l. 13. tit. 9. lib. 3. recopi. n. 4. vbi tenet, quod ſequeſtro rerum priuatarum, etiam ſi a publico ſit deputatus, non debet ſalarium præberi de publico, ſed expenſis deponentium depoſitam rem cuſtodire debeat.

Ego autem hac in re diſtinctione vtendum exiſtimo, aut enim depoſitarius ratione cuſtodiendi depoſiti, in aliquo labore vel incommodo verſatur, & hoc caſu modo a iudice, modo a partibus ſit electus & nominatus in depoſitarium, mercedem huius laboris habebit, de bonis ſaltim deponentium, ex tex. in l. 1. C. de præuēdo Sali. lib. 10. & in l. mulier inopus ſalinarum. ff. de capti. & poſt lim. reuerſ. ita Bar. in l. a tutoribus. §. fi. ff. de adminiſt. tuto. Curtius loco ſuperius citato. Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 4. glo. 7. nume. 4. vbi hanc eſſe Galliæ conſuetudinem teſtatur, aut vero in nullo verſatur incommodo, ſed eſt purus & nudus miniſter, eo q̄ pecunias in teca depoſitas cuſtodit, & hoc caſu modo a iudice modo a partibus eligatur, nullum ſalarium habere debet, ita iudicauit Rota Lucana, quæſt. 52. num. 14. & Franciſcus Marcus hanc veram & indubitabilem diſtinctionem reputat deciſ. 444. Vincentius Carotius vbi ſupra. num. 5. & Gutierr. de tutel. lib. 3. cap. 7. numero. 7.

An autem executores teſtamenti ſalarium (pro tempore quo durauerit executio) habere debeat, ad-
45 huc eſt incontrouerſia apud veteres, & nouos iuris vtriuſque interpretes, & dicendum videtur, quod ſalarium huius laboris habere non debeant, vt in l. ſiquis ad declinandam verſic. ſiquidem. C. de epiſco. & cleri

ibi, *nullo penitus ex hoc lucro, vel œconomo, vel episcopo, vel sacrosanctæ ecclesiæ relinquendo*, & ita fit mauit Vincentius de Franch. decisione. 122 nu. 6. dicens ita iudicatum fuisse, quod in tantum verum apparet, vt si executor iste aliquid pro huiusmodi executione recepisset, peccati reus existeret, vt patet ex eodem tex. ibi, *in omnibus autem huiusmodi casibus celestes iracundias sacrosanctarum rerum administratores expectent, si qualecumque lucrum ex huiusmodi gubernationibus, sibi met acquisierint*, idque partito iure cauetur in. l. 5. tit. 10 par. 6. ibi. *Non deuen tomar para si por razon del trabajo que lleuan en esto, ninguna cosa*, & rursus inferius subdit. *Y los Obispos si contra esto fiziessen errarian en quatro maneras, la primera contra Dios, &c.* Et in terminis hãc sententiam tenuit additio ad Abba. in. cap. cum Ioannes verbo Ioannes, vers. item adde hic & in testamentis glos. etiam & in. l. pecuniæ verbo mãdatur. ff. de alimen. & cibarijs lega. Couar. in. c. cum Ioannes supra relato. n. fi. & ratio est, quia executoris testamenti ministerium, ex sola pietate fieri debet, vt in. l. 7. tit. 10. par. 6. ibi, *porque es obra de piedad*, vnde cũ operæ charitatis, semota omni spe temporalis lucri & præmij exerceri debeant, qui pro illis exercendis, salarium, vel aliud quidpiam recipit, mortaliter peccat, vt voluit sanctus Tho. 2, 2. quæst. 100. art. 1 Nauarr. in manuali. c. 32. num. 99. Sotus de iustitia & iure, quæst. 5. art. 2. quinimo & si de facto pro huiusmodi operibus charitatis faciendis quis præmium vel stipendium aliquod reportaret, condictione obturpem causam ab eo repeti posset, vt . l. fi. ff. de condictio. obturpem cau. & hoc maxime in vniuersali testamenti executore locum haberet, quia cum hic locc hæredis habeatur, nihil aliud quam illud quod ex dispositione legali habet percipere debet, hoc enim commodi habet vniuersalis executor testamenti, vt deficientibus legatarijs, vel fideicõmissarijs, vel repudiantibus hæredibus, totum hoc commodum huic vniuersali executori acquiratur, vt notat Iacobus a canibus in tracta. de executore vltima volunta. 3. p. num. 1. volum. 12. vbi dicit, quod deficiente, siue obeunte legatario, vel fideicommissario, cui necesse habet executor legatum fideicommissum (conditione adueniente) restituere legatum, vel fideicommissum eius lucro cedit. 46

Pro contraria vero parte, imo q hic executor testamenti salarium & præmiũ percipere & habere debeat, tenet Vincentius Carotius de locato conclusione. 77. fol. 272. Auenda. de exequen. manda. lib. 1 c. 2. nu. 8 Ioannes Garcia de expens. c. 20. num. 14. Baeça de decima tuto. c. 19. num. 20. vbi tenet nõ solũ salariũ huiusmodi testamentarijs esse præstandum arbitrio iudicis, verum & decimam fructuũ habituros, instar tutorum & curatorum, idque pluribus iuribus & rationibus adductis suadere conantur, & eandem sententiam tenet Spinus in suo speculo testamentorum glos. 28. num. 78. vers. sed his non obstantibus, vbi postquam plura hinc inde adducit, tandem in hoc inclinat, vt iudicis arbitrio terminetur, considerat is defuncti facultatibus, qualitate executoris, & laboris in administratione impensi, & pro prædicta sententia facit text. in. l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinamen. vete. vbi loquendo in testamentario (qui in testamenti publicationem vltra tempus a lege destinatum distulit) dicit. *Y si no le fue mandada* 47

cosa

cosa alguna pierda el salario que deue auer por su trabajo, ex cuius legis decisione (licet non fuerit in noua legū colectione transcripta) facile colligitur, quod iure antiquo Hispaniæ salarium huiusmodi executores habebant, ratione laboris.

Pro sedanda (tamen) hac difficultate ita distinguendum erit, aut enim habet hic executor solum nudum facti ministerium, tale quod breuiter expediri potest, vt sepelire defunctū, eleemosinas in testamento relictas præstare, & quid simile, & hoc casu nullum salarium habebit, & sic intelligenda erit prior opinio, & iura pro ea adducta, aut vero hoc executoris ministerium habet tractum successiuum cum administrationis onere, & hoc casu salarium tali executori præstandum erit, ne dum in his exercendis negotijs laborat patrimonij sui iacturam faciat, illius ve beneficium deserat, non tamen veram reputo sententiam Baecij quatenus decimam illi hoc casu præstandam existimat, sed aliam Spini dicentis, quod arbitrio iudicis præstari debeat, ita tamē
48 vt nō decimam fructuū excedat, quinimo & in præstando salario semper iudex præ oculis habere debet consuetudinem patriæ in qua fit administratio, vt voluit senatus Genuensis decisione 115. nu. 4. Cauti tamen debent esse huiusmodi executores, quibus commissa fuit administratio patrimonij defuncti, vt in initio administrationis sibi salarium constitui faciant per iudicem, quia cum ipsi ad acceptandum tale ministerium compelli non possint, vt tenet Salice. in l. nulli. C. de episco. & cleri. Iacobus a Canibus vbi supra, particula. 1. num. 37. volum. 12. si simpliciter administrationem suscepissent, præsumeretur Dei amore & charitatis exercendæ causa, illam peregisse, eo quod tale exercere ministerium sit animæ salutare, & illud refutare peccatum sit contra charitatem, vt notat gloss. in c. sicut. 11 quæst. 1. quinimo & naturali iure illut. officiū acceptare, quēlibet esse obnoxium probat text. in Auth. de hære. & falci. §. si vero expressim. Item quia vbi agitur de honorabili bono, prout est adimplere piasvo
49 luntates defunctorum, qui tacet & nihil petit pro tali labore tempore quo illum agreditur, censetur absque præmij temporalis suffragio illum exercere, ita Innocent. in c. in Genesi de electione Barbacia in. d. c. Ioannes de testa. & pro hac sententia facit text. & quæ ibi notant doctores, in l. Nensenius. ff. de nego. gestis, & in l. si paterno affectu. C. eodem quatenus probant, quod qui ex affectione alimenta præsumitur præstitisse filio, vel nepoti, nō potest repetere, quod dedit, nisi ab initio protestasset, quod animo repetendi id faceret, quinimo & in proposito dicendum censeo, quod si iudex promisisset huic testamentario salarium sibi constituendum, si tamen ante administrationem peractam non fuit constitutum, postea in rationibus illum non fore constituēdum, neque ab ipso peti posse, vt tenet gloss. in d. l. a tutoribus. §. fi. verbo nisi ab eo, vers item bene. ff. de administratio. tuto.

50 An autem æconomus qui alicuius ecclesiastici beneficij fructus percepit, salarium habere debeat, non sine cōtrouersia est, & in hac difficultate, Nicolaus de Neapolis in l. ineos ff. de tutelis partem substinet negatiuam, & eius sententia probari videtur ex l. siquis ad declinandam in medio & iuxta finē. C. de episco. & cleric. & in l. 5. titulo. 10. part. 6. ibi, *non deben tomar para si por razon del trabajo que lleuan cosa alguna*. & hanc sententiam tenuit Barbatia in additonibus

ad Bartolū in.l.a tutoribus.§.finali de adminiſt.tuto. & eos refert & ſequitur Vincentius Carotius,in tracta.de locato,quæſt.14.fol.36. dicens quod licetverum ſit,quod æconomus poſſit recipere ſalarium ſi ei ſponte donetur, tamen illud petere nō poteſt. Et hæc ſententia probari videtur in .c. charitatem. 12. quæſt. 2. vbi prohibetur æconomo rerū eccleſiæ, ne pro labore ſalariū recipiat,licet glo.ibi verū hoc intelligat quādo depublico eſt ſalariatus,alias ſecus, quā gloſſæ ſententiam ego veriſimam reputo, cum ratio dictet naturalis & diuina, dignū eſſe operarium mercede ſua. & ideo tenendum exiſtimo, quod ſiquis conſtituatur æconomus ad colligendum fructus alicuius beneficij, interim quod de poſſeſſione,vel proprietate eius diſceptatur in iudicio,vel alicuius clerici abſentis & vagantis, omnino & ſalarium recipere,& petere iure actionis poſſit ratione laboris inpē ſi,cum labor non debeat eſſevacuus a mercede,& ſæpe ſecundum hanc opinionem iudicatum fuiſſe certo ſcio, quod intelige niſi incaſibus a iure expreſsis

61 In ſuper in propoſito dubitatur,an negotiorum geſtori ſalarium (pro tē pore quo geſſit)præberi debeat, & dicendum videtur quod ſic,eo quod rei publicæ intereſt vt homines inuitentur ad gerendū negotia abſentiū,vel alias impeditorum, vt ſentit Bart.in. l.1.per tx.ibi.ff.denego geſt, Decius in.l.contractus num.38.ff.de reg.iur. Soci.cōſ.196.vbidicit quod ſi ciuitas erat infirma, & aliquis medicus eius vicinos curauit, poterit petere ſalarium conſuetum actione negotiorū geſtorum,

Contraria tamen ſententia, imo quod talis geſtor negotiorum ſalariū habere non debeat, tenet Ioānes de Platea,in.l.demoſtratiofalſa,ff.de cō di.& demoſtra. & in.l.in ſūma.§.1.ff. decōdictio.indebiti Firmianus iure portorio verbo negotiorum geſtio. verſ.ſeptimo,Guido.Papæ quæſt.68. num.5.Baeza dedecima,c.20.nume. 20.Carotius de locato fol.16 quæſt. demercede negotiatoris,num.9.cum ſequentibus,vbi & expenſas neceſſario factas illi denegandas reputet, ex x.in.l.exduobus.§.1. & ibi Bar.notat.ff.de nego.geſtis, tamen extenſio iſta videtur aduerſus deciſionem tex. in.l. idem quæ. §. idem Labeo.ff. manda.

Pro concordia tamen dictarum opinionum, dicendum cenſeo; quod ſi talis negotiorum geſtor erat ſolitus recipere ſalarium pro rebus a ſe geſtis, itidem & ille cuius negotium geſtum fuit,ſalarium pro adminiſtratione ſuarum rerum concedere ſolebat, omnino ſalarium ſit præſtandum huic negotiorum geſtori,exdoctrina Bart.in.l.ſi me & Titium.ff.ſi certum pet a.Rom.ita diſtinguens in.l.diem functo ff.de offic aſſeſſorum Federi. de Senis conſ.218.Soci loco ſuperius citato,vbi ad confirmationem huius ſententiæ,non ſolum iura ciuilia & canonica,verum & diuina & naturalia adducit,quæ egoconſulto omitto eo quod ibi ad ſaturitatem videri poterit,ſecus tamen erit, vbi nec quæ geſtor accipere,neque is cuius negotium geſtum eſt ſalarium præſtare aſſueuerat.

52 Pone tamen,quod aduocatusquidam fuit creatus tutor, vel curator alicuius minoris, & cum hic minor plures lites haberet, ipſe pro eo patrocinium præſtitit,dubitaturmodo, an huius laboris & patrocinij, prout quilibet alius aduocatus ſalarium in rationibus reputare poſsit, an vero decima fructuum contentus eſſe debeat, & quod nullum aliud ſalarium præter decimam habere debeat, ex

ſequen-

ſequentibus ſuaderi videtur.

Primo ex ratione tex. in l. 2. tit. 7. *de la guarda delos huerfanos*. li. 3. fori ibi. *Y quienquier que los tẽga mantẽga lo delos frutos y tome eldiezmo para ſi, por razon de ſu trabajo*, ſi ergo fructus ſunt & tutori & minori communes licet ex diſparibus partibus, negari nõ poteſt, quin illud quod administrat tutor cedat in vtiuſque cõmodũ, quia quod commune eſt, meũ eſt. l. ſerui electione, §. labeo ait, & §. ſequenti. ff. de lega. 1. Boerius deciſ. 210. num. 4. vnde cum inter eos qui communionẽ habẽt, non conſideretur an vnus plus altero laborauerit in rebus ſocietatis. vt in l. cum duobus §. ſiquis ex ſocijs. ff. pro ſocio, ſocius qui plus laborauit, ſumptus tãtũ reputabit, non autem plus premij quam alij reportabit.

Secundo pro hac ſententia adduco mirabile dictũ Guidonis de Suzaia Alberici & Iaſonis in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. vbi dicunt, quod ſi aduocatus pro ſe aduocauit in lite cum alio agitata & obtinuit, & reus fuit in expenſis condemnatus, talis aduocatus non reportabit ſportulas ſuorum libelorum, & hæc eſt cõmunis ſententia vt teſtatur Emanuel Suarez in ſuo theſauro iuris ciuil. litera S. num. 1. & a nume. 109. Boerius in ſingularibus ſuis, verbo expenſæ, num. 10. Tiraquel. de retractu. §. 23. gloſ. 4. nu. 6. Gratus reſponſo 108. num. 7. Sebaſtianus de Medicis de regul iur. reg. 7. num. 15. Baeza de decima tuto c. 21. num. 14. Vincentius Carotius de locato fol. 24. num. 23 Villalobos in ſuis communibus litera S. num. 5. & hanc ſententiam a iuris pontificij profeſoribus aſsidue fuiſſe obſeruatam teſtatur Boerius loco ſupra citato.

Tertio fundatur negatiua ſententia exco, quia eo ipſo quod quis intutorem alicuius minoris eligitur, tenetur gratis proco patrocinari, vt tenet Greg Lupus in l. 16. tit. 9. par. 2. glo. verbo *huerfanos*, igitur nihil pro patrocinio minori præſtito conſequi debet, vltra decimam ex diſpoſitione legali ſibi pro labore conſtitutam: & in terminis hanc ſententiam tenuit Albericus in l. 1. ff. de poſtulan. & eum refert Baeza loco ſupra citato. num. 13. & 14.

Aduerſus tamen prædictam ſententiam facit, quia ſi vnus ex ſocijs pro ſe & alijs conſocijs traficauit & plus alijs laborauit ſui peculiaris laboris & induſtriæ præmium (vltra lucrum) cõſequitur, vt tenet Petrus de vbald. in tracta. de duobus fratri. 6, parte quæſt. fin. num. 27. Corneus conſ. 116. lib. 4. Baezius ſibi contrarius vbi ſupra. c. 2. num. 16. verſ. & ſic cum vnus. Menochius conſ. 228. Vincentius Carotius vbi ſupra fol. 12. quæſtione. 2. in principio.

Secundo pro hac ſententia facit, quia quando aduocatus patrocinatur in cauſa ſibi cum altero communi, pro parte conſocij ignari literarum, ſibi ſtipendium laboris ſoluidebet, vt tenet Boerius loco ſuperius relato, vbi ita pluries iudicatum vidiſſe teſtatur, ex deciſione tx. notabilis in propoſito in l. 1. §. in propria cauſa. ff. quãdo appellandum ſit, facit etiam tx. iuncta gloſ. in l. ex parte hæres. ff. familiæ hærciſcun. tex. etiam in l. ſi in rem cõmunem, C. ſicert. peta. idque in terminis tenet Minſingerius obſeruatione 1. centuria. 2. infine. Vincentius Carotius vbi ſupra.

Tertio & pro hac ſententia adduco tx. in l. his ſcolaribus. C. de erogatione milita anno. vbi. ſiquis vice duorum fungatur vtriuſque ſalarium habere debet, & ita tenet Platea ibi & & in l. 3. num. 2. C. de dignita. Andrea Gail obſeruatione. 44. Petr. Surdus

conſ.

conſ. 66. nu. 6. Carotius ibi ſupra nu. 56. fol. 25. col. 2. vbi dicit quod idiotæ ſoli dicunt quod quis duplex ſalariũ habere non debet, ex quibus hæc affirmatiua ſententia magis mihi arridet, maxime vbi hoc ſalarium peteretur ratione damni ſibi illati, eo q̃ a patrocinandi exercitio ratione litis minoris ſe ſubtraxit domi egreſſus, & hæc ſententia placuit Iaſoni in d. §. ſin autem alterutra. num. 4. & pro hac opinione eſt ratio vrgens & politica in promptu, quia ſi huic literato licuit alium addere aduocatum pro patrocinio in lite cõmuni conſequendo, illique ſalarium fuit tribuendum, communibus expenſis, quanto maiori & fortiori ratione, huic ſotio idoneo. & magis experto maiori quæ affectione aduocante ſalarium præſtãdum non foret laborent & pecunia æſtimationem recipiunt. l. ſeio amico
53 ff. de annuis lega. & ita fuiſſe iudicatum in caſu propoſito refert Vincen. de Franchis deciſio. 122. numero. 4. part. 1.

54 Ex quibus Baezius in loco ſupra citato num. 25. dixit, quod ſi tutor agricola fundum ſui minoris proprijs manibus colluit, vel tutor ſarter veſtimenta ſui minoris ſartiatur, huius laboris præmiũ, vltra decimã percipiet, & in rationibus imputauit, eo quod hic ſit labor extra adminiſtrationis officium contingens, in quo alias neceſsario expendendum erat, & de huiuſmodi laboribus ſiue operibus non loquitur tex. in d. l. fori ibi *por ſu trabajo*, ſed de laboribus in adminiſtrando & fructus percipiendo impenſis, alias officium tutoris eſſet ipſi tutori damnoſum, & detrimentoſum, quod non eſt dicendum. & Baezam ſequitur Ioan. Gutierez. lib. 3. de tutel. c. 2. num. 19

55 *V*lterius dubitatur, an filio qui viuente patre, negotia patris mercatoris, vel alias negotiatoris peregit eo mortuo ſalarium huiuſmodi laboris, vltra legitimam præſtari debeat. Et in hac difficultate Fulgoſius in. l. illud. C. de collatio in ea eſt ſententia, vt ſi pater multas habuiſſet poſſeſsiones, quas non poterat morbo, vel ſenectute, vel alia ratione, ſolus gubernare & filius maior ea fideliter & diligẽter gubernauit, & cæteri filij in his nihil laborauerũt, eo q̃ infantilẽ, ætate vel labori illo inutiles erãt talis filius maior in diuiſione & ratione paternorũ bonorũ, ſalarium talis laboris condigne reportauit, & hanc ſententiam firmauit Anto. Gomez in. l. 26. Tauri. num. 24. verſ. exquo infertur, Lara in tracta. de alimen. §. ſed ſi filius. nume. 138. Oroſcius quiplures pro hac ſententia refert, in. l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. num. 2. ff. de pactis. vbi hanc ſententiam crebrius, receptam teſtatur, & eam etiam reputat veriorem Vincen. Carotius. de locato fol. 12. nume. 16. æquãque & iuſtam reputauit illã Gomez vbi ſupra.

Contrariam tamen ſententiam, imo quod nihil precipuum ratione huius laboris habere debeat frater, tenet laſſo. in d. l. illud. & eam pluribus aductis rationibus, exornat Tiraquel. de primog. quæſt. 86. Baeza. d. c. 2 nu. 3. & 9. Caſtellus in. l. 27. Tauri. n. 17. Grego. Lupus, in. l. 3 tit. 20. par. 2. glo. verbo, *que ſon ſuyos*, Nauarrus in manuali c. 17. num. 148. & hanc ſequutum fuiſſe doctiſſimũ Doctorem Muñoz dum Salmanticæ cathedram veſperarum iuris pontifici legeret, teſtatur Parlado. lib 1. rerum quotidia. c. 16. & Gutierrez eã veriſimã teſtatur, de iuramen. confirma. 1. partita. c. 5. num. 7 attento iure regio. & a Baezij. ſententia diſcedit, etiam in quantum exiſtimat, quod iudex ſaltim parciſſime ſuius laboris ſtipendium præſtabit, & in hanc etiã inclinat Lara, vbi

ſupra

ſupra in fine iure regio in ſpecto. nu. finali. & eorum opinio ſuaderi videtur, ex eo, quia filius patri omni iure ſeruire tenetur, vt in l. 3. tit. 20. par. 2. ibi *conuiene que ſe ſepan ſeruir de ellos, que aſsi como es razon y natura y derecho, que los hijos ſepan obedecer a ſus padres y ſeruirlos*, &c. & rurſus in ferius dicit, *e mas delos hijos q̃ ſon ſuyos quita mente, mas q̃ otra coſa, para ſeruirſe dellos aſu voluntad*, quinimo & filius non ſolũ tenetur ſeruire patri in rebus familiaribus, ſeu mercãtilibus, & adminiſtrationem patrimonij concernentibus, verum etiã in bello parenti ſeruire eſt obnoxius. vt in l. fi. tit. 7. par. 2. ibi *otro ſi dezen ſeruirſe dellos, en tiempo de paz y en tiempo de guerra*. Ex quibus infer
56 ri videtur, quod ſi comes, veldux quinimo & Rex ipſe mitteret filium cũ exercitu, pro expugnanda aliqua ciuitate vel regno, filius iſte & ſi viciſſet & victoriam ſua induſtria & laborecõſequutus fuiſſet, adhuc in partitionibus bonorũ patris, nihil pro huiuſmodi adminiſtratione & ſeruitio præcipuũ habiturus eſſet, quia quigratis aliquid facere tenetur, tur piter protali facto, ſtipendium peteret, vt in l. fi. ff. de cõdictio. obtur. cauſam.

Inter has tamen doctorum varietates & iuris conſultorum controuerſias vari varia ſenſerunt, & imprimis Bal. in l. certum. num. 11. C. fami. hærciſ. in ea eſt ſententia, vt ita demum prior opinio vera ſit, ſi operæ fuerunt magnæ, & nimis ponderoſæ, ſecunda vero qnando fuerunt modicæ, & hanc ſententiam tenet Decius conſ. 21. ſub. num. 7. Vincentius Carotius delocato. d. nume. 16.

Baezius autẽ aliter diſtinguendũ exiſtimat, d. c. 2. num. 10, quatenus diſtinguit, an filius in rem patris laborando illam meliorauit, vtilioreque & vberiorem reddidit, & hoc caſu ſalarium ſiue alias mercedem laborí condignam, illi præſtandam fore, de bonis patris & acerno bonorũ exiſtimat, ſi vero non laborabit rẽ meliorando, ſed vites in vinea ſupplantando, terram ligone ſiue aratro vertendo, ex quibus rebus magis attenditur ad maiorem fructuũ perceptionem, quam ad rei melioratio nem, nihil pro hoc labore præcipuũ filium habiturum reputat, & eum ſequitur Aiora departitio, 3. parte quæſt. 3. fol. 139.

Gutierez tamen aliter hanc controuerſiam reſoluit, loco ſupra citato, dicens, quod prædictæ leges partitarum loquantur in filio in poteſtate, qui vtique patri ſeruire tenetur, exdictis iuribus, affirmatiua vero locũ habeat, in filio emãcipato, & ante eum ita diſtinxit Didacus Perez in. l. 1. tit. 2. li. 1. ordina. vbi tenet quod debitum filio a patre ratione præſtiti ſeruitij, non eſt filio in legitimã imputandum, quando tale ſeruitium erat æſtimabile, & filius illud impendens erat emancipatus, quo caſu has operas admodum æſtimabiles patri præſtare non tenebatur, quinimo tã quam quilibet alius famulus illas cẽſetur impendiſſe, quo caſu ſalarium ſiue præmium huius laboris tanquã alij extraneo)erit præſtandum, eo quod filius emancipatus non debet eſſe peioris conditionis quam extraneus, cum hoc ab æquitate naturali deuiet, imo naturalis ratio ſuadeat filios magis laborantes in rebus patris maiori præmio eſſe afficiendos, & hac habita diſtinctione ſententiam Fulgoſij & Baezij ſubſtineri poſſe arbitratur.

Ego vero inter has doctorum diſtinctiones & congruentias, veriorem & iuri magis conſentaneam repu

reputo sententiam Baldi, supra relatam, quatenus distinguit, inter operas magnas, & paruas a filio patri præstitas, etiã in casu quo adhuc sit in patria potestate cõstitutus, iure nãque
57 ciuili, filius patri operas nõ præstabãt, extx. in.l. nullũ. ff. de obsequijs a lib. & libert. patr. præst. ibi *nã pietatẽ liberi parentibus, non operas debent.* quæ verba indiffinite alege prolata, non solum filios emancipatos, verũ, & illos qui sunt in patris potestate cõprehendũt, vt sensit Corrasius, in repetitione. l. admonendi. nume. 22. ff. de iure iurando. Item si ponderemus illud verbum pietatẽ, non porigitur
58 ad operas magno filij labore impensas, pietas nanque nihil aliud est, quam quædã subiectorum, erga maiores obseruatio, naturæ consentanea, ita cã definit Ioãnes Oldendorphius, in tractatu de iure naturali. c. 1. de cultu deorum vers. pietatem. vnde si filius laborauit in artificio suo, vt pote quia erat artifex. & in eius officio patrem iubauit, præmiũ harum operarum minime consequi debet, si interim cũ patre moretur, & ab ipso patre alatur, vt tenet Cora. vbi supra, quod maxime locum haberet, si administrauit negotia paterna, eo quod pater infirmitate laborabat, vt ex Fulgo. vbi supra, renet Vincentius de Franchis decis. 340. num 2 par. 2. secus autem si esset opifex, & aliquid extra domum patris & eius potestatẽ adquisiuit, quia quæ quisiuit ex taliartificio, sibi ipsi quærit, vt in. l. cum oporter. C. debonis quelibe. ibi *vel laboribus suis ad eum perueniat.* & saltim si pater huius laboris emolumentum communicare valeat, iste filius habebit salarium præcipuum illius rei in qua patri laborabit. ita Corrasius vbi supra Bal. in. l. sit ibi decem. §. si pactus. nu. 4 ff. de pactis. vbi Orosc. ius. nume. 1. Bal itidem in. d. l. cum oportet in principio, num. 14. & in Authen. ex testamento. num. 8. C. de collatio. idẽque Corrasius in. l. fratera fratre. num. 79. ff. de cõdictio indebiti. Bertrancõs. 290. Pinellus in. l. 1 prima. parte. nu. 55. C. debonis mater. Cacialupus in. d. l. frater a fratre. §. quæsitum nume. 60. & hæc sententia manifeste probatur in. l 5. tit. 17 part. 4. vbi filius equæ ex suo artifitio acquirit, sibi in proprietate, patri autem in vsufructu (tantum) acquirit, ex quibus p. f.
59 sunt intelligi leges regiæ pro cõtraria opinione aducte, vt inteligantur de operibus minutis & obsequialibus expietate a filio patri præstandis secus tamen, si magnum contineant laborem, quia hoc casu, & sicumpecunia patris traficauit, & patri ideo adquisiuit, non prohibetur quin huius excessiui laboris, præmium vltra legitimam consequatur.

Vltimo & finaliter dubitatur, an
60 si bona debitoris (ex causa iudicati) fuerint creditori ad dicta, & deinde creditor ea aliquot annis administrabit, fructus colegit, vineas colluit, & reditus annuos percipit, si postea debitor debitum ofe rat creditori, vel condemnatus sit creditor ad restitutionem illorum bonorũ hoc adiecto vt soluto debito cum legitimo interesse, ipse bona debitori restituat cum fructibus, huius laboris colligendi fructus salarium creditos habere debeat, & in primis sciendũ est, quod si creditor bona debitoris intrauerit, & ex causa iudicati posse derit, tenetur illa collere, locare, vel debito modo ad ministrare, interiũ & debitor habet locum illa recuperandi ex legis humanitate, quod. est. intra quadrienium, vt in l. vetustissimam. §. finautem tempore vers. & licet iuncta glo. verbo recuperare. C. de iure dominij impetrando. Quod si

non

non collat fulciat, vel locauerit, ad id quod perciperetur ex fundo (ſi cultus vel locatus eſſet) tenebitur. l. Prætor ait, §. eſt præterea verſ. ineum. ff. debonis autorita. iudi. poſſiden. cum ergo in hoc laborare debeat, & labor non debeat eſſe vacuus a mercede, vt in. l. ſcio amico. ff. de annuis legatis. conſequens eſt, vt illi qui in adminiſtrãdis bonis ſui debitoris laborauerit, præmium, ſiue ſalarium aliquod, pro huiuſmodi adminiſtratione (ſuo periculo facienda) conſtituatur, & ad hoc videtur tex. formalis ind. §. ſin antem tempore, ibi & *liceat ei, creditori qui iam dominus factus eſt, offerre debitum cum vſuris, & damnis, vitio eius creditori illatis*, dãnum nanque creditor pateretur, ſi laboris iſtius præmium non acciperet & peritum tex. ita iudicatum vidi in hac regali chãcelleria in propria cauſa, in rationibus namque cuiuſdam mei debitoris, ſexmilium moropetinorum ſũma mihi fuit incõputis acepta, pro labore cuiuslibet anni, inquobona illius poſſedi excauſaque iudicati addicta adminiſtraui, licet in terminis nunquam potui inuenire deciſionem neque doctrinam magis expreſſam, & hãc reputo veriſſimamſententiam, ſiquidem praxis eam confirmauit, & quotidie obſeruat.

SVMMARIVM.

1 *Tutores Galiæ (Italicæregionis) omnes fructus rerum minorum pro labore adminiſtrandi patrimonij minorum percipiunt, neque quid quam aliud ex illis quam alimenta neceſſaria minoribus ipſis reddere tenentur.*

2 *Tutores Luſitaniæ, vigeſimampartem fructuũ patrimonij minoris cuius tutelam gerunt, pro ſalario habere debent. Tutores Cantabriæ arbitrio iudicis gratificantur, de bonis minorum.*

3 *Tutores Hiſpaniæ ex l. fori conſuetudine vallata, decimam pro labore in adminiſtranda tutela impenſo cõſequũtur, vbi aliter non dictat conſuetudo.*

4 *Diſpoſitio legis ſorique de decima tutori præſtanda loquitur, an ad curatores extendi valeat.*

5 *Tutor perſonæ & rebus ſimul datur, Curator vero perſonæ dumtaxat.*

6 *Caſus omiſsus relinquitur ſub diſpoſitione iuris communis.*

7 *Verba legis cui non quadrant, non quadrat eius diſpoſitio.*

8 *Tutores & curatores in quibus differant.*

9 *Decima an ſit præſtanda, curatori furioſi.*

10 *Furioſus loco dormientis & quieſcentis habetur*

11 *Curator furioſi qui habet dilucida interualla, an temporis interualli decimam etiam habere debeat,*

12 *Beneficiatus qui de iure canonico decimas ſui beneficij percipere poteſt, an ſi abſit a beneficio, decimam tẽporis illius quo fuit abſẽs amittat, & ſubſtituto ſit*

13 *præſtanda.*

Curatori bonis dato, ſine eorum defe-

defensori, an decima fructuũ sit præstanda pro labore.

14 Curatori ad litem, an decima fructuũ rei quã defendit sit præstãda,

15 Curator ventri datus, an decimam fructuũ habere debeat, ex bonis eius qui in utero est.

16 Posthumus dum in utero matris est, captiuo assimilatur

17 posthumus perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur.

18 Honorarius tutor, an partem decimæ habere debeat de fructibus minoris.

19 Honorarius tutor, si simul alias duas tutelas habeat, an ab alia tutela excusetur.

20 Honorarius tutor, non potest, autor aric o ntractibus pupilli sui.

21 Comitum venauentanorum magnitudo & excellẽcia, excõ muni hominum loquendi modo demonstratur

22 Honorarius tutor ad quid tenea tur, quibus væincom meditatibus anxietur.

23 Licenciatus Didacus a Salinis Pinciana chancllveriæ egregius aduocatus, ex patria autoris venauentana oriundus, laudatur.

24 Tutori adiuncto, an decima sit præstanda.

25 Tutor adiunctus adquæteneatur, in quibus ve laborare debeat.

26 Coadiutori episcopi, vel alterius rectoris ecclesiæ, an decima fructuũ pro labore sit præstanda, & quid de coadiutore alicuius principis sæcularis.

27 Verba legis si non conueniunt nõ conuenit legis dispositio.

28 Papa solus tribuit coadiutorẽ episcopis, & Archiepiscopis, is que solus tali coadiutori salarium constituit.

29 Curatori absentis propinqui, an decima sit præstanda

30 Curatores bonorum absentium an æquiparentur tutoribus vel curatoribus minorum.

31 Curatores bonorum absentium, an habeant excusationem a quarta tutela, vel cura

32 Curatores absentium bonis cõstituti, an decimam habeant.

33 Curatores bonorum absentium, quibus curis & solicitudinibus anxientur,

34 Leges odio habent homines dissidiosos, & pigros, quires suas paruipendunt, & quasi prodelicto habent.

35 Patri vel matri curam bonorum filij habenti, an decima sit præstanda.

36 Pater tutor, potest imputare in rationibus, quid quid profilio expendit durante tutela vel cura.

37 Regio tutori an decima fructuũ regni sit præstanda.

38 Magnatis vel alterius titulati tutori

tutori, an decima fructuum præſtari debeat

39 *Stipendiũ alege (aliquid faciẽti) ſtatutũ, an ex cauſa poſsit per iudicẽ modificari, vel minui.*

40 *Curatori mulieris luxurioſe viuentis, an decima tribuatur.*

41 *Curatori certæ rei dato, an decima danda ſit.*

42 *Tutor ſi in inſtrumento tutelæ dicat, quod finita tutela reſtituet ſuo minori res ſuas, cum fructibus omnibus & redditibus, an ex hoc iuri percipiendi decimã renuntiaſſe videatur.*

43 *Clauſulæ de cõſuetudine notariorũ, cõtractibus adhibitæ, intrãs ipſis cõtrahẽtibus nocẽt, in quã tũ apparuerit, quod ipſi cõtrahẽtes illis aſſentire voluerunt, & non plus.*

44 *Tutor ſi vi virtute illius clauſulæ, quod finita tutela bona omnia cũ omnibus redditibus reſtituet minori, decimã imputare vel deducere prætermiſit, an illam a minore repetere poſsit.*

45 *Tutor qui finita tutela, connexa adminiſtrauit, an eius tẽporis decimã fructuũ percipere poſsit.*

46 *Tẽpus prorrogationis, tẽpori commiſſionis æquiparatur.*

47 *Tutor qui pecuniã ciosamhabuit an intereſſe quod minori ſoluit ratione negligentiæ, decimare poſsit*

48 *Non faciẽs quod debet, nõ debet recipere, & ſi feciſtet reportaret.*

49 *Debitor alternatiue, eligere poteſt quid amplius ſoluere velit.*

50 *Fructus qui nõ ſufficiebãt pro minore aledo, an decimari poſsint.*

51 *Receptor pœnarũ cameralium, an debeat habere decimã mulctarũ, & cõdenationũ quas percepit.*

Cap. 28. Decima fructuũ, quibus adminiſtratoribus ſit pro labore præſtanda,

ET Si iure ciuili tutoribus vel curatoribus nullum ſalarium conſtitutũ fuerit, vt probauimus ſupra capite præcedenti ex l. a tutoribus. ſ. principalibus ff. de adminiſt. tuto. in aliquibus tamẽ regnis & prouincijs, illud iure ſtatutario, regio, foro, & conſuetudine immemoriali conſtitutum extat, vt ij tutores, & curatores, certam partem fructuum rerũ minoris cõſequãtur, pro labore in adminiſtrãdo impenſo, & in primis refert Paul. Caſt. in cõſ. 371. quod in Cabodiſtria quæ eſt quædam Italiæ prouincia, ea viget conſuetudo, vt tutor omnes & quoſcũq; fructus ex patrimonio minoris reſultantes ſibi percipiat, dum modo credita pupillo ſoluat, eiuscreditoribus, illique & familiæ ſuæ, cõgrua ſubminiſtret alimenta, & hanc conſuetudinem refert etiam Lara in tractat. de alimentis §. ſi mater, numero. 46. in fine. eam tamen iniquam iudicat Padilla in. leg. 1. numero. 13. C. de tranſactio. & alij relati a Ioanne Gutierrez de tutel. libro. 3. capitul. 2. numero. 16. Et quod hæc eadem conſuetudo in regno Franciæ vigeat teſtatur Caſaneus in conſuetudine Burgundiæ, Rubrica. 6. §. 4. verbo Efailadite fe-

me,eamque refert Baeça de decima tutor,c,1.n.33. & in minoribus Angliæ, omnes fructus Regi eorũ vniuersali tutori præstẽt,tradit vers.Paulus Iouius,Gut.de tut.vbi su.n.14.In Regno tñ Lusitano tutor vigesimam solũ partem fructuũ rerũ minoris lucratur,p dicta administratione,vt cõstat ex ordinationibus illius regni, li.1.ti.65.&.66.idq; ita practicari testatur Barbosa egregius Iurisconsultus,in.l.fructus,n.21.ff,sol.mat.Moli.relatus a Gut.vbi sup.n.15.foro tñ Cantabrensi arbitrio iudicis relinquitur,quantũ talibus tutoribus pro huiusmodi labore sit præstãdũ,vt cõstat ex.l.3.tit.22.in foro Vizcaiæ,generaliter tamen in nostro Hispaniæ Regno,decima fructuũ minoris,talibus tutoribus assignatur,ex tx. in,l. 2.tit.7.li.3.fori, ibi.*Mãtẽgalos de los fructos ytome para si el diezmo dellos por su trabajo*,& huius legis decisio fere in omnibus huius Regni prouincijs,vsu forensi obseruata est. Cũ autem huius legis interpretationem, (vnius integri libri dispendio) Baeça pertractauerit. Ideo in hoc nostro tractatu illo de ratiocinijs,eadũ taxat quæ magis expediunt, magisq; nostro tractatui conueniunt, tribus sequentibus capitulis annectam.

Vt igitur ad rem deueniamus, im primis illud dubitari poterit,scilicet an dispositio prædictæ legis fori de tutore mentionem faciens,ad curatorem etiam extendi valeat. Et ad curatores extendi non posse,exsequentibus suadetur. Primo,quia & si in aliquibus curatores tutoribus assimilẽtur,non tamẽ prorsus idem sunt, quinimo & in pluribus etiam differunt, vt notat gl.in,l.ventri verbo regula, ff.de tuto.& curato.datis ab his. Idque aduertit Caualcanus de tutore n.328. Cum ergo neque nomine neque re prorsus conueniant, dispositio de vno loquens, ad alterum extendi non poterit, maxime in casu exorbitanti & correctorio iuris ciuilis,prout est text.in.d.l.2.fori. Quinimo maior & fortior ratio potuit mouere legislatorem ad præstandũ decimam tutori quam curatori,siquidem tutor personæ & rebus simulda tur,curator vero personæ,vt in l. certarum & ibi Bart.num.1. ff. de testamenta tute.& in.l.1.titul.16.part,6. Bal.in Authen.eisdem pœnis col.fi. C.de secund.nuptijs,vbi dicit, quod tutor non solum datur rebus minoris,sed etiam vt minorem bonis moribus instituat & faciat omnia alia eius commodum concernentia, & cum sequitur Gregor.Lup.vbi supra verbo,*La persona del moço*:cum igitur iuxta præmium curatori præstandum, nihil dispoſuerit,hunc casum iuris ciuilis dispositioni reliquisse est dicendum. Casus namque omissus relinquitur sub dispositione iuris ciuilis.l.si cum dotem. ff.soluto matrim.cõsiderauit namque legislator imbecillitatem consilij impuberis, & ideo maioribus præmijs eius tutorem afficere voluit,vt tenet Faber,in.§.1.institu.de curato. Caual, loco supra citato,& sic pro constituendo salario curatoris,recurrendũ videtur,ad dispositionem iuris ciuilis, de qua in.d.§.principalibus. Pro qua sententia facit, quia cui non quadrant verba legis,nec etiam quadrat eius dispositio.l.4.§.toties.ff.de damno infecto. Et pro hac opinione semel iudicatum fuisse in hoc Pinciano Senatu testatur Baeça de decima tuto.capitul.3.numer.9.in fine, ex relatione cuiusdam famosi aduocati,licet ipse a dicta opinione dissentiat.

Contraria tamen sententia, imo quod dispositum per legem fori in tutore, ad curatorem etiã extẽdi debeat

beat, ex sequentibus suadetur, quia curator nō minus & personæ & rebus datur quā tutor, licet in hoc differāt,
8 q̄ tutor datur principaliter personæ & secūdario rebus, curator vero principaliter rebus & secūdario personæ vt voluit Bar. in d.l. certarū. n. 1. Baeza. d.c. 3. n. 28. & sic cūparlabor in vno quā in alio cōsideremus & decima ratione laboris prebeatur, arg. a paritate rationis, non minus vniquā alteri prestāda erit, valet enim iniure argumētū a paritate rationis, vt in.l. illud ff. ad legem Aquil.

Itē, quia quēadmodū tutor onere cōficiēdi inuētariū astringitur, eodē modo & curator illud sub eadē solēnitate cōficere deberet, vt in.l. tutor qui repertoriū & ibi cōmuniter scribētes, aliaq; multitudine laborū anxiatur, quos recēsēt Baeza vbi sup. c. 2. ex. n. 37. pari igitur stipēdio aficiēdi erūt, & in hac opinione residet Baeza vbi supra, num. 10. & per totum.

Quinimo & hæc sentētia secūdū Baezā. d.c 3. n, 32. nō solū locū habe-
9 bit in curatore adolescētis sanæ mētis, verū in curatore alicuius furiosi, prodigi vel mētecapti, huic enim curatori forte maiori ratione decima fructuum erit præstanda pro labore enim dūtaxat, lex fori decimā tutori tribuit, si igitur labor curatoris est causa immediata huius decimæ percipiēdæ, nulli maiori ratione quā curatori furiosi decima præstāda erit, si quidē is nō solū laborat in custodiendis furiosi bonis, sed & salutē & vitā
12 ex tx. in.l. cōs. in prin. ff. de cura. furio. vel rursus ex eo illi præstabitur, quia minor & furiosus eadē lege iudicantur. l. pupillus. ff. de acquir. hæred. ibi.
10 *Neque enim scire, neque discernere talis ætas potest, magis quā furiosus*: quinimo & furiosus loco dormientis & quiescentis habetur. l. 2. §. furiosus. ff de iure codicillo. Et Baezij sententia euidēter probatur, & tx. in.l. apud celsū. ff. de doli exceptio. in. §. quæ in tutore. ibi. *Quæ in tutore dicimus, idē in curatore quoq; furiosi dicēda erūt, sed & prodigi*, textus etiā in.l. tutor administrationē. ff. de furtis, ibi. *Quod in tutore scriptū est, idē erit & in curatore adolescētis, ceteris quæ curatoribus.*

11 Sed forte in proposito cōtingetdubitari, an si furiosus habeat dilucida interualla, curator decimā habere debeat, etiā illi us interualli In quo furiosus ad sanā mentem reddidit, & videtur dicendū q̄ nō, ex tx. in.l. cū alijs C. de curat. furio. ibi. *Sed per interualla quæ perfectissima sunt, nihil curatorē agere*, per quem tx. ita dicendū reputat Baeça de decima. d.c. 3. n. 45. vbi dicit, q̄ si per sex mēses sanus sit, alijs vero sex furore laboret, curator solū habere debeat decimam fructum attingentiū prædictos sex infirmitatis menses, q̄ si crescentibus, & decrescentibus lunis, furor accedat, & discedat, totius temporis anni decimam integram habere debeat, eo q̄ semper in furore esse præsumitur, satisq; in hoc curator laboret, cū de vna ad alterā lunā se præmunire debeat, remedia præseruatiua furorē præparādo, & medicos & medicinas tali infirmo applicādo, nō enim videtur furor discedere q̄ tā breui reuersurus est arg. diuortiū. ff de diuortijs ibi. *Si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur.*

12 Ex qua conclusione inferri potest quod si beneficiatus vel prælatus Ecclesiæ per aliquod breue temporis spatium, locum beneficij administrandi exeat, animo cito redeundi, non defalcabitur, illi decima fructuum pro tempore absentiæ, idque expresse probatur in Sancto Concilio Tridentiuo, sessione. 23. capitulo. 1. ibi. *Quoniam autem qui aliquantisper (tātum) absunt, ex veterū*

canonum sententia, non videntur abesse, qui statim reuersuri sunt.

13 Præterea dubitatur, an curatori bonis dato, decima pro administratione fructuum sit præstanda. Et hãc quæstionem problematice disputauit Baeza de decima, cap. 16. ex numero. 2. & tandem postquam hinc inde innumeras adducit rationes, in hac refidet sententia, vt decima illi non sit præstanda, etiam si fructus industria sua perceperit. Sed quod illi congruum salarium (arbitrio iudicis iuxta rei naturam, personæ industriam, & rerum administratarum multitudinem) erit præstandum, pro vt cuilibet in re aliena laboranti, ex text. in l. idemque. §. idem labeo. ff. mandati, eo quod æquum non est, vt labor sit vacuus a mercede, & quod os non est alligandum boui trituranti. Itaque neque curatori adlitem dato decimam præstandam arbitratur, & hoc satis maiori ratione sua detur, quia licet curator ad litem teneatur agere & defendere, tã in præsentibus quã in futuris litibus, vt in. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. tamẽ negari nõ potest, q̃ nullã habeat administrationẽ, reipupillaris, cuius causã ipse defendit, & neq; ipse solvere, vel q̃ minore solutiones recipere põt, vt tenet Alex. in l. nõ solũ. ff. solut. matr. per tx in l. hoc iure vbi hoc notat Bar. ff. de solutionibus, neq; etiã talis curator ad litẽ peterepoterit, q̃ sẽtẽtia in fauorẽ sui minoris lata executioni mãdetur, vt in. l. si q̃ curator. §. 1. in fi. ff. de procurat. late Bar. in. l. hoc iure Rodericus Suarez in. l. post rẽ iudicatã vers. quia visum est supra n. 3. Rebufus. 1. to. tit. de sententiarũ executione, gl. 7. art. 7. nu. 8. & 9. Didacus Perez in. l. 4. titu. 8. lib. 3. ordina. vete. col. 1085. & quod decimam talis curator ad litẽ habere non debeat latissime prosequitur Baeza vbi supra, cap. 17. nu m. 12. Cum quatuor sequentibus.

15 Sed modo in proposito dubitatur, an curatori ventri dato, decima fructuũ (ad illum qui in vtero est pertinentiũ) præstari debeat, & dicẽdum videtur, quod omnino decimam habere debeat, cum & tutoris officio vtatur. Ex. l. 1. §. item si periculum. ff. de ventre in possessio. miten. ibi. *Ita igitur curã hoc quoque officio administrauit, quo solent curatores adque tutores pupillorũ*, & pro hac sentẽtia facit, quia curatori ventri dato nõ solũ posthumi verũ & bonorũ ad illũ pertinentium cura & solicitudo cõmittitur, vt in. d. l. 1. §. item ait. Rursus facit, quia infãs dũ in utero matris est, 16 captiuo assimilatur, vt in. l. inter agnatos. ff. vnde legi. Igitur si curatori bonorum captiui, decima fructuũ præstanda est, vt in. l. 4. titul. 29. par. 2 ibi *Tomando mas para si de lo que dexiessen*, Quæ verba debent intelligi secundum. d. l. 2. fori, quæ de iure fori, antiquiori, legibus partitarum, præmium tutoribus constituit, vt aduertit Baeza de decima, cap. 1. nu. 32 quinimo ille qui in vtero est perinde habetur ac si in rebus humanis esset, & non minus quã pupillus custoditur, vt in. l. qui in vtero. ff. de statu hominũ. ibi. *Qui in vtero est perinde ac si in rebus humanis esset custoditur.*

Ex aduerso autẽ dicẽdũ videtur, illi decimã præstãdã nõ esse, q̃a iste curator vẽtri datus, nõ hẽt plenã siue liberã administrationẽ bonorũ eius q̃ in vtero est, ex tx. in. l. inter bonorũ. ff. de admin. tuto. quinimo custodia matris & eius qui nascetur dũtaxat cõmissa ei videtur, quia posthum⁹ dũ in vtero est tutorẽ habere nõ põt, vt in. l. 1. §. siquis quasi de eo qui pro tutore nego. gesit. Et ex hoc & alijs sũ damẽtis hãc sẽtẽtiã verã reputat Baeza de decima. c. 16. n. 27. vsque ad. 36

His

His tamen non obſtantibus, prior ſententia mihi magis arridet, vbi talis curator in ſeruando poſthumum & gubernanda eius ſubſtantia laborasſet, ratione enim laboris decima fructuum huiuſmodi adminiſtratoribus conceditur, vt ſupra ad notauimus, ſi igitur iſte ventris curator inquærendis fructibus, & recuperãdis creditis, & alijs ſimilibus laborauit, quis dubitare poterit ꝙ illi decima ſit præſtanda, lex enim non eſt imponenda verbis ſed rebus. l. 2. C. cõmunia delega.

Neque obſtat ſi dicatur, quod ventri tutor nõ poteſt dari, quia & ſi pro
18 prie tutor nõ ſit, tamen lato modo tutor a legibus nũcupatur, vt in. l. poſthumo. ff. de tutel. & ratio. diſtra. ibi: *Poſthumo tutor datus.* Neque etiã obſtabit, ſi replices ex eodem tx. quod tutor poſthumi nõ poteſt eius negotia adminiſtrare, quia ibi loquitur de poſthumo interim ꝙ natus non eſt, & ad hoc, vt aduerſus poſthumi hæredem non detur actio contraria tutelæ, pro expẽſis factis ab iſto ventris adminiſtratore ſiue curatore, quia negari nõ poteſt, ꝙ re & effectu tutoris vel curatoris officiũ adminiſtrauerit, prædia locãdo vel colẽdo, & credita ſoluẽdo & debita recuperãdo, vnde cum in his miniſterijs laborauerit nõ minꝰ ac ſi tutor re & effectu eſſet, decimã reportabit, quemadmodũ enim curator vẽtris actione directa tutelæ cõueniri põt, per poſthumũ qui natus eſt, ꝙ geſtis ante eius natiuitatẽ, vt in. l. ſi nemo. § teſtamento. ff. de teſtamẽtaria tutel. eodẽ modo & e cõtra poſthumus iſte poſtquã natus eſt cõueniri poterit ꝙ iuribus tutoribus cõpetẽtibus ex diſpoſitione legali: & ſic pro decima quæ ex. d. legis fori diſpoſitione debetur, ex toto titulo. ff. de contraria & vtili actione tutelæ, & hæc meo iudicio eſt æquior & humanior opinio.

Vlt erius in propoſito dubitatur an diſpoſitio. d. legis fori de tutore loquens, locũ habeat in tutore honorario, & an ei decima fructuũ minoris ſit præſtanda, & pro parte negatiua facit, quia huiuſmodi honorarij tutores, nulla adminiſtrandi neceſſitate aſtringũtur, vt in. l. ꝙ ſi forte. §. ſunt quidã. ff. de ſolutio. ibi. *Sunt quidã tutores qui honorarij apellãtur, quidã qui in hoc dãtur vt gerãt:* tx. etiam in. l. 3. § tãtundẽ. ff. de adminiſt. tuto. ibi. *Cæteri ergo tutores nõ adminiſtrabũt, ſed erunt quos honorarios appellamus,* & in tantũ verũ eſt quod iſti honorarij non adminiſtrant, vt etiã ſi per teſtatorẽ qui illos nominauit, cura (tantũ) exigendarum rationum iniungatur, eo ipſo honorarij dici non poſſent. l. iure noſtro §. honoris. ff. de teſtament. tutel. ibi. *Honoris cauſa tutor datus non videtur, quem pãter cæteris tutoribus quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere voluit.* Vbi hanc concluſionem Bart & Alberic. notabilem dicunt. facit pro hac ſententia, quia etiam ſi tutores qui perſonæ & rebus dantur, iurare teneantur quod bene & fideliter adminiſtrabunt minorum patrimonia, honorarius tamen huiuſmodi iuramentum facere non aſtringitur, vt in. l. fin. §. ſed cum antiquitas. C. de curato. furio, idque voluit Bal. in. d. l. quod ſi forte. §. ſunt quidã. ff. de ſolutio. vbi dicit quod licet tutor teſtamẽtarius vel datiuus iurare teneatur, ſe omnia recte ad cõmodũ & vtilitatem minoris factũrũ, neq; prætermiſſurũ vtilia, ad hoc tamen honorarius tutor nõ tenetur eo quia non datur vt gerat, quo fit vt ſi aliquis habeat duas tutelas vel curas, & alteram honorariam, a tertia tutela perſonæ & bono-
19 rum excuſari non valeat, vt in lege, vt in. l. ſiquis. §. quid ergo

20 ff.de ritu nuptiarum. Vltimo & fina liter pro hac ſententia facit,quia ne que iſte honorarius, autoritatẽ ſuã cõtractibus cũ minore geſtis præſta re poteſt,vt in.l.& ſipluribus.ff.de au tori.tut. Dicitur nãque honorarius, quia daturvt eius reſpectu minor ab alijs magis honoretur,vt voluit Bae za de decima.c.6.n.2.vbi ponit exẽ plũ in Comite Benauentano in tuto rẽ honorariũ nominato,(o celeberri ma & excellentiſsima Pimentelorũ
21 familia,tanta virtutis & honoris glo ria condecorata, & ampliſsima di uitiarum oppulentia ornata, bellique & pacis tempore, tuorum maio rum gloriofiſsimis & heroicis tro pheis illuſtrata,quod ſi & nobiles,& plebei, literati,vel milites noſtrarũ Hiſpaniarum, quinimo & aliarum nationum,aliquem honoratiſsimũ, illuſtriſsimum,& diuitiarum oppu lentiſsimum eſſe,exagerare velint, non alijs illuſtriſsimis varonibus hu ius regni,ſed magis huic domino ac domino meo Benauentano Comi ti,comparandum exiſtimant, qui nimo, & vbi aliquis, rem aliquam mag nam & memorabilẽ facit,face reve intentat, mundi exagerandi modus, non alius eſt,quam dicere, non poſſet plus facere Comes Bena uentanus,vel ComitiſſaBenauenta na,)& hac de cauſa Baezius ſolitum Hiſpanorũ morẽſequendo,ad exage randum honorem minori dandum, ratione ſui tutoris,Comitisnoſtri Be nauentani patrocinio adiunctũ eſſe voluit.)Ibique refert quendã teſtato rem rẽ publicã Florentinã intutricẽ filio ſuo nominaſſe,& elegiſſe,eo q̃ magis(rei publicæ huius Florentiſsi mę cauſa)honoraretur,qua de cauſa talibus honorarijs tutorib⁹, decimã præſtandã non eſſe arbitratur.

Eius tamen ſententia ita ſimplici ter & indiſtincte intellecta,mihi pla cere nõ poteſt, quipecũ iſti magna tes filijs aliorum ſimiliũ magnatum in honorarios nominari poſſet, quo caſu nulli dubium erit,quim etiã il lis pars decimæ præſtanda foret, ve luti alijs inferioribus pupillorũ,præ ſtari eſt rationi & æquitati conſen taneum,in multis nãque laborat ho norarius tutor,multiſque & innume ris curis& ſolicitudinibus anxiatur. Primo quia debent ita minores cu ſtodire,ne ab alijs vexentur & par uipendantur,vt in.l.3.verſ. conſtat. ff.de adminiſt.tutor.ibi. *Datiſunt quaſi obſeruatores actus eius, & cuſto des, & ne aliquis vexet pupillum iniu ſte*:ita gloſ.in.l.quod ſi forte.§.1.ver. honorarij.ff.de ſolutio.& in propoſi to dixitOdofre.in.l.1.C.de periculo tuto.quod honorarius non ſolum eſt tutor verum dux,oculus, & cintine la vigilans ſuper alios tutores,ne ab illis aliquomodo circunueniatur & defraudetur, quo fit,vt maiori plus (quam alij tutores)labore afficiatur. Rurſus tenetur aſsiſtere inuentario
22 aliorum tutorum faciendo, Item & ad illum pertinet periculum malæ adminiſtrationis. Item & communionem haber in tutela cum alijs tu toribus licet non mittat manum ad aratrum(vt aiunt) ne ve adminiſ tret,re & effectu, vt voluit gloſ. in. dicta.l.tutor qui repertorium, verbo feciſſe.ff.de adminiſt.tuto. quam ibi ſequũtur Bar.& Salicet.quos etiã refert & ſequitur Iacobus Mainerius in.lege quo tutela,numero.70. ff. de reg.iur,Itẽ curare&ſũma ope niti de bet,vtpecuniæ ocioſæ minoriscollo centur in emptionem annorum red dituum, vel prædiorum, vt in. l. 3. verſiculo aſsidue.ff, de adminiſt. tu tor.Item ſi alios tutores pupilli per peram, eius patrimonium admi niſtrare cognouerit, & eos remo uere ab adminiſtratione non faciat

de

de damno ex hoc reſultante minori oneratur, vt tenet Iodocus Damauderius in tracta. de tutore, cap. 1. numer. 32. &. 33. ex text. in l. 3. §. ſi parẽs verſ. dati ſunt. ff. de adminiſtra. tuto. ibi: *imputabiturque eis quãdoque, cur ſi male eum conuerſaſſe videbant, ſuſpectum non fecerint.* Item & iſte honorarius tutor, nondum finita tutela a tutoribus adminiſtrãtibus relationem rationum pupillarium exigere debet, ſaltim extraiudicialem, vt ipſe ſcire poſsit qualiter patrimonium pupilli adminiſtretur; ita gloſ. verbo exigere in dict. l. 3. Item & rationibus tutelæ diſpungendis incalce adminiſtrationis aſsiſtere tenetur, vt voluit Porcelinus in tracta. de inuẽtario c. 1. n. 5. Item (& ꝙ durius eſt) ſi iſti tutores male gerentes, ratione malegeſtionis, & deſidioſæ adminiſtrationis, in aliqua quantitate fuerint a calculatoribus reliquati, & a iudice condemnati, in ſubſidium (illis excuſsis) pro huiuſmodi reliquis ipſe executabitur, vt in. d. l. 3. verſ. cæterum. Damanderius loco ſupra citato. Vltimo & finaliter alio nõ minori anxiatur incõmodo, ſiquidem nedicã ſtuprare vt in. l. vnica. C. ſiquis eam cuius tutor & in. l. 2. ff. de adminiſtra. tuto. Sed neque filium ſuũ vel filiam in matrimoniũ collocare cũ pupilla vel pupillo ſuo non poteſt, ꝙ ſi de facto abſque voluntate propinquorum pupillæ: ſuam pupillam in vxorem ducat, vel filio ſuo, nuptui tradat, in omnes & ſingulas pœnas aduerſus malos & perfidos tutores ſtatutas non cuadet, vt in. l. tutor. ff. de ritu nuptiarum & in. l. 1. & per totum C. de interdicto matri. Bone (ergo), Deus, ſi iſte honorarius tutor, tot tãtiſque incommoditatibus & laboribus anxiatur, quare etiã prorata laboris (in adminiſtratione, ſeu ſaltim cõſeruatione & augmẽto rerũ pupillariũ) impenſi præmium itidem non reportabit. In prepoſita (igitur) difficultate dicẽdum cenſeo, quod ratione laboris (ſupra relati) tutor iſte honorarius non ſecus quã alij partem decimæ regulariter conſequi debeat, prout ſupra reſpectu omnium tutorum & curatorum fundatum & expeditum extat, opinionem tamen Baezij eo caſu veriſsimam reputo, quando teſtator filio ſuo plebeio, vel etiã nobili & fidalgo, aliquem illuſtriſſimum virum, vel Titulatum ſaltim, in honorarium tutorem elegiſſet, ipſeque officium acceptaſſet, eo animo vt gratis, & ſola exercendæ nobilitatis ratione, tali minori faueret & honorificentiorem faceret, quod quidem ſemper erit præſumendum, cũ non ſpe præmij temporalis ſimile beneficium facere iſti magnates conſueſcãt, ſed eo vt corũ nobilitati grauamen impoſitum ſoluant, vt in cap. 1. de donationi. Si tamen ab aliquo magnate, alius magnus Dominus electus fuiſſet, in honorariũ filij ſui tutorẽ (iure) decimæ partẽ petere poſſet, quia non minor ratio verſatur in tutoribus & curatoribus illuſtriũ, quã in tutoribus & curatoribus aliarum particulariũ perſonarũ, idque ex generalitate. d. l. fori colligit ibi. *Y quiẽ quier q̃ los tẽga, mãtẽgalos de los fructos y tome el diez̃mo para ſi:* hæc enim verba indefinita ęquipollẽt vniuerſali, vt in. l. ſipluribus ff. de leg. 1. & forte hoc ipſũ ſentire voluit Baezius, dũ poſuit exẽplũ in magnate, honorario tutore electo, & ita iudicatũ vidi in hac regali Chãcellaria, dũ hãc partẽ faueret celeberrimus ille noſtri tẽporis Iuriſcõſultiſsimus Didacus a Salinis, noſter Benauẽtanus Cõciuis, qui quidẽ ſuo tẽpore, tãtũ inter alios niæ Chãcellarię Iurecõſultos caput extulit, quãtũ lẽta ſolẽt inter viburna Cupreſi. Erit ergo decima fructuum

23

pupilli diuidenda inter tutores, administrantes, & honorarium pro rata, & iam de hoc in nostro Pinciano Senatu ex tunc non dubitatur.

Ex quibus infertur, idem dicen-
24 dum esse, de tutore adiuncto, vt etiã partem decimæ fructum habere debeat, is enim in omnibus administrationem rei pupillaris Concernentibus, non secus ac alij tutores laborat, vt in l. quæro. §. idem Paulus. ff. de testam. tute. gloss in l. tutor qui repertorium verbo feciſſe. ff. de admiſt. tuto. vbi idem dicendum de vno quod de alio existimant, his enim omnibus æque de iure ciuili, alimenta de bonis pupilli præstabantur, vt in l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & ratio. distra. ibi. *Ergo & si ex inquisitione propter rei notitiam fuerit datus tutor, ei que alimenta constituerint contutores, debebit eorum ratio haberi, quia iusta causa est præstandi.* Cũ ergo alimenta ei in præmium curæ & solicitudinis rei pupillaris præstari possint, eadem ratione & decima (quæpropter laborem in rem puillarem impensum) a lege præstatur, contedenda erit, siquidem tutores causa notitiæ dati, pari passu (fere in om-
25 nibus) cum honorarijs ambulent, eisdemque regulis iudicentur, vt n. d. §. idem Paulus, quinimo & isti tutores causa notitiæ constituti, maiori & fortiori ratione essent præmio afficiendi, siquidem vltra incommoda quæ in honorario diximus, alio labore astringuntur: tenẽtur namque, esse alijs tutoribus veluti pedagogi, & ideo constituuntur, vt alios instruant, qui qualitatem & substantiã & statum rerum pupillarium ignorant, illosque tanquã cæcos ducãt. l. 1. C. de peti. tuto.

Neque huic sententiæ obstat tex. pro contraria sententia a Baezio adductus, ex l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solutio. vbi iurisconsultus differentiam constituere videtur, inter tutores causa notitiæ datos, & illos qui patrimonium pupillorum administrant, quia si bene aduertatur ibi Iure Consultus non agebat de præmio laboris magis vniquã alteri præstando, sed solum designare voluit, vniuscuiusque principale ministerium, cui intendere deberet, non tamen negare potuit quim isti tutores causa notitiæ dati magni & ingentissimi laboris participes essent, siquidem prout cæteri administrantes conueniri possunt, vt in d. §. idem Paulus, ibi. *Eum quoque qui propter rerum notitiam datus sit, perinde in omnibus & administrationis, & accessionis iure conueniri posse, adque cæteros tutores qui eodem testamento dati sunt*: si igitur tot periculis corporis, & animi anxietatibus affecti sũt. Quare etiam præmium respectu laboris non consequentur, cum lege humana & diuina dignus sit mercenarius mercede sua, quare indubitã ter teneo, quod decima sit distribuẽda, inter hunc & alios tutores pro rata: quando talis tutor prout debuit, administrauit.

26 An autem coadiutori Episcopi, vel alterius prælati decima fructuũ episcopatus, vel beneficij sit præstãda, non minor dubitatio est. Et dicendum videtur quod non, cum lex fori supra relata solum loquatur de tutoribus & curatoribus minorum, a separatis, namque illatio fieri non debet, vt in l. scripturæ. C. de fide instrumento. Sufficit enim quod loco salarij alimenta tali coadiutori præbeantur, vt in cap. de rectoribus de cleri. ægrotan ibi. *Quod eis dandus est coadiutor qui curam habet animarum, & de facultatibus ecclesiæ, ad sustentationem suam congruam percipiat pensionem*, & per istum text. ita te-

tenet Baeza de decima, cap. 9. nume. 13. & hæc congrua præſtanda erit ſecundum formam conſtitutam in ſancto Concilio Tridentino ſeſsione. 21, cap. 6. & arbitrio iudicis terminabitur & aſsignabitur, v[illegible] Gutierrez de tutel, lib. 3. c[illegible] tum.

Partito tamen iure non minus quam dimidia pars fructuum huiuſmodi coadiutori aſsignari videtur, in l. 18. tit. 16. part. 1. ibi. *Y deuen venir ambos de la renta dela Igleſia.* Quãdo enim duobus vel pluribus res vna & eadem adiudicatur ſemper intelligitur adiudicata pro dimidio, vt in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2.

Quinimo & huic coadiutori omnes fructus fore præſtandos, dummodo proprietario alimenta neceſſaria impartiatur, probat text. in capi. tua nos de clerico ægrotante, ibi. *Debet officio remoueri, ita quod iuxta facultates Eccleſiæ, ſibi neceſſaria quandiu vixerit miniſtrentur.* Quo d ergo ex talibus fructibus ſupererit, huic coadiutori præſtari debebit, vt illa diſtribuat inter pauperes prout proprietarius (retenta ſibi congrua pro ſua ſuorumque diſpenſatione neceſſaria) diſtribuere iure erat obnoxius, vt in cap. quid quid. 16. q. 1. late Sarmiento de redditibus eccleſiaſt, p. 3. cap. 1. nu. 1. & 4.

Ego autem in hac iurium varietate, reperio Abbatem in dict. capit. de rectoribus, diſtinguentem in hũc modum, quod aut infirmitas Epiſcopi, vel rectoris Eccleſiæ, impedit eũ quominus & ſpiritualia & temporalia adminiſtrare poſsit, aut licet ſpiritualia perſonaliter non poteſt adminiſtrare, poſſet tamen temporalia ſaltim per procuratores & adminiſtratores. Primo enim caſu, ſibi & proprietario congruam ex fructibus ſufficientem deducet, & quod ſupererit (prout quilibet bonus Dei diſpenſator) inter pauperes diſtribuet, & ita reputat intelligendum eſſe text. in. dict. cap. tua nos. & in cap. 1. & fin. de clericis non reſiden. Si vero ſimus in ſecundo membro diſtinctionis, ipſe proprietarius integros fructus percipiat, & ex illis congruam portionem tali coadiutori ſubminiſtret. Et ita reputat intelligendum eſſe text. in dict. cap. de rectoribus.

Baeza tamen vbi ſupra cap. 19. n. 14. & 15. alia vtitur diſtinctione, dicens, quod ſi decima æquiualet congruæ portioni, quæ coadiutori præſtanda venit ex text. in dict. cap. de rectoribus, coadiutori decima fructuum poſsit aſsignari, vt in cap. gra. di de ſuplenda negligentia prælato. vbi notant communiter ſcriuentes, Abbas in dict. cap. de rectoribus, Philippus Franchus in cap. 1. de clerico ægrot. Si vero decima eſt minor, & taliſquæ ad expenſas coadiutoris & eius familiæ ſufficere nõ valeat, hoc caſu habere debeat de fructibus congruam, etiam ſupra decimam, aut decima excedit congruam & tunc iterum ſubdiſtinguit, dicens quod ſi coadiutor datus fuerit, propter animi morbum, talem qui omnem rationis vſum impediat, ad negotiorumque adminiſtrationem inutilem reddat, tunc integra decima ſit huic coadiutori præſtanda, quia vere curator eſt & liberam adminiſtrandi poteſtatẽ habet, idque probare intendit ex doctrina Innocentij in dict. cap. grandi. & Corſetum ibi col. fin. Abbat. in cap. de rectoribus, ſupra relato, quod ſi talis coadiutor datus fuerit propter aduerſam valetudinem, non tamen elidentem ſanam mentem neque vſum rationis, hoc caſu, decima illi non ſit præſtanda, cum omnimodam adminiſtrandi poteſtatem non habeat, ſed potius limitatam, idque

ex Oldralde facile colligi conſ.44. teſtatur,& ita prædicta contratia iura ad concordiam redigit.

Ego tamen, neque vnam neque alteram Abbatis ſcilicet & Baetij diſtinctionem admittendam reputo, quia nulla lege vel canone cauetur, vt decima tali coadiutori tribuatur, quo circa tali coadiutori, arbitrio iudicis certum ſalarium in initio adminiſtrationis conſtituendũ reputo, licet non difitear congruam illi aſsignare (ex d. ſancto Concilio & iuribus ſupra relatis) ciuile eſſe, minime tamen decimam fructuum
27 aſsignandam, tanquam Cotitatiua pars fructuum, quia verba prædictæ legis fori, huic coadiutori non quadrant, & per conſequens, nec eius diſpoſitio, cui enim verba non conueniunt, non conuenit earum diſpoſitio. l.4 § toties. ff. de damno infecto. l ſi ſeruum, §. non dixit prætor. ff. de acquiren. heredi. Mieres de maioratu. 2. parte q. 2. col. 1. num. 21. Bobadilla in Politica prætorum, l. 5. cap.
28 1. numero. 127 Pontifex ergo Summus, tali Epiſcopo coadiutorem præſtabit, iſque illi congruum victu & vestitu habitatione, & famulis, ſalarium conſtituet, quod ſi coadiutor rectori illiterato conſtituatur, Epiſcopus qui illum conſtituit, id ipſum ſeruabit, vt in dict. capit. 6. Concilij, ibi. *Epiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati, eiſdem illiteratis & imperitis (ſi alias honeſtæ vitæ ſint) coadiutores aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem proſufficienti victu aſsignare, vel aliter prouidere poſsint.* Ex quibus finalibus verbis ſatis ſuperque colligitur, totum hoc a prudenti iudicis arbitrio pendere, & ita erit intelligẽdus text. in. d. cap. de rectoribus, & in. dicto cap. tua nos, hæc enim alimentorum præſtandorum materia, tota ab arbitrio iudicis dependet, quo ad quantitatem pro alimentis conſtituendam, vt in. l. 2. ff. vbi pupi. educari debe. notat Bal. in. l, voluntatis ver ſic. quæro nunquid, col. 2. C. de fidei. commiſſ. Craueta conſ. 189. Ripa, re ſpe[illegible] num. 7. lib. 1. Menoch. de arbi[illegible]aſu. 169. numero. 1. & 9. libro. 2,

29 An autem curatori conſtituto, bonis alicuius propinqui abſentis, ſiue vagabundi, decimam pro adminiſtratione bonorum propinqui conſtituere debeamus, non ſine dubio eſſe poſſet. Et in hac difficultate pars negatiua magis emulcere videtur. Primo quia vt inquit Conſultus in. l. inter bonorum. ff. de adminiſtratione tuto. inter tutorem vel curatorem minoris. & eius qui fuit curator bonorum (tantum) magna differentia eſt. Primus namque plenam bonorum adminiſtrationem habet cum libera, vt tenet gloſ. in. l. procurator cui libera. ff de procura. Secundus vero, non pluſquam ſimplicem bonorũ cuſtodiam habet, Cum ergo cauſa tribuendi decimam, ſit ille ingens labor, quem ſupra iſto capite multoties (tutoribus & curatoribus, perſonæ & bonorum) diximus. Et hæc ratio in iſto curatore, ſiue bonorum cuſtode deficiat, ceſſare debet etiam legis fori diſpoſitio, potius enim cuſtos appellatur quam curator, vt tenet Grego. in. l. 14. titul. 14. part. 3. ex text. in. l. poſtquam. §. princeps bona. ff vt in poſſeſsio. legato. &. l. 1. §. penu. ff de colla. bonorum, cum alijs complicibus: quo fit, vt iſti curatores ſiue cuſtodes bonorum abſentium, neque actiones mouere, neque aduerſus aliquem agere pro abſente poſsint, vt in. l. creditor & ibi notant Bar. & Alberic. ff. de bonis autoritate iudi. poſsiden. Idem Bart. Angel. & Imola in. l. ſi quis inſtituatur. §. ſi con

ditio-

ditioni.ff.de hære.inſtitu.Angel. in. l.2 ff.de curato.bonis dando.

Rurſus pro hac ſententia facit:
30 quia iſti curatores bonorum non tã accedunt naturæ tutorum,quam naturæ procuratorum cauſarum,vt in. l.Imperator.ff de cura.bonis dando, ſed huiuſmodi procuratoribus cauſarum decima præſtari nondebet,cum non comprehendantur ſub diſpoſitione dict.l.fori,ergo neque huic adminiſtratori bonorum abſentis præſtari debebit. Præterea facit,quia
31 iſti curatores bonorum abſentium, non habent excuſationem a quarta tutela,eo quod duas tutelas,& iſtam curam habeant, vt voluit Baeza de decima,cap.16.num.16. Deinde facit ratio ſatis vrgens,quia hæc bonorum adminiſtratio, datur ſemper venientibus ab inteſtato, & ſic magis videntur adminiſtrare hæc bona,pro ſuo intereſſe proprio, quam curatario nomine,vt notat Molin. in conſuetud.Pari.titul.1.§.6.gloſ.4.verbo commiſſeris.verſ hinc eſt.col.2. Menoch.lib.2.de arbitra.caſu.150. numer,20.verſ.tertio quando. Et hæc ſententia placuit Baezio vbi ſupra, numer.20.vbi dicit,quod licet decima fructuum huic curatori præſtari non debeat,debet tamen illis præſtari ſalarium prolabore iuxta naturam rei,arbitrio iudicis,ſicuti datur, laboranti in realiena,ex tex.in.l.idemque.§.idem labeo.ff.manda. & hanc ſententiam per plures ſequentes numeros corroborare(pluribus rationibus adductis)intendit,& eam ſequitur nouiſsime Gutier.de tutel.li. 3.cap.17.n.17.

Sed prædictis non obſtantibus,cõtraria ſententia mihi magis arridet, ſcilicet quod huic adminiſtratori
32 bonorum abſentis, decima fructuum ſit præſtanda. Quæ ſententia ex ſequẽtibus ſuadetur. Primo quia
33 iſti venientes ab inteſtato, quibus hæc bonorum cura & adminiſtratio committitur,non minoribus laboribus afficiuntur,quam cæteri tutores & curatores. Siquidem omnia tenentur diligenter adminiſtrare, vtilia agere,inutilia reſpuere. Item & iuramento(prout quilibet alius tutor)hoc promittere tenẽtur,ita Odofredus in titulo de curatore bonis dand.§.officium col.1.Bal.in.l.2.verbo rata habebũt.ff.eo reprobata gl. ibi quatenus ſenſit contrarium,Platea in.l.ſi quando.C.de bonis vacan. Item & inuentarium conficere ſunt obnoxi,vt voluit Guido Papæ conſ. 42 Vitalis Cambara in tractatu clauſularum pagi.190. Item & tenentur fatisdare,vt in.l.3. C. de captiuis & poſtlimi. reuer.& in.l. bonorum de curatore furioſi,& ita tenet Grego. Lupus in dict.l.14.part. licet dicat, quod conſuetudine dantur bona propinquioribus cum fideiuſsione.Menoch.vbi ſupra,nu.25.Item quia rationi ſatis conſentaneum videtur, quod ſi tutor vel curator a minore electus ad adminiſtrandum, quæ forte ipſe minor perſe adminiſtrare potuiſſet,decimam fructuum pro labore adminiſtrandi percipit,eademvel etiam maiori ratione, debeat illam habere curator bonorum, illius qui bagabundus,piger,& deſidioſus,bona ſua quaſi pro derelicto, & arbitrio fortunæ reliquit,vt in l.1.ff. de vſucapio.Daretur enim aliasoccaſio iuuenibus & vagabundis, vt bona ſua deſererent,vt interim quod ipſi bagabundi exiſterent, propinqui a iudicibus ea adminiſtrare compellerentur,pro modico ſalario, arbitrio iudicis)& non legis vel conſuetudinis)æſtimando,quibus malitijs omnino eſt obuiandum,vt in.l.infundo ff.de reiuendica.

Vltimo pro hac ſententia ponde-

ro text.in.l.4.titul.29.part.2.in illis verbis.*Tomando mas para si delo que deuiessen,denenlo pechar.* Ecce igitur qualiter hęc lex partitæ innuit quod isti curatores absentium siue bonorum captiui, præmium administrationis ex lege nostra fori habebant, quod patet,quia tempore quo leges partitarum conditæ fuerunt, nulla alia lege iuris ciuilis vel regij cautū erat,quantum tutores vel curatores ex bonis administratis habere deberent,nisi in dict.l.2.fori,& prohac sententia,pluries iudicatum vidi,in hac regali Chancellaria.

Et tenendo istam sententiam, il-
35 lam extēde,etiam ad patrem vel matrem bona filij absentis administrātem,quia &illis decima fructuū præstanda erit,vt patet ex dict.l.fori.ibi *E quien quier que los tuuiere,&c.* Sicut enim pater tutor,potest in ratio-
36 nibus tutelæ filij imputare,quidquid de suo pro filio expendit,eodemmodo,&præmium laboris a lege alijs assignatum,petere non prohibebitur, cum a pari procedat, pecuniam,vel laborem corporalem in alterius cōmodum expendisse,vt aduertit Iass. in l.si non sortem.§.si certum,num. 10.ff.de conditione indebiti, labor enim &pecunia diuisionē recipiūt, vt in.l.Seio amico.ff.de annuis lega. Quæ sententia eo maxime casu esset indubitabilis, si pater protestasset,pro solito salario tutoribus constituto,illa bona filij sui absentis administrare velle, non enim nouum est in iure,vt filius patri suo aliquid præstet, in remunerationem alicuius boni operis,videmus nāque, filium in præmium emancipationis, dimidietatem bonorum suorum aduentitiorum patri præstare esse obnoxium,vt patet ex text.in.l.vtrum turpem ff de verborum,& in.l.15 titul.18.par.4.& in.l.19.titul. 18.par. 3.& ita est limitanda sententia Baezij de decima tuto.cap.6. num. 6. & Ioan.Gutier.de tutel.libro. 3. capitulo.4.

Vlterius dubitari forte contin-
37 get,an tutori regio decima fructuū & emolumentorum regni,sit præstāda.In qua difficultate, postquā hinc inde multa cummulauit Baeza de decima,cap.nono per totum, tandem partem sustinet negatiuam,ea maxime fretus ratione, quia nullus labor admodum ingens esse potest,qui tanto præmio dignus sit,sed forte in puncto iuris contraria verior esset, nisi.l.nostra fori(hoc casu)per desuetudinem esset abrogata. Huiusmodi namque tutoribus solet supræmū consilium de assensu magnatum,præmium instar laboris regulatum assignare,vt tenet Baeza vbi supra Bobadilla in Politica,cap.5.num.61. libro.4.Pro qua sententia & consuetudine facit,quia licet ex statuto alicui debeatur tricesima pars pro labore,tamen si labor est paruus respectu præmij constituti, potest præmium modificari,vt tenet Afflictus in constitutione Siciliæ, incipienti constitutionum,num.7.fol. 160. Et facit pro hac sententia,doctrina Gregorij,in.l.10.glos.fin.tit. 18. part. 3. Quatenus dicit, quod quando causa præmij non fuit magna, moderatur præmium & concessio respectu seruitiorum,vt in.l.15.tit.10.lib.5. Recopilation.ibi. *Mas sino pusierō al Rey en tal necesidad,y le sirvieron en ella,que se deue moderar atēta la causa y la necesidad,y el servicio,y la calidad de la persona,*tex.etiam in.l. 7. titul.1.libro.8.Recopilation.in finalibus verbis,& hanc sententiam sequitur nouissime Gutierrez de tute. lib.3.cap.11.n.7.

38 An autem tutori vel curatori magnatis,vel alterius titulati,siue ditissimi

simi minoris, decima cõcedi debeat pro labore, sępissime dubitatur. Et in hac difficultate, Baezius loco supra proxime citato, illi præstandam fore arbitratur, eo quod cesset admodum ingens excessus de quo in tutore Regio diximus. Licet idem dicendum existimet, quando talis minor haberet in redditibus annuis, centum milia ducatorum summam, cum nullum admodum ingens labor esse possit qui tanto præmio afficí mereatur.

Ego tamen hac in re (attenta generalitate dictæ legis fori) vbi alia non esset consuetudo, distinguendum existimo, habito respectu ad personam tutoris, nam si alí usetiam magnus Comes, vel Dux, datus esset tutor alteri magnati pupillo, considerata vtriusque qualitate, & labore in administrando adhibito, non esset iustum vt talis magnus tutor, minori præmio (quam decima fructuũ) afficeretur, semper enim labor & pecunia recipiunt diuisionem, & æqualem siue correspondentem retributionem exigit, & in his lex fori non debet restringi, cum pupillus & tutor sint pares qualitate & statu, & labor magis considerari debeat respectu magnatis in re alterius magnatis laborantis. Si tamen magnati alius Titulatus, siue Titulato, alius
39 minoris qualitatis tutor datus esset, præmium modificari deberet, prout in tutore Regio prædiximus, ex rationibus & iuribus superius adductis, ita late Tiraquel. de tempe. pœnis in principio, idque regulariter obseruari solet in supremo consilio, quando tutores vel curatores illustribus minoribus constituuntur, vt a peritissimis & iure consultissimis aduocatis quim & a iudicibus supremis accepi.

40 Quid autẽ si mulieri luxuriose viuẽti, curator datus sit, an huic curatori decima fructus sit præstanda, & in hac difficultate Baeza loco supra citato cap. 14. num. 8. dicendum existimat, quod si talis mulier non solum luxuriose viuat, sed & simul bona sua dilapidet & cum amasijs consummat, decima huiusmodi curatori sit præstanda, cum hoc casu non solum rebus, verum etiam personæ curator datus censeatur, vt supradictum est, quo casu non minoribus curis & solicitudinibus quam tutor pupillæ vexatur, quinimo & maioribus anxiatur, cum peruersas inclinationes, & iniquam illius consuetudinem, reformare necesse habeat, amor namque nihil moderabile suadet, vt refert Ouidius de arte amandi, & hanc sententiã sequitur Gutierrez de tutel. lib. 3. c. 17.

Vlterius dubium non leue erit,
41 an curatori certe rei dato, hæc decima præstari debeat pro labore. In qua difficultate, dicendum videtur, quod sic, eo quod pars regulanda venit respectu totius Argumento l. quæ de tota. ff. de reiuendicatio. verum in proposita specie ita distinguendum erit, an datus fuerit certe rei, veluti certo fundo, an certę vniuersitati bonorum, extra locum domicilij tutoris existentium, primo namque casu, decimam non consequetur, eo quia habetur tãquam qui libet particularis administrator, cui vt supra pluries retulimus, salarium arbitrio iudicis præstatur, si vero vniuersitati bonorum detur, vt si minor nulla alia bona habeat, cum saltim vnam legis sui partem ad impleat, & in hoc laboret, scilicet recipiendo omnia bona minoris, vt patet ex. d. l. ibi. *Y a todos sus bienes*, ęquum erit, vt decimam quoque fructuum bonorum administratorum percipiat, & hac distinctione vtitur Baeza vbi supra

pra

pra.c.16.num.13.&.14.cuius opinio ni libenter ad hæret.Gutier.de tute lis,lib.3.c.18.

42 Quod autem si tutor scribi fecit in instrumento tutelæ,quod finita tutela restituet bona in inuentario cõtenta cum fructibus & redditibus ex illis prouenientibus,an virtute huius clausulæ.iuri decimandi fructus, renunciasse videatur,qua in re,Baeza de decima,c.18.Ioann.Gutierrez de tutel.lib.3.ca.20.maxime vexantur,tenendum tamen censeo, quod si tutor apensate & animo remitten di decimam,illa verba inseri fecit, proculdubio nullam decimam imputare debeat,quia magis illam remittere voluisse est iudicandum, deducto eo quod in rem pupilli gubernandam expenderit, remittentibus (namque) iura sua amplius non est dandus regressus,vt in.l.quæritur.§. si venditor.ff.de ædilitio.ædicto, ca. 2.de renũtiatione,aut vero illa clausula fuit adiecta in tutela ex consuetudine Tabellionum,& cum nihil de hoc in præfationibus actum fuisset, & hoc casu minime præsumenda est laboris donatio,quia nemo præsumitur iactare suum laborem.l. cum de indebito. ff. de probatio. Rursus

43 quia clausulæ quæ de consuetudine de stylo notariorum in contractibus inseri assuescunt,non in plus partibus præiudicant,nisi in quantum ipsi illi assentire voluerunt,ita Bart. in l.1.q.6.num.10.in fine.ff.de iure Codicil.Barbatia.cons.42.colum.10. & cons.48 colum.8. Nicolaus Boerius in tractatu depotestate legati a latere,num.131.volum. 8. & in tantum

44 hoc est verum,quod si(in hoc secundo casu)tutor vel curator in rationibus decimam deducere vel imputare prætermitteret,non sibi præiudicaret,quominus illam ab adulto exigere posset, & hanc sententiam tenuit Mexia in pragmatica panis cõ clus.2.n.92.ad finem.

45 Vlterius dubitatur,an si tutor finita tutela,connexa (quæ antea cæpta erant)administrauit,decimam fructuum(ex talibus rebus administratis collectorum)habere debeat. In qua difficultate breuiter est distinguendum, aut enim administrauit connexa quæ ex necessitate officij administrare debuit, de quibus loquitur titulus vt causæ post puber. adsit tuto.& hoc casu proculdubio decimam partem fructuum illo tempore ex tali re perceptorum reportauit,exglos.in.l.tutores qui ff.de administ.tuto.& in.l.tres tutores.ff. eodem Fulgo.cons.128. Decisio Delfinalis.455.in nobis.Et pro hac sententia facit, quia tempus prorrogationis, censetur idem cum tempore cõmissionis & assumit omnes illius cõditiones & qualitates, & ita tenet Tiraquell.de retract.conuentio.§.1. glos.7,num.26.Petrus Surd.decisi. 226.num.76.ex text.in.l. sed si manente.ff.de præcario. Si vero connexa non administrauit, sed morosus extitit in administratione, nolens rationem illius reddere,nonvtique decimam habiturus erit,sed saltim veluti negotiorum gestor.reputabitur,nihilque nisi expensas in administratione factas reportauit, & ita tenendum censet Baeça dict.capit.18.num.1.& in hac regali Chancellaria,pro hac sententia fuit iudicatum,me aduersus tutorem patrocinante,& nouissime tenet Ioannes Gutierrez de tutellis,lib.3.cap. 19. per totum.

46 Præterea pone,quod tutor nõ collocauit pecuniam pupillarem,& hac ratione fuit oneratus de interesse illius,ipse tamen allegat quod sibi debet ex computari decima illius interesse,de quo propter eius negligen-

tiam

tiam oneratur, dubium facit, an ſup poſito quod non laborauit, ſed potius (vt remiſſus) in illo intereſſe condemnatur, decima illi ſit excomputanda. In qua difficultate dicendū videtur, quod cum decima tutori tribuatur a lege fori ratione laboris, & ipſe non laborauerit in adquirendo cum pecunia minoris, nullam decimam conſequi debeat, quia ille qui non facit quod debet, non debet conſequi quod ratione illius facti conſequuturus eſſet, ita Bal. in cap. 1. qualiter proprio feudo priuetur, & in. l. poſt legatum. ff. de his quibus vt indign. & in Auth. dos data. C. de donatio. ante nupt. Maſcard. de probatio. concluſ. 1388. numer. 16. vbi fere in terminis dicit, quod qui debet ali-
47 quid dare, vel facere, vt ex inde aliquid conſequatur, nō poteſt aliquid conſequi niſi prius dederit vel fecerit quod promiſit. Et in propoſito plura etiam congeſsit Tiraquel. ad leges connubiales gloſ. 1. part. 13. numero. 42. Et hanc ſententiam tenuit etiam Baeça pluribus rationibus pro ea (ſuo more) adducens, in tracta. de decima cap. 14. num. 37. quem ſequitur Gutier. de tutel. lib. 3. capitul. 14. num. 33.

Sed prædictis non obſtantibus cō traria ſententia tenenda videtur, primo, quia text. in. l. ſi tutor conſtitutus. ff. de adminiſtra. tuto. dum tutori admonet, vt pecuniam collocet in emptionem prædiorum, vel annuorum reddituum, & quod alias ad intereſſe condemnabitur, eius quod non collocauit, videtur alternatiue loqui, ſcilicet, vt vel fructus prædiorum vel annuorum reddituum in rationibus præſtet, vel legitimum ſoluat intereſſe. Vnde cum debitor
48 alternatiue obligatus, eligere poſſit quid amplius ſoluere velit, vt in. l. plerumque in fine. ff. de iure dotiū, & ipſe minor commodum ſuæ pecuniæ conſequatur, non abs re erit, vt tutor ſuam decimam imputet in rationibus illorum fructuum vel annuorum reddituum, quomodocumque ſuo minori acquiſitorum.

Neq; huic ſententiæ obſtat, ratio a Baet. & alijs ſupra relatis adducta, dicēs, ꝙ eius ꝙ non laborauit, non debet decimam conſequi, quia reſpondetur ꝙ decima a lege fori tutori, vel curatori præſtita, pro labore adminiſtrationis, non habet reſpectū, ad iſtum vel illum actum adminiſtrationis rei pupillaris, ſed vniuerſaliter omnem adminiſtrationem in cō creto reſpicit, & pro omnibus laboribus & incōmoditatibus ex tali officio & miniſterio reſultantibus tribuitur, vt in. d. l. fori ibi, *por ſu trabajo*.

Neque etiam obſtat text. in. l. quid autem de excuſa. tuto. vbi tutor qui male adminiſtrat nullo afficiendus eſt præmio, etiam ſi damnum ex ſua mala adminiſtratione proueniens, minori ſuo reſarciat, quia ille text. licet maximam vim Baetij ſententiæ præſtiterit, pro contraria opinione loquitur, quando tutor dolo vel lata culpa, adminiſtrationem rerum pupillarium prætermiſit, maxime quia ſi ad illum text. bene attendamus, non agit de priuando tutore aliquo præmio a lege ſibi delato, in remunerationem laboris in adminiſtratione impenſi, forte tamen opinio Baetij ex illo text. locum ſibi vēdicaret, ſi tutor doloſe & animo fraudis committendi, in præiudicium ſui minoris, pecuniam in proprios vſus vertiſſet, ex regula text. in. l. nō fraudātur. ff. de reg. iuris, vbi debitor qui non adquirit quod potuit, non videtur fraudare ſuos creditores. Sed ſi pecuniam pupillarem palam & bona fide acciperet pro ſuis traficis, ſcribē

do

do in libro rationum tutelæ, qualiter illam pro suo risco & traficis accipiebat, quodquidē facere potest ex Caualino de vsur. quæst. 76 Baeça de decima, cap. 18. numer. 22. ne vtique decimam amitteret, & de hoc aliquid attingimus, supra cap. 14. nume. 26. vide ibi.

9 Rursus dubitatur, an tuori decima sit præstanda, de fructibus rerum pupillarium, vbi fructus vel redditus nō suppetunt, pro ipsius minoris, & suæ familiæ dispensatione. In qua difficultate Baeça multis rationibus adductis partem substinet negatiuam, male tamen eius opinio in hoc Pinciano Senatu, & ferè in toto Hispano Regno seruatur, quia de quibuscumque fructibus modo pro victu minoris sufficiant, modo non supersint, huiusmodi tutoribus decima trubuitur, ex generalitate dictæ legis fori, quod mihi satis inhumanum videtur. Consulo tamen tutoribus, vt si pupillorum redditus non sufficiant ad illorum alimenta, illos ad seruiendum ponant, vt ex suo seruitio victum quærant, & fructus integri manēt in calce administrationis, & ita decimam illorum iure reportabunt, quod & si id facere detrectent, affirmatiuam sententiam tenet Gutierrez de tutel. lib. 3. cap. 12.

10 An autem receptori pœnarum cameralium, decima condemnationū sit præstanda, remissis alijs altercationibus, vide l. 2. titul. 14. libro. 2. in noua legum regni collectione.

SVMMARIVM.

1 PÆnæ Fiscales per tutorē recuperatæ, an ab ipso possint decimari.

2 Pœnæ Fiscalis & confiscationes, siue mulctæ minori pertinentes, an tanquam fructus iuris dictionales reputari debeant.

3 Maritus qui ex iuris dispositione, fructus rei dotalis percipit pro subleuandis oneribus matrimonij, an pœnas & mulctas iurisdictionis (suæ coniugi pertinentes) pro oneribus matrimonij percipiat.

4 Fructuum appellatione omne illud continetur, quod saluarei substantia ex re colligitur.

5 Fructuum appellatione venit, quidquid ex terra nascitur, idque si renascatur.

6 Vxor tabellionis, quæ vsufructuaria bonorum mariti relicta fuit an debeat habere exportulas scripturarum, quæ ex regestris mariti seu prothocolis recolliguntur.

7 Dispositio loquens simpliciter de fructibus, omnes & quascumque obuentiones, & emolumenta comprehendit.

8 Curator clerici minorum ordinum, Diaconi, aut Subdiaconi, an fructus beneficiorum talis minoris decimare possit.

9 Curator clerici nondum presbyteri, an possit litigare pro suo minore, in causis beneficialibus, ipsius minoris.

10 Clericus traficatur, decimam soluere teneturgabelario, eiusquod traficauerit.

11 *Leges ciuiles circa res caducas & terrenas disponentes, clericos non minus quam laicos comprehendunt.*

12 *Canonum iure si aliquid non sit dispositum, ad iura ciuilia recurritur.*

13 *Fructus, obuentiones, & distributiones Ecclesiasticæ, an sit quid spirituale.*

14 *Castrensis vel quasi castrensis peculij fructus, an tutor decimare possit.*

15 *Curator clerici non præsbyteri, an decimet distributiones ordinarias canonicatus vel præbendæ sui minoris.*

16 *Fructuum appellatione an veniant distributiones ordinariæ.*

17 *Tutor an decimet pecuniam, ex soldatis & laboribus minoris sui adquisitam.*

17 *Dispositio generalis non extenditur ad extraordinaria.* 1

19 *Conductor fructuum alicuius comendæ, an etiam spiritualia habere debeat.*

20 *Partus ancillarum, an a tutoribus decimari valeant.*

21 *Tutor an non solum decimam bonorum existentium in loco vbi minor cum eo viget, decimare possit, sed etiam illius loci vbi minor non commoratur.*

22 *Bona mobilia in diuersis locis vel regionibus existentia, iudicantur non secundum consuetudinem loci vbi existunt, sed secundum leges & consuetudines loci vbi eorum dominus commoratur.* 2

23 *Dispositio loquens de capite, an ad membra extendi valeat.*

CAPVT XXIX.

Decima de quibus fructibus minorum, sit eorum tutoribus vel curatoribus soluenda.

RESOLVTVM extat in præcedenti capite, quibus tutoribus, vel curatoribus decima fructuũ minorum, sit soluenda, & ideo hoc in capite videre opus erit, ex quibus fructibus talem decimam habere debeant. Et in primis dubitatur an ex pœnis fiscalibus decimam deducere liceat, & dicendum videtur, quod illam omnino habere debeant, eo quia qualiscumque vtilitas minori proueniens, appellatione fructuum continetur, vt voluit Bald. in lege videamus. ff. de vsuris, Ioannes Garcia de Expensis, capitulo. 23. numero primo. Quo fit, vt si tutor ex lege. 2. titulo. 7. libro. 5. fori fructus rerum pupillarium decimare possit, eadem etiam ratione iurisdictionalia emolumenta, & obuentiones, & mulctas decimare possit. Et in terminis hanc sententiam tenet Bacça de decima, cap. 22. numer.

3 vbi tenet quod tutori vel curatori omnes mulctas, confiscationes, & obuentiones minori suo pertinentes decimare liceat, cum & hæc loco fructuum habeantur, idque eleganter docuit Cassaneus in consuetudi. Burgund. Rubrica quarta. §. 17. verbo esaneles fruct. numero. 16. folio. 148. columna. 2. Molina, libro. 1. de Hispano. primogen. capitulo. 25. numero. 22. Ex quibus inferri videtur quod cum maritus habeat fructus pro subleuandis oneribus matrimonij, vt in lege pro oneribus. ff. de iure dotium. Habebit etiam mulctas, condemnationes & confiscationes factas per iudices oppidorum dotalium, ad suam vxorem in proprietate pertinentium, id- 4 que dicendum etiam reputat Baeça vbi supra in pedagijs, pontagijs & vectigalibus vxori pertinentibus, non enim parum laboris impendit tutor in huiusmodi rebus locandis & percipiendis, pro qua sententia facit, quia nomine fructuum non tantumquæ ex fundo colligi possunt continentur, verum & omne illud, q̃ re integra manente, ex fundo colligitur, vt in. l. item si fundi. ff. de vsufructu. ibi. *Quidquid ex fundo nascitur, quidquid ve inde percipi potest, ipsius fructus est*, idque aduertit Ioannes Copius in tractat. de fructibus, c. 4. n. fi. vol. 12. Molineus in consuet. Parisien. titul. 1. §. 1. glos. 1. num. 33. vbi hos reputat fructus esse ciuiles, & eorum appellatione, omnes obuẽtiones, vtilitates, & cõmoda cõprahẽdi existimat, idq; etiã firmauit Molin. in. d. c. 25. n. 9. vers. neque obstat, Ioannes Garcia in loco supra proxime citato.

Supradictis tamen obstare videtur tex in. l. diuortio §. si vir. ff. solut. 5 matrim. vbi id dumtaxat appellatione fructuum continetur, quod ex terra percipitur, idque si renascatur, cuius decisionis prætextu Bal. ibi animaduertit, quod si maritus tabellio 6 relinquat vxorẽ vsufructuariam suorum bonorum, talis vxor habere nõ debeat sportulas scripturarum, quæ ex eius prothocolis recolliguntur, eo quod hæ sportulæ fructus dici nondebent, cum non renascãtur. Et hãc sententiam firmauit Gutierrez de tutel. lib 3 cap. 27. num. 35. & eorum sententia iubari videtur, ex textu in. l. 27. titul. 11. part. 4. vbi si lapidicina in dotem data, non renascatur, quidquid maritus ex illa deducit, & percipit, sibi non acquirit pro oneribus matrimonij subportandis, sed lucro vxoris cedit, & tamquam capitale, & dos vxoris reputatur, & quod vectigalia & pedagia appellatione fructuum non contineantur, tenet Nicol. Boerius Decisione. 212. numero. 25. ergo nullo modo illa decimabit tutor, vel curator, cum appellatione fructuum nõ cõ contineantur.

Sed prædictis nõ obstãtibus prior sententia verissima est, nam quamuis proprie & stricte loquendo, illud q̃ renascitur loco fructus habeatur, tamen improprie & abusiue, & secundũ communem loquẽdi modũ, quidquid ex fundo percipitur loco fructuũ habetur, velsaltim obuentionis & emolumenti loco reputatur, vt in l. loci corpus. §. 1. ff. si serui vendice, & in. l. fructus rei. ff. de reg. iu. fructibus q̃ naturalibus q̃uiparatur, vt docuit Molineus loco superius citato, idque satis aperte colligitur ex text. in. l. vsufructu legato. ff. de vsufructu, ibi. *Vt puta ædium vsufructu legato, quicumque redditus est, ad vsufructuarium pertinet, quæcumque obuentiones sunt, ex ædificijs, ex areis, & cæteris quæcumque ædium sunt.* Pro qua sententia

tentia facit; qui a qualis quolis vsus & commoditas rei, loco fructus habetur, vt in lege fin. ff. de vsur. ibi. *Fructus rei est, vel pignori dare licere*, ex quibus apparet male sensisse Bart. in dict. §. sivir, quatenus tenuit, quod appellatione fructuum dum taxat contineatur quod ex terra nascitur, dummodo & renascatur, & ideo iuste reprehenditur a Paulo & Duareno quos refert & sequitur Molina d. num 9 & a Ioanne Garcia, d. ca. 22 numero. 48. quod tu nota perpetuo, & hanc sententiam tenet nouissime Gutierrez de tutel. lib. 3. capi. 24. per totum. 9

8 Ex quibus inferri videtur, quod tutor clerici nõdum presbyteri, possit decimam deducere pro suo labore, ex omnibus fructibus siue redditibus & pensionibus suo minori debitis siue ab illo recuperatis, idque non obscure sentit Cassaneus in consuetudin. Burgund. Rubrica. 4. §. 17. verbo efaire, numero. 67. quod dubio procul verum erit, si talis tutor siue curator, vel locando prædia beneficijs annexa, vel colligendo fructus decimales, vel pensiones laborauerit, vel si ex fructibus qui supersunt eleemosinas in pauperes erogauit, vel prædia vel annuos reditus comparauit, iure enim Canonico & Diuino cauetur dignum esse mercenarium mercede sua, vt refert Diuus Paulus Epistola. 1. ad Timotheum. Lucæ, capitul. 10. Et hanc sententiam tenet Ioan. Gutierrez de tutel. libro. 3. capit. 32. numero. 6. casu quo curator a iudice Ecclesiastico datus fuisset.

Contrariam tamen sententiam, imo quod talis curator hos præbendarum fructus decimare non possit, tenuit Baeça de decima tuto, capitulo. 24. numero. 3. ea motus ratione quia tutor datus a iudice sæculari non habet potestatem in bonis spiritualibus sui minoris, vt voluit Anchar. in c. si annuum, num. 4. ver. sed hic de iudicijs, in. 6. vbi Dominicus & Francus firmant, quod, neque tutor testamentarius vel datiuus alicuius clerici, litigare potest pro beneficijs sui minoris clerici, idque tenet Cassaneus vbi supra Rub. 8. §. 5. vers. confirmatur, num. 5. 1. col. 2. Decisio. Rotæ. 7. titul. de iudicijs in nouis. n. 6. ad fin. vnde inquit Baeça cum curatori deficiat facultas administrandi prædicta bona ecclesiastica, & per consequens laboris ratio, in qua fundatur decisio prædict. l. fori, eadem ratione cessare debet dispositio, arg. ca. cum cessante de appellat. cum cõplicibus. 10

Sed Baetij sententia non obstante, affirmatiua conclusio tenẽda erit eo quod magis politice æquitate poleat, pro cuius corroboratione adduco sequentia. Primo q vbi curator clerici est sæcularis, & corã sæculari iudice curam acceptat, eadem ratione & corã eo, debet pro ratione reddenda conueniri, vt sup. c. 7. fere per totũ probauimus. Cũ igitur ratio fieri debeat in iudicio sæculari, faciendo erit secundũ leges, statuta siue cõsuetudines seculares, & ciuiles, easq; minor tã pro se quã cõtra se obseruare tenebitur, ita colligitur ex Bar. in l. de quibus, num. 26. ff. de legi. & in l. omni innouatione. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. col. 2. C. de cõtra. empt. Bal. cõs. 227. col. 2. volu. 1. Cuman. cõs. 83. Abbas in c. ecclesia S. Mariæ, n. 52. de const. & in c. q clericis, n. 6. de foro cõpet. & hanc conclusionẽ dicit singulare. Philippus Frãcus, in regula possessor col. 5. de reg. iur. in. 6. vers. quinto fallit. Dec. cõs. 452. col. 6. vers. idem in statutis, nu. 13. & 14. Ripa responso. 4. n. 5. lib. 1. Castellus in l. 70. Taur. nu. 211. facit quod eo 10

ipso, quod clericus contrahit & negotiatur tanquam secularis, non secus ac si secularis esset reputatur, & sic de suis traficis decimam gabellario soluit, vt in.l.1.C.de iur.omni.iudi.notant Canonistæ in.c.quamquã decensi.&in clementina præsenti,& ibi Cardinalis,num.9.eo tit. Berthachinus de gabellis.2.p.q.1.&.7.p.q.7.Gregor.Lup.in.l.49.titul.16.part.1 Mexia plures referens in pragmatica panis conclus.5.numer.22. Parlador.lib.1.rerum quotidian.cap.3. numero.16. Et secundum consuetudines laicorum debet iudicari, vt notat Abbas in capitulo.quod clericis ex numero.6.de foro compet.facit sententia Roderici Suarez in titulo de las ganancias, numero. 42. vbi dicit quod circa lucra, diuidenda inter maritum & vxorem debet attendi consuetudo loci vbi maritus commoratur. Præterea pro hac
11 sententia facit, quia leges seculares & ciuiles, quæ circa res humanas & caducas disponunt, clericos non minus quam laicos compræhendunt, præterquam si lege Canonica, lex ciuilis fuerit abrogata, vt in. capitulo.1.de constitutio,&ibi glossa,& vtrobique Doctores hanc conclusionem communem dicunt, vt
12 firmat Menchaca de succesio. resolutione.§.10. numero.87. vbi tenet, quod vbi iure Canonico aliquid non est dispositum, recurrendum est ad leges & consuetudines laicorum, & è contra, idque late probat Plaça in Epythome delictorum, capitulo primo,numero. 24. Cum ergo lege fori,in Regno consuetudine obseruata, tutoribus & curatoribus pro labore administrationis rerum suorum minorum, decima pars fructuum sit constituta, & in hoc ius Canonicum nullam aliam contrariam dispositionem habeat, proculdubio huic curatori res & beneficia simplicia minoris sui administranti, decima præstari debebit, idque rationi est satis consentaneum.

Et tenendo istam sententiam nõ obstat fundamentum Baetij pro contraria sententia adductum, qua tenus ex Ancharrano probare intendit, quod curator clerici nonde bet neq; potest se intromitere, in rebus beneficio sui minoris attingentibus,quia Anch.loquitur sine textu indeterminate,& subdubio,cuiuscõtrarium verius est,vt ostenditBarbatia eleganter in.c.ex ratione,num.4 de ætate & qualitate,vbi dicit, quod licet maior quatuordecim annorum possithabere beneficium.Ecclesiasticum,non tamen sine curatore ad litem,potest super eo in iudicio experiri,& dicendum amplius existimat quod si Papa dispensauerit cũ minore quatuordecim annorũ ad obtinendum simplex beneficium, non videtur dispensare in hoc,vt sine curatore eius administrationem habeat. Quamsententiã ante eum tenuitGofredus in.c. indecorũ de ætate &qualit.Abb.in.c.ex ratione,num.12.supra relato,vbi tenetpro infallibili,q clericus non habet administrationẽ beneficij, nisi ad ætatem legitimam peruenerit:igitur si tutor vel curator beneficiati decimas,redditus,& prouentus,suo minori attingentes,administrare tenetur, & de dolo lata, veletiam leui,&aliquando leuissima culpa tenetur.l.tutori. C.de ne.gest. l.cõtractus de reg.iuris,Damaud.de tutore capitulo.7.numero.18.folio. 28.& late supra isto tractatu suo in loco adnotauimus, labor eius non debet esse vacuus a mercede, & illi recte conuenit illud,quod boui trituranti os alligari non debet, &

in pro-

in proposito plura adducit Octauia. Osascus decis. 99. n. 22.

Neque etiam obstat text. in dict. cap. Sanctæ Mariæ, quatenus probat quod clericus non habet dispositionem rerum Ecclesiasticarum, quia hoc est intelligendum, de rebus mere spiritualibus Ecclesiæ, cæterum circa fructus & obuentiones beneficij, non se intromittit, quia in his (dubio procul) liberam administrationē & dispositionem habet beneficiatus eo quod non sint quid spirituale, sed spirituali annexum, vt in c. vestra de
13 locato, Abb. in cap. fin. de rerum permuta, idque teste Octauiano Osasco iudicauit Senatus Pedemontanus de cis. 32. num. 5. & licet laico sit interdictū, vt de huiusmodi redditibus & prouentibus disponere non possit, non tamen illi interdicitur administratio eorum. Sicque quotidie videmus laicos in administratores fructuū & prouentuum ecclesiarum eligi, quinimo & in nonnullis ecclesijs Hispaniæ, ratione huius laboris habent fructus vnius Canonicatus. Et quod illis laicis administratio sit permissa tenuit Rota decis. 8. titulo de procurato. in antiquis.

Et ex supradictis venit limitanda & intelligenda sententia Roderici Suarez in capitulo de maioratu, quatenus ibi numero fin. dicit, quod pater qui percepit fructus præbendæ sui filij, debet illi rationem reddere & tradere omnes fructus a tali præbenda collectos, quia debet intelligi deducta decima fructuum, cum eam habere debeat ex supradictis pro labore in illis colligendis & administrandis impenso, fructus namque præbendæ loco peculij Castrensis vel quasi habentur, vt in lege Sacrosanctæ. C. de Episcop. & cleric. &
14 notat Roderic. Suarez vbi supra, vndecum tutor vel curator fructus Castrensis peculij decimare possit, vt resoluit Baeça de decima, capitulo. 30. numero. 16. & 17. eodem modo & fructus hos quasi Castrenses decimare poterit, quia vbi eadem militat ratio, militat eadem iuris dispositio, vt in lege illud. ff. ad legem Aquil. Rursus quia tutor decimat annuos redditus ad vitam pupilli debitos, vt voluit Baeça de decima vbi supra, numero 18. & in tractat. de non meliorand. filiabus, capitulo. 4. numero. 25. igitur & pari ratione decimabit hos fructus advitam minoris clerici destinatos.

Insuper dubitari poterit in pro-
15 posito, an distributiones ordinarias & quotidianas quas iste minor clericus lucratur, assistendo horis canonicis, tutor vel curator eius decimare possit, & dicendum videtur quod sic, eo quidquid ex hominis la-
16 bore prouenit fructus ciuilis reputatur, vt in l. mercedes. ff. de peti hæredit. Bart in lege finali in fine. ff. de iure fisci, Bald. in l. si traditio in fine. C. de actio. empti. Molina in consuetud. Parisi. titulo. 1. §. 1. gloss. 1. numero. 33. vbi tenet quod pensiones & salaria ratione personalis seruitij debita, fructus ciuiles reputantur, igitur si verum est quod tutor potest decimare salaria minori suo debita, vt dixit in d. tractat. de decima, c. 22. numer. 28. eodem etiam modo poterit decimare huiusmodi distributiones ordinarias, quæ pro labore personali tali minori quotidie præstantur.

Rursus pro hac sententia facit doctrina Baldi in l. aduersus num. 1. C. de locato, vbi dicit, quod licet operarum merces, non sit fructus rei, dicitur tamen fructus laboris, cum ergo fructus laboris minoris ex superius adductis decimari valeat, per tutorem vel curatorem, dubio

procul dicendum videtur, quod huiusmodi distributiones a tutore decimari possint.

Prædictis tamen non obstantibus
17 contraria sententia tenenda erit, primo quia appellatione fructuum beneficij, non veniunt distributiones ordinariæ, vt in capitulo vnico de cleri. non residen in sexto, tenet Couarruuias libro. 3. Variarum, capit. 13. numero. 1. Oxeda de incõpatibilitate beneficiorum, prima parte, capit. 12. numero. 8. Secundo, quia prædicta lege. 2. fori dum loquitur de labore administratoris, & pro eo decimam curatori tribuit, non debet extendi ad ea in quibus penitus nihil laborat tutor vel curator, prout non laborat in recuperatione harum distributionum offertarum & eleemosinarum quæ breui, (vt dicam manu) ab ipso minore singulis diebus pro quotidiano victu colliguntur, nullo mediante labore tutoris vel curatoris. Deinde quia licet verum sit, quod operæ seruorum & ancillarum in fructu sint, vt in dicta. l. mercedes, tamen liberi hominis opera, non vtique in fructu habenda erit, & inter hominis liberi, & serui operas, magnam differentiam constituit Acursius in. l. 1. verbo officium. ff. de operis seruorum, qua anxius difficultate Baeça in dict. capit. 24. numero. 19 tenendum existimat, scilicet, quod si adultus magnos fructus colligat ex sua industria & labore, exercendo officium vel artificium, nullam ex illis decimam deducat eius curator, licet contrarium Paulo antea tenuisset in capit. 22. numero. 28. vbi notabiliter dicit, quod tutor poterit decimam salariorum sui minoris percipere, & secundum hanc opinionem multoties vidi exonerari tutores & curatores in rationibus rei pupillaris, & a iudicibus hæc opinio nonnumquam fuit obseruata.

Ego tamen in hac difficultate distinguendum arbitror, an hæ distributiones de quibus agimus, sint illæ quæ vulgo: *Pie de altaro entrada de la Iglesia*, nuncupantur, quæ quidem ab inuitis extorqueri non possunt, & hæc & similes aliæ obuentiones, non tam fructuum quam donationum naturam sapiunt, & ideo ex illis eleemosinis decimam tutor vel curator non reportauit, cum in fructu non habeantur, vt notat Oldraldus consilio. 216. numero. 1. Molineus in consuetu. Paris. §. 37. glossa. 10. numero. 47. Quatenus affirmat quod cum huiusmodi distributiones extra ordinariæ sint, & præstentur ratione obituum, pro numero præsentium, & sic ex arbitrio fortunæ quodammodo dependeant, nullatenus inter fructus computari debeant. Et hanc sententiam tenet etiam Belencinis in tractatu de charitatiuo subsidio, quæstion. 76. Ripa in capit. ad aures, numero. 29. de rescript. Rebuf. in tractat. congruę portionis, numero. 86. Et confirmatur hæc sententia, quia dispositio generalis non debet extendi ad extraordinaria. l. Seio amico. §. medico. ff. de annuis lega. & sic dispositio generalis, dicta. l. fori quatenus de fructibus loquitur non debet ad extraordinarios fructus extendi.

Aut huiusmodi distributiones sunt præcise præstãdæ, ratione assistẽtiæ in Ecclesia faciẽdæ, vt quia assistit horis canonicis, & licet huiusmodi distributiones nõ veniãt appellatione fructuum, vt in dicto capitul. vnico & tenent doctores supra proxime citati, tamen loco obuentionum

& pro-

& prouentuum habentur, cum quolibet anno (beneficiato volente) præuenda apta sit, prædictas distributiones tali præuendato reddere, quam distinctionem colligo ex his quæ notat Barbosa in lege Diuortio. §. quod in anno, numero. 6. ff. solut. matrimon. vbi in proposito supradicta adnotauit.

Ex quibus inferri posse videtur, quod si parochiani censuris compellantur, vt beneficiatis tales oblationes offerant in Dominicis vel alijs festiuis, siue Paschalibus diebus, prout stante consuetudine possent compelli, vt tenet Couarruuias libro. 1. Variarum, capitul. 17. numero. 3. Orauia. Caqueranus, decis. 99. numero. 17. Curator talis beneficiati prædictas etiam oblationes decimati posset, eo quod ab inuitis extorquentur, & fructibus equiparantur. Pro qua conclusione facit doctrina Bertrandi consilio. 202 libro. 3. vbi in ea est sententia, quod si aliquis conduxerit omnes fructus iura & emolumenta alicuius commendæ, spolia & successiones priorum, tali commendæ subiectorum, tempore talis locationis morientium, ad prædictum conductorem spectent, cum & hæc appellatione fructuum comprehendantur, & hæc est notabilis conclusio secundum Barbosa vbi supra pro arrendatoribus commendarum ordinum militarium. 19

Vlterius quæritur an tutor possit decimare partus ancillarum, in qua difficultate resolutiue tenendum erit quod non, & ratio est quia huiusmodi partus in fructu non sunt, vt in l. in pecudum ff. de vsur. & in. l. 23. & 24. titulo. 31. partita. 3. idque voluit Connanus libro quarto commentariorum, capitulo. 2 numero. 2 Corras. libro. 5. Miscella, capit. 8. nu 20

mero. 5, Menoch. libro. 2. de arbitrar. casu. 49. a numero. 7. & in terminis ita tenet Baeça de decimis, capitulo. 23 numero. 4. ex qua resolutione infertur, quod si vxor adduxerit in dotem aliquas ancillas, quæ filios constante matrimonio dominæ suæ procreauerint, maritus non habebit earum partus tanquam fructus dotales vxoris, & ita tenet Baeça vbi supra numero septimo. Ioannes Garcia in tractatu de coniugali aquestu, numero. 167. Ioannes Gutierrez. de tutel. libro. 3 capitulo. 30 a numero. 1. cum sequentibus. Licet aliquando contrarium iudicatum fuisse in Granatensi Chancellaria, testetur ipse Baetius dicto numero. 3. sufficit enim marito vel tutori, quod fructum operarum talium ancillarum percipiat, quia hæ operæ loco fructum reputantur, vt in lege in hominis, & in lege fructus. ff. de oper. seruorum, in fœtibus autem pecorum, proculdubio decimam illorum percipiet, quia huiusmodi partus vere fructus reputantur. §. in pecudum instituta de rerum diuisio, & in lege. 22. & 23. titulo. 31. parte tertia.

Rursus dubitatur, an si tutor administrauit tutelã alicui° pupilli in hac ciuitate Vallisoletana, in qua lex prædicta fori (quæ de decima tutori præstanda loquitur) consuetudine obseruatur, ibique bona plura minor habebat, plura etiam alia Vlisponæ. Vbi dicta lex fori non custoditur, an non solum decimam bonorum Vallisoleto existentium, verum & Vlisponensium habere debeat. In qua difficultate dicendum videtur, quod non debeat habere decimam fructuum bonorum Vlisponæ existentium, cum ibi lex fori non seruetur, vnde cum leges fori 21

nullam vim habeant nisi quatenus in locis vel prouincijs vbi obseruantur, vt in l. 1. Tau. ibi. *En loq̃ son o fuerẽ vsadas y guardadas en los dichos lugares.* Consequens videtur, quod fructus bonorum Vlisponæ, non decimet tutor Vallesoletanus, quæ sententia eo maxime suadetur, quia lex fori de decima tutoris disponens, exorbitata iure communi (quo attento nullum salarium reportabat tutor pro labore administrationis bonorum pupilli, vt in dict. l. a tutoribus. §. principalibus. ff. de administratio. tuto. & minime ampliari debet, vt notant communiter scribentes in Authent. quas actiones. C. de sacro. sanct. Eccles. Bart. in l. omnes populi, numero. 6. ff. de iustitia & iure, Anton. de Rosellis in tracta. de legitimatione. C. de causa finali seu effectiua, numero. 30. vers. vltimo pro ista per totum.

Sed prædictis non obstantibus, contraria sententia probabilior appa-
2 2 ret ex sequentibus. Primo quia mouilia in diuersis regionibus existentibus, iudicantur non secundum locum in quo sunt, sed secundum statuta prouintiæ vel ciuitatis in qua dominus illorum bonorum mobilium residet, vt tenet Bald. in l. mercatores per text. ibi. C. de commercijs & mercato. Alex. in additionibus ad Bart. in l. 1. column. penult. C. de summa Trini. & cons. 31. column. 2. volum. 2. & cons. 19. vers. secundo tamen, lib. 6.

2 3 Secundo, quia quod de capite, idem de membris est iudicandum, vt in l. cum in diuersis. ff. de religio. & sumpti fune. & fere in terminis, hanc sententiam tenet Castrensis consil. 374. libro. 2. quatenus dicit, quod supposita consuetudine quæ viget in Cabodistria, quod tutores super lucrentur fructus bonorum pupilli, non videt cur nõ debeat etiam lucrari reditus inpræstitorum, quos percipere debebat minor ex inpræstitis Venetijs factis, & hac Pauli ratione motus hanc sententiam in terminis tenuit Baeza de decima. c. 34. num. 7. facit regula accessorium de regul. iur. in, 6.

Tertio, quia finis legis fori est, vt pro labore decima fructuum rerum minoris tutori præstetur, cum ergo pro labore tribuatur, & tutor etiam laborauerit administrando patrimonium extra vrbem & alijs in locis situm, nevtique equum erit, vt labor eius defraudetur, maior namque labor in administrandis bonis extra vrbem existentibus, quam in alijs bonis quæ sita sunt intra vrbem versatur, & ideo cum Baetio tenendum erit, pro cuius sententia facit quod dicit Pala. Rub. in Rubr. de donatio. inter vir. §, 62. numero. 31. quatenus affirmat, quod inquerendis lucris inter maritum & vxorem quæsitis, debet attendi consuetudo domicilij mariti, etiam respectu lucrorũ alio in loco adquisitorum, idque tenet Bal. cons. 208. volum. 3. Ioannes Garcia de coniugali aquestu, n. 146. vbi alios pro hac sententia refert.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio rei vbi ex legali dispositione fieri debet, in duodecim partes fit distributio.*

2 *Pars rei, si debeatur ex dispositione legis vel testatoris, per verba numeralia, distributio facienda erit in partes duodecim, secus si legatum fiat per verbalia nomina, dicendo lego Titio ter-*

tiam

tiam vel quartam partem talis rei, quia tunc in tres vel quatuor partes distribuitur, ita vt si tertia legetur, in tres partes diuidatur.

3 Decima tutoris, an præstari debeat ac qualibet re minori adquisita in ratione fructus, an vero in pecunia præstari satisfit.

4 Pars quotitatiua alicuius rei, si ex legis vel hominis dispositione præstari debeat, non est de qualibet re deducenda, sed iudicis arbitrio præstanda erit.

5 Legitima licet filijs debeatur ex bonis omnibus paternis, non tamen de qualibet re deduci debet, sed iudex arbitratur, qualiter diuisio facienda sit.

6 Prælegatum tertij vel quinti, an de qualibet re deduci debeat, ad intellectum legis vigesimæ Tauri.

7 Distinctio autoris circa fructuum deductionem, pro decima tutori ex bonis pupilli præstanda.

8 Praxis, adhuc a calculatoribus in deductione decimæ tutoris obseruata.

9 Decima an sit præstanda tutori, deductis expensis factis in fructibus colligendis pro rata.

10 Expensum in fructibus pupilli redigendis, fructus ipsos minuit.

11 Tutor si mille quotanis ex fructibus pupilli recollexit, quotanis quæ centum soluit pro censu & annuo reditu ob ipso minore debito, an adhuc integra mille decimare posit, nulla oneris facta deductione.

12 Inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem

13 Tutor respectu decimæ ex fructibus minoris deducendæ, an loco vsufructuarij habeatur.

14 Tutor reputatur creditor minoris, respectu decimæ fructuum, adquisitorum ex rebus pupilli.

15 Fructus dicuntur, di. ductis reis oneribus.

16 Vsusfructus fundi tributarij, si alicui legatus sit, pro certo tempore, an talis vsufructuarius, tributa soluere debeat.

17 Decimam & expẽsas executionis, alguacellus an deducat, vbi bona non sufficiunt executata, pro satisfaciendo creditore, de principali pro quo fuit facta executio.

18 Onus rei venditæ, an debeat cõputari, in pretio pro æstimãda decima gabellario soluenda

19 Decima alguacello debita pro executione, an de illa pecunia tantumque ex venditione rerum pro executione addictarũ sit debeatur.

20 Distinctio autoris, circa computationem decimæ faciendam, quando fundus venditus aliquibus oneribus est affectus.

21 Pensione super beneficio Eccle-

siastico imposita, an beneficiatus & pensionarius pro rata, onera beneficio affecta, solvant.

22 *Decima qualiter sit deducenda per tutorem, ex fructibus pendentibus tempore sibi delatæ tutelæ.*

24 *Maritus an habere debeat pro oneribus matrimonij, fructus pendentes in fundo uxoris, tempore contracti matrimonij.*

2a *Intellectus ad text. in. l. fructus pendentes. ff. de reiuendicatione.*

25 *Intellectus ad text. in. l. in lege falcidia. ff. ad legem falc.*

26 *Intellectus ad text. in. l. cætera. § sed si parauit. ff. de leg. 1.*

B7 *Legatum factum per testatorem executori testamenti, censetur factum in remunerationem laboris in executione impensi.*

27 *Pars aliqua dotis, si marito ab statuto deferatur, & uxor marito legatum relinquat, an legatum imputari debeat in illa parte a lege vel statuto marito delata.*

29 *Legatum factum tutori per patrem pupilli, an in decima debeat imputari.*

30 *Legatum factum a marito uxori, censetur relictum animo cõpensandi cum arrhis a marito uxori debitis.*

31 *Legatum factum creditori per debitorem, quando animo compensandi cum debito factum cẽ seatur.*

CAPVT XXX.

Decima tutoribus præstanda, qualiter ex fructibus minorum sit deducenda.

IN Duobus capitibus præcedentibus adnotauimus, quibus tutoribus & curatoribus seu alijs administratoribus, & de quibus rebus decima fructum esset præstanda, modo autem videre libet, qualiter sit per calculatores hæc decima deducenda, & computanda, & licet ex legis dispositione, vbi aliqua res in partibus est diuidenda, in duodecim partes distribui debeat, vt in. l. qui non militabat, & in. l. interdum. § si pater, ff. de hære. instit. § hæreditas insti. eo titulo. Et in qualibet diuisione hanc regulam seruãdam esse tradiderit Bartol. in. d. § si pater, & in. l. codicillis. § qui Sempronian. ff. de vsufructu lega. In hac tamen decimæ fructuum deductione, in decem tantum partes distributionem faciendam reputo, prout in decima Deo debita scripsit Abbas in capit. cum homines de decimis, vbi tenet quod quando alicui de aliqua re decima est præstanda, non in duodecim, sed in decem tantum partes res diuidi debet, idque eleganter voluit Bar. in. d. §. si pater vbi dicit, quod quando relinquitur alicui, pars alicuius rei per verba numeralia, vt puta duas vel tres

1

2

par-

partes talis fundi, iſte fundus diſtribui debet in duodecim partes. Secus tamen ſi legatum quotæ fiat, vt pote decimam, tertiam, vel quintam partem, quia hoc caſu in decem, vel tres vel quinque partes (dumtaxat) diuiſio & diſtributio rei fiet, & in hoc ſemper erit attendendus communis hominum vſus loquendi, quia hic præualet omni ſignificationi verborum, vt tenet gloſ. in l. liberorum, §. quod tamen Caſius. ff. de leg. 3. & in l. quod ſi nolit. §. qui aſidua. ff. de ædilitio. ædicto. & ita tenet Gutierrez de tutel. lib. 3. c. 22. per totum.

Quibus ſic ad euidentiam præmiſſis, dubitari poterit, an decima ſit de quibuslibet fructibus minoris deducenda, an vero ſufficiat quod in pecunia valor illius illi ſoluatur. In qua difficultate Bart. in l. ſuus quoque numero. 10. ff. de hære. inſti. in ea eſt ſententia, vt ſi ex diſpoſitione legis vel teſtatoris pars quotitatiua alicuius rei alicui ſit præſtanda, non debeat deduci illa pars de qualibet re, ſed arbitrio iudicis diſtributio fiat. Quam ſententiam fundare nititur, ex text. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. vbi Bart. ſequẽdo gloſ. ibi, affirmatiue tenet, quod ſi alicui quota rerum debeatur, non debet illa quota de ſingulis rebus deduci, & eum ſequitur Bald. in Rubri. ff. de rerum diuiſio, Alex. in l. in quartam numero. 6. ff. ad legem falci. Menoch. libr. 2. de arbitr. caſu. 162. Pro qua ſententia facit, quia vbicumque pars aliqua bonorum legatur, licet talis pars ſit in obligatione, hæredi tamen ſuccurritur, vt ſuo arbitrio partem rei, vel æſtimationem eius præſtet, vt in l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. 1. & in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. lega.

Rurſus quia licet filijs debeatur legitima, in bonis parentum non tamen eſt deduceda ex qualibet re particulari hæreditatis ſeu ex qualibet ſpecie, ſed diuiſio facienda erit, arbitrio boni viri, prius animaduerſo an res commodam, vel incommodam diuiſionem habeat, vt tenent Bald. Imol. & Alex. in l. Marcellus. §. res quæ, numero. 10. ad Trebellian. Baeça vbi ſupra numero. 7. Menoch. caſu. 163. numero. 22. loquendo in deductione quartæ Trebellianicæ, & caſu. 164. loquendo in deductione falcidiæ.

Verum aduerſus prædictam ſententiam vrget tex. in l. 20. Tauri, vbi caſu quo quis melioratus fuerit in tertio vel quinto bonorum, ex qualibet hæreditaria re, tertiũ vel quintum deducitur, vt patet ex ipſa lege, ibi. *En la parte de la hazienda que el teſtador dexare.* Et hoc tenent ibi communiter ſcribentes, Baeça vbi ſupra, numero. 2. Lara de alimentis §. ſi mater, nume. 58. vbi tenet hanc deductionem faciendam fore, ſecundum antiquum ſtylum Curiæ, quiuſu forenſi iamdiu receptus fuit: & hanc ſententiam ſequitur Gutier. de tute. lib. 3. c. 40. n. 3.

Pro concordia tamen prædictarum opinionum, diſtinguendum arbitror, an fructus per tutorem recolecti de bonis pupilli, ſint ſtantes, & tales quod in partes diuiſi nullum incommodum adferant minori, & hoc caſu ex ipſis med fructibus decima de qua agimus deducenda erit, veluti ſi fructus conſiſterent in grege, tritico, vel oleo, & ſimilia. Cum ergo hoc caſu pars tantam vtilitatem habeat reſpectu partis, quantam totũ reſpectu totius, ex ipſis med fructibus deducenda erit, neque ſufficit vt æſtimatio illorum fructuũ tutori detur, ex dict. l. fori. ibi. *Mantengalos de los fructos, y tome el diezmo para ſi.* Quo fiet, vt ſi minor haberet tempo

re

re redditæ rationis, mille amphoras vini ex fructibus vinearum recollectas, decima illarum in vino, & nõ in æstimatione petere possit, quia decima fructuum, statim quod fructus ex bonis minoris recolliguntur, ipsi tutori ipso iure adquiruntur, ex dicta.l.fori dispositione, si tamen salua rei substantia decima deduci nõ posset, veluti quando ex equabus minoris duo vel tres equi producti sunt, sufficit vt æstimatio decimæ valoris talium equorum soluatur, & ita di-
8 stinguit Tellus Ferdinandus in.d.l. 20.Tauri, num 7. Aliter tamen se habet communis fere totius regni praxis, solet nanque per calculatores fieri cumulus omnium fructuum tam præsentium & existentium, quam cõsumptorum, & his iusto pretio æstimatis, deducunt decimam totius æstimationis, & hanc vel adiudicant tutori, vel si debitor appareat, quod illi pertinet in calculo recipiunt, sed iudicio meo hoc non deberet fieri absque voluntate & consensu tutoris vel curatoris, saltim respectu fructuum adhuc existentium, cum prædicta lex fori expresse dicat, quod recipiat decimam fructuum. Pro qua sententia facit doctrina Bart.in.l.eũ qui in fine principij. ff.de his quibus vt indignis, vbi tenet, quod quando alicui debentur fructus, non potest compelli vt æstimationem recipiat, 10
maxime vbi fructus extant. Plura que pro hac sententia cõgerit Baeça de decima, cap.32.numer.2. cum sequentibus, vbi plura pro hac opinione recenset fundamenta.

Vterius dubitatur, an hæc decima fructuum tutori debita, præstari
9 debeat deductis expensis: & quidem quæstio ista difficillima visa fuit Baetio, in suo tractat. de decima tutoris cap.29.per totum. Vbi postquam multa hinc inde agregauit, tandem in ea residet sententia, vt expensæ deduci non debeant, hancque iuris institutis magis congruere, affirmatiuam vero maiori æquitate fulciri asseuerauit, & hanc æquitatem probare conatur Barbosa in.l.fructus, nume. 21.ff, solut. matrimon. Gutierrez de tutel.libro.3.capitul.37. numero.2. latissime.

Contrariam tamen sententiam imo quod neque iure neque æquitate negatiua sententia fulciri possit, tenet Ioannes Garcia de Expensis, capitul.1.numero.20.cum tribus sequẽtibus, & quia vterque (suis in locis) & argute & erudite loquitur, resecatis superfluis, ego meam sententiam, hac in repro ponere decreui. Et in proposito dicendum existimo, quod tutor decimam partem expensarum in colligendis & curandis fructibus, sibi imputare debeat, alias vero nouẽ partes minori imputentur. Considero namque hos minores & tutores, instar duorum sociorum se habere, quorum alter operam, alter pecuniam tantum ponit, & in societatem confert, vnde cum hoc casu, & in omnibus alijs in quibus expendendum venit, ratione colligendorum fructuum, quilibet pro parte lucri expẽsas ponere teneatur.l.Mutius.ff. pro sotio.l.non amplius.ff de leg.1.& nullus sit casus qui hoc genus deductionis impediat, vt in.l.fundus qui.ff. familiæ herciscundæ, & cum non dicãtur fructus, nisi deductis expensis, vt in.l.quod in fructibus.ff.de vsur. ibi. *Quod in fructibus redigendis expensum est, non ambigitur, ipsos fructus diminuere debere,* Si alter socius decimam partem lucri siue fructuum reportare debet, illi etiam decima expensæ attingere debebit, siquidem ratione expensarum fructus etiam diminuuntur, & sic erit intelligenda prædicta.l.2.fori, ibi. *Mantengalos de*

les

los fructos, y tome el diezmo para si, por su trabajo. Et ita impuncto cõclu do, quod decima præstari debeat tutori vel curatori & similibus, deductis in computatione expensis pro rata decimæque illi tribuitur, & prædictam rationem adduxit Baeça dict. cap. 29. num. 7. quæ mihi satis vrget.

11 Sed modo pone, quod super bonis & patrimonio pupilli, erat impositus & constitutus annuus redditus de centum, & ex fructibus dictorum bonorum vel redditibus, colligebantur ducentum quotanis, dubium erit an tutor decimam deducere possit de illis ducentis quæ ipse ex bonis pupilli percepit, an vero de solis illis cẽtumque superstant deductis oneribus patrimonio pupilli adiunctis, & dicendum videtur quod illa ducenta decimare possit, siquidem ipse laborauit in recollectione eorum: lex enim fori de qua agimus, pro labore a tutore impenso in recolligendis fructibus minoris, & alijs oneribus administrationi annexis, decimam fructuum huic tutori concessit, nõ habito respectu ad onera rebus pupillaribus annexa. Quinimo & vltra recollectionis laborem, alius labor tutori accrescit, scilicet in soluẽdis debitis minoris patrimonio iniunctis, aucto igitur labore non deberet decima di minui, quia inducta ad augmentum

12 non debent operari diminutionem, vt in clementina exiui de paradiso, & ibi Cardinalis de verbo. signi. Albertus Brunus in tracta. de augmento & diminu. conclusione. 6. numero. 1.

Secundo pro hac sententia facit, quia tutor respectu decimæ instar

13 vsus fructuarij habetur, vt pote, quia pro labore quotam fructuum percipiat, igitur cum vsusfructuarius fructus integros fundi percipiat, non deductis oneribus rei, vt notat Bart. in. l. fin. per text. ibi, numero. 2. & in. l. generali. §. fin. ff. de vsufruct. eodem modo tutor vel curator ratione æris alieni a minore vel super eius bonis debiti, nullam diminutionem decimæ fructuum habere debebit.

Tertio, quia istæ tutor loco etiam

14 creditoris habetur, respectu eius quod pro labore habere debet, sed debitum vnius creditoris non diminuitur, ratione alterius debiti, vbi bona debitoris vtroque creditori sufficiũt, ergo neque decima tutori debita pro labore, diminuenda erit, alijs instantibus creditoribus pupilli.

15 Quarto quia licet verum sit quod fructus dicantur deductis expensis, vt supra late probauimus, ex text. in l. quod in fructibus ff. de vsur. tamen nulla lege cautum habemus, quod fructus dicantur deductis rei oneribus. Pro quibus fundus, vel dominus fundi tenetur, non autem tenetur vsufructuarius, vt in Auth. de collato. §. nullus, & in. l. litibus in fine, & in. l. hij. penes. C. de agricol. & censi, libro. 11. Octauia Osascus Decis. 73. numer. 3. Differũt namque multum expensæ fructuum, & onera rei, & ideo a separatis illatio fieri non debet, vt in. l. fin. ff. de calumnia & in. c. 2. de translat. prælato. & pro hac sententia est text. fenix in iure in. l. qui

16 concubinam §. quiortos. ff. deleg. 3. quo cauetur vt si alicui legatus sit vsusfructus alicuius fundi tributarij, vsufructuarius integros fructus percipiat absque deductione & solutione tributi, quia eius solutio competit domino fundi tributarij vel eius hæredi. Et pro hac conclusione facit sententia Rebuf. in constitu. regni Francorum, titulo de literis obligato. artic. 2. glos. vnica, numero. 8.

17 quatenus tenet, quod decima siue expensæ executionis debent deduci pro executoribns, etiam si non superstint

persint bona ex quibus reditori satisfieri possit, & cum refert & sequitur Auend. loquendo in decima executoris, 2. part. de exequend. mandat. cap. 17. num. 10 iuers. & quod expensæ, pari igitur ratione tutor integrã decimam percipiet de fructibus rerum pupillarium, etiam si ea deducta, non supersint fructus ex quibus minor possit alimentari.

Contrariam tamen sententiam tenet Baeça de decima tutor. ca. 27. numero 9 cum aliquibus sequentibus, arguit namque a legitima filio debita, quæ tamen ære alieno minuitur, vt in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testa. maiori ergo ratione in decima tutoris hoc ipsum dicendum erit, cum aduersus ius commune lex fori fuerit constituta, & eum sequitur Ioan. Gutierrez libr. 3. de tutel. c. 34. num. 3.

Secundo mouetur, ex regula tex. in l. Mutius. ff. pro socio, vbi illud tantum ratione lucri socijs communicatur, quod super est deductis expensis & ære alieno.

18 Tertio mouetur ex doctrina Bald. in l. non amplius. ff. de leg. 1. quatenus dicit, quod si ex quacumque re, decima sit soluenda, si res hæc vendita, solutioni alicuius annui redditus sit affecta, hoc onus non debet computari in pretio, pro decima deducẽda, sed prius onus erit deducendum, deinde ex reliquis decima præstabitur.

Quarto fundatur ex doctrina Auẽdañi vbi supra, quatenus tenet, quod
19 decima executori debita deduci debet instar pecuniæ quæ parti executanti soluitur, quam sententiam tenuit etiam Mexia in pragmat. panis concluſ. 2 numero 94. vbi plura alia ad corroborationem huius sententiæ adducit, cui ego addere audeo, quod hæc decima alguacelli deduci debet tanquam expensa in re vel quantitate debita facta, quæ omni casu deduci debet, nullus enim est casus qui hoc genus deductionis impediat, l. fundus qui. ff. fami. herciscundæ.

In hac tamen difficultate, iudicio
20 meo distinguendum foret, aut enim pensio soluenda, venit præstanda pro fructibus qui ex fundo colliguntur, prout soluit emphiteota & similes, & hoc casu solutio talis pensionis, ad dominum proprietatis spectat, ita vt vsufructuarius huius rei emphiteoticæ, ad nihilum teneatur. Aut pensio siue onus rei solui debet de ipsismet fructibus, & hoc casu vsufructuarius pro tãta vsus fructus quem percipit, soluere onera rei erit obnoxius. Quam distinctionem colligo ex his quæ notat Accursius in dict. §. qui ortos, quem sequitur Bart. addit. io. in l. vsus fructus la. 2. verbo vsus fructus. ff. de vsufructu, & eam tenet Lara de alimentis. §. sed si filius, numero. 36. Ex qua distinctiõe dicendum erit, quod si minor teneretur aliquid quotanis soluere ex fructibus sui patrimonij, proculdubio vera sit sententia ex Baetio supra relata. Si tamen vniuersum patrimonium minoris, ex cuius bonis fructus percipiuntur, sit hypothecatum alicui annuo redditus soluendo, vel præstationi annuæ, pro dicendis aliquibus anniuersarijs, tutor possit decimare omnes fructus collectos ex talibus bonis, dummodo in omni euentu, minor ex huiusmodi fructibus alatur, hoc enim fuit præcipuum legis fori intentum, vt capitale minoris esset semper intactũ, vt patet ex eius verbis, ibi, *Mantengalos de los fructos, y tome el diezmo para si*, quod & in Francia & Cabo distriæ prouintia, hoc ipsum solum attenditur, vt capitale siue patrimonium pupilli sit incolumen, tempore redditꝰ rationis,

vt

vt supra cap. præcedenti in principio ostensum est.

81 Ex qua resolutione colligitur, quod si beneficium ecclesiasticum, affectum sit onere aliquid soluendi, vel patrono vel alicui alij, aliquam partem fructuum debeat non solum proprietarius verum & pensionarius pro rata fructuum sibi attingentium huic oneri sit obnoxius, vt in capit. constitutus de religios. domibus. Et hanc conclusionem late prosequitur Decius cons. 156. Cassaneus in consuetud. Burgund. Rubrica 4. §. 6. numer. 7. vers. & super, Gigans in tract. de pensio. quæst. 38. Rebuf. de pacificis, posse. 70. numero. 120. Tiraq. de primogen. quæst. 75. num. 10. Albarus Valascus de iure emphiteo. quæstion. 17. numer. 9. vbi huiusmodi sententiam dicit notabilem ad decisionem causarum, idque sine dubio procedere, nisi aliud suadeat lõga & inueterata consuetudo, in materia decimarij, a summo Pontifice Regi nostro Philippo concesi. Concludit namque, quod Rex noster, pro rata illorum fructuum quos percipit, teneatur contribuere in oneribus tali beneficio iniunctis. Si tamen ille in cuius fauorem pensio cõstituitur euitare velit similem contributionem, consulius faciet, si in bulla pensionis hanc clausulam inseri faciat, scilicet, quod illam pensionem Papa concedit, liberam ab omni pensione, collecta & tributo imposito, siue imponendo, & ita practicatum fuisse per curiales peritos testatur Ioannes Garcia de Expensis, capit. 11. numero, 58. alias enim dubium non erit, quin tã beneficiato, quam pẽsionario, pro rata fructuum quos ex beneficio percipit, onus in dictum contingat. Et hanc sententiam fouet nimis decisio text. in l. 20 titul. fin. part. 3. ibi. *Deben pechar cada vno comunalmente por lo quele vinieren*: hinc etiã infertur intellectus ad text. in l. hactenus & in l. si pendẽtes, §. fiquid cloacarij. ff. de vsufruct. sic etiam venit intelligendus text. in l. 22. titul. 31. part. 3. ibi. *Si diezmo o otro tributo, o pecho alguno viniere a salir de la cosa en que le otorgaren el vsufructo, el lo dene pagar del fructo que leuare ende.* Debet enim intelligi cum distinctione de qua supra.

Vlterius controuerti poterit, qua 82 liter tutor deducere debeat decimã ex fructibus tempore delatæ tutelæ pendentibus, in terris vel vineis, siue hortis minoris, & dicendum videtur, quod nullam ex illis decimã deducere possit, sed integraliter ad ipsum minorem pertineant, prout pertinent fundi, in quibus pendent fructus, cum fructus pendentes pars integralis fundi censeantur, vt in l. fructus pendentes. ff. de reiuendi. Pro qua conclusione facit sententia Alberi. 2. part. suorum statutorum, quæstion. 226, vbi tenet quod fructus maturi tempore quo finitur vsusfructus non pertinent ad hæredem fructuarij, sed omnino cedunt domino proprietatis. Rursus, quia licet hæres lucretur fructus hæreditatis, ita vt eos in falcidiam imputare non debeat, vt in l. in ratione. ff. ad legem falcidiam tamen vbi fructus iam erant maturi tẽpore mortis testatoris, hæres illos non lucratur, sed eos prout alias res hereditarias restituere tenetur fideicõmissario, & sic pro Trebellianica vel Falcidia deducenda imputãtur vt voluit Iacobus de arenis in. l. fiquis bonorum. ff. de lega. 1. quem ibi sequuntur Bald. Alexand. & iasso. Et hanc sententiam tenẽt plures alij relati a Menoch. de arbitrar. casu. 252 lib. 2. & hanc sententiam in terminis tutatur Baeça pluribus alijs fundamentis

fundamentis adductis in tract. de decima. c. 28. vbi indubitáter tenet, & ex fructibus pẽdentibus nullam tutor deducere possit partem.

Sed prædictis non obstantibus, affirmatiua sententia magis emulcet, scilicet, quod saltim pro rata laboris impensi in illis recolligendis, decimam habere debeat, lex enim fori, habet respectum ad laborem (dum tamen rat) in colligendis fructibus impensum, prout ad laborem in seminandis, curandis, & conseruandis adhibitum, cum ergo tutor in dictis fructibus recolligendis laborauerit, certo tempore anni, pro illius temporis rata, decimam etiam deducet, quia æquum non esset, quod illius labor vllo tempore vacuus esset a mercede, laboris namque sui stipendium quilibet accipere debet, ita Lucæ, capit. 10. Rursus quia vt habetur Deuteronomio, capit. 25. boui trituranti os alligari non debet, proportionabiliter enim ad laborem lucrum præstari oportet, prout loquendo in socijs mercatoribus tenet Conradus de contractibus, vbi dicit, quod mercatores possunt aliquid lucrari proportionabiliter ad suas occupationes quas habent, transferendo & exponendo merces ad commune forum, cui ad stipulatur, quod dixit Apostolus. 1. ad Corinthios, vbi vnusquisque secundum suum laborem mercedem recipiet, facit etiam tex. in. l. Scio amico. ff. de annuis lega. ibi *Quia labor & pecunia diuisionem recipiunt.*

Rursus pro hac sententia facit, quia si vxor tradidit marito fundum cum fructibus in illo pendentibus, maritus pro rata laboris impensi in illis colligendis, ratam etiam fructuũ sibi acquirit, vt in l. diuortio in principio. ff. solut. matrim. Quam conclusionem ibi deducit Paul. qui eam dicit menti tenendam, & eum sequuntur ibi Cuma. Alex. & Iasso. Scopus namque huius præmij marito, scilicet, & tutori a lege præstiti, est labor quod ab vtroque impenditur in colligendis & conseruandis ac distrahendis huiusmodi fructibus, & onus alimentandi pupillum siue vxorem, vt in. l. pro oneribus. C. de iure dotium, & in dict. l. fori. Et hanc sententiam tenet etiam Gutierrez (post hæc ripta visus) in tract. de tutel. libro. 3. cap. 36. numer. 13. & cap. 41. per totum: vbi agit, an tutori debeatur decima totius anni in quo decesit etiã si nondum totus annus sit lapsus.

Et tenendo istam sententiam nõ obstat text. a Baetio pro contraria sententia adductus ex dict. l. fructus pendentes, quatenus probat quod fructus pendentes in fundo tempore sententiæ cedunt ei in cuius fauorẽ sententia lata fuit, eo quod pars fundi reputentur, quia dupliciter respõderi poterit, primo quod nõ proprie pars fundi reputãtur, sed impropriè, cum text. ipse dicat, quod videntur pars fundi, illud enim verbum videtur, denotat impropietatem, vt in. l. naturaliter. ff. de acquir. posse. Vel secundo & melius respondetur, quod illi fructus pendentes non censentur pars fundi integralis, numeralis vel quotitatiua, siue prædicamentalis, sed est pars quædam integralis respectiua, habito respectu ad præsentem eiusdem fundi statum, ad hoc scilicet, vt penitor in restitutione fundi, & fundũ & pẽdentes fructus percipiat, quos ex natura reiuendicationis habere debet, & ita declarat Couar. lib. 1. Varia. c. 3. n. 2. & c. 15. n. 1.

Neque etiam obstat quod fructus maturi augent hæreditatem, vt in. l. in lege falcidia pro contraria opinione a Baetio adducta, quia ille tex. loquitur vbi agitur de deductione Falcidiæ

cidiæ, quo caſu quilibet fundus hæreditarius, vel vniuerſa hæreditas iudicatur & æſtimatur ſecundum præſentem ſtatum, tanquam vnum corpus integrale adhoc vt Falcidia vel Trebellianica deducatur, ex ipſis med rebus hæreditarijs, in quibus collendis vel beneficiandis ne vtique hæres laborauit, vnde periniquum eſſet, vt perciperet hæres fructus quos non laboraſſet, qui enim non laborat, non manducat.

Neque etiam oberit aliud fundamentum a Baetio adductum, in quã-
26 tum dicit, quod fructus de proximo recolligendi, habeturpro recollecti, ex text. in l. cætera §. ſed ſi parauit ff. deleg. 1. quia regula illius text. ſimpliciter & abſolute ſumpta, non eſt vera, vt ex multis oſtendit Palatios Rubeus in Rubrica de donation. §. 38. per totum & maxime, num. 111 vbi diſtinguit, an ſimus in fauorabilibus, vel odioſis, quinimo & ſiquis vendiderit fundum fructibus pendentibus & iam maturis, non habebuntur pro recollectis it vt ẽditori cedãt, ſed pro rata emptori & venditori accedent niſi aliter actum ſit inter partes & hæc eſt vera & communis ſententia vt eleganter oſtendit Ioſephus Ludouicus deciſ. 79. per totam. Ex quibus concludo quod cum in caſu de quo agimus, ſolum attendatur ad laborẽ tutoris vel curatoris, ſi in fructibus coligẽdis, cõſeruãdis, & diſtrahendis laborauit, omnino ꝓ rata eius quod laborauit decimam habere debeat, ex ſupra relatis.

Præterea & in propoſito dubitabi
27 tur, an ſi pater pupilli, tutori quem filio ſuo conſtituit aliquid legauit, illud legatum debeat in decimam imputari, & dicendum videtur quod debeat imputari, eo quod animo cõpẽſandi cum decima (ex diſpoſitione legali debita) cõceſum videatur, ex doctrina Angeli conſ. 163. vbi tenet, q
28 ſi teſtator executori ſui teſtamenti aliquid reliquit, videtur relictum in ſatisfactionem laboris in executione teſtamenti impendendi, & eandẽ ſententiam tenet Alex. in l. 1. num. 4 ff. deleg. 2. & eorum ſententia ſuffragatur ex doctrina Alberici, Bart. & Alex in Auth. præterea. C. vn de vir. & vxor, vbi Sali & Iaſſon ſimul affir
29 mant, quod ſi ex diſpoſitione ſtatuti, ſuperſtiti coniugi pauperi, quarta bonorum coniugis prædefuncti debeatur, ſi moriens aliquid ſuperſtiti legauerit, debet tale legatum in quartam ſibi debitam imputari, & hanc eandem ſententiam tenent Alex & Imola in l. ſi cum dotem. §. ſi pater per text. ibi. ff. ſoluto matrimo. facitque
30 doctrina Roderici Suarez in titulo de las arras, numero. 36. verſiculo item in debitore, vbi dicit, quod legatum vſusfructus vxori a marito relictum, cenſetur factum animo compenſandi cum arrhis, donatione propter nuptias, & alimentis anni vidualis, ſiue etiam cum veſtibus lugubribus, & cum omnibus alijs quę vxori debebat, ex diſpoſitione legali, ſtatutaria, & conſuetudinaria, & hanc ſententiam ſequitur Franciſcus Marcus, Deciſione. 819. prima parte. Cabalcan. de vſufructu mulieri relicto, numero. 52. Simon de Prætis in tractatu, vltima. voluntat. libro 4. dubitatione. 6. & conſilio. 182. Couarruuias in capit. officij de teſtamentis, numero octauo & nono, Tellus Ferdinandus, Gometius & Palatios Rubeus in lege decimaſexta Tauri. Gregorius Lupus in l. 8. titul. 6. part. 6. gloſſa verbo, *le finca*, & in lege. 16. titulo nono, part. 6. Peralta in lege Lucius delegatis. 2. numero. fin. Baeça de non meliorandis filiabus, cap. 20. per totum. Palatios

Rubeus in repetitione. Rubricæ. §. 27. Matienço in l. 7 titul. 9. glos. 1. libro. 4. Recop. Afflictus decis. 44. per totam, & decis. 138. Galdensis de arte testandi, titul. 6. cautela. 5, Campetius de dote. 1. part. quæst. 36. Boerius decis. 9 & 92 Et loquendo in indiuiduo nostræ quæstionis hanc sententiam tenet Baeça de decima, capit. 5. nu. 21. vbi expresse dicit, quod legatum relictum a patre minoris eidem tutori, cum decima ex dispositione legali sibi debita compensari debet, ita vt tanto minus tutor ex fructibus & redditibus minoris recipiat, quantum ex causa legati a patre sibi relicti percipit, & ita tenet etiam Gutierrez de tutel. libr. 3. cap. 5. numero. 9. sub certis tamen declarationibus.

Prædictam tamen Baetij sententiam verissimam reputo, vbi ex coniecturis vel alio modo constitisset, eam fuisse patris voluntatem, vt cum decima compensaretur. Secus tamen si non appareret de tali voluntate, hoc enim casu, magis censetur legatum, vt aliciat illum ad melius administrandum bona & patrimonium filij, regula namque
31 supradicta qua cauetur, quodsi debitor ex dispositione legali, legatum aliquod suo creditori reliquerit, intelligitur factum legatum animo compensandi cum debito, locum habet quando ipse debitor legat, sed in nostro casu non debet decimam pater, sed filius, & quando hæres est debitor, legatum a testatore creditori hæredis factum, neutique cum debito hæredis compensatur, vt notat Abbas in dict. capi. officij, numero. 4. Et ibi eum sequuntur Anton. de Butrio & Imol. Iasson in dict. Authē. præterea nu. 20. C. vnde vir. & vxor. idque mutata opinione, tenet idem Baeça vbi supra, numero. 39. vbi primam veram intelligit, quando eam fuisse patris voluntatem constiterit, quod animo cum decima compensandi legauit, alias secus, ibi quæ ad argumenta pro contraria parte adducta argute & erudite (suo more) respondit.

Hactenus in tribus capitulis præcedentibus aliqua, quæ ex tractatu de decima tutoris (eleganter a Baetio composito) deduximus, huic nostro tractatui applicauimus, quæ frequentius in causis ratiociniorum versari & agitari solent, qui tamen latius & diffusius videre omnia ad decimæ materiam pertinentia affectauerit, ipsum legat, quia plura vtilissima & scitu dignissima ad saturitatem congessit, quæ omnia nouissime transcripsit Ioannes Gutierrez in tractatu de tutelis, 3. p. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Rationes priuatim dispuncta & calculatæ, quando executioni mandari possint.*

2 *Rationes priuatim dispunctæ, instar priuati instrumenti habentur.*

3 *Instrumenta priuata interim quod in iudicio (præsente tabellione) non recognoscuntur, minime executioni mandantur.*

4 *Confessio reliquorum, facta ab administratore, vel alio debitore coram tabellione, nihil nocet confitenti.*

5 *Ra-*

5 *Rationes priuatæ parte reliquata recognitæ in iudicio, vel in pactum deductæ, executioni mãdari possunt, instar sententiæ, vel instrumenti publici & guarentigij, etiam si a iudice non sint approbatæ.*

6 *Rationibus priuatis coram iudice productis, quid a iudice sit petendum, quid ve ipse prouidere debeat.*

7 *Executio liquidi an propter illiquidum retardetur.*

8 *Praxis in executione rationis, demandato iudicis dispũctæ, per calculatores a partibus nominatos.*

9 *Rationes dispũctæ per calculatores a partibus electos in eo quod sunt cõcordes, & a iudice confirmantur an semota appellatione executioni mandentur.*

10 *Iudex delegatus pro executione, & liquidatione alicuius cartæ executoriæ, an prius quam rationes exequatur, illas approbare debeat.*

11 *Executio liquidati virtute sententiæ quæ in rem iudicatam transiuit, in ipsam sed sententia quæ executioni mandari debet fundatur.*

12 *Condemnatus ad reddendum rationes, virtualiter est condemnatus, ad solutionem reliquorum.*

13 *Cõdẽnato administratore, adhoc vt rationẽ reddat, reliquis apparentibus, absque alia noua condemnatione pro illis executari potest.*

14 *Gerundium in oratione appositũ, inducit conditionalem dispositionem.*

15 *Conditio si in specifica forma non adimpleatur, reddit actũ nullũ.*

16 *Forma dat esse rei.*

17 *Liquidationis articulus, causæ cognitionem (saltim summariam) requirit.*

18 *Fideiussor qui præstari debet in executione reliquorum, an debeat præstari antequam præceptum de exequendo prouideatur a iudice.*

19 *Sententia est nulla, si omittantur ea quæ sunt ordinis.*

20 *Ordine legis omisso, ordinabile vitiatur.*

21 *Rationes parte absente dispũctæ, an aliquo casu executari valeant.*

22 *Sententia lata contra administratorem positi, vel annonæ frumentariæ, adhoc vt rationes reddat, an ratione facta eo non citato, ad reliquorum executionem iure procedi possit.*

23 *Executio fieri potest absque strepitu, & figura iudicij, vbi notorie de debito constat.*

24 *Dictio mox quid importet in iure.*

25 *Confessi & conuicti damna, recolliguntur.*

26 Triticum ex publico orreo vel positio vsurpatum, an cum aliquo incremento restitui debeat, ipsi posito vel orreo publico.

CAPVT XXXI.

Rationes legitime dispunctæ & calculatæ, qualiter, & quã do executioni mandari possint.

1 RAtiones de quibus agimus, dupliciter fieri solent, aliquando nãque inter priuatos (vt aiunt) parietes ab ipsismet partibus accersitis amicis dispũgũtur, aliquãdo etiam per modum iudicij contentiosi, & præcedẽte sententia (qua iuuetur, vt quælibet expartibus litigãtibus, suum rationalẽ nominet) ad calculãdũ, & ideo operæpretiũ erit, vt de forma exequẽdi huiusmodi rationes nõnulla animaduertamus. Et in primis videndum erit, de rationibus bonorum reipublicæ priuatim dispũctis, & in proposito dicendum erit, quod si per priuatos calculatores dispungantur, & quantum sit reliquum finale appareat, etiam si coram tabellione a partibus fuerint subscriptæ, & approbatæ, adhuc executioni mandari non poterunt, donec coram iudice a partibus fuerint productæ, & recognitæ, vt voluit Bald. consilio. 134. volumine. 3. quem refert & sequitur Nicolaus Boerius, decisione. 295. numero. 14. Auiles in capit. præto. capi. 30. gloss. verbo, *faga pagar*. Parladorius libro. 2. rer. cotidia. capi. final. prima parte, §. 6. numero. 1. vbi tenent, quod huiusmodi priuatæ rationes, tunc demum executioni mandari poterunt, quando partes iam illis acquieuerint, eas ve coram iudice probauerint, nam & si extra iudicium approbentur (etiam præsente tabellione) adhuc nisi in iudicio
2 fuerint recognitæ: executioni mandari non poterunt, eo quod interim quod rationes priuatim dispunctæ, non recognoscuntur a partibus in iudicio, instar priuati instrumenti
3 habentur, cum huiusmodi priuatis instrumentis nulla fides adhiberi debeat, donec in iudicio fuerint recognita, vt in. l. instrumenta domestica. C. de fide inst. & in. l. 5. titulo. 21. libro. 4. Recopilation. idque in terminis nostris firmauit Bart. in. l. instar, numero. 16. C. de iure fisci, libro. 10. vbi dicit, quod confessio facta a parte apud tabellionem officij, nihil nocet confitenti, etiam si conficeatur se in quantitate per calculatores declarata, esse reliquatum. Et in terminis dixit Bartol. in lege instar, numero. 16. C. de
4 iure fisci, libro. 10. quod & si pars reliquata, confiteatur se debitorem esse de reliquis, apud tabellionem officij, adhuc executioni reliqua mandari non possint, nisi in iudicio rationes fuerint productæ,
5 & a parte reliquata recognitæ. Secus tamen si in contractum huiusmodi rationes & reliqua transissent, quia hoc casu, vt quilibet alius contractus executionem mereretur, vt tenet Girondas de Gabellis, secunda parte. §. primo, numero decimo nono, Gutierrez in practicis, libro. 1. cap. 37. numero. 2. Acevetus in. l. 22. tit. 6. li. 3. recopil.

Castel-

Caſtellus a Bobadilla in Politica præto. libro. 5. capitulo. 4. numero. 84. Parlador. libr. 2. rerum quotidia. capit. fin. 1. parte. §. 6. numero. 1. Pro qua ſententia adducit text, in. l. 1. §. præterea. ff. de contrario. & vtil. iudi. tute. ibi. *Sed ſi reprobata eſt hæc reputatio, & acquieuit, non debet iudex cõtrario iudicio id reſarcire.* Pro qua ſententia facit, quia actus alioqui nullus, confirmari poteſt, ſi partis illi accedat conſenſus, vt tenet gloſ. in. l. 2. C. communia vtriuſque iudi. idque tenet Bobadil. vbi ſupra, verſ. *como tambien.* Confectis igitur huiuſmodi priuatis rationibus, parſque alteram reliquauit, petat, vt calculatores illas coram iudice producant, & illis productis rurſus petet a iudice, vt parti reliquatæ percipiat, vt iuret an in tanta quantitate fuerit reliquata, quod ſi ita rem ſe habere declarauerit, & pars cui reliqua debentur, executionem talium rationum petierit, inſtar inſtrumenti priuati recogniti ad petitionem creditoris executio fieri debet ſi vero pars reliquata ſe grauatam dicat in rationibus, & a calculis appellauerit, appellationi deferendum erit, vt voluit gloſſ. in Authentico de ſanctis Epiſcop. §. æconomos, verbo repetitionem, niſi in caſu de quo ibi, & ſimilibus, in quibus ſpeciali ratione, ſcilicet, cultus diuini non minuendi, ſemota appellatione, ad executionem priuatarum rationum proceditur, vt patet ex text. ibi. *Non enim concedimus, prædictis perſonis, pro memoratis cauſis, ante examinationem & exactionem debiti, proprios Epiſcopos declinare, & ad alia venire iudicia.* Vbi Bart. dicit nota hic caſum ſpecialem, in quo pendente appellatione, mandatur ſententia executioni, regulariter tamen contra & hæc eſt concors omnium ſcribentium ſententia.

Si vero pars reclamauerit, & rationes reuideri per alterum calculatorem affectauerit, alius rationalis ad reuidendum rationes eligitur & nominatur per iudicem, ac demum, quod iſte probauerit, iudex confirmauit, & executioni mandauit, vt voluit Parlador. vbi ſupra. Si tamen a quibuſdam parcellis reclamauit, alijs vero aſſenſerit, quod ſine controuerſia eſt præcedente iudicis confirmatione executabitur, quia executio liquidi propter illiquidum non retardatur, maxime ſi reus alicui quantitati iam acquieuerit, & ita voluit Socin. conſilio 24. columna. 11. verſiculo, & primo, volumine. 1. & conſilio. 256. columna. 3. verſic. aliquando, volumine. 2. Cuius ſententia in hoc caſu irrefragabiliter erit intelligenda, cum ceſſent inconueniuntia de quibus egimus ſupra capitulo. 21 dum tractabimus de executione introitus, antequam exitus reciperetur facienda.

Secundo vero caſu, ſcilicet, quando rationes fuerunt redditæ, prætextu alicuius cartæ executoriæ, cuius virtute calculatores a partibus fuerũt nominati, & ipſi cõcordi iudicio in certa quãtitate reũ reliquatũ eſſe iurauerint, productis coram iudice rationibus, copiam illarum partibus præſtabit, ipſique illas contradicent in his in quibus ſe grauatos ſenſerint, ac demum ſigillatim & in ſpecie ſua grauamina explicabunt, non tamen generaliter & ſub inuolucro, quia ſi huiuſmodi allegarentur grauamina, minime retardanda foret executio, cum generalitas confuſionem pariat, vt in. l. legato generaliter. ff. delegat. 3. Hieronym. Auenion. deciſ. 173. n. 6. & ſi parsquæ ſe grauatam dixerit, ad probandũ ſe

oferat,dato sibi termino cõpetẽti(arbitrio iudicis)probationes suas faciet, & corã iudice producet, & publicatis probationibus cõcludetur,in causa arbitraria nãq;redacta sunt ad instar iudiciorum, vt in.l.1.ff. de arbitris, & neque partes hæc substantialia iuditij remittere possent, vt tenet Bart.in.l.socieratem.§. arbitrorum, numero.9.ff. pro socio, & ita practicari in Chancellaria Vallisoletana testatur Monterosus tractatu.5.numero.7.&.8.folio.79. columna.2.Ioann Gutierrez Practic. quæstion.libro.1.quæstion.37.numero.3.& statim iudex, circa iniustitiam partium & errores a partibus allegatos sententiam suam proferet, approbando vel reprobando istorum calculatorum vota, prout sibi de iure melius apparuerit, & statim, quod confirmatum fuerit, executioni mandabit, semota qualicumque appellatione,vel reclamatione, vt in.l.fin.titulo.21.libro.4.Recopilat. ibi.*Mandamos que enlo que se cõformaren los contadores nombrados por las partes,siendo confirmado por sentencia del juez que de la causa conociere,se execute sin embargo de appellaciõ.*Ex cuius legis decisione, videtur approbata,decisio dicti.§.æconomos in vniuersum,& ita tenent Parlado. & Bobadilla, & reliqui supra citati, vbi supra,interim tamen quod calculus a iudice confirmatus non fuerit, administrator, debitor reliquatus non efficitur,vt tenet Bar.per tx.ibi in.l.instar.C.de iure fisci.libr.10.Petrus Surd.decis.216.num.47.

*S*ed fortasse dubitabitur, an iudex executor alicuius cartæ executoriæ ante quam rationes (virtute eius) confectas exequatur, illas approbare debeat, & dicendũ videtur,quod etiam si illas non approbauerit executioni mandare possit,quia executio sententiæ,in ipsamet sententia & iudicis præcepto de exequẽdo dato fundatur,vt in.l.2.C.devsur.&fructi. lega.Paris.cõs.69.n.30.&.32.libro.1 Quinimo ex eo solo quodquisad reddendum rationem fuit condemnatus,virtualiter censetur condemnatus ad reliquorumrestitutionẽ, nullo alio adminiculo vel sententia iudicis interueniente,vt voluit Afflictis,decis.157. Azeuetus alios referens in.l.22.tit.6.lib.3.recopil.nu.9.

Aduersus tamen supra relata, facit text.in, d.l.fin. ibi. *Siendo confirmadas por el juez que de la causa conociere*,gerundium namque illud,*siẽdo*,de quo in.d.l.regia inducit conditionem seu formam quandam, in actu gerendo adhibendam, ex Bald. in.l.falsus.C.de furtis,Bart.in.l.1.numero.36.ff.de condit.& demonstrat. Gregor.Lupus in.l.27.tit.5.part.5. glos.verbo,*el precio*,circa finem. Cũ ergo, conditione in specifica forma non adimpleta,actus nõ subsistat, vt in.l.Meuius.ff. de cond.& demonstr. vt pote, quia sit sine forma,quia forma dat esse rei,vt in.l,Seia, de auro, &argen.lega.executio nulla erit pro nũcianda, eo q forma substantialis defuit,& hãc sententiã verisimã reputo,vbi iudex iste executor mixtus esset: articulus nãq; liquidationis & rationis dispũgendæ instãtiã & causæ cognitionẽ quãdã(saltim summariã)habet,vt notat Innoc.in.ca.dudũ de præsũpt.Bal.in.l.& sinõ cognitio. n.1.C.si cõtra ius vel vtili.pub Quilibet nãque articulus causæ propriam instantiam& causæ cognitionem habet,ex Bald.in.l.1.C.de iuramen.calumniæ.Aflict.decisione.346. numero.2.vbi tenet, quod vbicumque est, vel esse potest, rei contradictio, ibi est instantia, & ex hoc infero quod si reus captus sit a iudice executore,eo quod ex introitu rationũ

cum

eum debitorem inueniat, ſtatim per ſuperiorem iudicem relaxari debeat, vt colligitur ex notatis per Hieronym. Laurentium in Deciſione Auinionenſi. 173. numero ſecundo.

Crederem tamen, quod hac in re diſtinguendum eſſet, an executor eſſet mixtus, aut merus, ſi enim mixtus eſſet, eo quod cauſæ cognitionem habet, ex ſupra proxime citatis, ante executionem confirmatio præcedere deberet, ex dicta lege Regia, cum negari non poſsit, quod iudex iſte aliqualem rei cognitionem habeat, ex ſupra relatis, & ſic illi conueniant verba dictæ legis, ibi. *El juez que de la cauſa conociere*. Si vero merus executor eſſet, vel mixtus cum commiſsione, quod quidquid liquidauerit exequatur, (prout in multis commiſſionibus & ſententijs Chancellariæ appenſatæ appoſitum vidi) approbatio non erit neceſſaria, ſiquidem facta liquidatione, & exequendo commiſsionem ſuam (prout tenetur) illam ad literam adimplet, quam adimplere debet, ex textus in lege diligenter. ff. mandati, vene tamen verum eſt, quod vbi huiuſmodi rationes non confirmatæ, ad Chancellariam adducuntur, & de 19
nullitate allegatur, nunquam nullitas attendi ſolet, ſed demum de meritis cuiuslibet capituli, ac de eius iuſtitia vel iniuſtitia tractatur, & confirmando, vel reuocando grauamina, cauſa terminatur, & ita multoties practicatum vidi, & huic praxi inhærendum erit, quidquid in propoſito ſentiat Gutierrez in practi. cap. 37. num. fin.

Rurſus circa interpretationem
18 dictæ legis [illegible] Recopilation. videre obiter libet, an a creditore rationum executionem petente, datio fideiuſſoris legis Matritiæ præcedere executionem debeat, & dicendum videtur quod ſic, ex verbis eiuſdem legis [illegible], ibi. *La tal ſentencia ſe execute, haziendo obligacion, y dando fianças llanas y abonadas la parte en cuyo fauor ſe diere*, ex huiuſmodi enim gerundijs, ſcilicet, *haziendo & dando* conditionalis diſpoſitio redditur, ex ſupra relatis, numero. 14. idque tenet Auendañ. de exequend. mandat. 1. parte capitulo. 1. numero. 29. vbi loquendo de explicatione, l. 4. titulo. 21. libro. 4 Recopilat. quæ proriſus eadem verba continet, tenet quod affirmatiua ſententia locum habet, ſi a parte executata petatur, vt non alias executio fiat quam ſi ante omnia creditor fideiuſſorem præſtiterit, argument. text. in. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, & in hanc ſententiam inclinat Gutierrez in. l. nemo poteſt num. 442. deleg. 1.

Ego tamen in caſu. d. l. 4. & huius legis finalis de cuius interpretatione modo agimus, iudicem ex officio huiuſmodi fideiuſſorem præſtari iuſurum exiſtimo, etiam ſi id a parte nõ petatur, neq; interim reliqua executioni mãdanturum, & ratio ea eſt potiſsima: quia prædicta verba, *dãdo fiãças. &c.* reſpiciunt ordinem iudicij & quando eaque ſunt ordinis iudicij omittuntur per iudicem, ſententia eſt ipſo iure nulla, vt tenet Brixianus in tracta. directorium electionum, c. 38. n. 2. vol. 8. Bantius de nullitate proceſſus. n. 2. vbi dicit quod in quocunque iuditio quãtumcunque ſummario, & etiam inter quaſcũque perſonas, iuris ordo ſeruari debet, & eũ refert & ſequitur Lancellotus de attentatis, 3. part. capit. 52. numero 3. Cum igitur dict. l. [illegible], formamſeu

ordinem procedendi constituerit, circa executionem reliquorum, & dationem fideiussoris, a forma recedẽdum non erit, & ita in terminis tenẽ dum reputat Acebetus in dict. l. 4. numero. 190. ad medium, licet Gutierrez vbi supra hanc sententiam firmare non auserit, nisus in decisione legis. 19 titul. 21. libr. 4. recopilation. quatenus disponit fideiussorẽ instar legis Toleti dandum in fine litis, & in calce viæ executiuæ præstari posse.

Verum prædictæ legis Regiæ decisio in casu de quo agimus, mihi parum vrget, eo quod magna sit ratio differentiæ inter istum & illum casum. Et prima ratio differentiæ est, quia legislator expresse in vtroque casu diuersam tribuit formam procedẽdi, ea nixus (forte) ratione quia quãdo executio fit virtute alicuius instrumenti guarentigij vel priuati a debitore in iudicio recogniti, ex fide Tabellionis, vel virtute confessionis manifeste patet de veritate contractus, & voluntate spontanea quã habuit debitor tẽpore cõtractæ obligationis, & nulla potest tergiuersatione celari, nisi aliqua exceptio legalis fuerit oppositа & probata. Ad vero in casu de quo agimus non constant reliqua, nisi per arbitrorum seu calculatorum declarationes, nullusque consensus partis reliquatę interuenit, quinimo ab illorum calculatorum votis, & iudicis confirmatione forte esset appellatum, & sic propter incertum finem litis, æquum est, vt si quidem reus grauatur in hoc, vt rationis reliquatus, concordi calculatorum voto declaratus, executioni mandetur, statim quod a iudice est confirmatus, appellatione remota quo ad effectum suspẽsiuum, in alio releuetur, scilicet, quod prius actor præstet hunc fideiussorem de quo agimus, antequam executio fiat pro reliquis in quibus forte in via ordinaria iniuste grauatum fuisse appareret, ex quibus a sententia Ioãnis Gutierrez libenter discedo, quia ordo legis in sententijs & decretis exequendis omnino est seruandus, vt voluit Maranta de ordin. iudi. cap. 1. numero. 5. Alias autẽ si legis ordo omitatur ordinabile corruit & viciatur, vt tenet Bald. cons. de schismate, col. 2. quem refert & sequitur Ioannes de Licerier in tractatu. de primogenitu, in præfatione nume. 3. vbi dicit quod ordo est figura substantia cuiusque rei, & nihil constat sine ordinis compositione.

Insuper dubitatur, an executio pro reliquis possit fieri, quando rationi non interfuit administrator, & dicendum videtur quod non, quia citatio partis omni iure, scilicet, diuino, naturali, & positiuo, in quocũque iudicio, etiam quantumcunque summario & executiuo requiritur, vt in l. de vnoquoque. ff. de reiudic. cap. cum olim de testi. glos. in c. cum dilectis filijs verbo in dicẽda de purga. cano. Innocen. in cap. tua de cohabita. clerico & mulie. & innumeros pro hac cõclusione refert Philippus Portius. l. 1. conclusio. ca. 43. ampliatione. 1. & quod alias fit dicitur res inter alios acta, quã neque prodesse neque obesse debet, ex toto titul. res inter alios acta, & multa pulcherrima in materia citationis tradit Castellus a Bobadilla in Politica lib. 2. cap. 5. num. 36. loquendo in proposito rationum conficiendarum.

In contrarium tamen est text. fortissimus in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administratione rerum adciuit perti. vbi sententia lata aduersus administratorem publicæ annonæ frumentariæ, circa reliqua ex rationibus sui libri liquidata, executioni man-

mandari poteſt, inquit enim: *Quod de frumentaria ratione in alium vſum conuerſum eſt. ſuæ cauſæ cum in cremẽto debito reſtituatur, iaque & ſi contra abſentem pronuntiatum eſt inanis querela eſt*, Et hanc concluſionem probat Bart. ibi, & in l. inſtar. numero. 8. C. de iure fiſci, libr. 10. loquendo in reuiſore quarumque rationum indifinite, Paul. Caſtrenſis, in l. nec quiquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. Iaſſo. in l. ſiquis arbitratu, numero. 22. ff. de verborum. Philippus Portius loco ſupra citato limitatione. 72. Auenda. de exequend. manda. 1. part. cap. 9. nume. 3. & licet gloſ. in. d. §. quod de frumentaria verbo in annis dicat, quod ibi eſt caſus ſpecialis tamen Iaſſon in dict. §. vbi decretum numero. 45. idem in reuiſione rationum exequenda, contra quoslibet adminiſtratores dicendum exiſtimat, etiam vbi pars non eſſet abſens per contumatiam, quod ipſe verum intelligit, vbi certum eſſet, nullam exceptionem tali abſẽti adminiſtratori competere, & ita ſe reſpondiſſe in facti contingentia teſtatur, & hãc concluſionem notabilem dicit, & pro ea adducit Abbatem in cap. 1. de cauſa poſſe. & proprie. & Romanum conſ. 499 numer. 5. dicentem, quod quando patet quod quis non habet ius in beneficio, poteſt (quinimo & debet ordinarius) etiam eo non vocato, abſque aliqua alia cauſæ cognitione, ab illo beneficium auferre, & huic ſententiæ ſe ſubſcripſit Philippus Portius libr. 1. concluſionum, concluſione. 43. limitat. 68. verſ. ſub limita. Bobadilla, in Politic. lib. 5. cap. 4. numer. 83. vbi dicit, quod ex eo reliqua reſultantia ex ratione libri depoſitarij publicæ annonæ, executari poſſunt, etiam vbi ipſe non interfuit rationibus, quia cum ex ipſius libro rationis conſtare debeat de introitibus & exitis, rationis communis, & nullam aliam defenſionem habere poſsit, hic eſt caſus ſpecialis in quo & ratio diſpungi, & reliqua executioni mandari poſſunt, parte non citata. Pro qua ſententia vltra ſupra relatos, adducit Afflict. deciſ. 178. Belugam in ſpeculo principum, Rubrica. 37. §. inhumanum. num. 2. Conradum. 1. part. numero. 3. in Curiali Breuiario, lib. 1. cap. 9. §. 2. pagin. 23. & alios refert Redin de Maieſta. princip. verbo ſed etiam per legitimos, rum. 98. fol. 84.

Mihi tamen prædicta doctorum ſententia ſatis non arridet, quinimo eam ex dict. § quod de frumentaria deduci non poſſe arbitror, nõ enim verba illius text. aliquomodo innuunt, quod rationes annonæ frumẽtariæ, abſente & non citato adminiſtratore, diſpungi vel executari poſſint, ſed hoc vnum decidere intendunt, ſcilicet, quod poſtquam ad rationem reddẽdam adminiſtrator citatus fuit, & ex eius libro rationum a ſe producto conſtiterit, aliquid ex frumentaria annona in alios vſus cõuertiſſe, hoc annonæ reſtituatur ex bonis adminiſtratoris, etiam ſi ipſe abſens tempore ſententiæ reſtitutoriæ fuerit, & ratio huius deciſionis fuit, quia cum ex libro adminiſtrationis qui habetur tanquam probatio probata notorie cõſtiterit, quod triticum, vel pecunia ex tritico frumentariæ annonæ reddacta, in alios vſus conuerſum fuit, cum hoc de facto factum fuerit, de facto etiam reſtitutio fieri debet, in notorijs namque & manifeſtis ſpolijs de facto & abſque ſtrepitu & figura iudicij proceditur, vt voluit Roman. vbi ſupra ex text. in cap. venerabilem, & in capit. bone de electio. vbi in facto notorio in quo nulla poteſt defenſio cõpetere, abſque citatione ad ſenten-

23

tiam, & eius executionem proceditur,& ita prædictum.§.quod de frumentaria intelligit Abbas in capit. cum olim numer.20.de reiud.ic. Felin.in cap.Sanctæ Mariæ num.20.de consti. Philippus Portius vbi supra Parlador.lib.2.rerum quotidian.capit.fin.1.part.§.6.numero. 5. & hunc intellectum etiam iuri regio cõgruere videtur,quatenus in.l.9.tit.7.libr. 5.§ 8.Recopil.(loquendo in restitutione frumenti ex publica annona, per publicos officiales susceptí)cauetur in hæc verba,scilicet.*Que lo bueluan con el quatro tanto,y luego se executen en ellos las dichas penas*,quæ dicto,*luego*,quæ idem quod mox significat,omne temporis interualum excludit,vt notat Bart.in.l.1.ff. si cert. peta Iasson latissime in. l. si arrogator,numer.10.ff.de adoptio. & licet huius dictionis terminus ex iudicis arbitrio regulariterpẽdeat,vtvoluit Menoch.de arbitrar.libr.2. casu.17. numer.fin.tanta est vis huius dictionis mox,quando a lege profertur, vt in terminis alias a lege constitutum concedi non permitat, vt tenet Bal. in.l.quoniam nulli.C. de appellatio. Iass.vbi supra numer.10. quinimo vt procedatur omisso omni ordine iuris suadere videtur ex text in Authẽtic.fiquis.C.ad leg. Iul. de adult. ibi. *Nulla ratione quæsita,habent punendi licentiam*,quod maxime procederet,quando ex libro ipsius depositarij seu administratoris annonæ qualiter in alios vsus conuersum fuit cõstaret, quia ex quo per eius librum rationum,& sic per depositarij cõfessionem,de vsurpatione appareret,iudex nullo alio spectato ad executionem & restitutionem procedere debet,in conuicto (enim) & confesso,
25 nullæ sunt partes iudicis, nisi ad exequendum,vt in.l.post rem iudicatam ff.de reiudica. neque seruari ordinẽ iuris opportet, vt tenet Benedictus de Plunbino in.l.diui fratres.§. 1. ff. de libera.causa, neque etiam curatur de inneptitudine processus,vtvoluit Felin.in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.20.de consti. quinimo & iure regio,iudicibus Chancellariæ iniuetur,ne appellationi deferant, neve attentata reuocent in rebus bonam reipublicæ gubernationem cõcernentibus.It quæ clare inuere videtur text.in.l.54.titul.5.lib.2.recopil.ibi.*Porque somos informados, que muchas vezes se siguen muchos inconuenientes,de recibir nuestro Presidente todas las appellaciones indistintamente,y mandar sobre seer la execuciõ, mayormente en las cosas que se mandan en las ciudades, villas,y lugares cerca de la gouernacion dellas*, & ibi inferius,*cuẽtas y gastos de propios y otras cosas semejantes. Ordenamos y mandamos que quando semejantes causas vinieren a la nuestra Audiencia engrado de appellacion o nullidad,o por simple querella,antes que los dichos nuestros Oydores sobre ello prouean lo miren mucho:yque antes de inhibir o mãdar sobre seer,manden alos dichos nuestros Corregidores y officiales de las tales ciudades,villas y lugares que embien la razon dello ante ellos,y la causa que les mouio a hazer lo que hizieron y mandaron*,&c.Ex quibus manifeste colligitur, quod vbi ex libro rationis ab ipso administratore producto coram calculatoribus vel confessione administratorisapparuerit, administratorem positi vel publicæ annonæ vel etiam minoris, aliquid ex bonis sui principalis in alios vsus vertisse, statim & incontinenti pro eo quod ita ex talibus bonis vsurpauit,debeat appellatione remota executari,quia(vtsupradictum est)quod de facto vsurpatum fuit , de facto etiam restitui debet, ex dict. §. quod de frumentaria Vlti-

26 Vltimo & finaliter eſt aduertendum, quod vbi adminiſtrator annonæ, vel poſiti, vel alius officialis publicus, aliquam tritici quantitatem ex publico orreo vſurpauit, vel in ſuos proprios vſus conuerſit, non ſolum quod vſurpauit, verum etiam debitum incrementum tritici a ſe vſurpati reſtituere debet, ex text. in d. §. quod de frumentaria, ibi. *Cum incremento debito reſtituatur*, aduertendū tamen erit, quod hoc incrementum cōſideratur in tritico dumtaxat, hoc frumentum enim in orreo recondi tum creſcit, ad rationem ſex faneca rum pro quolibet cento, prout probatum vidi pro parte villæ de Talabera in lite cum quodam depoſitario tritici eiuſdem villæ, ſecus in alijs ſe minibus, quia amplius deſicantur & decreſcunt, ideoque in aliquibus ciuitatibus & oppidis huius regni, frequenter ſolent creces iſti tritici pro ſalario adminiſtratoris poſiti conſtitui, quod ego non probo, cum aliquā do ob illorum adminiſtratorum auaritiam, ipſi ſoleant immiſcere paleas & ſtercum cum tritico orrei, & iam ego vidi aliquos adminiſtratores di tiſſimos, eo quod creces pro ſalario ſibi fuerunt conſtitutæ, & contra de curiones & iudices, qui huiuſmodi creces (pro ſalario adminiſtratoribus poſiti conſtituunt, inuehit Boba dilla libr. 3. politicæ, cap. 3. num. 46. vbi optima in propoſito cumulat, tu illum videas, quia ſuperfluū eſt aliorum membranas tranſcribere.

SVMMARIVM.

1 EX *Diuerſitate corporū, plerumque prouenit diuerſitas animarum.*

2 *Homines ob fragilitatis humanæ malitiam, etiam in rebus notiſſimis & euidentiſſimis inter ſe diſſentiunt.*

3 *Calculatores a partibus electi, an ſi inter ſe diſſentiant in calculis, poſſint tertium rationalem eligere & nominare.*

4 *Fieri ſi aliquid per aliquem debeat, non poteſt per alium expediri.*

5 *Verba ſignificantia perſonalitatem important, vt actus non poſſit per alium expediri.*

6 *Commiſſa cauſa alicui iudici delegato, omnia ad eius expeditionem expectantia, tacite & ex quadam iuris neceſsitate, conceſſa etiam videntur.*

7 *Conſequens qui voluerit, debet etiam velle antecedens.*

8 *Tertius vbi nominari debet, propter calculatorum diſcordiam, & aliqua ex partibus timet, ne iudex amicum alterius partis nominet, quid facere debeat.*

9 *Præſul Chancellariæ, quo caſu nominare debeat, tertios, in caſu diſcordiæ calculatorum a partibus nominatorum eligendos.*

10 *Auditores Chancellariæ, ſi dicant in ſententia litis ratiocinio rum, quod reſeruant in ſe nominationem tertij, vel aliquid aliud, quid importent huiuſmodi verba.*

11 *Quidquid loquitur præſul Chancellariæ, virtute alicuius reſeruationis in ſententia factæ, ab ipſo*

ipsomed Rege loquutum censetur.

12 Ordinarius iudex, si reseruauit in sententia processus rationum, tertium in casu discordiæ nominare, & eius sententia fuit per supremos iudices confirmata, & coram ipso ordinario virtute cartæ executoriæ rationes dispungantur, ipse nominabit tertium in casu discordiæ nominandum, quinimo & aliqua ex partibus calculatorem suum non nominante ipse iudex in eius contumaciam calculatorē istum nominabit.

13 Nominatio calculatoris a parte nominandi, & tertij in casu discordiæ, ad iudicem ordinarium, coram quo rationes dispunguntur pertinet.

14 Iurisdictio ordinaria, difficilius quam delegata tollitur, vel suspenditur.

15 Articuli dubiorum in rationibus emergentiū, qualiter & a quibus formari debeat, ad hoc vt ad tertium in casu discordiæ nominatum mitantur.

16 Tertius a iudice in casu discordiæ nominatus, an possit compelli acceptare terceriam.

17 Tertius licet compelli non possit, ad hoc, vt votum suum in formam sententiæ proferat, tamē bene compelli potest, vt votū suum in scriptis calculatoribus reddigat.

18 Calculator qui dolose votum sui animi exprimere recusat, parti ex hoc læsæ, tenetur ad interesse.

19 Catialupi sententia in tractatu de arbitris taxatur.

20 Tertio iam a iudice in casu discordiæ nominato, iudex interloquendo percipere debet, vt partibus litigantibus interessatis notificetur, qualiter talis persona in tertium fuit nominata, & quo die ad illū processum rationum mittit, vt si velint possint illum in causa instruere & informare.

21 Mensura agri si per iudicem alicui agrimensori committatur, debet precipere, vt partibus notificetur, qualiter tali die vel hora mensuratio fieri debet per agrimensorem a se nominatum.

22 Tertius in casu discordiæ nominatus, an antequā animi sui votum exprimat iurare debeat, prout cæteri calculatores partium.

23 Tertius in casu discordiæ nominatus, an huius vel illius calculatoris voto adhærere debeat, an vero separatū ab alijs calculatoribus votum proferre possit.

24 Partes si in initio rationum, in hoc fuerunt concordes, vt iudex confirmare debeat vota suorum calculatorū conformia,

an

an hoc non obſtante, iudex ab illis diſſentire poſsit, aliquid aliud præcipiendo.

25 *Lis ſi magno tempore durauit, & eſt admodum intricata quod difficillime expediri poteſt, an iudex probonopacis, poſſit compellere partes ad concordiam.*

26 *Partes ſi conuenerunt in hoc, vt iudex ad conſilium ſapientis ſententiam proferre debeat, an hoc non obſtante iudex a conſilio ſapientis deuiare poſsit, & aliã ſententiam ſeparatam proferre valeat.*

27 *Promittens quod approbauit alicuius ſententiam, intelligitur de ſententia iuſta, non vero de iniuſta vel inepta.*

28 *Iudex ſi dum rationes apud ſe producuntur per calculatores, alias parcellas approbauit, alias reprobauit vel modificauit, & alias omiſsit, an hæ omiſſæ confirmatæ cenſeri debeant.*

29 *Caſus qui non inuenitur expreſſe permiſſus, ſubiacet regulæ prohibitiue.*

30 *Caſatio partis inducit confirmationem in reliquo.*

31 *Reclamatio circa aliquas parcellas, inducit conſenſum in reliquis.*

CAPVT XXXII.

De tertio calculatoribus partium diſcordantibus nominando.

CVM Plerumque ex diuerſitate corporum, diuerſitas etiã proueniat animorum, vt innuit text. in ca. quia diuerſitatem de præbend. hoc que vitio ſit affecta humana fragilitas, vt homines etiam in rebus clariſsimis & euidentiſsimis, aliquando interſe diſſentiãt, vt in. l. item ſi vnus §. principalibus. ff. de arbitris, ita vt cum poeta dicat Iure conſultes in. l. quia poterat ad Trebellian. velleſuũ cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Cauti iudices, dum in ſententia condemnant litigantes ad hoc, vt ad ratiocinandum ſedeant, ſequentia verba inſerunt, ſcilicet. *Y mandamos que cada vna de las dichas partes para hazer las dichas cuentas, nombre ſu contador, y por el que no nombrare reſeruamos en nos el derecho de nombrar, y tercero en caſo de diſcordia.* Interim tamen dubitari ſolet per iudices qui ſimiles cartas executorias executuntur, an iſte tertius ab ipſis nominari poſsit, an vero ad iudices aulę (ex qua executoria dimanauit) nominationem remittere debeant. Et dicendum videtur, quod nominatio ad iudices aulæ remitti debeat, virtutæ prædictæ clauſulæ reſeruatoriæ, quæ quidem perſonaliſsima videtur, & ſic iudicum perſonas egredi non debet, vt in clementina. 1. de

vita

vita & honest. clericorum, vbi dicit Summus Pontifex, quod vbi aliqua
4 res per aliquem expediri debet, non est iuri satisfactum, si fiat per alium, idque tenent gloss. & Iasso in. l. quod si in patris, num 3. & ibi Ripa, num. 3 ff. solut. matrim. vbi dicunt quod quã do verba important personalitatem, faciunt vt actus per alium expediri non possit, & ita tenet Octauianus Ossascus decis. 113. num 4.

Ex aduerso tamen dicendum videtur, quod hoc ius nominandi tertium ipsi iudici qui cartam executoriam exequitur competat, & superfluum sit ad iudices aulæ nominationem remittere, quia quando causa committitur alicui iudici delegato,
5 omnia ad eius expeditionem expectantia, ex quadam iuris consequentia necessaria delegata videntur, vt in cap præterea. ff. de officio delega. ibi *Quia ex eo quod causa cõmittitur, super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenam recipit potestatem* Et ratio est quia qui vult cõ
6 sequens necessario censetur velle antecedens, l. ad rem mobilem. l. ad legatum. C. de procurato. Rursus quia de iure communi huiusmodi tertij calculatoris nominatio, ad iudicem qui de causa cognoscit pertinet, vt sentit Bart. in. l. 2. C. de rescinden. vẽditio. numer. argumento text. in. l. si vnus. §. fin. ff de arbitris, & ita tenet Cagnolus ibi, num. 268. Pinel. ibi. 3. part. num. 4. Mascard. de probation. conclus. 603. num. 15. & 16 licet fateatur in hac quæstione doctores varios esse.

Aliquando tamen contingere so-
8 let. quod si aliqua ex partibus litigãtibus timet, quod iudex executor, precevel pretio aliquem nominabit in tertium, quem pars aduersa voluerit, pro euitandis huiusmodi timoribus, dolis, & fraudibus, porrigit petitionem in aula originali, qua petit, vt ipsius iudicestalem nominent tertium, & eo ꝙ de collusione iudicis & alterius partis timetur, idque iudices aulæ libenter facere solent, data prouisione adhoc si licet, vt iudex executor tali aduocato processum rationalem tradat, partibus adhoc prius citatis, & hæc praxis aliquibus
9 retro annis regulariter vigebat, at vero postquam dominus Hieronym. Manricus Abulensis *Epi*scopus hanc PincianamChancellariam visitauit, prædictam praxim reformauit, & ad præsulem Chancellariæ huius tertij calculatoris nominationem pertinere statuit, quodvt a peritissimis & antiquissimis aduocatis eius accepi, schedula etiam Regia fuit confirmatum, licet ego illam inuenire nõ potui, attamen prædicti decreti ratio ex iuris institutis sũdari potest, quia quando iudices supremi (prout sunt iudicesChancellariæ) loquuntur per
10 verbum illud, *reseruamosen nos*, illud verbum refertur ad *Regem* ipsum, vnde cum suapte de præsidedici possit, quod de Rege, respectu practicæ iurisdictionis, & quo ad eius exercitium, vt tenet Roman. in cap. Roma na de appellatio. in. 6. argumento, capit. non putamus de consuetud. Quinimo & quod Chancellarius loquitur respectu reseruationis, Rex ipse
11 pronunciare videtur, vt voluit Nicolaus Boerius in tractatu de authoritate magni consil. num. 11. proculdubio reseruatio facta per auditores qui Regem ipsum repræsentant, dispositioni præsulis remissa videtur, & non adiudices aulæ, cum in tertij nominatione faciliter possent dissentire, in magnum partium litigantium dispendium, ex rationibus supra isto capite, numero 1. & 2. adductis. Ego tamen sequentem praxim multoties experiui, scilicet, quod si in aula originā

ginali nominatio & electio tertij petitur, ipſi iudices aulæ illum nominant, ſi tamen in acordio generali petitio producta ſit, talem tertium præſes Chancellariæ nominat, & hoc hodie infallibiliter obſeruatur.

Crederem tamen, quod ſupradicta locum habent, vbi reſeruatio facta fuit per auditores Chancellariæ, & executio commiſſa fuit alicui iudici delegato, ſecus tamen dicendum puto, vbi carta executoria licet 12 dimanauerit a Chancellaria, tamen coram iudice ordinario rei fuit producta, ad rationem diſpungendam, qui antea in prima inſtantia de cauſa cognouerat, & dictam tertij nominationem reſeruauerat, quæ poſtea per ſupremos iudices fuit confirmata, vbi enim de iure aliter non eſt 13 diſpoſitum, nominatio horum calculatorum ad iudicem ordinarium ſpectat, vt ſupra ex Cagnolo & alijs retulimus, & ſic difficilius iuriſdictio 14 ordinaria tolli vel ſuſpendi debet, quam delegata, vt notat Barbatia in tractatu de Cardinali lega. a late. queſtion. 5. num. 14.

Nominato igitur tertio rationali, 15 iudex ſimul cum calculatoribus diſcordantibus, a partibus nominatis, formauit dubia in quibus diſſentiunt, vt ſuper quolibet dubio, ſigillatim votum animi ſui tertius exprimere poſsit, prout in duobus arbitris diſcordantibus tenet Iaſſon. in l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum, nume. 5. ff. de iureiurando, & hoc erit partibus vtiliſsimum, ne alias votum calculatoris confuſe & intricate reddatur, prout ego in propria cauſa iã experiui, & multis ob hanc rationẽ pecunijs expenſis, tandem per iudices ſupremos hoc actum fuit.

16 Sed dubitari poſſet, an ſi iſte tertius per iudicem nominatus talem terceriam acceptare detrectauerit, poſsit per iudicem ad eam acceptandum compelli, & glo. in l. item ſi vnus verbo pareatur in fine, reputat eum compelli poſſe, & ibi eam ſequitur Bart. ex deciſione tex. in l. ſancimus 17 C. de aduoca. diuerſo. iudi. idque tenuit Catialupus in tractat. de arbitris libr. 5. cap 5. verſ. aut electus, vbi dicit, quod licet tertius arbiter non cogatur votum animi ſui per ſententiam exprimere, bene tamen compelli poterit, vt illum in ſcriptis iudici redigat, vt de eius voto explicite appareat.

Sed prædictis non obſtantibus, hac in re diſtinguendum erit, an tertius iam acceptauerit, vel nondum acceptauerit, primo enim caſu eo votum ſuum reddere reluctante, per omnia iuris remedia pronunciare & votum reddere compelli poteſt. prout alij calculatores a partibus nomi 18 nati compelluntur, vt ſupra cap. 8. retullimus, quinimo & ſi per eius moram, dolum, contumatiam & malitiam, aliquis ex partibus fuerit damnificatus, ipſe de ſuo damna reſarcire tenebitur, vt in. l. ſi mandauero tibi cum. l. ſequenti. ff mandati. Hieronym. de Montebrigiano in tracta. de finibus regen. cap. 33. num. 1.

Secundo vero caſu, ſcilicet, quando terceriam nondum acceptauit, minime ad acceptandum compelli poterit, ex his quæ notat Bart. in l. 1 §. cura carnis. ff. de officio præfecti vrbi. & ita tenet Ioannes Garcia de Expenſis, cap. 24. nume. 24. alios plures 19 pro hac ſententia referens. Ex qua diſtinctione apparet male ſenſiſſe Catialup. in dict. tractat. de arbitr. cap. 9. verſicu. tu tamen quatenus cenſet, quod ſi alicuius fuerit nominatus intertium, inter arbitros diſcordantes, qui pro executione teſtamenti a teſtatore fuerunt ad diſtribuendum eius bona electi, talis tertius poterit

a iudi-

a iudice compelli talē terceriam acceptare, nullo enim modo ab initio compelli poterit, vt tenet Iacobus a canibus in tractatu de executore vltima volunt. 1. part. nume. 37. Mōtal. in. l. 12. titul. 5. libro. 3. fori, verbo, *no la puede dexar*, vbi prædictam approbant distinctionem.

20 Tertio tamen acceptante, iudex (interloquendo) faciet monere partes, qualiter talis a duocatus, vel alius in tercium est nominatus, & ipse miſit proceſſum rationalem ad illum, cum dubijs articulis ex rationibus reſultantibus, adhoc, vt ſi aliquid in iure allegare & dicere ipſi vellit, intra certum tempus illum adeat, & informet. Et hoc quidem ex officio fiet, etiam ſi a partibus non petatur, cum hoc expediat pro clariori & veriori rationum iuſtificatione veri ficatione, & liquidatione, & ita admonet Specula. in cap. de requiſitione conſilij, verſ. ſed nunquid. Bertha chinus in tractat. de Epiſcopo, libr. 4 part. 4. nu. 28. volum. 4, Ioannes Garcia dict. cap. fina. nume. 27. vbi adhoc vtiliſsimam reputat hanc partiū certiorationem, ſcilicet, vt ſi velint, vel ex cauſa inimicitiæ, vel imperitiæ, talem tertium recuſare poſsint, & ita in menſuratoribus agrorum electis tenet Bart. in. l. Theopompus, nu
21 mero. 11 ff. de dote prælega. vbi dicit quod quando iudex cōmittit alicui tertio, vt menſuretur agrum, de cuius parua vel magna quantitate diſceptatur, partes quibus intereſt, citari debent, vt tali die vel hora menſurationi faciendæ interſint, adhoc vt de iure ſuo docere valeāt, vel agrimenſorem (ſi expedierit) recuſent, argument. l. 3. c. finium regund. Hieronym. Brixianus vbi ſupra, cap. 31. numero. 1. qui allegat Bart. in. l. qui bona. §. huic ſtipulationi, numer. 2. ff. de damno infecto: crederem tamen, quod & ſi hæ omitterentur certiorationes, nō ex hoc rationes nullæ pronunciari deberent, cum poſtea poſſit ab illis reclamari vel appellari, cō gruit tamen vt hoc fiat, ratione bonę politicæ, vt hæ cauſæ rationales, (quæ admodum intricatæ ſolent eſſe) melius & rectius expediantur.

22 Rurſus & hic tertius antequam votum ſuum exprimat, iurare debet, quod votum ſuum præſtat, ſecundum quod eius cōcientia ſibi dictat, amore & timore partium expreto, & quod dolus, fraus, vel colluſio (in illo reddendo) non interuenit, vt tenuit Specula. vbi ſupra, verſ. item fac & hodie loquendo indiffinite in calculatoribus iubet text. in. l. 51. titul. 5. libro. 2. Recopil. ibi. *Y que anſi miſmo juren, que fielmente haran las dichas cuentas, y daran ſuspareceres, ſin afficion alguna.* Qui nimio & in præſentia partium hoc iuramentum faciendum fore, firmauit Bart. in dict. l. Theopompus Iaſſon in dict. l. ſiquis arbitratu, numero. 22. de verborum, licet dicant quod non intereſt vt partes pronuntiationi aſsiſtant.

23 Conſequenter dubitatur, an huiuſmodi tertius in diſcordiam nominatus, debeat vnius, vel alterius calculatoris voto aſsētire, an vero ab vtroque diſſentire valeat, & tertiū aliud votum proferre, & dicendum videtur, quod huius vel illius voto adhærere debeat, nec in totum ab vtroque diſſentire liceat, quod videtur ex mēte gloſſæ in. l. item ſi vnus. §. ſi verbo authoritate. ff. de arbitris, idque ſentit Bald. in. l. 1. num. 4. verſ. & eſt argumentum. C. de his quæ pœnæ nomine, & in cap. cum ſpeciali, colum. 2 de appella. vbi idem tenet Philippus Franchus, Abbas in cap. ſuſpitionis, columna. 1. de officio delega. Specula. in tit. de arbitris. §. ſequitur verſ. ſed nunquid.

Con-

Contrariam tamen ſententiã imo quod talis arbiter in tertium nominatus, ab vtroque poſsit diſſẽtire, & ſeparatum animi ſui votum (etiam omnino diuerſum) producere, tenet Bal. in d. § fin. in apoſtilla ſuper ſecũdam lecturam illius. §. vbi pro hac ſẽtentia refert Iacobum de Arenis, & Aretin. idẽ tenentes, in l. quod ſi forte. §. 1. ff. de ſolutio. idque ſenſit idem Bal. in l. iuuemus. C. de appella. vbi dicit quod quãdo iſte tertius fuit electus ex diſpoſitione ſtatuti. vel iudicis præcepto, poteſt abvtroq; diſſẽtire, & idem ante eos tenuit Specul. vbi ſupra. §. ſequitur verſ. ſed nũquid, & verſ. ſequenti, Fel. in d. c. ſuſpitionis col. 1. Bart. in l. ſi domum ff. de furtis, Soci. conſ. 54. colu. 2. verſ. tertius caſus Angel. conſ. 152. Corneus cõſ. 120. col. 2. vol. 2. Paul. Caſt. in l. in oferendis. c. de appellat. Cardinalis & Barba. in d. c. ſuſpitionis, vbi diſtinguunt vtrum votũ huius tertij ſit præſtandum poſtquam iam arbitri a partibus nominati vota ſua reddiderunt, an antea, quia primo caſu voto vnius vel alterius adhæreri debet, ſecus vero quãdo antea fuit electus & antea protulit animi ſui votum, & hæc diſtinctio placuit Philippo Portio lib. 2. cõcl. cap. 13.

Horum tamen diſtinctionem reprehendunt Angel. in d. l. quod ſi forte. §. 1. & Imol. in d. c. ſuſpitionis Hipolytus ſingulari. 192.

Ego tñ tenendũ cẽſeo, q; ſi iſte tertius fuit electus de cõfirmitate & volũtate partiũ, ad hoc vt diuerſitatẽ & cõtrarietatẽ priorũ arbitrorũ cõponeret, voto vnius vel alterius (quatenus iuri & æquitati expedierit) adhærere debeat, & ita ſentit Bal. in l. iuuemus. C de appel. Bar. in l. ſi dominũ ff de fur n. 4. Angel. d. cõſ. 151. Caſtr. in d. l. in offerẽdis, Fel. cõſ. 161 & hæc ſẽtẽtia æquitate pollet, vt nõ fiat cõfuſio & intricatio rationũ, cõtra volũta tẽpartiũ, ſec9 vero quãdo fuit electus a iudice q̃a hoc caſu omnino abvtro q; in voto ſuo poterit diſſẽtire, quia tenetur omnino votũ ſuũ exprimere ſecundũ q̃ dictãt iura & cõſuetudines, & ita intelligenda erit, ſentẽtia Bal. & aliorũ in d. l. item ſi vnus. §. fi. Neque in hoc multũ intererit cũ adhuc iudex ipſe qui rationes cõfirmat poſsit modificare, approbare, vel reprobare vota omniũ calculatorũ, vt tenet Parla. lib. 2. rerũ quoti. cap. fin. §. 6. num. 3. 1. parte.

24 Pone tamen quod partes pacto inito ſtatuerunt, vt iudex vota conformia calculatorũ a ſe nominatorum confirmaret, dubitatur modo, an ſi votũ horũ calculatorũ contra ius latũ eſſet, iudex teneretur illud cõfirmare, an vero adhuc ipſe ſecũdũ q̃ius diſponit iudicare poſſet, & dicẽdũ videtur q̃ prædicta vota omnino cõfirmare teneatur, cũ hoc ex conuentione & volũtate partiũ fiat, quæ omnino legis deciſioni æquiualet, vt in l. cõtractus. ff. de reg. iu. Rurſus quia nihil tãnaturale eſt iudicis officio quã partes ad cõcordiã & ſimultatẽ redigere, vt in lege quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. petat. quod maxime locum haberet, vbi rationes eſſent difficiles & intricatæ, multoque tempore agitata lis fuiſſet, argumento eorum quæ notat Felinus, in Rubrica de tregua & pace, numero. 5. vbi dicit, quod quando lis magno tempore durauit & eſt addeo intricata quod difficilime expediri poteſt, tali caſu iudex poterit cõpellere partes ad concordiam faciendam, licet cauſa ſit ciuilis, ex tex. in c. placuit. 90. diſtinctio. facit doctrina Baldi in cap. cum Eccleſia vulterana de electio in fin. vbi dicit, quod ſi probationes ſunt hinde pares, & materia non eſt diuiſibilis, iudex

25

poterit compellere partes litigãtes, ad compromittendũ cauſam in manibus aliquorũ amicorũ cõmunium qui poſsint iudicare non aſtringẽdo ſe ad formam alicuius libelli, igitur ſi iudex hoc facere poteſt, multo maiori ratione hiſquæ pacto litigantiũ expedita ſunt aſſentire tenebitur.

Verum contra prædicta facit ſententia Soci.conſ.24.col.2.verſi. vlterius in propoſito, vbi tenet, quod & ſi 26 partes conſentiant in hoc, vt iudex ſententiã proferat in cauſa, ſecundũ conſilium talis aduocati, vel alterius perſonæ, adhuc hæc permiſſio ſiue pactio, intelligitur ligare iudicem quãdo conſilium illius ſapientis ſibi iuſtum & iuri conſentaneum apparuerit, & non alias, quinimo & ipſæ partes licet iurauerint ſtare conſilio alicuius, intelligi debet, ſi conſilium ſit iuri conſonũ, vt in. l. ſi libertus la.2. ff.de oper.liber. *ibi ſi libertus* (inquit) *iurauerit dare ſe tot operas. Quod patronus arbitratus ſit, non aliter ratũ eſſe arbitriũ patroni, quã ſi æquũ arbitratus ſit*: idq; tenet Socin.cõſ.159 27 col.fi.vbi dicit, quod ſiquis promittat q̃ ratã habebit alicuius ſententiã, intelligitur, dũmodo iuſta, & iuri cõſona ſit, facit tex.in.c.quintaualis de iureiur.vbi qui promiſsit obedire alicuius præcepto, intelligitur ſi iuſtum ſit, poſſent enim ipſi paſciſcẽtes vel reclamare a voto calculatorũ vbi in iuſtum fuiſſet, nõ obſtante pacto ſupra relato, arg.tx.in.l.24.tit.4.part.7 ibi. *E ſi coſa deſmeſurada mãdaſſe, debeſe endereçar por albedrio de homes buenos, e no ſeria el otro tenudo de fincar por ella, maguer el pleyto vuieſſe metido en ſu mano, e jurado de hazer lo que el por bien tuuieſſe*, q̃etiam probat tx.in.l.27.tit.11.eadem partita. Si ergo hęcvera ſunt reſpectu partis paſciſcentis & promittentis ſtare voto alicuius, quanto magis locum habebit in iudice, qui non tenetur ſequi votum ſapientis, etiam de cõſenſu partiũ, vt fere in terminis noſtris notat Bal.in.l.1. ff. de iuris.omnium iud.vbi dicit, quod ſi partes conſentiant, quod iudex ferat ſententiã ſecundum conſilium alicuius ſapientis, adhuc iudex ſpreto illius conſilio aliter iudicare poterit, & hanc ſentẽtiam tenuit etiam Ioannes Andrea in capi.nullum de reg.iur. in.6. Specula.in titul.de requiſitione conſilij, Cataldinus de Bocompagnis in tracta.ſindicatus, num.163.verſi.adde quod ſi partes, vol.6.

Ego tamen in hac difficultate diſtinguendum arbitror, aut enim ab initio ceptæ rationis, & antequam rationales vota ſua proferrent, pactum fuit initum inter partes, vt rationalium voto ſtarent, & a iudice confirmationem illius peterent, & hoc caſu dicendũ cenſeo, quod neque iudex neque etiam ipſimet partes illorum voto iniuſto ſtare tenentur, cum illa electio arbitratoris & conſultoris habeat in ſe hanc implicitam conditionem, ſcilicet, ſi æquũ arbitratus ſit, vt in iuribus ſupra relatis, aut vero partes viſo voto calculatorũ cõformi, a iudice petierũt, vt illud cõfirmaret, & hoc caſu etiã ſi iniuſtiſsimũ ſit votũ illorũ illud cõfirmare tenebitur, arg. tx. celeberrimi in.l.ſi conuenerit.ff.de reiud.vbi. *Si cõuenerit (inquit Vlpianus) inter litigatores quid pronũcietur, non absreerit iudicem huiuſmodi ſententiam probare*, & ratio eſt, quia ſcienti & volenti neque fit iniuria neque dolus, ex vulgata regula iuris, & hãc diſtinctionem innuit Boncompagnis vbi ſupra per quinque numeros ſequentes.

Vltimo pro complemento huius capitis dubitatur de quadam ordinaria quæſtione, pone quod rationes producuntur coram iudice, & 28

ipſe

ipse reprobat aliquas parcellas, & cæteras non approbauit, dubitatur modo, an videatur approbasse illas quas expresse non reprobauit, an vero tanquã omissæ censeri debeãt, & videtur dicendũ ꝙ parcellę illę omissę, non possint executioni mãdari, eo quod non fuerint per iudicem approbatæ, iuxta tx. in l. fin. tit. 21. lib. 4. reco. ibi *Siendo aprobadas por el juez*, casus e-
29 nim qui nõ inuenitur expresse per mi sus subiacet regulæ prohibitiuæ, c. cõsuluisti. 2. q. 5. c. hoc tantũ. 18. q. 2. l. 1. ff. de colleg. illicitis, idque expresse probatur in clementia exiui de paradiso, de verbor. ſig. facit quia expressa nocent, nõ expressa non nocent. l. si vnus. §. illud. ff. de pactis.

In cõtrariũ tamen facit tx. elegãs in l. alũnæ §. qui filias. ff. de addimen. lega. ibi. *Respondi nõ a tota voluntate recessum videri, sed ab his tantũ rebus quas reformasset*, tex. etiã in l. tribunus. §. fi. ff. de mili. testa. quem ibi ad-
30 hoc reputat singularem Bal. ꝙ casatio partis, inducit confirmationẽ in reliquo, cuius sententiã refert & sequitur Albertus Brunus in tract. de mutatione & trãsformatione. n. 70. vol. 11. Auẽd. de exeq. mãd. c. 1. n. 27. vers. tertio deducitur. Corn. cõs. 122. vol. 2. Aim. cõs. 111. nu. 4. Et loquendo in
31 materia rationũ hãc sententiã firmauit Rota Gen. dec. 8. n. 7. vbi ita fuisse iudicatũ apparet, ꝙ si quis ab aliquibus parcellas reclamauit, & nihil circa alias dixit in his in quibus tacuit cõsensisse videatur, arg. l. cũ prætor. ff. de iudi. & l. si maritus. ff. de procurat. & in profito dixit Bald. de periglis in tract. de exẽptionibus, vol. 10. c. 2. n. 14. ꝙ quotiescũq; cõditor legũ aliquẽ statũ hominũ reformat in quibusdã, quo ad reliqua videtur ipsũ approbare, nisi protestetur de cõtrario per notata in clem. attẽdẽtes. §. illud de statu monarchorũ, facit quia inclusio vnius est exclusio alterius, Surdus late cons. 25. ex num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Votũ calculatoris a iudice nominati, in cõtumatiã nõ nominãtis calculatorẽ, si cõformesit, cũ voto calculatoris ab altera parte nominati, & vtriusque vota a iudice sint cõfirmata an executioni mãdari possint.*

2 *Tertio (cũ altero ex calculatoribus a partibus nominato) cõcordãte, si eorũ votũ a iudice sit cõfirmatũ, an executioni mãdetur.*

3 *Casus omissus, censetur relictus sub dispositione iuris communis.*

4 *Dispositio legis loquẽtis in certo casu, alios casus similes in eadẽ lege non expressos pro omissis habet.*

5 *Lex correctoria non debet extendi vltra casum in quo loquitur.*

6 *Iurans paritурum se arbitris, seu calculatoribus ab vtraque parte nominatis, non tenebitur parere sententiæ, ab vno illorum cum tertio latæ.*

7 *Calculatoris tertij votum, si voto alterius ex calculatoribus partium adhæreat, an executioni mandari valeat, si a iudice vtriusque vota sint confirmata.*

8 *Factum iudicis & partis æquiparatur.*

9 *Casus duo si per legem æquiparentur, lex nouа circa vnum*

ex illis disponens, an ad alterum dispositionem suam extendat.

10 Tertio in casu discordiæ nominato a iudice, non minus quam cæteris apartibus nominatis est obediendum.

11 Calculatores Regij, si inter se dissentiant, in ratione alicuius parcellæ, quod vnus cum tertio (a consilio nominato) decreuerit, non obstante appellatione executioni mandatur.

12 Forma certa & specifica si a lege requiratur, in aliquo actu peragendo, non sufficit si per æquipollens fiat.

13 Forma omnis in actu adhibenda, censetur substantialis, & de essentia actus.

14 Appellatio a præcepto de exequendo reliquatum, si statim quod executio fit non interponatur, vbi exequitur votum alterius calculatoris partium, & tertij, addictio locum habebit, etiã si postea in oppositione appellatio sit interposita.

15 Actus alioqui nullus, si is cuia interest non appellauerit vel reclamauerit ab eo, totaliter conualescit.

16 Executio si fiat omissa forma, vel ordine procedendi a lege cõstituto, nõ est nulla ipso iure, quãdo pars ab illa formæ omissione nõ appellauit, vel reclamauit.

17 Calculator communis dicitur, qui ab vtraque in simul parte fuit nominatus.

18 Iudex executor, si de facto mandauerit exequi, quod vnus ex calculatoribus partium cũ tertio arbitratus fuit, & causa per appellationẽ super hoc articulo ad curiam fuerit deuoluta, & circa hoc de nullitate dicatur, non solet nullitas attendi, sed circa iustitiam causæ principalis pronuntiatur.

19 Condemnatus ad reddendum rationem, virtualiter censetur cõdẽnatus, ad solutionem reliquorum, neque alia sententia vel declaratione opus est.

20 Condemnatus ad solutionem fructuum qui liquidabuntur, liquidatione facta per instrumenta locationum, seu arrendamentorum, vel testium probationem, an quod ita liquidatum fuerit semota appellatione exequi possit, per delegatum ad exequendum reliquatum nominatum.

21 Sententia iudicis executoris, per quam declaratur, tanta esse reliqua, an inferat nouum grauamen, ita vt ab illa appellari possit, & appellatione pendente, executionem reliquatus impediat.

22 Condemnatus in eo quod liquidabitur, an liquidatione legitime facta de reliquis.

executio

executio statim locum habeat.

23 *Debitor siquis sit, & pars sit liquida, pars vero liquidanda veniat, si viam executi am vitare velit, soluat liquidum, & pro illiquido offerat se statim quod liquidatio facta fuerit, soluere paratum esse.*

24 *Causa liquidationis, habetur vt incidens, in executione sententiæ, & assummit naturam causæ principalis.*

25 *Baldi & Socini sententia taxatur, quatenus super liquidatis, interloqui iudicem debere (declarando quanta sint reliqua) affirmant.*

26 *Liquidatio, si commissa fuerit executori, & probationes factæ fuerint per partes in causa principali, illos medi testes executor examinet, qui antea de valore fructuum vel reddituum liquidandorum deposuerunt, ne alios examinando, aperiat viam periurijs & subornationibus.*

27 *Promittens alicui certum quid, plus magis vel minus, prout apparuerit facto calculo, an possit pro illo certo executari, & illud magis vel minus sit in executione liquidandum.*

28 *Promissio pura, quæ venit resoluenda sub cõditione, vel ex alterius rei euẽtu, interim quod non resolutur conditio, vel apparet de talis rei euentu, non habet executionem paratam.*

29 *Executio liquidi non dicitur attentata, quando calculatores condemnauerunt in certum quid, paulo plus vel minus, quod constiterit ex tali instrumento deberi.*

CAP. XXXIII.

Calculator a iudice nominatus, ob contumatiam partis nominare nolentis, vel tertius si cum altero ex calculatoribus concordet, an eorum vota per iudicem confirmata, executioni mandentur.

NOnnunquam contingere solet, q̃ condẽnatus ad reddẽdũ rationẽ & calculatorẽ ex sua parte nominãdum, subterfugiat rationes, & illũ nominare detrectet, quo fit, vt iudex virtute clausulæ reseruatoriæ, in sentẽtia appositæ nominet calculatorem, ob partis eõ tumatiã non nominatũ, quare videndum erit, an quod iste calculator simul cum nominato ab altera parte reliquauerit (si a iudice confirmetur,) executioni mandari possit, non obstante quod ille qui non nominabit, ante executionem rationum, suum calculatorem exhibeat, & appellet ab executioni reliquorum, quæ alij duo ex rationibus deduxerunt. Et dicendum videtur,

tur,quod nullomodo horum calcula torum vota executioni mãdentur, quantumcũque sint conformia,quia dispositio.l. fin.titul.21.lib. 4. recopil.tantum præcipit,quod illudquod fuerit reliquatum per calculatores partium,a iudice confirmatum, exẽ cutioni mandetur,vt patet ex text. ibi. *lo que declararen los contadores nombrados por las partes confirmado por el juez, se execute sin embargo de appellacion,&c.*Cum ergo huic calculatori in contumatiam non nomi nantis,a iudice electo, non conueniant verba legis, neque per consequens conuenire poterit eiusdem legis dispositio.argum.text.in.l.4.§. quoties.ff.de damno infecto, & pro hac sententia faciũt notata per Bal. in.l.vnica,nume.5.vers. præterea.ff. de his quæ pẽnæ nomi.vbi dicitquod sibi non placet dicere, quod electus in tertium a iudice, idem sit ac si a partibus eligeretur.

In contrariũ tamen faciunt sequẽ tia fundamenta,& in primis facit tx. in.l.si ob causam. C de cuictio.vbi Bal.& cõmuniter scribentes,eam ad hoc notant,scilicet,quodfactumpar tis & iudicis æquiparantur,quãdo fa ctũ est,aliquo in contumacia existẽte,&idẽ tenẽt cõmuniteromnes scri bẽtesin.l.properãdũ.§.&liquidẽ.C.de iudi.Quæsentẽtia exhoc maxime iu uatur,quia si calculator in cõtumatiã partis nõ nominãtis, a iudice electus,eũdẽ nõ operaretur effectũ,ac si a parte nominatus esset, sequeretur notabile incõueniens,& tale,q̃ nun quam rationes debitum exitum haberent,neque reliqua executari possent in æternũ,cum quilibet reus no minationẽ recusaret,&sic aperiretur ampliſsima via fraudibus &malitijs qui eorũq; debitoresse reputarẽt,cũ semper contumaces existerẽt ne calculatoressuos nominarent,vnde cũ malicijs non sit indulgendũ, vt in. l. infundo.ff. de reiuendica. nequis ex proprio dolo & fraude cõmodũ cõse quatur.Sequitur manifeste,quod idẽ dici debeat, de calculatore a iudice (in cõtumatiã partis nominare nolẽ tis electo) q̃ diceretur de calculatore ab ipsametparte nominato,&hæc meo iudicio est verisima sententia & in iudicando & cõsulendo amplectenda,vt euitetur supradictũ absurdũ,ab euitando namque absurdo, valìdum est argumẽtũ,vt in.l.nã absurdũ.ff.de oper.liberto.& in.l.fi.in princip.C.de vsur.rei iudi.&circa hãc cõclusionẽ de absurdo euitando, plura notabilia cumulatNeuizanus in sua silua nuptiali.lib.1.num.192.

2 Sed in proposito,difficilior & in extricabilior vrget difficultas,scilicet an reliquatũ per vnũ ex calculatoribus a partibus nominatis,& tertiũ,si a iudice sit cõfirmatum,executioni mãdari possit,& q̃ executioni mãdari non possit,a prædictiscalculatoribus reliquatum,probatur manifeste ex dispositione.l.fi.tit.21.li.4.recop. Cõsiderata regni petitione & Regis respõsione facta in.ca.49.curiarũ de Madrid,inquit enim in hęc verba petitio in curijs porrecta.*Suplicamos a Vra Mageſtad sea seruido de mãdar, q̃ enlos pleytos de cuẽtas, en aq̃llo q̃ estuuierẽ cõformes los cõtadores nõbrados por las partes,o vno dellos cõ el tercero, se execute sin embargo de appelaciõ* & statim sequitur Regis respõsio cõtenta in.d.l.fi.qua cauetur.*Mãdamos q̃ enlo q̃ se cõformarẽ los cõtadores nõbrados por las partes, siẽdo cõfirmado por sentẽcia del juez q̃ dela causa conociere, la tal sentẽcia se execute sin embargo de appellacio,&c.*Cũ ergo tertius nõ sic nominatus a partibus, nec ipsi in eius votũ cõsẽserint, neq; aliquo modo illi iurisdictionẽ prorrogauerint, sed a iudice sit electus non poterit

eius

cius sententia, cum voto alterius (dũ taxat) conformis, executioni mandari, cum nullomodo dici possit, quod nominatus in tertium a iudice, videatur a partibus nominatus, cap. in notuit de arbitris, quod enim supradictũ est, quod factum iudicis & partis æquiparatur, debet intelligi, quãdo iudex ob contumatiam partis aliquid fecit, prout animaduertit Bald. & communiter omnes scribentes in d.l. si ob causam. C. de euictionibus, ideoque si iudex præceperit partibus vt tertium nominarent, & ipse in alicuius contumatiam eum nominasset, forte executio locum haberet, in eo quod iste tertius cum altero calculatore partis esset conformis, alias secus, & sic cessaret inconueniens de quo supra num. 1. Et fere in terminis dixit Bal. in d.l. vnica, num. 4. de his quæ pœnæ nomine, & in l. fin. q. 10. C. de contrahen. emptio. quod si electi sunt a partibus arbitri adhibita periurij pœna, si eorum arbitrio non pareatur, deinde iudex ob eorũ discordiã tertiũ eligat, & is simul cum vno exduobus concordet, q̃licet sententiæ non pareatur, pœna cõpromissi non cõmittetur, quã sententiã tenet etiã Imo. in c. quintaualis. n. 13. de iureiur. in terminis nostris Aceu. in d. l. fin. quã ponit in lib. 10. fol. 29. num. 1. vbi praxi hoc receptum fuisse testatur. ¶ Rursus pro hac sententia facit, quia cum legislator non præbuerit responsum in casu de quo agimus licet in petitione fuit cõpræhensus, standum erit iuri communi, quia reliquatu calculatorum, appellationẽ admisit, glos. in Authenti. de sanctissimis Episcopis. §. æconomos, verbo, repetitionem collatio. 9. & in dict. c. innotuit de arbitris. Bar. in d. §. æconomos. num 11. Casus enim omissus videtur relictus sub dispositione iuris communis. l. si cum dotẽ, ff. solut. matri. Bart. in l. in star. C. de iure fisci Petrus de Vvaldis in tracta. de Canonic. episcopa. cap. 4. num. 7. vbi dicit quod quando lex disponit in certo casu, alius casus similis in eadem lege nõ expressus, habetur pro omisso, ita glos. in cap. nonne depræsumptio. Facit etiã quia iudex concedendo vnũ ex petitis, videtur alterum denegare, ita Becius cons. 55. nu. 11. Rolan. cons. 61. numero. 11. volu. 3. & fercin indiuiduo dixit Bart. in l. & si fine. §. 1. numero. 1. de minor. quod si interrogatus de duobus, respondeat affirmatiue ad vnum, videtur respondere negatiue ad alterum, idque refert Petrus Surdus, decis. 69. num. 6. & 7. & 10. vnde cum lex non disposuerit idem in hoc casu quod in alio. & prorsus diuersa militet ratio in vno quam in alio, non est inferendũ de vno ad alium, quia a separtis non fit bona illatio nec argumentatio, vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posse. l. Papinian. exuli. ff. de mino. Franciscus Poncinibij in tract. de lamijs, num. 59.

Præterea facit fortiter, quia. d.l. finaliseſt correctoria iurisciuilis, quo attento (regulariter) reliqua exequi nõ poterãt, apellatione post posita, vt tenent gl. & Bart. in Authen. de Sanct. Episco. §. æconomos, vnde cũ lex correctoria nõ debeat extẽdi vltra casũ in quo expresse loquitur, ex Bar. in Authẽ. sed cũ testator, n. 4. C. ad leg. falci. Porcelinus de inuẽtario. c. 6. n. 12 vol. 6. Neguſ. de pignor. mẽbro. 4. 2 principalis, n. 102. minime in hoc casu extẽsio faciẽda erit, etiã si dicatur, q̃ eadẽ in vno, quã in alio casu militat ratio, quia in correctorijs decisionibus nec etiã ex idẽtitate rationis extẽsio fieri debet, vt in l. præcipim⁹. C. de appellation. Et in proposito dixit Bar. in l. 2. C. quorũ appel. nõ recip. q̃ iuraquæ prohibẽt appellationẽ

sunt odiosa,& ideo sunt stricte intelligenda,quem etiam sequitur Aimõ cons.183. circa finem num.4.Petrus Surdus cons.102.num.1.

Rursus,quia ratio quæ potuit mouere legislatorem.ad decisionem.d. l fin.quatenus statuit,quod vota calculatorum partium conformia,executioni mandarentur,si a iudice sint approbata,illa(dubio procul)esse potuit,scilicet quia præsumpsit, quod calculator cuiuslibet litigatoris, nõ præstabit votum contra partẽ suam, nisi in illis parcellis, quibus iustissime onerari deberet,&quia indubio, potius parcellam ad iudicem remitteret. Facit quia illæ qui aliquem in iudicem nominauit, minime illum recusare potest, eo quod fidem eius approbauit,vt notauimus supra,cap. 8.num.13.

7 Pro contraria vero parte, imo quod votum tertij cum voto alterius ex calculatoribus adæquatum, executioni mandari valeat,ex eo dicen
8 dum videtur,quia factum iudicis & partis æquiparantur in iure,vt in.l.si ob causam.C.de cuictio. & quando
9 duo casus per legem æquiparantur, lex noua in vno ex illis disponens,ad alterum illi similem, dispositionem
10 suam extendit.l.siquis seruo manumisso.C.de furt.Anton Gomez in.l. 4.Tauri,num.7. Rursus, quia tertio in casu discordiæ nominato, non minus quam cæteris calculatoribus a partibus nominatis est obediendum per partes.l.item si vnus.§ principaliter.ff.de arbitr.ibi. *Tertiam certam eligere personam, cuius arbitrio pareatur.* Et hanc sententiam tenet Baldesius in additio.ad Roderi.Suar. in.l. post rem iudicatam,notabili.14.versicul.decimus octauus casus, idque dispositum videtur,in.l 27.titul.5.libro.9.recopil vbi quando regij cal-
11 culatores,in calculatione vel ratione alicuius parcellæ discordãt,quod assessor nominatus per consilium,simul cum altero ex illis firmauerit, (remota appellatione) executioni mandatur,vt patet ex text.ibi. *Y lo que el conuao delos dichos contadores acordaren,se cumpla.* Et in hunc modum me iudicatum vidisse,in aliquibus aulis huius Chancellariæ (licet in alijs contra sit obtentum) tanquã testis oculatus,firmare possum. Hoc vnum(tamen)mihi satis compertum habeo,quod interim quod Hieronymus a Corral,huius Chãcellariæ præsul meritissimus in aulis assistebat, semper detulit appellationibus,quãdo vnus calculator cum tertio a iudice nominato erat conformis, & semper executiones reuocabit, eo quod intentum illius.l.agnouit,tanquam vnus ex regijs Senatoribus qui eius cõstitutioni, nisallor, interfuit vel saltim in Regio Senatu experiuit.

Ideoque prædictis non obstantibus,negatiua sententia tenenda erit ex fundamentis superius pro ea adductis,quæ ex sequentibus corrobo
12 ratur.Primo, quia vbi lex in aliquo actu peragendo certam & determinatam formam requirit,non sufficit si id per æquipellens fiat, ita Bal.in cap.1.de milite vassallo qui contumax est.*Et* in Authent.offeratur, numero.4.C.de litis contesta.Bart.in.l. non sunt liberi.ff.de statuhomi.ideoque,&si factum iudicis &partis æquiparentur,vt supra pro contraria sententia probauimus, cum pro forma requiratur,quod parcellæ (ad hoc vt exequi possint)per partium calculatores sint probatæ, minime ad executionem illarum proderit,quod eas vnus cum tertio a iudice nominato firmauerit,quia lex ipsa regia non a
13 liter executari rationes voluit, quã si calculatores partium in idem placitum

citum cõſenſerint. Facit quia omnis forma in actu adhibenda cẽnſetur ſubſtantialis, & de eſſentia actus, ex Bald. in l. compararionem. C. de fide-inſtrumen. l. aſſ. in. l. 1. ff. de lib. præte. Decio conſil. 532. Et hæc ſententia frequentiori noſtrorum ſenatorum voto approbatur, & ita tenet Aceuetus loco ſupra citato, vbi ita practica tum fuiſſe teſtatur, num. 1.

14

15

Neque huic ſententiæ obſtat tex. in dict. l. 27. Recopila. pro contraria ſententia adducta, primo quia text. ille ſolum loquitur in illo caſu particulari, ſcilicet, quando iſte aſſeſſor fuit a Rege ipſo electus, cuius integritati & prudentiæ multum eſt tribuendum, militatque ibi fauor regij patrimonij, ſeu fiſci, cui quam plurima priuilegia iure ſpeciali competunt, vt in l. ſimile. ff. de iure fiſci, & in l. bene a Cenone, & ibi Doctores, C. de quadrienij præſcrip. prout etiã militat fauor cultus diuini, in caſu, d. §. æconomos, quinimo, & ſi ad verba. d. l. attendamus, ſolum loquitur in calculis & reliquis exigui præiudicij, in alijs autem cauſis grauibus & põderoſis, neutique appellatione remota, reliquatum a prædicto aſſeſſore, & vno calculatorum, executioni mandari præcipit, vt in dict. l. 27. ibi. *Pero ſiendo coſa de importancia y calidad, ocurran al nueſtro conſejo, para que ſe nombre del o fuera, ſegun les pareciere quien ſe junte con los dichos cõtadores y aſſeſſor, y ſe effectue y cumpla lo que a la mayor parte pareciere.* Quinimo & in cauſis grauibus & ponderoſis, ſentẽtia a maiori parte lata nõ exequitur, ſi a parte grauata fuerit ſupplicatio interpoſita, vt in dicta. l. ibi. Y q̃ *de la dicha determinacion en qualquier manera, no aya ſupplicacion ſino ante los miſmos.* Quæ autem dicatur cauſa parua vel magna, arbitrio iudicis relinquitur, ex Meno. de arbitra. caſu. 72. num. 3. 5. & 6. & 10. & per totum.

16

17

Et tenendo hanc partem negatiuam, quam in puncto iuris intelligo veram & indubitabilem, illam limita, præterquam ſi a parte reliquata intra legitimum tempus reclamatũ appellatum ve non eſſet, a mandato de exequendo, quia vbi actus eſt alio qui nullus, ſi is cuia. intereſt non reclamauerit, vel appellauerit, totaliter conualeſcit, l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto, Boerius deciſ. 96. numero. 5. & 6. Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, quos adhoc refert & ſequitur Parlador. libro. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 6. vbi dicit, quod etiam ſi executio fiat omiſſa forma, vel ordine a lege dato, eſt valida, ſi pars grauata, a tali executionis præcepto & grauamine non appellauerit, vel reclamauerit.

18

Secundo prædictam ſententiam limito, in caſu quo iſte tertius ex cõſenſu & voluntate ambarum partiũ nominatim electus fuiſſet, quia cum hoc caſu, dicatur calculator communis partium, recte illi conueniunt verba dict. l. finalis Recopil. ibi. *Nombrados por las partes:* & per conſequẽs eius diſpoſitio, ex l. 4. §. toties. ff. de damno infecto, quod enim commune eſt meum eſt, l. ſerui electione. §. labeo. ff. de lega. 1. Afflictus in tract. de iure prothomiſeos in Rubr. num. 15. in fine, & in terminis ita tenendum reputat Aceuetus nihil pro hac ſententia adducens in l. 22. titul. 6. libro. 3. recopil Ioannes Garcia de Expenſis cap. 24. numer. 18. Licet ſecus exiſtimarem, quando partes dediſſet calculatoribus commiſsionẽ vt tertium nominarent, quia non dicitur a partibus nominatus argumento. d. cap. innotuit de arbitris.

Tertio, prædictam ſententiam in

dubitatam reputo, nisi rationes istæ calculatæ fuissét coram iudice executore, misso adhoc, vt quidquid liquidatum apparuerit, executioni mandet, (prout pluries huiusmodi clausula solet apponi in cõmissionibus ad liquidãdũ & exequẽdũ liquidatum executoribus conceſsis, vt testatur Ioannes Garcia de Expens. cap.fin.num.28 dicens, quod si exforma sententiæ iussum sit, vt executioni mãdetur quidquid concordi iudicio æstimatores protulerint, appellatio sequuta non suspendit executionem. Quinimo & si talis iudex executor reliquatum ab vno ex calculatoribus partium, & tertio de facto exequatur de nullitate agi non poterit, & si actũ sit de nullitate & attenta to iudices supremi huius Pinciani Senatus, non pronuntiant super attentato vel nullitate rationum, sed demum super iusticia vel iniustitia parcellarum, dati vel accepti, & ita quam pluries vidi iudicatum, & in illis hæc versatur iudicandi ratio, quia debent procedere attenta veritate, & non iuris scrupulosa subtilitate, vt in l.fin.titul.17.libr.4.recopila. ibi. *Que los juezes que conocieren de los pleytos y los ouieren de librar, los determinen y juzguen, segun la verdad que hallaren probada en los tales pleytos*, &c. l.22.titul.4.lib.2.recopil. Decius cons. 699. Bald. in l. solam. C. de testibus, Sylua nuptialis, lib.5.c.quomodo in dubio iudicandum sit, Casaneus in catalogo gloriæ mundi.5.p. considerat.24.num.21. Bobadilla, libro.5.politicæ, cap.1.num.137. Et si in hoc casu petitum sit, vt attentata ante omnia reuocentur, semper huiusmodi querelæ pronuntiatio, ad definitiuam vsque reseruatur. Et tene prædicta cordi quia nullibi sunt ita digesta.

19 Viterius dubitatur, an condemnatus simpliciter ad reddendum rationes, etiam si nihil dictum sit de reliquorum solutione, facto calculo, absque noua sententia possit pro reliquis executari. Et in hac difficultate dicẽdum videtur, quod cum debitor reliquatus, non fuerit in plus condẽnatus, quam vt ad ratiocinandum se deat, non possit pro reliquis executari, quia sententia exequi non potest contra non condemnatum. l.4.§.condemnatum. ff. de reiudica. Aſflict. decis.215.num.4. facit quia cum sentẽtia sit stricti iuris non debet intelligi aliter quam verba eius sonant. Abbas in cap. dilectus, num.2. de officio ordi. Cepola in Rubrica de verbo. significa. Iaſſ. in l. centesimus. §. fin. num. 14. de verborum. Curtius Senior cõsilio.74. & Iunior consilio.159. nu. 19. & ratione confirmatur iuridica, quia quidquid in sententia non est expressum, semper censetur omissum, ita Decius cons.442.num.8. &. 607.numer.7. Rursus quia hic actus reddendi rationem duo continet capitula separata, scilicet, rationẽ reddere, & reliqua soluere. l. cum seruus ff. de condition. & demonstration. Aſflictus, decis.157.num.4. Aimon, cõsilio.231.num.14. igitur si verum & indubitatum est in iure, quod a separatis illatio non est facienda, vt in l. Papinian exuli. ff. de mino. minime facienda erit hæc consequentia, quidam fuit condemnatus ad hoc vt rationem redderet, ergo & ad hoc censetur cõdemnatus, vt reliqua soluat, facit quia non condemnatus ad soluendum debitum, non potest pro debito incarcerari, vt tenet Bart. in l. cum eo, numero.2. ff. ad legẽ Iul. pecula.

Sed prædictis non obstantibus cõtraria sententia tenenda erit, scilicet, quod eo ipso quod quis fuit condemnatus ad reddendum rationes,

ex necessaria consequentia, videatur condemnatus ad reliquorum solutionem, quod manifeste patet ex sententia Affli. icari in l. quamuis. ff. de condi. & demonst. ibi *Itaque cum seruo sub hac conditione libertas datur, si rationes reddiderit, non hanc solam significationem habet, si cautiones instrumentaque omnia actus fuerit exhibuerit hæredi, sed & si reliqua soluerit.* Et ita in terminis decisum fuisse in Neapolitano Senatu per istum tx. tenet Matthæus de Affli. ct. deci. 157 num. 2. eamque, vt verissimam sententiam, celebrat Damauderius in tractatu de tutore. cap. 7. num. 23. folio. 57. Decisio Genuen. 209. num. 2. vbi refert ita etiam in Genuensi Senatu pronuntiatum fuisse. Accuetus in. l. 22. tit 6. lib. 3. Recop. & ideo dubio procul tenendum censeo, quod hoc casu, reliqua via executiua peti possint. Cum condemnatio solutionis reliquorum, virtualiter, & de natura ipsius condemnationis veniat, illud enim quod virtualiter in sententia vel instrumẽto continetur, intelligitur in eodem expresse scriptum. l. a se toto. ff. de hęre. insti. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstr. & ideo executioni mandari posse tradit Roderic. Suarez in. l. post remiu dicatam extensione. 2. nume. 2. & 3. Parlador. libro. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 1. §. 11. ampli ation e. 4. num. 19.

Sed modo vlterius finge, quod quidam fuit condemnatus ad solutionẽ interesse vel fructuum qui liquidabũ
20 tur, dubitatur modo, an liquidatio, (hoc casu) facta per testes vel instrumenta publica, vel singrapha priuata & recognita, possit per iudicem (coram quo facta fuit liquidatio) exequi, appellatione remota. In qua difficultate, Angel. in. l. si cum exceptione. §. hæc actio. ff. quod metus cau
21 sa, in ea est sententia, vt talis liquidatio absque noua sentẽtia exequi nõ possit, sed omnino sit appellatio i interpositæ deferendum, ea nixus ratione, quia per sententiam executoris, qua pronuntiatur, tanta esse reliqua liquida. infertur nouum grauamen, vt notat Fel in in cap. ad consultationem, num. 3. de reiudica. & ita tenet ad litio Vrsilis ad afflictum, decisio. 35. num. 2. &. 175. num 1. vnde, cum a quolibet nouo grauamine irreparabili, liceat appellare, vt in. l. ab arbitro & ibi notant Doctores ff. qui satisda. cogan. & in. l. intra vtile ff. de mino. Iacobus de Bello viso in practica iudiciaria, numer. 85. & de hoc etiam habemus regulam Chancellariæ 36. & in terminis ita tenet Gallesius de obligatione in forma cameræ, titul. de liquidatione, num. 18. Menoch. de adipiscen. possessione remedio. 5. quæst. 10. proculdubio appellationi deferendum erit.

Contrariam tamen sententiã aduersus Angel. tenet Bar. in. l. 2. C. de sententijs quæ sine certa quantitate nume. 5. vbi dicit, quod quando quis
23 est condemnatus in quantitate quæ liquidabitur, quod facto calculo, vel liquidatione liquidum apparuerit, executioni mandari poterit. Et in hunc casum cõsulit aduocatis, quod in initio liquidationis petant e xecutionem pro his quæ liquidabuntur, & vt incontinenti forment articulos interrogatorij circa damna, vel interesse liquidandum, & quod non erit hoc casu necessaria libelli oblatio, vel alia litis contestatio, idque refert & sequitur Roderic. Suarez in. l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni, limitat. 4. nume. 5. & ibi Additio Baldesij plures alios pro hac sententia refert, numer. 1. & ibidem num. 4. dicit & consulit execu-
23 tatis, vt si viam executiuã ab initio

vita-

vitare velint, quando pars est liquida & pars illiquida, statim soluant liquida, & pro illiquidis offerant se soluere velle quod facto calculo reliquatum apparuerit, idque probari videtur ex text. in l. statu liber rationam ff. de statu libe. & tenet ita Afflictis decis. 157. Iaff. in. l. quod te mihi num. 5. si cert. peta. Meliloquium in. 2. parte, Cabalin. nume. 625. Cephalus cons. 195. Bona cosa cautela 3. litera. D. Cepola cautela. 27. Parladorlib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 1 part. §. 12. num. 32. Aceuetus in. l. 1. titul. 21. libro. 4. recopil. ex num. 34. cum aliquibus sequentibus. Er omnes iudices a Chancellaria missi pro executione alicuius cartæ executoriæ hanc praxim obseruare debent, & multoties vidi ab huiusmodi liquidationibus appellatum ad aulã Chãcellariæ, & in ea fit remissio executionis ad iudicem, donec reliquorũ solutio fiat, & ratio ea est potissima quia articulus liquidationis, habet
24 se vt incidens in executione sententiæ, vt in clementina dispendiosam de iudi. Socinus cons. 300. numer. 6. Octauian. Olascus decis. 129. nume. 10. cum sequentibus, & per inde liquidatum per executorem, executioni mandatur, ac si in ipsa sententia expresse vel virtualiter liquidatio contenta esset, & quidem hoc magna æquitate nititur, ne super quolibet articulo nouo iuditio partes vexentur & molestentur, sed causa per appellationem super principali grauamine terminetur, qua motus ratione ita iudicauit Senatus Pedemõtanus vt refert Octauian. vbi supra, spreta sententia Baldi in. l. 2. num. 11. C. de executio. reiudic. quatenus
25 tenuit, quod antequam liquidatum executioni mandetur, prius iudex interloquatur, bene an male fuerit facta liquidatio, cuius sententiam sequutus fuit Socin. cons. 51. lib. 1. column. 3. hæc enim liquidatio in casu de quo agimus, necessaria non est, quia totaliter & precisse noceret expeditioni & executioni reliquati, & liquidati, & forte appellatione interposita & admissa super tali pronũtiatione, de executiua & summaria res iudicata efficeretur ordinaria, & fere immortalis, & hac ratione motus Rodericus ab opinione Baldi & Socini discessit vbi supra nume. 7. & Couarru. libro 2. Variar. cap. 11. numero. 1. vers. primum ex his constat. Octauianus loco supra citato. Et vt hæc iurgia euitarẽtur senatores huius Chancellariæ, semper deberent apponere in commissione executoris hanc clausulam, scilicet. *Y lo que ansi liquidaredes lo executeysylleueys a pura y debida execucion con effecto.* Et hanc praxim approbant Ioannes Garcia de Expens. cap. fin. num. fin. in nouiori impressione, Aiora de partitionibus. 1. p. cap. 4 nume. fin. Vrsilis in additione ad Afflictum loco superius citato, Aimon. cons. 231. num. 5 & 14 & fundamentum habet ex eo, quia quando duæ sententiæ sic se habent, quod secunda est executio primæ, si non potest appellari a prima, neque etiam appellari poterit a secũda, vt tenuerunt Bald. & Angel. in. d. l. si cum exceptione. §. hęc autẽ actio. Capitius decis. 26. iudices tamẽ omnes monitos esse velim, vt si aliquo modo ex processu causæ principalis, aliquam quantitatem debitam deducere posint, explicite reum in illam condemnent, neque huiusmodi iudicibus executoribus liquidandam remittant, vel reseruẽt, siquidem ex hoc magnum partium dispendium euitabunt, & in hoc legislatoris præcepto obtemperabunt, qui hoc ipsum præcipit, manifeste neque sine mysterio in. l. 52. titul. 5. li. 2. recopi.

idque

idque etiam admonet Ioannes Gutierrez de iuramen. confirma. 1. p. c.
26 primo, num. 32. Si tamen liquidatio ad executorem fuerit remissa, sit cautus aduocatus, vt præcipiat parti, vt in executoria inseri faciat dicta testium qui circa valorem fructuum, vel damni, aut interesse in causa principali melius deposuerunt, ne aperiatur porta testium subornationi, & ita consulit Afflictis decis. 35. numero. 3. Ioan. Gutierr. vbi supra, numero. 31.

27 Finaliter in proposito dubitatur, an si quis instrumento guarentigio confecto, alij promisit certam pecuniæ vel tritici quantitatē soluere, eo plus vel minus, quod facto calculo, debitum apparuerit, an tale instrumentum, paratam executionem habeat, respectu (saltim) illius quantitatis in ipso instrumento contentæ. In qua difficultate dicendum videtur, quod executio locum non habeat, interim quod illud plus vel minus non sit liquidatum, quia nulla adhuc quantitas certa ex instrumento apparet, siquidem factis calculis, aliquid plus minus ve deberi pos
28 set, & ratio est, quia quando dispositio vel promissio pura, venit resoluēda per alicuius rei euētum, interim ꝙ non fit resolutio, non habet executionem paratam, vt in l. pecuniam & ibi Soci. num. 9 ff. si cert. peta.

Sed prædictis non obstantibus, cōtraria sententia tenenda erit, scilicet, ꝙ pro quantitate in instrumēto explicite declarata, executio fieri possit, idq; sensit gl. in l. 2 ff. de in diē adiectio, Soci. loco supra citato, sequēdo gl. ibi, quatenus dicit, ꝙ si in instrumēto sit promissa certa quātitas, cū adiectione, ꝙ si facto calculo minus deberi apparuerit, tāto minus debitū intelligatur, interim ꝙ a promissore fit liquidatio, executio pro quā titate ex instrumēto liquida) fieri poterit, ibique pluries pro hac sententia obtinuisse testatur idque probat Rebuf. in tracta. de liter. oblig. art. 2. gl. vnica. n. 31. licet dicat, se raro hāc cōtrouersiā in curia vidisse, & ita tenēdū firmauit Billalobos in suo meliloquio, cōm. opi. litera. E. n. 250. Acuetus in l. 1. tit. 21. li. 4 recop. n. 45. Pet. Surd cōs. 38. nu. 25. post hæc scripta visus. Et loquendo in sententia arbitraria sub dicta forma verborū lata, ita tenendū reputat Soci. in l. quibus diebus. §. quidam Titio, in fin. ff. de cond. & demonst. Bart. in l. iudex postea quā circa fin. ff. de reiud. Dec. cons. 618. vbi fundamētis pro cōtraria sententia adductis, sufficiēter respōdit, & resoluit, ꝙ hoc casu laudum nō est incertū, sed liquidū, eo ꝙ in sententia expressa est certa quātitas, & ꝙ licet dicta quātitas possit alterari factis calculis, tū inspecto præsenti statu, dicitur certa & liquida, donec aliter rē se habere probatū fuerit, pro qua sententia adducit tx. in l. hæc venditio. §. fi. ff. de contra. emp. vbi vēditione facta pro centū, & quanti pluris reperiatur intra certū tēpus, dicitur certa respectu illorū cētū: facit sē tentia Bal. in Rub. C. de deposito. n 6 vbi dicit, ꝙ si mercator scripsit alii, qualiter ipse erat eius debitor in de cē paulo plus vel minus, prout in suo Codice rationū cōtineretur, illa verba plus vel minus, nō augent vel minuūt cōfessio ē de decē, interim ꝙ nō apparuerit plus vel minus deberi. Ex quibus concludendum erit, quod pro dicta quantitate in instrumento contenta, non obstantibus dictis verbis plus vel minus, &c. Poterit fieri executio, appellatione remota, neque ex hoc executio attentata dicēda erit, vt in terminis concludit Lancelotus de attentatis, secunda. p. capit. 4 limitat. 28 num. 1. pagi. 145

vbi

vbi refert resolutũ fuisse, quod si principale sit liquidũ, cambia autẽ & recambia sint illiquida . poterit fieri executio pro principali, & si cambia & recambia non sint liquidata .

Cautus ergo debet esse reus, vt petita executione intra decem dies oppositionis, in certa faciat liquidari, citato creditore, & eo apparere nolente, producat instrumentum vel probationes coram iudice, & petat, vt non alias addictio fiat, quam detracta quantitate, quam ex talibus probationibus minus se debere creditori constiterit . Et hanc sententiam tenuerunt Corneus consil. 223. 2. parte. Benintendis decis. 90. nume ro. 3. Cabalcan. de tutore, nume. 214 versic. tamen magis, Decisio. Genue. 191. num. 6.

SVMMARIVM.

RAtiones calculatæ cum principali administratore, an exequi possint contra eius fideiussorem.

2 *Citatio non solum in iuditialibus, verum & in extraiuditialibus pro forma sæpe requiritur.*

3 *Fideiussor contractus (non tamen iudicij) citari debet, adhic vt sententia contra principalem lata, contra illum exequi possit.*

4 *Clausula guarentigia in contractu fideiussionis tutelæ apposita, an operetur, quod sententia lata contra principalem super reliquis, executioni mãdetur contra fideiussorem rationibus non citatum.*

5 *Fideiussor tutoris qui se obligauit, tam ratione cõtractus quãratione iudicij, an possit executari pro reliquis, aduersus principalem, eo non citato liquidatis.*

6 *Fideiussor tutoris, an eo quod authentico de fideiussoribus in tutela renũciauerit, possit executari pro reliquis, cũ tutore ipso (dũtaxat) liquidatis.*

7 *Fideiussor tutoris qui apud acta interce sit, an censendus sit fideiussor iudicij, an vero contractus fideiussor dicatur.*

8 *Obligatus ad soluendũ, quidquid facto calculo administratorẽ debere cõstiterit, an tenebitur pro reliquis (cum hærede administratoris præmortui) liquidatis.*

9 *Intellectus ad tex. in. l. qui Roma. §. Augerius. ff. de verb. oblig.*

10 *Executio an fieri possit, contra tutoris fideiussorem, pro reliquis eorum quæ tutor post finitam tutelam administrauit.*

11 *Tempus prorrogationis, an idẽ sit quod tempus commissionis.*

12 *Rationes calculatæ cum matre quæ transiuit ad secundas nuptias, nõ petito tutore filio suo, an possint exequi, tã contra vitricũ, seu secundũ ipsius maritũ, quam contra matrem ad secunda vota transeuntem.*

13 *Maritus secũdus illius mulieris, quæ ad secũdas nuptias (nõ petito tutore filio) migrauit, an tacite videatur obligatus pro reliquis*

liquis maternæ tutelæ, & tanquam fideiuſſor vxoris habetur

14 *Maritus mulieris quæ ad ſecundas nuptias migrauit, antequã filio ſuo tutorem peteret, adhoc vt præiudicetur reſpectu reliquorum vxoris, debet citari ad rationes tutelæ, vt illi parent præiudicium quod de iure locum habuerit.*

15 *Teſtes qui idoneum tutorem prædixerunt, tempore decretæ tutelæ, quando poſsint pro reliquis conueniri, & quid de iudice, a quo tutela fuit decreta.*

CAVT. XXXIIII

De executione reliquorum aduerſus fideiuſſores tutorum facienda.

CVm fere in omnium tutorum & curatorum nominatione, fideiuſſores præſtari ſoleant operæ pretium erit, vt in hoc capite diſcutiamus, an ratione tutelæ, cum tutore, vel curatore, alio ve adminiſtratore diſpuncta, fideiuſſor inſolidũ obligatus pro reliquis executari poſsit, in qua difficultate dicẽdum videtur, quod nullo modo aduerſus hunc fideiuſſorem ad ratiocinandũ non citatũ, locum habeat talis reliquorum executio, cũ ſit regula notiſsima iuris, quòd res inter alios acta neque prodeſſe neque nocere debet, vt in Rubro & Nigro. C. res inter alios acta, rurſus, quia in omni actu ex quo damnum vel præiudiciũ alicui reſultare poteſt, pars cuia intereſt citari debet. l. de vno quoque ff. de reiudic. l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. Quæ ſententia, nõ ſolum locum ſibi vendicat in actibus iudicialibus, verum & in extraiudicialibus, ex Innocent. & Ioanne Andrea, in cap. ex ratione de appellatio. Bal. in capit. 1. §. ſancimus el ſegũdo, quo tempore miles in vſibus fœudo. Alexand. in l. ſiquis arbitratu, columna. 5. & ibi Iaſſo. columna. 9. ff. de verborum, plures alios pro hac ſententia refert Philippus Portius libro. 1. concluſ. capitulo. 43. ampliatione. 7. Quo fit vt quocumque modo, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter rationes ſint calculandæ, fideiuſſor adminiſtratoris ad ratiocinandum citari debeat, alias neque in via ordinaria, neque in executiua præiudicari poſsit, ita Bal. in. l. Autore laudato. C. de euictio. & ita concludit Petrus Surdus Deciſ. 256. num. 7. &. 8. Sequendo Cuman. conſ. 155. nu. 4 vbi dicit, q cũ calculus nihil aliud ſit quã cõfeſsio quædã inter partes emiſſa non nocet tertio.

Ex aduerſo tamen dicendũ videtur, quod in caſu de quo agimus etiã ſi fideiuſſor tutoris vel alterius ſimilis adminiſtratoris, ad ineundam & calculandã rationẽ citatus nõ fuerit, adhuc ſi inſolidũ fuerit obligatus (prout quotidie obligari ſolet) pro reliquis cum principali liquidatis, executari poſsit fideiuſſor, quia factum cum vno ex duobus conreis debendi perinde alteri nocet ac ſi cum eo actum fuiſſet, vt in. l. fin. C. de duobus reis, vbi agnitio facta per vnum ex conreis debendi alteri conreo nocet. Præterea quia cum calculus ſit quædam confeſsio debiti ſiue reliquati, vt ſupra retulimus, & confeſſio principalis noceat fideiuſſori, vt

voluit

volvit Ruinus, consil. 140. n. 7. &. 9. vol. 1. Surdus Deci. 218. nu. 1. vbi dicit, quod ex sola confessione principalis, probatur debitũ contra fideiussoré ne vtique necessariũ erit, vt ad rationes principales reddendas, citetur eius fideiussor. Rursus, quia cũ huic fideiussori principaliter non interfit, sed secũdario, cum semper habeat ius cedendarum rationum cõtra principalem, ex. l. Modestinus. ff. de solutio. quinimo & ex eodem processu contra principalem agere possit, pro eo quod soluit, vt tenet Bart. in. l. 1. num. fin. ff. iudica. solui. Rodericus Suarez in. l. post rem iudicatã, notabili. 9. num. 2. necessario ad rationes citari non debebit, maxime, vbi ipse non haberet inuentarium, vel librum rationum, alia ve instrumenta & cautiones, ad ipsum med ad ministratorem pertinentes, is enim cuia secũdario interest citari ad causam non debet, ita gl in. l. de vnoquoque. ff. de reiudi. Bart. in. l. in diem. ff. de aqua plubia arcen. in prin. Bal. in. l. ab eo circa finé. C. quomodo & quãdo iud. ex quibus dixit Hipolytus de Marsilis in. l. parte vel marito. n. 117 de quæstio. ff. quod in taxatione expensarum non debet citari fideiussor iudicij.

Prætermisis tamen argumentis & rationibus hinc inde adductis, in pro 4
3 posita specie distinguẽdum erit, fuerit ne fideiussor contractus, an iudicij, si enim quis extitit fideiussor cõtractus, tutelæ, vel curæ, non alias pro reliquis cum principali liquidatis executari poterit, quam si ad ratiocinandum citatus fuerit, argumento text. in. l. grege. §. si a debitore. ff. de pignor. & in. l. a sententia in princip. ff. de appellat. & in. l. præsenti. §. adiicientes. C. de his qui ad statuas confugiunt, & hanc distinctionem probauit Hipolit. de Marsil. in Rubric. de fideiusso. quæst. 49. nume. 349. Balbus de præscriptioni. 3. p. 6. partis numero. 50. Rodericus Suar. in repetitione. l. post rem iudicatam vers. vltimum est supra, vbi addictio Bal desij plures alios cumulauit, idque tenet Couar. practi. quæstio. cap. 39. numero. 5. verum quia, Gregor. Lupus in. l. 49. tit. 18. part. 3. glos. verbo. *por fiador*. Si vero sit fideiussor iudicij, ne vtique opus sit vt citetur, ad hoc, vt sibi præiudicetur, ex actu facto cum ipso principali, ita glo. in. dicta. l. de vno quoque verbo per soluere, vbi Bal. numero. 5. idem Bal. in. l. 2. C. de fideiussor. tuto. & in dicta. l. autore laudato, Maranta de ordine iudicio 6. parte. numero. 32. Anton. Gail. libro. 2. obseruationum, titulo de citatione & conclusione, numero. 300. Vincentius de Franquis, decisione. 400. numero 1. faciunt nota ta per Couarr. in practicis, capi. 13 nume. 6. & per Bart. in. l. 1. num. 2. ff. iudi. solui. Petrus Surdus. d. decis. 218. num. 11. & 13. prædictam distinctionem magis communiter teneri, tenet Minsingerius singu. obseruatio. Centur. 4. decisione. 96. quem refert & sequitur Lancellotus de attenta, 2. part. capit. 20. numero. 13. & 14.

Priorem tamen partem huius distinctionis, veram & indubitabilem reputo, nisi in contractu in quo interceſsit fideiussor, clausula guarentigia sit apposita, puta dedit potestatem omnibus iudicibus exequendi contra eum reliqua ex tali contractu resultantia, vt tenet Baldus in lege secunda. C. de fideiussor. tuto. Iuarez vbi supra, Baeça de inope debitore, capitulo quinto, numero nono. Et in terminis dixit Bald. in lege sancimus §. & cum antiquitas, num. 2. C. de vsur. rei iud. quod quando fideiussor obligatur, dicens, quod solbet quidquid contra princi-

cipalem fuerit liquidatum, etiam vbi is ad ratiocinandum citatus non fuerit, poterit pro reliquis cum principali liquidatis executari, eo quod hoc caſu iam promiſit ſoluere iudicatum contra principalem, non contra ipſum fideiuſſorem tantum.

5 Secundo prædictã concluſionem limita, vbi fideiuſſor ſe obligaſſet, nõ ſolũ ratione contractus. Sed etiã ratione iuditij, hoc enim caſu dubio procul aduerſus talem fideiuſſorem nõ citatũ ad ineũdã rationem, executio pro reliquis fieri poterit, & ita in terminis tenet Bal. in l. fi. n. 3. C. de fideiuſſo tuto. quem refert & 6 ſequitur Greg. Lup. in d. l. 49. verbo *porfiador*. Vbi addit pulcrũ verbũ dicens, quod etiã vbi fideiuſſor tutoris ſe obligaſſet ſimpliciter, ſi tamen renuntiaſſet Autentico de fideiuſſori bꝰ, adhuc principali nõ excuſo, poſſet pro reliquis executari, quam ſententiam ante eũ tenuit Sali. in d. l. 2. C. de fideiuſſo. turp. & Bar. in l. 1. nu. fin. ff. iudica ſolui.

7 Sed modo in propoſito dubitatur, ſi fideiuſſor tutoris aput acta interceſſit an dicatur fideiuſſor contractus, an vero iudicij, & videtur, quod cũ iſte fideiuſſor tẽpore quo tutela in iudicio diſcernitur tutori, ſiue curatori, calore iuditij, & permodũ cõtentioſæ iuriſdictionis ſe obligauerit, dicendus ſit fideiuſſor iuditij, ex tex. in l. cũ oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſo. tuto. ibi enim iudex apud acta ſtipulatur pro minore, item & fideiuſſor rem pupilli ſaluam fore promittit, ſeque reliqua (ſi qua fuerint) ſoluturũ profitetur. Si tamen extra iudicialiter facta ſit fideiuſſio, vim contractus obtinebit, ac per conſequens citandus erit fideiuſſor ad ratiocinia per agẽda, quod ſi citatus non fuerit minime executari poterit, pro reliquis cum ſolo tutore vel curatore calculatis & liquidatis, vt tenet Bal. in l. nõ an bigi. C. de fideiuſſo. tuto. Grego. in d. l. 49 glo. verbo *porfiador* ſupra alegata & ita praxis noſtræ chãcellariæ obſeruare ſolet & hæc eſt veritas infallibilis.

8 Vlterius dubitatur, ſi quis promiſſit ſoluere quod facto calculo cũ adminiſtratore, debere conſtiterit, & adminiſtratore morte præuẽto, calculus factus fuerit cũ eius hærede, & certũ quid reliquatũ ſit. An talis fideiuſſor ſibe promiſſor ſoluere teneatur, quod cũ hærede adminiſtratoris fuit reliquatum. In quo varij varia ſenſerunt, Bar. nãq, Paul. Angel. Imola & Areti. in l. qui Romę. §. Augerius ff. de verborũ obliga. in ea ſunt ſententia, vt nõ alias pro reliquis teneatur fideiuſſor, quam ſi reliqua cũ ipſo adminiſtratore fuerint examinata, quã ſententiã probare nituntur ex tx. in d. §. Auge. vbi in hæc verba cõſultus inquit. *Augerius filio familias ſeruo Publi Mœuij ſtipulãti ſpondit, ſe daturũ quidquid patrẽ ſuũ Publio Mœuio debere cõſtitiſſet, quæſitũ eſt patre defuncto antequã cõſtitiſſet, quid quãtũque deberet an ſi aduerſus hæredẽ eius actũ fuiſſet, atiũ vẽ ſucceſſorẽ, & de debito cõſtitiſſet, Augerius teneatur, reſpõdi ſi cõditio nõ extitiſſet, ſtipulationem non eſſe commiſſam.* Et ratio accidendi huius tex. ſecundum præfatos doctores, ea eſt, quia præſumitur promiſſorem ea motus ratione interceſſiſſe, quia credebat debitorem optimum computum redditurum, eo quod arcana conficiendarum rationum melius cognouiſſet, & hoc fundamento motus Hugo Donelus in d. §. Augerius exiſtimat, multum intereſſe, vtrum viuo patre, an eo mortuo rationes fuerint, diſpũctæ,

cũ si eo viuo factæ fuissent, pater, & sic administrator potuisset habere aliquas exceptiones & defensiones quæ possent facillime ab eius hæredibus ignorari, & sic accidere posset, vt illud reliquaretur, quod re vera non deberetur, & per consequẽs iste promisor compelleretur soluere quod ipse non cogitauit, ex quibus recte fuit responsum â I.C. in d. §. Augerius mortuo debitore siue administratore, ante liquidationẽ reliquatus, conditionem non extitisse, & per consequens stipulationem nõ esse commissam. Quam sententiam his & alijs fortioribus rationibus exornat Bal. in c. ad nostrã col. 2. de Iure iuran. vbi eam communem dicit, & eum sequitur Decius in l. hæredem nu. 1. ff. de regul. iur. Tiraq. de retractu. §. 1. glo. 6. nu. 15. Gometius in § actionũ n. 7. instit. de actio. Gerardus de petra sancta, singula 27. n. 4. vbi pro hac sententia iudicatũ vidisse testatur. Hipoli. de Marsil. singul. 304. Alciatus in l. siquis stipulatus 112. nu. 4. ff. de verborũ Soci. Iunior cons. 47. n. 18. vbi in tantum hanc sententiam veram reputat, vt etiam si talis promissor iurasset talem promissionẽ ad implere, adhuc si ratio cũ ipso debitore non esset calculata, etiã in animæ iuditio, ad solutionem reliquorum non teneretur, eo quod de natura talis promissionis sit, vt ratio liquidetur cum ipso debitore viuente, quia rationes in prompta habere præsumitur. Ex quibus inferunt doctores supra relati, quod siquis promisserit pro mercatore vel amico se soluturũ quidquid illum debere constiterit facto calculo, non alias ad reliqua tenebitur, quam si liquidatio & calculatio cum eodem debitore viuente facta fuerit.

Aduersus tamen prædictam sententiã cõmunẽ. Tenet idẽ Alciat. li. 1. disp ũctionũ c. 13. Conanus lib. 6. cõmentario. Duarenus in d. §. Augerius vbi tenet prædictã cõmunẽ, cõtrariã esse & iuri & æquitate naturali, tenet quod Pau. Cast. ibi: & eũ sequitur Anto. Gome. secundo tomo de contract. c. 11. nu. 37. & aduersus illã in Granatẽsi senatu iudicatum fuisse testat. Costa relatus & sequutus â Ioanne Gutie. de iuramen. confir. in additione ad capitu. 31. 1. partis, posita in fine primæ partis, & illã multis argumẽtis impugnat Couar. in practi. c. 39. n. 5. vbi asseuerat nihil posse dici, quod magis à vera mẽte & sẽsu I.C. Cepolæ abhorreat, quodque magis ab æquitate & âcõ gruis tramitibus veritatis deuiet, nihilque quoad humana cõmertia, cõmutationes, & cõuentiones magis alienum esse, & vlterius statim subdit, quod si verba conuentionũ prædictæ cõmunis sententiæ nugas paterẽtur, forent mille aliæ calumniæ admitẽdæ, & hij pasim decipiẽtur, qui bona fide in cõtractibus versantur, quod valde iniquũ & pernitiosum esset, ibiq; ad argumẽta pro contraria cõmuni sentẽtia adducta & argute &(suo more) erudite respõdit, quinque intellectus adducẽs ad tex. in d. §. Augerius quos quilibet apud eum videre poterit, & aliũ non minus elegãs intellectũ cumulauit Anto. Gom. vbi supra inhærẽdo verbis I.C. Cepolæ in d. §. Augerius, aliũ etiã tradidit Ioan. Gutie. loco superius citato, dicẽs quod tex. in d. §. Auger. nõ dicit quod promissio fuit facta de eo quod cõstitit patrem debere, & sic dicit, lapsos fuisse cõmunis sẽtẽtiæ sequaces, sed quod potius de eo fuit cõceptastipulatio, ꝙ pater administrator publico Mœuio debere cõstitisset, quod quidẽ verbũ constitisset, cũ sit tẽporis

9

ris pluſquam perfecti, debet intelligi de eo quod iam deberi conſtitiſſet, tempore quo facta fuit promiſſio, & ſic de illa quantitate quæ in vita debitoris fuerat liquidata, quia fuit conditio de præterito, vnde cũ I.C. proponeretur, an deberet quod in vita patris adminiſtratoris illum debere conſtitiſſet recte Cæpola reſpondit dicens, ſi conditio non extitiſſet ſtipulationem non eſſe commiſſam, hoc eſt ſi creditor in vita debitoris non demonſtraſſet, quantum deberetur, ſtipulationem non eſſe commiſſam, communis vero doctorum loquitur in ſatis diſimili caſu, ſcilicet quando obligatio fideiuſſoris fuit ita concepta, ſcilicet promito me ſoluturũ quidquid Titium debere conſtiterit. Et ſic non ad liquidationem præteritam cum ipſo debitore faciendam ſe aſtringere conſtat, quo caſu recte fundatur communis ſententia, cũ re vera fideiuſſor vel promiſſor illud tantum ſoluere voluerit, quod conſtiterit deberi, facto calculo cũ ipſo med debitore, & non alias, non tamen licitum fuit tantis & tan grauiſsimis Doctoribus, tex. in d. §. Augerius pro ſua opinione perſtringere. Cum longe diuerſa ſit ratio decidendi in vno caſu quam in alio, & certe ſi atento animi iudicio rem hanc conſideremus, ſcopum veritatis primus omnium atingit Acur. in d. §. Augerius verbo non extitiſſet, dum inquit, non extitiſſet, quaſi dicat, ſi nondum tempore ſtipulationis, conſtiterat de debito, & ex hoc conditionalis ſtipulatio in præteritum concepta, non poterat commiti in æternũ, quia falſa de præterito ſunt impoſibilia: & hic meo iuditio eſt verus intellectus ad tex. in d. §. Augerius, & ita tenet Villadiego poſt hæc ſcripta viſus in l. 4. tit. 5. li. 2. del fuero juzgo n. 8. fol. 141.

Ex quibus deducitur manifeſte, in caſu â communi ſententia propoſito, non ſolum via ordinaria, ſed etiam executiua talem fideiuſſorẽ ſiue promiſſorem conueniri poſſe, dummodo ad rationem cum hærede debitoris calculandam fuerit citatus, quia licet verum ſit, quod ius conditionis implendæ ad hæredem tranſeat, hoc eſt verum & procedit dummodo non ſic adhæreat perſonæ nominatæ, quod per aliũ æquè expediri non poſsit, cum tamen rationes viſis libris & chirographis alijs ve cautionibus defunti ab hærede etiam facile diſpũgi poſsint, in caſu in quo loquitur communis doctorũ opinio, nimis falitur, multum que ab ſcopo veritatis ab errat.

10 Vlterius dubitatur in propoſito, an aduerſus fideiuſſorẽ tutoris executio fieri poſsit, pro reliquis reſultantibus ex adminiſtratione rerum pupillarium, poſt finitam tutelam peractam, quemadmodum fieri poſſet, pro reliquis reſultantibus ex adminiſtratione ipſa tutelæ, & dicẽdũ videtur, quod minime executari nec etiam cõueniri poſsit, pro reliquis adminiſtrationis peractæ finita adminiſtratione, hoc eſt finito tẽpore â lege ad adminiſtrandũ tutelã cõſtituto, ex tx. in l. Lutius. §. Paulus. ff. de adminiſt. tuto. ibi. *Paulus reſpondit, propter ea quæ poſt puberta tem nulla neceſsitate cogente, ſed ex voluntate ſua tutor adminiſtranit, fideiuſſor qui ſaluam rem fore cauit, nõ teneri.* Et in l. 12. tit. 16. par. 6. & ibi Grego. verbo *debe durar.*

In contrarium tamen vrget tex. in l. Si poſtea. ff. rem pupilli ſaluam fore, ibi. *Si poſtea quam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in reſtituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum eſt & fructuum*

nomine, & vsurarum medij temporis, tan fideiussores eius, quam ipsum teneri. Pro qua sententia facit, quia tẽ 11
pus prorrogationis idem reputatur cum tempore commissionis, vt in l. sed si manente. ff. de precario. Sed pro concordia prædictorium iurũ dicendum erit, quod tex. in d. §. Paulus loquitur quando tutor finita tutela, nouum negotium adulto atingentem incoauit, nulla cogente officij necessitate, quo casu ne vtique pro administratione illius negotij fideiussor tenebitur, cũ ipse (tempore quo intercessit) ad administrata tempore lege constituto se astringere tantum voluisset, vt in l. fi. C. de periculo tuto. Et pro hac sententia facit tex. in l. si cum hermes. C. de locato, vbi qui fideiussit pro prima conductione, non tenetur pro cõductione prorogata, absq; eius volũtate, tex. etiam in l. non intelexit, § cũ inquinquẽnium. ff. de iure fisci, secus tamen si prosecutus fuisset tutor administrationem connexorum, ad quorum assistentiam ex necessitate officij præcise erat obnoxius, vt in l. 1. C. vt causæ post pubertatem adsit tutor, & in l. tutor post pubertatem. C. arbitrium tutelæ. Textus vero in d. l. si postea, loquitur de rebus ante finitam tutelam administratis, in quibus restituendis finita tutela moram fecit tutor, quo casu non solũm tutor, verum & eorum fideiussores (pro mala administratione) tenentur. Et in hunc modum prædicta iura ad concordiam redigit Parlado. li. 2. rerum quotidia. ca. fi. 1. part. § 12. num 57. Rursus pro hac sententia facit, quia fideiussor qui pro iudice intercessit, censetur intercedere pro gestis in primo anno, qui est terminus à lege constitutus iudici adiudicandum, quando simpliciter à Rege vel domino ad iudicandum fuit electus, vt in terminis tradit Bobadilla li. 5. politicæ c. 1. n. 90.

Vltimo & finaliter dubitatur, an rationibus dispunctis cũ matre pupilli, quæ ad secũdas nuptias migrauit, nõ petito prius tutore filio suo, cuius tutelam ipsa administrabat, reliqua, non solum aduersus matrẽ, verum & aduersus vitricum, exequi possint. Et dicendum videtur, quod & si aduersus matrẽ reliqua exequi possint, minime tamen aduersus vitricum executioni mandati valeãt, quia & si verum sit, quod matre tutrice ad secundas nuptias conuolante bona secundi mariti pro reliquis tutelæ sint minori obnoxia, siue tacite hipothecata, vt in l. si mater. C. in quibus causis pignus vel hipothe. tacite contra. ibi. *Mariti quoque eius, præteritæ tutelæ rationibus, bona iure pignoris tenebuntur obnoxia.* & in l. 5. tit. 16. & in l. 26. tit. 13. par. 5. idque communi omnium doctorum calculo sit receptum ex Philippo Portio li. 5. conclusionum c. 5. Cabalca de tutore nu. 322. Gutierrez de iura. confirma. li 2. q. 26. nu. 11. tamen nullo iure cauetur: quod talis vitricus pro reliquis executari possit, & id iure fundatur, cũ ipse non iniuste dicere possit, instrumẽtũ nõ loquit de me. 12

Cõtrariã tamẽ sentẽtiã: in terminis nostræ quæstionis tenet Marãta de ordine iudiciorũ c. de executione sentẽtiæ, n. 33. pag. mihi. 660. vbi dicit, quod si vxor mortuo viro, suscepit tutelã filij, & trãsiuit ad secũda vota, nõ petito prius tutore filio, reditis rationibus, poterit cõtra maritũ fieri executio pro reliquis, virtute tacitæ hipothecæ, & hãc sententiã reputat mẽti tenẽdã, & cã in proposito singularem dicit, eo quod quilibet contrarium facile respõderet.

Ego tamẽ Marãtæ sententiã difficilem reputo, & eam eo solum casu

veram

veram crederem, scilicet si rationes cum vitrico fuissent dispunctæ & prius facta esset excussio in bonis matris, ea tamen excusa, maritus executari in bonis pro reliquis posset, vt tenet Hipolytus de Marsilis singulari 248. & ratio ea est potissima, quia & si bona mariti, tacite & ex legis dispositione videantur pro vxore fideiubere, vt fideiussor indemnitatis reputabitur quæ non aliter quã excusso prius principali conuenitur, vt in l. fi. & ibi communiter Bar. & omnes. ff. si cer. peta. nõ enim negari poterit, quin vt simplex fidei iussor habeatur, cum beneficio excussionis, tacite vel expresse non renũtiauerit, & sic remanet obligatio bonorum mariti, in terminis Auth. presen. C. de fideiusso. & ideo prius bona vxoris quam mariti excutienda erunt, quia ista tacita hipotheca alege inducta intelligitur seruato ordine iuris, ex his quæ notat Molina de primoge. lib. 1. ca. 3. num. 22. ad medium. Qualiter autem aduersus testes qui aliquem in tutorem nominatum, idoneum affirmauerunt, & contra iudicem qui eos recepit, agi possit pro reliquis, vide per Aceuetum in l. 6. tit. 9. lib. 10. recopi. num. 8. & 9. vbi late resoluit.

Vltimo & finaliter dic in proposito, quod etiam si fideiussor tutoris teneatur pro mala administratione ad damnum & vsuras non tamen tenebitur pro vsuris, vel interesse ratione malæ administrationis restituendo aliorũ administratorũ fideiussor neque incurret in pœnas (ratione officij) per principalem incurras, ex tex. iuncta gloss. verbo Paulus in l. Lucius. ff. ad municipal. & in l. constitutionibus eod. titulo, vbi dicit plus, quod quando administrator conuenitur ad reliqua reddenda & ob hoc condemnatur, non debet cõdemnari in vsuris pecuniæ ad cuius restitutionem condemnatur neque per consequens eiusdem administratoris fideiussor condemnauitur.

SVMMARIVM.

1 *TVtor nobilis an si executatus pro reliquis, fideiussorem (vulgo de saneamiento) non præstiterit, incarcerari possit.*

2 *Parentes vtriusque sexus, pro reliquis tutelæ, filiorum vel nepotum, an incarcerari valeant.*

3 *Parẽtes sunt filijs veluti Deus alter.*

4 *Mater quæ fuit tutrix filij, etiamsi omni legum auxilio in instrumento tutelæ renuntiauerit, non poterit pro reliquis tutelæ incarcerari, & quid in auia.*

5 *Priuilegio mulieribus à lege concesso, ne pro debitis ciuilibus incarcerentur, an renuntiari possit.*

6 *Auus vel auia pro reliquis tutelæ nepotis quam administrauit, an incarcerari possit.*

7 *Socer à genero conuentus pro reliquis tutelæ vel curæ filiæ, an possit incarcerem detrudi.*

8 *Frater tutor fratris an pro reliquis tutelæ possit incarcerari.*

9 *Sotius reliquatus in administratione sotietatis, an pro reliquis possit incarcerari.*

10 *Comparatus non debet esse melioris conditionis, comparato.*

11 *Frater pro reliquis tutelæ sui fratris quod administrauit, an in solidum conueniatur.*

12 *Alimenta qui alicui præbere tenetur, an teneatur illa in proprietate constituere.*

13 *Sotius posset pro reliquis sotietatis incarcerari, quando sotio reliqua petenti, non remanerent alia bona ex quibus alimentari posset.*

14 *Sotius qui iurauit reliqua sotijs restituere, si non restituat capi poterit.*

15 *Sotius reliquatus ob administrationem sotietatis, si habet officium vel artificium ex quo viuere possit, potest conueniri vltraquæ facere possit.*

16 *Nobilis qui fuit Maiordomus vel depositarius orrei, vel positi publici, an pro reliquis capi possit.*

17 *Priuilegium concessum ordini, vel sexui, an possit renuntiari.*

18 *Nobilis reliquatus pro administratione regalium reddituũ, an capi possit, si executatus pro illis fideiussorem in dẽnitatis non præsiterit.*

19 *Positi administrator, habetur instar depositarij.*

20 *Depositarius qui velociter depositũ non restituit, dicitur esse in dolo, & ratione perfidiæ ex quasi delicto conuenitur, quinimo & vt fur habetur.*

21 *Hæres administratoris si inuentarium non confecit, an possit capi pro reliquis ex administratione resulantibus.*

22 *Maritus matris tutricis, quæ ad secunda vota trãsiuit, an pro reliquis aduersus eius vxorem liquidatis, & executari & capi possit.*

CAP. XXXIII.

De captura administratorum in executione reliquorum.

1 IVRE regio constitutum extat, in l. fi. tit. 21. li. 4. recopilatio. vt si executatus, fideiussorem indẽnitatis (vulgo de saneamiento) non præstiterit, interim quod illum præstare distulerit carceribus mancipetur, & hæc regula in tantum est vera & procedit, vt etiam si aliquis nobilis aliena bona administrauerit, vtpote tutellam vel curam, & quid simile, priuilegio nobilitatis non obstante, pro reliquis executari & capi possit, vt in nobili tutore reliquato scripsit Bar. in l. 1. §. 1. versi. sic tutores. ff. de falsis, cuius sententiam se quitur additio. Castelli in l. 79. tauri. Bobadilla in politica lib. 3. cap. 5. num. 31. & non solum pro reliquis capi posset, verũ & antequã sit reliquatus, si reddere rationem, tutelæ, vel alterius sibi com-

commiſſę adminiſtrationis ſubterfugeret, quod manifeſte probatur in leg. 4. tiçul. 19. libr. 5. Recopil. ibi, *Y lo miſmo mandamos que ſe guarde y cumpla con los recaudadores y mayordomos de los cõçejos o otras qualeſquier perſonas que ſe alçaren.* Ex quibus verbis prædictam ſententiam iudub tabilem reputat Bobadilla vbiſupr. in adminiſtratoribus bonorum publicorum, vel poſiti, & idem tenet lib. 5. politicæ, cap. 4. nu. 80.

Verum licet prædicta concluſio regulariter locum habeat in omnibus adminiſtratoribus pro reliquis conuentis: tamen eam limitandam reputo ſequentibus modis. Primo
2 in parentibus vtriuſque ſexus, qui licet pro reliquis tutelæ filij executentur, attamen fide iuſſore, *De ſaneamento*, non præſtitò, minime carceribus mancipantur, vt tenuit Bartol. in authent. matri, & auiç, nu. 13. C. quando mulier officio tutel. fungi poſsit, & in l. ſi quis ſub conditione, num. 20. ff. de teſtamenta. tutel. Idque propter naturalem reuerentiam à filijs parentibus debitam cõſtitutũ eſt. Sunt enim filijs parentes,
3 veluti Deus alter, vt aduertit Cicero in oratione pro Geneo. Plautio. ibi, *Quem venerentur vt Deum, nec enim multo ſecus parentes liberis.* Et hanc ſententiam loquendo in matre tutrice cõmuniter receptã dixit Couar. lib. 1. variar. c. 1. n. 3. & latius, ac melius in repet. capituli Quãuis pactum in initio. 2. part. nu. 7. verſ. adhuc vero Plaç. in epitome delictorũ, c. 34. nu. 13. Ant. Gom. in d. l. 79. Taur. vbi hãc ſententiam in tantum verã reputat, vt dicat, ꝙ etiam ſi mater omnilegũ auxilio renuntiaſſet, adhuc pro talibus reliquis capi nõ poſſet, & ita etiã tenuit Rode. Suar. in l. 2. tit. de los gouiernos, n. 10. verſ. ad ditio, & ratio illa eſt potiſsima, quã reddit Iuſtinia. in aut. de nupt. §. Sed quod ſanctum collat. 4. ibi, *Erubeſcit lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere.* Et hanc ſententiam late proſequitur Matienço. in l. 9. tit. 3. gl. 4. 1 u. 4. lib. 5 recop. & eam in iudicando, & conſulendo tenendam fore firmauit Proſper Farinat. in tom. criminalium, titu. 4. de carceribus, q. 27. n. 61. quem & alios pro hac ſententia refert & ſequitur Bobadilla vbiſup. glo. litera. H verſ. Contraria opinio, Mol. de iuſt. diſp. 571. verſ. dubiũ eſt, & in matre tutrice filiorum reliquata indubitatũ reputo, ſiquidem in qualibet alia muliere regulariter hoc iure conſtitutũ eſt in l. 62. Tau. vt mulieres pro debitis ciuilibus nõ incarcerẽtur: ex cuius legis deciſ. hodie ceſſat opinio Laſ. in l. ſi ego, n. 4. relata a Dueñ. in regu. 312. quatenus firmauit, ꝙ mulier poteſt incarcerari pro adminiſtratione tutelę, minime namq; eorũ ſententia locum haberet, etiã ſi mulier tutrix omnilegum auxilio renũtiaſſet, niſi adminiſtratio habuiſſet admixtum delictum, quo caſu mulier perdidit priuilegium, vt in dicta l. Tauri, ibi. *Porque ninguna deuda que no deſcienda de delito.* Illud enim priuilegium, quod mulieres pro debito ciuili non incarcerentur, cum ſit inſertum in corpore iuris, minime poteſt renuntiari, & illius renunciatio expreſſa, vel tacita, eſſet ipſo iure nulla, vt notant Doctores in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, cum enim ſit conceſſum in fauorem totius fœminei ſexus, & ob eius honeſtatem, minime a particulari renuntiari valet, vt tenet Socinus in l. plerique, num. 40. ff. de iniuſ. vocand. Dueñas dict. regula. 312. Menochius li. 1. de arbitra. caſu. 88. num. duodecimo. Auiles in proœmio capi. prætor. numero. 27. Et plures etiam alios,

pro hac sententia refert collega noster Baldesius, nuper in Auditorem Granatensis Senatus electus, in additionibus ad Roderic. Suarez, in dict. nu. 8.

6 Et quod in patre & matre retulimus: extende etiã ad auum vel auiã cæterosque ascendentes, qui suorũ nepototum vel Pronepotum tutelam vel curam administrauerũt: ex text. in l. 1. titul. 15. part. 5. Et hanc sententiam tenet Ias. in. §. sed & si 11
quis, num. 2. Institut. de action. vbi dicit hanc conclusionẽ extendi posse ad parentes vtriusque sexus in infinitum. Quinimo, & si socer reliqua
7 tus esset a genero, non secus dicendum foret, cum socer loco patris habeatur, in l. 15. titul. 11. part. 4. ibi. *Porque los hijos y los hiernos nõ deben apremiar a sus padres, ni a sus suegros, assi como otros estraños.*

8 An autem frater, qui alterius fratris bona administrauit, pro reliquis incarcerari possit, vel vltra quam facere possit conueniri valeat: maior dubitatio est. In qua difficultate Ias. in d. §. Sed si quis, num. 1. sequendo Albericum & Iacobum de Rauen. ibi, tenet, fratrẽ minime pro huiusmodi reliquis posse incarcerari, & eorum sententia ex eo com-
9 probatur, quia quemadmodum sotius pro reliquis sotietatis incarcerari non potest: ea nempe ratione, quia socij ius quodammodo fraternitatis inter se habẽt, vt in l. verũ ff. pro socio, multo maiori ratione ipse frater pro reliquis administratio
10 nis fratris, non poterit carceribus mancipari. Nõ enim debet esse melioris conditionis comparato, ex illo vulgari axioma. Propter quod, vnum quodque tale, & illud magis. Et secundum istam sententiam, in contraditorio iudicio obtentũ fuisse testatur Anton. Thesau. decis. 119 num. 1. Vbi ita in Neapolitano senatu iudicatum fuisse refert.

Contrariam tamen sententiam tenet glos. in dict. l. verum, verbo, fraternitatis: vbi dicit Acursius, q frater qui bona sibi, & fratribus suis communia administrauit, pro reliquis carceribus poterit mancipari. Idque tenet Baeça, de inope debitore, cap. 17. a num. 80. Castell. in l. 66. Taur. verb. *Desarraygar.*

Mihi tamen prior opinio verior & humanior videtur, scilicet, quod licet frater non possit pro reliquis tutele fratris incarcerari, quando non constat dolose administrasse, (quia hoc casu nõ esset indulgendũ malitijs. l. in fundo. ff. de rei vendi.) possit tamẽ in solidum pro reliquis a fratre conueniri, ita vt non sit habenda ratio egeat, nec ne, cum frater non sit de personis connumeratis in. l. sunt, qui in id. ff. de regul. iur. Quam canonizauit text. in l. 1. titul. 15. part. 5. & in l. 15. titul. 10. eadem partit. Quod tamen in socio secus erit, vt in d. l. verum, vbi glos., verb. fraternitatis, assignat differentiæ rationem, dicens ideo socium pro reliquis societatis a socijs conueniri in solidum non posse, quia præsumitur quod ab initio contractæ societatis hæc honesta conuentio præcesit, scilicet, ne aliquis ab altero vltraquã facere possit cõueniretur, ne impediatur societatis humanę cõsortium & propter commodiorem vsum commertiorum. Quæ sentẽtia locum habet etiam, vbi huic iuri esset renuntiatũ, vt tenuit Iacobus Butricarius in tractat. de renunciatione, cap. 10. volu. 12. & in fratre, & socio, & alijs tradit Petrus Sud. de aliment. omnino videndus quæst. 78. fol. 71. quem vide, quia licet ipse sit surdus, eius labores innumeros auditores facient quia sunt eggregij. Quo fit vt omni

casu

caſu ſocio relinqui debeat tantum in bonis, vt ſecundum eius qualitatem viuere poſsit, & ita eſt intelligẽdus text. in dict. l. 1. partit. ibi. *O ſi fuere cõpañero*, &c. Et rurſus inferius. *Caen tonces el juzgador deue dexar a cada vno deſtos tanta parte de ſus bienes, de que pueda viuir guiſadamente.* Quod vtique verum intelligo, ita vt neque ſufficiat ſocio relinquere tantum de ſuis bonis quantum ad eius vitæ diſpenſationem ſufficiat, ſed demum tantum in proprietate, ex cuius redditu poſſit ipſe ſimul, cum ſua familia alimẽtari. Et ratio qua moueor ea eſt, quia quando aliquis alicui alimenta preſtare (ex legis diſpoſitione) tenetur, illa in proprietate conſtituere debet, vt voluit Bald. in l. 2. numer. 1. ff. ſi quid in fraud. patro, vbi Paul. num. 6. & plures alios pro hac ſententia refert Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 27. 12

Prædictam tamen concluſionem, de ſocio non conueniendo, vel exigendo, vltra quam facere poſsit, veram intelligo, dummodo ſocius qui eum reliquabit, aliàs habeat ſubſtantiam, & bona pro ſuo victu ſufficientia: ſecus tamen ſi tantum haberet (dum taxat) quantum a ſocio reliquauit, quia hoc caſu inſolidum pro reliquis poſſet conueniri ſocius reliquatus, vt notat Gregorius in l. 15. titul. 10. part. 5. gloſſ. verbo, *viuir*, quam ſententiam ego ſub intelligerem & veram putarem, ita vt ſi aliquid haberet ſocius qui ſociũ reliquauit, non tamen ad ſuam ſuorumque diſpenſationem ſufficeret de bonis ſocij reliquati ſuppleri deberet, ita vt melioris ſit condirionis reliquator, quam reliquatus, Charitas namque bene ordinata incipit a ſe ipſo, vt in l. præſes, C. de ſerui. & in propoſito charitatis bene ordinatæ plura cumulat Matth. de Afflict. 13 decisione nonageſima per totam.

Secundo prædictam concluſionẽ limita, ſi ſocius reliquatus in initio contractæ ſocietatis iuraſſet & promiſiſſet integra reliqua ſocijs ſe ſoluturum, & ita hanc concluſionem limitat Gutierrez de iuram. confirm. 1. part. cap. 17. nu. 14

Tertio limita vbi iſte ſocius reliquatus haberet officium, vel artificium, ex quo laborãdo ſe alere poſſet, quia ei qui ſe habet, vnde ſe alere valeat, alimenta relinqui, vel præſtari non debent. Ex hisquæ late tradit Molin. de primogen. dict. ca. 15. num. 46. Lara plures pro hac ſententia referens, in tractat. de aliment. §. Sed ſi filius, nu. 123. Gutier. in terminis dict. ca. 15. num. 5. 15

Quarto limita vbi ſocius dolo feciſſet, quo minus reliqua ſocijs ſoluere poſſet, vt in dict. l. verum, in princ. & in §. tempus autem. ff. pro ſocio, & ita tenet gloſſ. in §. ſi de dote Inſtide actio. Molin. d. diſputa. 571. verſic. Quinto ſocius.

Rurſus in propoſito dubitatur, an ſi aliquis nobilis poſiti, vel ob reipublicæ adminiſtrationem per egerit, & in calce adminiſtrationis, in aliqua tritici, vel pecuniæ quantitate fuerit reliquatus, & pro ea executatus fideiuſſorem indemnitatis, vulgo, *De ſaneamiento*, nõ præſtiterit, poſſit in carcerem detrudi, & dicendũ videtur quod nõ, etiam ſi ipſe in initio ſuſceptæ adminiſtrationis priuilegio nobilitatis ſibi competenti renuntiaſſet: quia quando priuilegium conceditur propter dignitatem perſonarum, minime a priuilegiatis ipſis poteſt renuntiari, ex his quæ notant Anton. Gom, & Cifontanus in l. 79. Taur. Dueñ. dict. regula. 312. & prædictam ſententiam extendit Gomez vbi ſup. nu. 3. etiam in caſu, quo talis nobilis renuntiaſſet huic nobili 16

tatis priuilegio sub iure iurando, quod non vtetur priuilegio sibi cõpetenti, & idem tenet. 2. tomo variarum. cap. 11. num. 54. & c. 14. n. 24. Otalora de nobil. 3. p principali. c. 6. n. 3. & 2. parte. 3. partis principalis, c. 9. n. 8. Burg. pacificus cõs. 10. n. 17. Azeuet. in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. recop. vers. cõtrariũ, n. 14. Pro qua sentẽtia facit quia cũ hoc ius nobilitatis ipsi nobiliũ sanguini adhæreat, vt in l. 2. §. quæ omnia, C. de veteri iure enucleand. neque renuntiari, neque pacto remitti poterit, l. ius agnationis ff. de pact. est enim tanquam character sanguini impressum, & prædictis fundamentis hanc sententiam tutantur Menchaca libro. 3. de succesio. creation. §. 22. a numero. 74. Auendañus in dictionario, verbo, Caualiero, versic. sit ergo conclusio, & loquendo in nobili tutore, ita tenet Caualcan. de tutore, nume ro. 322. cum sequenti, Didacus Perez in l. 1. titul. 2. libro 4. ordin. vete. columna. 1365. Gutierrez omnium latissime, de iuramento confirmatorio, prima parte, capi. 16. numero. 37. & in terminis nostræ quæstionis, ita iudicatum fuisse in hoc Pinciano Sẽatu testatur Bobadilla in libro. 3. Politicæ, c. 15. nu. 21.

17 Verum aduersus prædictam sententiam facit, quia etiam vbi priuilegium concessum fuit sexui, vel ordini, a quocunque priuilegiato renuntiari potest, vt loquendo in priuilegio nobilium tenuit Barbatia in cap. lator, de pignor. & in ca. ad Apostolicam, de regula. Orosc. in l. ius agnationis, nume 4. ff. de pact. Gregor. Lup. in l. 34 tit. final. par. 7. Castellus in. l. 79. Tau. glos. 1. & Doctores cõmuniter in l. si quis in conscribendo. C. de pact. vbi Orosc. fatetur vtramque sententiam substineri posse, & hanc opinionem latissimo sermone prosequitur Baeça de inope debitore, cap. 16. nume ro. 47. vbi fundamentis pro contraria sententia adductis satisfacit vsque ad numerum, 91 Ioann. Gars. de nobil. glos. 6. in princ. num. 18. & 19. Mier. de maiora. 1. par. quæst. 38 nu. 2. vbi testatur varios de hoc in Granatensi prætorio sententias latas fuisse, idque tenet Couar. in cap. quamuis pactum. nu. 5. de pact. lib. 6. hanc etiam affirmatiuam sententiam in Chancelarijs & supremo Regis consilio seruatam fuisse testatur Bobadilla in polit dict. nume. 21. loquendo in propriis terminis nostræ quæstionis: quod maxime locum habere dicit, vbi talis renunciatio fuisset iurata ex doctrina Menchac. supra relata, limitatione. 32. nu. 19. versicul. & su hanc partẽ, Baeça d. ca. 16. nu. 62. quos refert & sequitur Gutierrez, loco supra citato, & nouissime Molina de Iustitia disputatione. 571. versic. contraria vero. Tenendo contra Gometium, & alios supra pro contraria opinione relatos.

Inter has tamen nostrorum varietates, dicendum existimo, quod si renunciatio nobilitatis sit simpliciter facta, nullo modo noceat renuntianti, nisi in casu quo esset nobilis siue fidalgus de priuilegio, quia priuilegium facilius perditur, quã quod de iure communi competit. l. eius militis. §. militiæ. ff. de milita. testamento. Laurentius de Palat. de Fano in tractat. de succesion. mascul. exclusis fœmi. per statu. 1. part. numer. 82. post numerum. 54. iurata vero renunciationem valere arbitror, ex supra relatis. Vel etiam limita vbi nobilis reliquatus fuisset pro collectione Regaliu mredituum, quia hoc casu, etiam si simpliciter renuntiasset, posset pro reli-

reliquis incarcerari, eo quod nobilis per huiuſmodi officij adminiſtrationem libertatem ſuam infringit, vt in l.4.tit.2.lib.6.recopi.ibi. *Porque en tal caſo el miſmo quebrãta ſu libertad.* Et ex huius legis verbi, affirmatiuam ſententiam firmauit Parlador.lib.2.rerum quotidia.c.fi. 5.par.§.6.num.12.Bobadilla in politica lib.3.cap.3.num.50. Molina de iuſtitia diſputa.571.verſic. ſi tamen loquendo in fidalguis adminiſtratoribus poſitorum, ſiue montium pietatis, quinimo & idem ſeruandum exiſtimat, vbi fidalgus recepiſſet triticum vt in pane cocto alicui monaſterio vel alijs perſonis præſtaret num.70.cum ſequenti, vbi rationẽ huius concluſionis late refert, quod ego verum intelligo, etiam ſi talis panetarius iuri nobilitatis ſibi competenti non renuntiaſſet, propter delictum huic perfidiæ annexum, & ita in noſtra Pinciana chancellaria iudicatũ vidiſſe teſtatur. Idque rurſum ipſe firmauit lib.5.cap.4. num. 80.& licet nihil pro hac ſententia
18 referat, tamen ipſa fulciri poſſet, ex eo, quia iſti adminiſtratores habentur inſtar depoſitarij, eo quod illis datur in confidentia triticum, vt illud in pane cocto domino poſtulante reſtituant. Depoſitarius namque qui retardat depoſitum, & illud celeriter non reſtituit, quodammodo eſt in dolo, quinimo & vt fur habeatur, vt in cap.1.de depoſito (& in propoſito dicit Plotus de in litẽ iurando num.394. quod vbi depoſita-
19 rius non vult reddere depoſitum, iuſta cauſa non interueniente, vel litigat quominus illud reſtituat, dicitur eſſe in dolo, & fidem non ſeruare, & eſſe in perfidia, & ſi patiatur ſe condemnari ad reſtitutionem depoſiti, efficitur infamis, vt in l.1.ff.de his qui notantur infamia, eo quod depoſitum habeat executionem paratam, vt in l.penult.& ibi Bar.C.de poſiti) ideo contra tales in litem poſſe iurari non ambigit, vt in l.1.§. in depoſiti quoque.ff. depoſiti: & pro prædicta ſentẽtia probatur: eſt tex. in l.6.tit.2.lib.6.Recopila.qua cauetur, quod nobilis pro debito decendenti ex delicto vel quaſi delicto iure poſsit incarcerari.

20 An autem hæres adminiſtratoris capi poſsit pro reliquis eius cui ſucceſsit, vide ſupra iſto libro cap.9. num.42.

21 An maritus ſecundus matris tutricis, quæ non petito tutore ad ſecundas nuptias conuolauit, poſsit capi pro reliquis tutelæ, quam eius vxor adminiſtrauit, vide quæ diximus in cap.præcedenti num.fin.

SVMMARIVM.

1 *RAtio nihil aliud eſt, quam hinc inde compenſatio.*

2 *Liquidatio debiti quod compenſari petitur, ſi in continenti offeratur, an debeat admiti.*

3 *Adminiſtrator pro reliquis vnius adminiſtrationis conuentus, creditum ex alia adminiſtratione compenſare deſiderans, in reliquorum executione, an audiri debeat.*

4 *Creditor de decem ex cauſa ſotietatis, an poſsit compelli illa compenſare cum alijs decem, quæ ex alia ſtatione ſuo debitori ſoluere tenetur.*

5 *Depoſitarius annonæ frumentariæ, an poſsit in executione*

reliquo

reliquorũ obicere cõpensationẽ.

6 *Sotius qui aliquid debet societati, an volens compensare quod sibi ab alio ex sotijs debetur, audiri debeat.*

7 *Damnum quod imputatur sotio male administranti, an compensetur cum commodo quod ipse societati acquisiuit.*

CAP. XXXVI.

De exceptione cõpensationis aduersus executionem reliquorum opposita.



Dministrator pro reliquis administrationis executatus, opponere solet compẽsationem, de alijs parcellis ab executante ex alia causa sibi debitis, ideo videre libet, quo casu similis compensatio admiti debeat, & in primis dicendum videtur, quod compensatio cuiuscumque parcellæ liquidæ non solum in rationis redditione, verum & in eius executione admi-
1 ti debeat, nihil enim aliud est ratio, quam debiti & crediti hinc inde compensatio, vt scripsit consultus in l. si quis ex argentarijs. §. Rationes. ff. de ædendo tenet. Soci. consilio 149. versiculo ex quibus infertur. Angel consil. 132. Alex. consil. 12. volu. 2. Guidon papæ in tractatu de compulsorijs quæst. 5. vbi compensationem admitendam reputat supra dictam, nõ solum in ipso actu reddendæ rationis, verum & in earum executione, hocque more apud Gallos obtentum fuisse testatur, & plures pro hac sententia adducit Tiraque. de retractu. linagier. glo. 3. numero 4. Menoc. lib. 2. de arbitrarijs cap. 14. numero 1. vbi addit
2 quod si incontinenti offeratur liquidatio debiti quod compensari petitur, omnino sit admitenda, ex tex. in l. ex causa. C. de compensa. ibi. *eum vero qui iudicati conuenitur, cõpensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.* Pluraque in proposito refert Parladorius lib. 2. rerum quotidia cap. fi. 5. part. § 11. num 30.

3 Sed modo in proposito dubitatur, an administrator pro reliquis vnius administrationis conuentus, possit petere, vt sibi compensatio admittatur, de alio debito ex diuersa administratione (inter easdem tamen partes) prouenienti, & dicendum videtur, quod non ideo quia â separatis non sit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. scripturæ. C. de fide instru. idq, manifeste probari videtur ex tex. in l. 1. C. de compensa. ibi. *ita demum si eadem statio quid debeat.* & in l. 3. eo tit. Per quæ iura hanc sententiam tutatur Aflictus decisione 19. numero 4. Caualcanus in terminis rationis re-
4 dendæ, in tractatu de tutore, num. 220. vbi tenet quod si ego debitor sim Titij in decem, ex causa sotietatis, & Titius debeat mihi alia centum ex causa mutui, non sum com-
5 pellendus compensare de vna ad alteram stationem diuersam, & penitus extraneam, & loquendo in administratore depositi frumentarij, siue montis pietatis. Hanc sententiam tenet Ripa in tracta. de peste titulo de remedijs ad conseruandam vbertatem, numero 33. & 34. & in quolibet depositario tradit Petrus Surdus decis. 117. numero 8. Pro qua sententia conducit tex. in cap. 2. de deposito, ibi. *Contra quod compensationi, vel detractioni locus non fuit, vt contractus qui ex bona*

fide

fide oritur, ad perfidiam minime referatur, licet compenſatio admitatur in alijs. ſi cauſa ex qua poſtulatur ſit liquida. Et in l. penulti. C. de depoſito & in l 27. tit. 14. part. 5. Idque tenet Mexia in pragmatica panis concluſ. 7. num. 14. & in proprijs noſtræ annonæ frumentariæ terminis eſt tex. formalis. in l. 2. §. ad frumenti. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. perti. & in l. 26. tit. 14 par. 5. & hanc cõcluſionem firmat nouiſsime Bobadilla in ſua politica lib. 3. cap. 3. nu. 45. & 50. Gutierrez de iuramento confirma. 3. par. cap. 6. num. 4. & in adminiſtratoribus regalis patrimonij, hoc ipſum manifeſte probatur, in l auſertur. ff. de iure fiſci verbc. vt debitoribus, ibi. *Vt debitoribus fiſci quod fiſcus debet compenſetur, ſepe conſtitutum eſt. Excepta cauſa tributaria, & ſtipendiorum, item pretio rei à fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria debetur.* Quæ omnia ſunt conducibilia ſatis ad intellectum l. 9. tit. 5 lib. 7. in noua legum regni collectione.

6 Pone tamen, quod Titius fuit reliquatus in mille, in ratione ſocietatis plurium ſociorum, & hanc quantitatem à ſe debitam, compenſare deſiderat, cum alia æquali quantitate, ſibi ab vnó ex ſotijs debita, dubitatur modo, an iuſtam (in hoc.) Titius foueat cauſam. In qua dificultate Cinus in l. in ea in fine. C. de compenſa. in ea eſt ſententia, vt talis cõpenſatio admitti nõ debeat, & eius ſententiam ſequitur Bald. in l. eius num. 3. C. eod. licet de Cino mentionem non faciat, & Bald. ſequitur Salicet ibi n. 3, Soci. ſenior Conſ. 65. n. fin li. 4. Riminal conſil. 69. poſt nu. 10. & eos refert & ſequitur Rota Genuenſis deciſ. 26. n. 29. & 30. vbi tenet, quod debito particulari, nõ debet fieri cõpenſatio ad debita ſotietatis, & ratio ea eſt potiſsima, quia quando ſotietas agit aduerſus ſotium pro reliquis ſotietatis, ſi vnus ex ſotijs compenſare vellit cum reliquis â ſe debitis, quod ſibi ab vno ex ſotijs debetur, non remanet conſultum corpori ſotietatis, eo quia poſſet contingere, quod tali ſotio debitore adminiſtratoris, nihil iam ex aceruo deberetur, vt pote, quia in ſotietate nullum adfuit lucrum, ſed forte pars aliqua capitalis fuit amiſſa. Quo caſu compenſatio taliter facta in damnum & detrimentũ omniũ aliorum ſotiorum cederet, ex quibus dixit Soci. Iunior conſil. 147. n. 4. li. 3. quod etiã ſi ſotius debitor conſentiret huic cõpenſationi, ab adminiſtratore ſotietatis petita, aduc non debeat admiti, & ita etiã tenuit Soci ſenior conſ. 66 n. 8 in fine li. 4. Nata conſ. 101. n 16. Deciſ. genuæ. 28. n. 4. in fine, vbi teſtatur, quod ſenatus Genuenſis nũquam admittit prædictam compenſationem, niſi id fiat per modũ ceſsionis iuris.

7 Vltimo in propoſito dubitatur, an damnum ex negligentia adminiſtratoris proueniens, cõpenſari debeat cũ lucro, (ab ipſo adminiſtratore) domino acquiſito, & reſolutiue dicendum erit, quod non eo quia de natura ſotietatis eſt, vt diligentia pro adminiſtratore in acquirendo adhibeatur, & eius negligentia puniatur, vt in l. cũ duobus. §. venit & in l. Sotius ſotio. ff. pro ſotio & ita tenendum reputat Petrus de Vualdis in tract. de duobus fratri. 7. par principa. n. 3. Aiora de partitio. 1 p. c. 7. n. 7. Quod tamen eſt inteligendũ verum, niſi damnum caſu emerſerit, quia tale damnum (ob caſum cui nõ præeſsit culpa) proueniens, deberet cum lucris ſocietati pertinentibus compenſari, vt in l. ſi negotia ff. de nego. geſt. & in l. 28. & 33. tit 12.

par.

par. 5. Idque tenet Petrus de Vualdis loco supra proxime citato.

SVMMARIVM.

1 *Solutio reliquorum decētū, an probetur per testes de ponētes quod viderunt numerari quinquaginta pro residuo, vulgo* de resto de los ciento que se deuiā *pro reliquis administrationis.*

2 *Solutio partis, non inducit vel probat solutionem totius, sed eius tantū quod fuit solutum.*

3 *Instrumētū cātās, quod quis soluit certūquid pro residuo, vel de resto totius debiti, an solutionem totius debiti probet.*

4 *Solutio reliquorū, probatur præsumptionibus & coniecturis.*

5 *Solutio reliquorum, an ex diuturnitate temporis facta censeatur.*

6 *Intellectus ad l. Procula. ff. de probatio.*

7 *Liberatio ex eo præsumitur, quod creditor sit consanguineus debitoris, & diu distulit debitum petere, maxime si sæpius inter eos ratio fuit calculata.*

8 *Diuisio si semel inter fratres facta fuit de bonis cōmunibus, habetur loco sæpius calculatæ rationis.*

9 *Nepos respectu patrui, intrat locum patris sui.*

10 *Debitor si præsumptionibus & inditijs ex quibus solutio probatur, se reliqua soluisse probauerit, tales præsumptiones habētur loco rationis sæpius calculatæ, ad intellectum l. procula de proba.*

11 *Tutor qualiter debeat consequi liberationem à reliquis, adhoc vt plenā, pleniorē & plenissimā liberationem consequatur.*

CAP. XXXVII.

De exceptione solutionis aduersus reliquorum executionem proposita.

OPPOSITA exceptione solutionis, ab administratore executiue pro reliquis cōuento, dubiū non est, quin solutione probata per testes vel instrumēta quæ parēt vim probationis obtinēt, vt in l. in exercendis. C. de fide instrumen. executio. nulla pronūciari debeat. Quod maxime locū habet & procedit, vbi debitor in iudicio produceret quitationē â creditore sibi datā. Vt voluit Mascar. de proba. concluſ. 1319. nu. 6. de cuius quitationis forma, suo in loco aliqua perstringam.

1 Sed in proposito dubitari posset, an si testes producti per administratorē deposuerint, quod viderūt solue re creditori cētū pro residuo, cū reliquatus fuisset administrator inducē tis, ex tali assertione probata sit solutio ducētorū, & dicēdum videtur quod nō, quia solutio partis, nō in-
2 ducit liberationē totius, sed illius tātū quantitatis, quæ reuera soluta fuit l. solutam. ff. de solutio.

Sed prædictis nō obstātibus dicē dū erit, quod & si re vera ex tali depositione solutio totius debiti non pro-

probetur, probatur tamē ſaltim præ ſumptiue, præſumitur nāque, quod quādo creditor cōfitetur ſe aliquid à debitore recepiſſe pro reſiduo (quod vulgo dicimus de reſto) totiꝰ quātitatis debitæ ſolutio facta fuerit, vt tenet glo. verbo reliquū in l. ex pluribus per tex. ibi in principio ff. de ſolutio. vbi Pau. Caſtren. hanc veriſimā ſentētiā reputat, & in l. 2. n. 3. verſi. Sed quæro. C. de hære. inſti. & ibi Alex. n. 4. Decius plures alios pro hac ſententia adducens in l. creditori n. 6. & 7. C. de pactis, neq; ab ea diſſentit Alcia. in l. poteſt n. 3. de verbo ſigni. Cæpola caute. 1. & hanc ſententiā ſingularem dicit Roma. ſingulari 706. incipienti verba illa. Corneus conſ. 33. nu. 24. vol. 2. vbi indubitāter affirmat, quod quādo in ſolutionis inſtrumēto adſunt verba pro reſiduo, quod axiomate noſtro dicimus *de reſto*, intelligitur quod nihil amplius debetur, & eū ſequitur Iaſſo. conſ. 9. n. 1. & conſ. 100. n. 3. li. 4. Burſatus conſ. 104. n. 15. li. 1. & ita tenet Petrus Surdus nouiſsime conſ. 80. n. 33. & in teſtibus & inſtrumēto dicētibus aliquid pro reſiduo ſolutū fuiſſe, ita iudicauit ſenatus Genuæ. deci. 26. n. 31 & deciſ. 60. n. 6. vbi hanc dicit cōmunē ſententiā, eo quod nullū habet cōtradictorem, ex qua cōmuni ſentētia, in praxi dicendū erit, quod ſiquis in iuditio petierit certūquid, quod Titius ſibi debet, ex reſiduo talis debiti præſumitur nihil aliud deberi, etiam ſi inſtrumentum ſit maioris quantitatis, & ita decreuit ſenatus Genuenſis, deciſ. 26. n. 20. & quod ſolutio reliquorum prouari poſsit ex coniecturis & præſumptionibus, tradit Calcaneus, conſ. 22. col. 1. Quam cōcluſionē indubitabilem reputo, vbi creditor eſſet perſona cauta, & debitor talis & tandiues, quod faciliter æs alienum ſoluere conſueuerat, & hanc ſententiam ità explicat & ampliat Riminal. conſ. 407. n. 12. & eū refert & ſequitur Maſcard. concluſ. 1319. nu. 28. Parla. li. 2. ca. fi. 5. p. § 1. num. 20.

5 Itē & ſolutio reliquorū facta præſumeretur creditori, vbi ipſe diutur no tēpore diſtuliſſet, reliqua petere à debitore, quia ex diuturnitate tēporis, ſilentio & taciturnitate ſimul interueniente ſolutio facta præſumitur, vt voluit Alex. conſ. 122 col. fin. vol. 6. & conſ. 115. vol. 7. quod maxime verū eſſet ſi mortuo debitore creditor tacuiſſet, vt tenet Socin. conſ. 89. col. fin. vol. 1. Meno. conſ. 121. vol. 1. Bertaza conſ. 118 Boerius conſ. 19. n. 5. & 12. vol. 3. Quos refert & ſequitur Maſcar. concluſ. 1319. nu. 27.

Quod autē vbi agitur de probanda liberatione, ſola patientia cum tranſcurſu lōgi tēporis nō ſufficiat, probari videtur in l. liberis quos teſtamēto, §. 1. ff. de alimen. & cibar. lega. qua cauetur, quod alimēta debita, & nō ſoluta poſſunt peti, tā prætērita quā futura, neq, vllo modo præſumūtur ſoluta vel donata, etiā ſi lōgo tēpore quis ea nō petierit, niſi tā tūtempus præceſſerit, ex cuius lapſu ſolutio de iure præſumatur, quod tēpus ad præſcribendā actionē perſonalē, ad minus exigitur viginti annorū, vt hodie conſtitutum extat in l. 63. tauri, licet de Iure ciuili minori quā triginta annorū trāſcurſu præſcribi minime poſſet. Vt in §. 1. inſtitu. de perpe. & tempo. actio. & ita tenet Bar. in l. cū de in rem verſo. n. 7. verſi. ſi vero tractatur, de præſumendo titulo liberatorio, & in l. quæ dotis col. 2. ſub. n. 4. ff. ſolu. matri vbi Iaſſo. n. 17. & 18 Roma. ibi. n. 10. Balb. de præſcri. 1. p. 3. partis principalis q. 10. n. 13. verſi. tertio limitatur.

4

Ego

6 Ego tamen in proposita specie dicendum censeo, quod ad probationē solutionis reliquorum præsumptiuam, necessario concurrere debeant, omnia adminicula signata â I.C. in l. Procula. ff. de probatio. Vbi in simul exigit, diuturnitatem temporis post rationem calculatam, sanguinis affectionem, & multiplicatā rationum calculationem, ex quibus & non minoribus coniecturis, quitationem & realem reliquorum solutionem præsumit, idque firmauit Accursius in l. liberis quos, §. 1. versiculo si conditio. ff. de alimen. & cibar lega. quam communiter doctores sequuntur, præcipue Bar, Bal, Salice. & Romanus in. d. l. Procula, idē Bal. in l 2. quæstione. 11. C. de iure dotium, & in l. cum proponas la 1. ad fin. versiculo sed pro glossa facit. C. de pactis, & in l. si certis annis n. 15. ad fin. ibi tan de præsumenda remissione. Alex cons. 46. visis & acute consideratis in fi. n. 12. vol. 1. vbi addit aliud pulchrum verbum, scilicet quod ad præsumendam reliquorum solutionem, requiritur transcursus longi temporis, affectio sanguinis, & calculatio rationis sæpius facta, absque eo quod de huiusmodi reliquatu referatur dubium, vel aliqua fuerit facta mentio. Quā conclusionem signauit Menoq. li. 2. de arbitra. casu. 88. n. 16 Afflictus decis. 13. n. 11. Castell. in suo breuismo tractello rationū vulgari idiomate cōposito, fol. 12. & 13. Mascar. de probatio concluſ. 1372. n. 102. tenendo contra Roman. in d. cons. 143. n. 2.

Ex quibus apparet lapsum fuisse Imol. in d. l. quæ dotis. ff. solu. matri quatenus firmauit, quod si solū allegasset administrator reliquatus, quod sæpius inter se & creditorem rationes fuerunt calculatæ, absq; aliqua horū reliquorū mētione, ex hoc solo remissio debiti præsumēda foret, quia I.C. in d. l. Procula principaliter nititur in ratione sæpius calculata, & lapsū Imolā fuisse tenet Lasso. in d. l. quæ dotis n. 18. Ferretus in d. l. Procula, Mascar. vbi sup. n 102. vbi ex aduerso omnes fatētur prædictam l. Procula, non niti in ratione sæpius calculata, neq; in diuturnitate tēporis tantū, idq; tenet Alciat. præsump. 32 neque etiā in affectione sanguinis solum. Sed illud Papinianum mouisse arbitrantur, nēpe quia procula petebat fideicommissum ab hæredibus fratris sui prædefuncti, â quo ipsa inuita nūquā petierat, ex qua taciturnitate per fraudē eo mortuo petere præsumpsit, eo quod peteret fideicōmissum ab hæredibus male informatis argumēto eorū quæ notant doctores in l. qui Romæ §. Augerius, existimauit nāque quod si illi deberetur non tandiu tacuisset, & petitionē illius retardasset, ex eo enim quod quis diu (pro debito sibi præstādo) agere differt, præsumitur iā sibi esse solutū, vel illud remittere voluisse, arg. tex. in l. c. 1 de frigidis, ibi. *quia si proclamare voluit cur tādiu tacuit*, & maxime locū haberet, vbi quāticas reliquata magna esset, arg. tex. in l. si quis forte. §. 1. ff. de penis, ibi. *nec enim debebat rē tam magnā tādiu reticere.*

Sed licet imola iuste â doctoribus fuerit repræhēsus, attamē motū I.C. Papiniani non degustarunt, ad decisionē d.l. procula, quia ibi procul dubio motus fuit, ex illis tribus supra relatis rationibus, in quibus communis sententia fundatur, & ita tenent Ancharra. cons. 32. sub n. 2. ver. ad huiusmodi cōfirmat. Soci. Iuni. cōs. 128. ver. secūdo etiā respondemus, vol. 1. & Senior cons. 25. ver. non obstat n. 10. vol. 4. & plures alios pro hac cōmuni sententia

refert

refert Mascard. loco superius citato, dict. num. 102. neque vereor quin recte etiam facturus sit iudex, si consimilibus coniecturis impulsus, ita iudicium suum proferat, vt voluerunt Menoch. vbi supra & Mascar. n. 303. vbi dicit idem iudicandum fore, si loco rationis calculatæ, diuisio bonorum facta fuisset, nulla facta mentione talis debiti, & ita respondit & cõsuluit Decius cons. 79. n. 4. vers. & qã hoc col. pen. & inuers. neq; obstat, in lectura, d. l. procula, & cõs. 267. sub. n. 3. vers. Neq; obstat, vbi dicit, q̃ ad hoc
7 vt liberatio & quietatio præsumatur, sufficit q̃ vltra cõsãguinitatẽ & tẽporis diuturnitatẽ, cũ taciturnitate, cõcurrat q̃ facta fuerit diuisio, eo q̃ diuisio subrogatur loco sæpius calculatæ rationis, imo plus operetur quã
8 si ratio sæpius fuisset calculata, quã sententiã nõ solũ verã reputat, vbi diuisio ista facta fuisset inter fratres, sed
9 etiã si facta fuisset inter patruos & nepotes, eo q̃ nepos respectu patrui intrat locũ patris, vt in Aut. de hęre. ab intesta. veni. & hodie hoc ipsũ cauetur in l. & Tau. quinimo Bar. &. D D. in. d. l. liberis quos. §. 1. dũ vidẽtur cõsiderare cõsanguinitatẽ simpliciter ad inducẽdã quitationẽ & liberationẽ, dicũt q̃ licet in casu. d. l. procula
10 nõ apparuisset rationẽ sæpius fuisse calculatã, tñ ex aliquibus alijs circũstãtijs remisio reliquorũ cõstare posset, cũ & hęc habeãtur loco sæpius calculatæ rationis. Et ita intelligẽdave nit sententia Tho. Grãmatic. decis. 103. credereẽ tamen, q̃ esset vrgentissima & fortissima præsumptio, quod quis nõ petijsset reliqua in vita debitoris, qui diu vixit, si postea ab hæredibus forte ignorantibus & male informatis exigere affectasset. argum. eorum quæ notantur per D D. in. d. §. Augerius & per Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 187. num. 47.

11 Qualiter autem solutionis instrumẽtũ de reliquis fieri debeat, ad hoc vt tutor vel curator plenam, pleniorem, & plenissimam liberationẽ consequatur, vide quę dicã inferius. c. 40 & Moli. nouissime de iust. disp. 562.

SVMMARIVM.

1 *Reliquis liquidatis, nullæ sunt partes iudicis, nisi ad hoc, vt reliquatum (si a creditore petatur) executioni mandetur.*

2 *Calculatio erronea, executioni mandari non debet, docto de errore.*

3 *Exceptio erroris calculi, in executione reliquorum opponi potest.*

4 *Executio pro liquidatis est retardãda, quãdo ratio apparet male sumpta, & error in calculo a parte allegatur, dicẽdo se esse paratũ ad docendũ calculi errorẽ in continenti.*

5 *Calculus errore factus, habet in se quandam falsitatis speciem.*

9 *Calculatores nõ possunt se intromittere, in parcellis in iure consistẽtibus liquidandis.*

7 *Calculatio facta contra iuris dispositionem, etiam si fuerit confirmata, habetur ac si confirmata non fuisset.*

8 *Error resultãs ex eo quod calculatores aliquã parcellam per gratiam, aut ignorãtiam onerauerunt, nõ debet retractari in via executiua etiam si a parte opponatur.*

9 *Rationes si a parte reliquante exequi petãtur, & iudex inueniat in calculo erratum fuisse, an ipse iudex illũ errorem retractare possit in addictionis sententia, illã modificando quo ad errorem ex illa resultantẽ.*

10 *Errori rationum si a parte nõ resistitur, an error, a parte approbatus censeatur.*

11 *Exceptio quando nascitur ex instrumento, quod executioni mãdatur, etiam si a parte non opponatur, potest iudex super illã pronuntiare, modificãdo addictionis sententiam.*

12 *Clausula peto ius & iustitiã mihi ministrari cuius sit effectus.*

CAPVT. xxxviij

De exceptioni erroris calculi, in executione reliquorum opposita.

CAlculi error assidue in omnibus (fere) rationibus versatur, & ideo videndum erit oportune, an in via executiua (pro reliquis intẽtata) opponi possit, & in proposito reperio Bal. cõs. 151. li. 3. interminis dicentẽ, q liquidatis reliquis, nullæ sunt partes iudicis, nisi ad hoc vt cogat partẽ ad soluendũ, verũ Platea in. l. instar. C. de iure fisci, lib. 10. contrariũ statuit, dicit inquam erroneam calculationem per iudicẽ exequi non debere, docto de errore, & eum sequitur Parisius cons. 89. numero. 35. vol. 1. Fulgos cons. 142. versic. rursus. Tobias Nonius cons. 36. vbi prædictam Baldi regulam limitat, vbi non constasset de errore calculi, idque tenet Padilla in l error, numero. 17. C. de iuris & fac. ignor. vbi 3 dicit hanc exceptionem erroris calculi, etiam in executione instrumẽti guarentigij, & opponi posse, & admiti debere, idque tenet Lancellotus de attentatis, 2. parte, capit. 4. limitation. 28. numero. 5. idque confirmari videtur ex tex. de iure regio in. l. 4. titul. 26. part. 3. ibi, *o por algun yerro que vuiesse hecho, en mayor quantia.*

Nota Verum nedum de errore agimus, errore labamur, in casu proposito distinguendum erit de errore, quia aut error consistit in summis parcellarum, vt quia rationales cum deberent summare centum summauerũt nonaginta, vel ducentum, & quidẽ similis calculi error etiã in via executiua opponi poterit, ex tex. in. l. 1. C. de errore calculi, & ibi hoc notant communiter scribentes, & in. l. 19. titul. 22. part. 3. Et in hunc modũ intelligi debet sententia Lancelloti in loco supra citato, quatenus tenet, 4 quod executio pro liquidis est retardãda quãdo esset ratio male sũmata, & a parte allegaretur error calculi, & pars ipsa parata esset docere de errore calculatorũ, & ratio ea est potissima, quia calculus errore factus, cõtinet in se quandã falsitatis speciẽ, qua 5 tenus a veritate facti deuiat, vt in. l. 1. tit. 7. p 7. vnde cũ exceptio falsitatis viã executiuã impediat, vt in. l. 1. tit. 21. li. 4 reco. per cõsequens & illã impedire debebit, prædictus calculi error, a parte in via executiua allegatus & verificatus ex ipsismet rationibus. Etiã vbi rationes essent conformi calculatorũ partium voto confectæ, & a iudice approbatæ, cũ hic error (ex Padilla vbi supra) etiam aduersus instrumentum executioni

man-

mandatum opponi poſsit, & ratio huius concluſionis ea eſt, quia quando in aliquo actu error conſiſtit, neque partes neque iudex illi actui cõſentire videntur, vt in.l.ſi per errorem .ff.de iuriſ. omnium iudic.ibi. *Quid enim tan contrarium eſt conſenſui quam error, qui imperitiam detegit*

Aut vero error conſiſtit, non in calculis & ſummis, ſed in parcellarũ iure & ſubſtantia, vt quia calculatores onerauerunt partem rationem reddentem, de eo quod onerare iure non debebant. Et hoc caſu de iuris rigore etiam crederem quod talis error poſsit in via executiua per iudicem ad inſtantiam partis retractari, eo quod exceſſerint in commiſ
6 ſione, quia calculatores partium non poſſunt eligi circa eaque in iure conſiſtunt, ex text.in l.50.titulo. 5 libro.2. Recopilation. ibi. *No los nombren para ningun articulo que conſiſta en derecho, ni para otra coſa que ellos puedan determinar por el proceſſo, ſino que ſolamente ſe nombren para coſa que conſiſta en cuenta, o taſſacion o pericia de perſona, o arte.* Vnde cum illi calculatores ſimpliciter a partibus nominati, commiſsionem a iure ſibi in partitam exceſſerint, intromittendo ſe in articulis in iure conſiſtentibus, & ſic exceceſſerint commiſsionem ſuam, etiã ſi reliquatum fuerit per iudicem confirmatũ, exe-
7 cutioni mandari non poterit, ſi id a parte grauata opponatur, quia ea que ſunt iuri contraria, etiam ſi cõfirmẽtur non cenſentur confirmata, vt voluit Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus.num.156.Berthachinus de Epiſcopo.3.parte.2.partis principalis,n. 20. Quinimo neque ſententia talia vota calculatorũ confirmãs, dicitur tranſiſſe in rem iudicatam, neque cõtra eam currunt fatalia, quo minus grauamina aduerſus eam quocum-
8 que tẽpore allegari poſsint, quia quãdo iudex cõmiſsionis excedit in cõmiſsione, non currunt fatalia, vt tenet Bal.in.l.ſi vt proponis nume 2.C. de executione reiudicata, quod meti tenendum erit.

Sed prædictis non obſtantibus in noſtro Hiſpaniæ Regno vbi leges regiæ ſunt attendẽdæ, contraria ſententia tenenda erit, quinimo ꝙ & ſi conſtiterit calculatores perperam, contra ius, & per gratiam aliquã parcellã reo oneraſſe, de tali errore in via executiua oppoſito curandum nõ ſit, quia licet verum ſit, ꝙ rationales aliquas parcellas cõtra ius, ſiue per gratiã onerauerunt, & mãdatum in hoc exceſſerunt, ex tx.in.d.l.50. tamẽ iure regio attento in l.ſi.tit.21.lib.4. recop. cũ eorũ votũ cõformi iudicio latũ per iudicẽ fuerit cõfirmatũ omnino (ſub fideiuſione de qua ibi) executioni effectualiter mãdari debebit ꝙ manifeſte patet ex verbis.d.l.fin.ibi. *Mãdamos q̃ en lo q̃ ſe cõformarẽ los cõtadores nõbrados por las partes, ſiẽdo cõfirmado por ſentẽcia del juez q̃ dela cauſa conociereſe execute &c.* quæ verba generalia legislatoris dilationib⁹ & moleſtis partiũ obuiare nitũtur, ne amplius vexẽtur, & litiũ an fractibus afficiãtur. Secũdo quia licet nullitas reſultet, ex eo ꝙ calculatores exceſſerint legis metã, & cõmiſsionẽ, conoſcẽdo huꝙ nũciãdo circa eaque in iure cõſiſtunt, at tñ, cũ nullitas (iure regio) ſit in via executiua ſpernẽda, vt in.l.64. Tau. quæ hodie eſt.l.3. tit.21.li.4.rec.ibi. *Sin embargo de qualquiera appellaciõ*, & ibi. *y de qualquiera nullidad q̃ cõtra la executiõ y remate ſe alegue*: minime executio retardari debebit, ꝙ ego indubitatũ reputo, vbi tẽpore quo data fuit copia partibus, de ratiocinijs a calculatoribus diſpunctis, non fuit aduerſus exceſſum allegatum, appellatum, vel

reclamatum,quia ex hac informi patientia,inducitur quidam simplex& informis consensus,ex.l.quam Tuberonis.ff.de peculio.Si tamen eo tempore,aduersus rationis excessum,dictũ appellatum,aut reclamatũ esset, per modum tatim simplicis querelæ(dubio procul)iudex qui de confirmãdis vel retractandis rationibus agit,parcellas aduersus legis dispositionem per calculatores oneratas,vel exoneratas,reuocare,restringere vel modificare posset,quod si hoc facere grauatus detrectasset & rationes(reclamatione nõ obstãte)iudex cõfirmasset,addictioni locus esset. Neq; hoc casu,si appellatio ad curiã interposita fuisset,de nullitate processus (ratione excessus)curandũ foret, sed tãtũ super grauaminibus apartibus expressis,sententia ferenda esset,&hæc praxis infallibiliter in hoc Pinciano Senatu obseruatur. Secus tamen facere deberent iudices appellationis inferiores,qui non cognoscunt sola facti veritate inspecta,prout cognoscunt Senatores Chancellariæ,& alij supremorum consiliorum patres, vt in.l.10.tit.17.lib.4.Recopilationis.

9 Sed &dubitari cõtinget,an iudex qui calculi errorem agnouit,vbi cõtra illum a parte damnificata nihil fuit alegatũ,possit ex officio in sententia addictionis dicere,quod addictio fiat, pro tanto minus in quantũ erratum est in rationibus. Exemplum pono in parcella bis onerata, vel in summa errata,& pro parte negatiua dicendum videtur, quod iudex absque partis petitione tales errores nullatenus modificare & reuocare possit. Iudex namque parte non petente nequaquam officium suum interponere debet, nisi sit de iudicibus qui attenta facti veritate iudicare debent, vt in.leg.quarta.§. hoc autem iudicium.ff.de damno infecto. Rursus quia vbi exceptio non opponitur actio non impeditur ita Mascard. de probation. conclusione. 1326. numero. 9. præterea quia fatuus dicitur iudex qui iudicat vltra petita.l.vt fundus. ff. communi diuidun.capit licet Eli, de Simonia, deinde quia super calculis liquidis nullæ sunt partes iudicis,nisi ad compellendum reum reliquatum vt soluat,vt voluit Bald.consilio. 151.libro.3.quod hodie comprobatum videtur ex dict.l.fin.titulo.21.libro.4. Recopilat.error namque qui a parte non resistitur, ab eadem approbatus censetur,vt tenet Neuizanus in Sylua nuptiali,libro quarto, numero. 125. Vltimo & finaliter, quia iudex non debet iudicare secundum propriam conscientiam, sed secundum petita, allegata, & probata. l. illicitas.§.veritas. ff. de officio præsid. vnde cum a parte non opponatur de errore calculi, neque iudex super eo pronuntiare debebit,illum ve in sententia executionis & addictionis reformauit.

Prædictis tamen fundamentis nõ obstantibus,contraria sententia mihi magis arridet, scilicet, quod iudex,ex officio possit talem errorem in addictionis sententia reformare. Primo, quia in causis executiuis non proceditur per viã actionis, sed magis iudicis officio implorato, vt notat Pau.in.l.si prætor.ff de iudi.Roder.Suarez in repetione legis post rẽ iudicatã,in princ.nu.10.vnde cũ error nascatur ex eodẽ instrumẽto ratiociniorũ,& executioni mãdatur,iudex ex officio poterit taxare,emẽdare & modificare errores in eo cõtentos,quia quãdo exceptio ex eodẽ instrumẽto qui executioni mãdatur resultat,&euidẽter apparet,&si a parte nõ oponatur, potest iudex ex officio super illa pronũtiare executionẽ modifi-

dificando, vt tenuit Roma. conſ. 244 nu. 5. verſ. primo enim Caſiodorius, deciſ. 10. de reſcriptis, num. 2. Aceue tus in l. 4. titul. 21. recop. num. 5. Par lado. rerum quoti. 5. p. §. 11 num 27. ca. fin. vbi dicit, quod ſi ex eodem cõ tractu prouenit actio pariter & ex ceptio, perinde eſt guarentigiata ex ceptio, ſicut & actio. Et hoc caſu iu dex ex officio ſuplere debet partis ig norãtiam, vt voluit Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita num. 4. ff. de verborũ, & in l. lecta, num. 21. ff. ſi cert. peta. & in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, num. 20 ff. de pactis, Bal. Fulgo. & Decius, in l. filiæ licet. C. de collatio. & omnium optime hunc articulum reſoluit Ro ma. conſ. 244. num. 5. Iaſſ. conſ. 9. nu mer. 13. vol. 1 Maſcar. de probation. cõcluſ. 1388. num. 24. & pro hac ſen tentia pondero text. meo iudicio mi rabilem & ſingularem in l. 19. tit. 22 par. 3 quatenus ibi dicitur, ꝙ iudex poteſt retractare errores rationis, ſia calculatoribus ipſis proueniãt, ſecus tamẽ ſi a partibus, ꝙ maxime verum
1 2 reputo, vbi pars contra quam erratũ fuit in calculo, ſaltim in aliquo libel lo poſuit clauſulã illam ſalutarem, pe to ius & iuſtitiam mihi miniſtrari, eſt enim prædicta clauſula, tanquam herua vetonica, quæ medellã in om nibus infirmitatibus præſtat, omneſ que ſuplet defectus, vt tenet Iaſſ. in. § omnium, num. 147. inſtitu. de actio. & in l. petens. C. de pactis, & prædi ctam ſententiam veriſsimam reputant Innocen. & Hoſtienſis in cap. di lectus de ordin. cogni. Antonius aBu trio & Abbas in capit. fin. de iure iu ran.

SVMMARIVM.

1 *Minores, habent tacitam hy pothecam pro reliquis tutelæ vel curæ, in bonis ſuorum tutorum vel curatorum.*

2 *Hypotheca quam habet minor, in bonis ſui tutoris, non ſolum com petit, pro bonis in inuentario & libro rationũ deſcriptis, ſed etiã pro fructibus & redditibus ex il lis perceptis, pro damnis & in tereſſe inti in ſeco & extrinſeco, ex adminiſtratione reſultãtib⁹*

3 *Bona curatoris ad litem, an ſint minori hypothecata, pro mala & culpoſa litis adminiſtratione*

4 *Bona curatoris prodigi, furioſi, mu ti, vel ſurdi, an tacite ſint hy pothecata pro mala adminiſtra tione.*

5 *Bona curatoris alicuius abſentis, vel capti ab hoſtibus, an tacite ſint hypothecata, capto, vel ab ſenti, pro mala adminiſtratio ne & reliquis.*

6 *Reſpublica an habeat tacitã hypo thecã in bonis ſui adminiſtrato ris, vel decurionis qui mæle ad miniſtrauit publica bona.*

7 *Intellectus ad tx. in l. 2. C. de iure reipublicæ.*

8 *Fiſcus an habeat tacitam hypothe cam, in bonis adminiſtratorum regalis patrimonij.*

9 *Fiſcus an nõ ſolũ bona ſui admini ſtratoris habeat hypothecata pro reliquis adminiſtrationis, ſed e tiã bona vxoris illius adminiſtra toris, ſint pro reliquis obnoxia.*

10 *Officiũ primipilli, quod olim, quod ve hodie ſit.*

11 *Bona dotalia vxoris, etiã ſi tacite*

sint hypothecata, Regi vel reipublicæ pro mala & dolosa primipili administratione non tamen obnoxia manent bona paraphernalia, nec in eis cadit hypotheca.

12 *Bona mariti quando hypothecata censeantur vxori, pro mala mariti administratione.*

13 *Bona administratoris ecclesiæ, an tacite pro mala administratione & reliquis sint hypothecata.*

14 *Bona administratoris alicuius hospitalis, quando sint tacite hypothecata pro mala administratione bonorum hospitalis.*

15 *Vxori an competat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, pro bonis aliunde quam ex dote mulieris quæsitis, & a marito administratis.*

16 *Pupillus vel adultus, an habeat tacitam hypothecam, in bonis factoris quem eius tutor vel curator constituit, pro eius patrimonio administrando.*

17 *Bona minoris, an sint tutori vel curatori tacite hypothecata, pro reliquis, tutelæ vel curæ.*

CAP. XXXIX.

De his qui tacitam hypothecã habent, pro reliquis in bonis suorum administratorum.

PLerumque administratores nostri de quibus agimus, interim quod alienam substantiã præ manibus habent, ex plendide opipareque (vt aiunt) & laute, inconuijs, ludis, & reifamiliaris apparatu expendere solent, quo fit, vt in calce administrationis, summa ægestate laborent, & non soluendo reperiantur, qua de causa creditores cuius bona fuerunt administrata, ab huiusmodi administratoribus fallitis & decoctis, necesse habent, in creditorum concursu reliqua suape tere, & ideo operæpretium erit indagare, an huiusmodi creditores, virtute alicuius tacitæ hypothecæ, alijs creditoribus sint præferendi.

Et in primis nemo ambigit, q̃ minores tacitam habeant hypothecam in bonis suorum tutorum & curatorũ pro reliquis administrationis, vt in l. pro officio. C. de administ tuto. l. 23. tit. 13. part. 5. ibi. E *aun dezimos que los bienes delos guardadores delos huerfanos, q̃ son menores de. 25. años fincan toda via obligados, a aq̃llos q̃ ellos tienẽ en guarda, desde el dia q̃ comẽçaron a vsar del ofiçio de la guarda hasta q̃ les dẽ cuẽta y recaudo delas cosas q̃ tuuierẽ dellos.* Ethæc sententia nõ solũ locũ habet, vbi extraneus bona minoris administrasset, sed etiã, vbi pater tutelã vel curã filij gessisset, vt in l. cũ oportet. §. vlt. C. de bonis quæ libe. late tenet Mol. in tract. de iustitia. 2. p. disput. 536. col. 4. versic. filius itẽ Pet. Sur. in tract. de alimẽ. priuil. 49. n. 18. fo. 302. & decis. 271. n. 12. & nõ solũ prædicta hypotheca cõpetit respectu bonorum in inuentario, & libro rationum conscriptorum, verum etiam ratione fructuum & reddituum illorum, vt in l. Lucius. ff. qui potio. in pigno. habeã. vbi qui potior est in

est in sorte, prior est etiã in interesse sortis. Et hanc sententiã verã reputat Alex. in l. si cũ dotem. §. sinautẽ ff. sol. matri. Octauianus Ossaeus decis. 129. n. 11. Vincentius de Franquis decis. 374. n. 5. hinc est, q; si post acceptam tutelã vel curam, tutor vel curator bona quæ possidebat tempore susceptæ tutelæ vel curæ alienauerit, talia bona in emptorem transeũt affecta vitio hypothecæ, pro principali & redditibus, in ratione liquidãdis vt in. l. vnica C. rem alienã gerentibus & ad illa recursus habet minor, dũmodo prius fiat excussio in bonis patris vel alterius administratoris, vt voluit Couarru. lib. 1. 1. Varia. capit. 8. numero. 5. Molina de iustitia, loco supra proxime citato.

Et prædicta sententia, non solum
3 locum habet in bonis tutoris vel curatoris, sed etiam in bonis cuiuscumque administratoris qui pro tutore vel curatore gessit, & administrauit, ex tx. in l. fi. ff. de tutel. & ratio distra. ibi. *Non solũ priuilegiũ datur in bonis tutoris, sed etiam eius qui pro tutore negocium gessit.* Et in. l. dauimus. ff. de priuileg. credito Quam sententiam etiam reputo veram in bonis curatorum ad lites constitutorum, eo quod etiam eorum bona tacite pro mala administratione sint hypothecata clientulo, vt tenet Negusantius de pigno. 4. mẽbro. 2. partis principalis n. 8. idque voluit Vincentius de Franquis decis. 321. num. 3. Bãderanus in tractatu de priuilegijs credito. tit. q priuilegium pupillus, &c. Mainerius in l. quo tutela, nume. 39. ff. de reg. iur. Quinimo & etiam respectu horũ administratorum, prædictum priuilegium competit, pro dãnis ex dolo malitia vel negligentia prouenientibus, vt tenet Negusantius in loco supra citato.

4 Et quod hæc hypotheca cõpetat, respectu bonorum curatoris furiosi, & aliorum curatorum, Surdi (scilicet) & muti, in quorum bonis curator plenariam administrationem habet, tenet Banderanus vbi supra, & licet ipse pro hac sententia nihil alleget, pro ea est text. elegans in. l. tutor administrationem ff. de furtis ibi
5 *Quod in tutore scriptum est, idẽ erit & in curatore adolescentis, cæteriq; curatoribus.* Eã tamen verã nõ intelligo, vbi curator datus esset bonis causa custodiæ tantũ, vel bonis capti abhostibus, vel alias vagãtis per mũdũ, vel interim quod quis pro adeunda hæreditate deliberat. vt in. l. idem priuilegium ff. de priuileg. credito. ibi *sed si bonis datus sit curator, vel absentis, vel abhostibus capti, veldum deliberãt scripti hæredes, non oportebit priuilegium dari, nõ enim eadem causa est.* Et quod iste tex. loquatur de priuilegio hypothecæ, tenet gl. in. l. dabimus verbo priuilegium eo tit. & ibi communiter scribentes.

6 An autem respublica tacitam hypothecam habeat, in rebus & bonis sui administratoris, maior dubitatio est. Et dicendum videtur, quod pœnitus nullo hypothecæ titulo subueniatur, ex textu in lege secunda. C. de iure reipublicæ. ibi. *Reipublicæ causam, sine quæ beneficio sibi concesso, ius nacta est neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit, non separari a cæteris creditoribus, qui habent personalem actionẽ* Et corroborãdo istã sententiã dixit Mexia in pragmatica panis, conclusio. 7. numero. 14. Quod licet regulariter respublica non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorum fucrum, fallit tamen in debitore ex causa frumentaria, quia cõtra administratorem publici orrei, tacitam hypothecam habet, idque probat text. in l. secunda §. item

reſcripſerunt. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuitat. pertinent. & ita ante Mexiam tenuit Ripa in tractatu de peſte. cap. de remedijs ad conſeruandam vbertatem, num. 37.

Contrariam tamen ſententiam, imo quod res publica tacitã habeat hypothecam, in bonis ſuorum adminiſtratorum, tenet gloſ. in l. 2. verbo obnoxijs. C. de debito ciuita. lib. 10 quatenus dicit, quod obnoxia cẽſentur corpora, quo quomodo a debito re ſiue adminiſtratore rei publicæ alienata, ita vt virtute hypothecæ a quocumque poſſeſſore vendicari valeant, & licet gloſ. per verbum forte loquatur, id conſtanter tenet Platea ibi, Neguſantius de pignoribus mẽbro. 4 numero. 19. ex l. 1. & fin. capit. de iure reipublic. Auendañ. de exequend. mandat. 2. parte, capit. 10. numer. 39. Auileſ. in cap. 30. prætorum, numer. 5. verbo, *y acaben*, Grego. Lupus in l. 23. titul. 13. part. 5. verbo, *de los guardadores*. Rebuffus ad conſtitutio. Galli. 2. tomo. titulo. de conſtitutione reddituum, artic. 1. gloſ. 14. idem Rebuffus in l. inter publica, folio. 151. ff. de verbo. ſignif. Girondas de gabellis. 4. p. §. 1. numero. 5. Banderanus vbi ſupra. capit. 10. circa finem verſ. neque autem, Caſtellus a Bobadilla, libro. 3. polit. capi. 8 num. 91. & libro. 5. cap. 14. nume. 8. quorũ ſententia frequẽtiori doctorum calculo recepta eſt, ex Acceut. in l. 4. n. 37. titul. 5. lib. 7. recop.

Et tenendo prædictam ſententiã quæ proculdubio veriſsima eſt non
7 obſtat text. in. d. l. 2. C. de iure reipublicæ, quia alia fuit ibi mẽs Iuſtiniani, dum enim ibi inquit, cauſam reipublicæ non ſeparari a cæteris creditoribus qui perſonalem actionẽ habent, eos creditores (non dubie) intelligi voluit, quibus perſonalis actio competit, & ideo cum de pignore quæſitum fuiſſet, ei prædictum priuilegium competere reſpondit, & ita hunc text. intelligit Banderanus vbi ſupra, quo fit, vt non ſolum respublica tacitam hypothecam habeat, aduerſus orrei publici adminiſtratores, ſed etiam in bonis cuiuſcumque alterius qui publica bona & patrimonium reipublicæ adminiſtrauerit, & ita reſoluit Bobadilla in. d. politica, lib. 3. cap. 3, num. 5, & lib. 6. c. 4. n. 80. & cap. 6. numero. 29. in fin.

In fiſco autem dubitari nõ poteſt,
8 quim tacitam hypothecam habeat in bonis eorumquipœnas camerales & fiſcales recuperant, vel quo quomodo regis bona adminiſtrant, vt in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci, & in l. ſiquis poſt hac, iunta gloſ. verbo habuit. C. de bonis pro ſcripto. l. 25. titul. 13. par. 5. Grego. Lupus, in l. 23 eo titul. verb, *de los guardadores*. Mõtalu. in l. 6. titul. 19. li. 3. fori. Auend. de exequend. manda. 1. p. cap. 7. num. 14. & 2. p. cap. 11. num. 18. Auiles in c. præto. gloſ. verbo. *Camara*, nume. 5 ad fin. Boſius in practic. crimi. tit. de fiſco, num. 23. quinimo, & de iure digeſtorum, nullus ſimile priuilegium habebat, vt in l. ſimile. ff ad municipal. licet partito iure, iam hodie vxor fiſco parificetur & æquiparetur, reſpectu huius tacitæ hypothecæ, vt in l. 33. tit. 13. part. 5. & ibi Gregor. verbo, *obligados por palabra*, Gutierrez, lib. 3. practica. quæſt. 99. num. 17.

Nonnunquam etiam, non ſolum
9 habet fiſcus tacitam hypothecam in bonis ſuorum adminiſtratorum, verum etiam in bonis vxorum eorum, vt in l. ſatis notũ. C. in quibus cauſ. pig. vel hypot. taci. contra. vbi ſiquis rem primi pilarem adminiſtrauerit, bona etiam dotalia vxoris pro huius muneris adminiſtratione, hypothecæ ſubiecta cenſentur, quod etiã notauit gloſ. in c. ex parte de conſuetu-

ſuetudine, verum cum circa huius officij adminiſtrationem, tan antiqui quam moderni, in magna ſint cõ trouerſia, operæ precium erit, vt cbi ter hoc in loco examinemus, quod olim, quod ve hodie huiuſmodi officium fuerit, & an circa alicuius rei adminiſtrationem conſiſtat, & ſi ad Iuriſconſultorum & Imperatorum reſponſa & conſtitutiones animaduertamus, inueniemus apud Iuriſcõ ſultos, illum primipillum nuncupari, qui adminiſtrationem & curam militaris annonæ habebat, vt in l. of ficiales C. de epiſco. & cleri. & in. l. 3. C. de primipillo. l. ſpeciebus. C. de co hortalibus, lib. 12. & in. l. 1. C. de priuilegio fiſci. & in. l. ſed & milites. §. vltimo. ff. de excuſa tuto. l. non ſolum §. quiprimipillum, eo tit. l. pater. ff. de adimend. lega. l. pater. §. Iulius. ff. de lega. 3. & in. l. vltima. §. patrimonium ff. de mune. & honori. & eo primipillus dicebatur, quia cum primus legionis eſſet, totius legionis commoda & emolumenta ſiue ſpolia conſequeretur, militarem quoque annonam per capita militum diuidebat, vt tradit Vegetius de remilita. libro. 2. cap. 8. Alex. ab Alexandro, lib. 1. dierum genialium, cap. 5. Alciatus in Rubrica. C. de primipillo, libr. 12. Corraſ. libr. 5. Miſcelanea, cap. 4. Anton. Aguſtinus lib. 5. ſingulari ad Modeſti, titul. de excuſa tuto. capitul. 8. quod latius proſequitur Couar. libro. 1 Variar c. 16 num. 7. idque non obſcure colligitur, ex. l. 37. &. 8 C. de cohortali, & ex l. 6. tit. 4. libro. 4. Codicis Theodoſiani, qua propter mirandum non erit, quod obſimilem adminiſtrationem, bona etiam dotalia vxoris tacite obligata manerent, hoc ordine, vt tunc bona dotalia excuti deberent, cũ vniuerſis viri facultatibus excuſis nihil reſidũ remaneret, & ita eſt intelligendus text. in dict. l. ſatis notum, & ratio qua motus fuit Imperator Iuſtinianus ea fuit, nempe, quia deficiente huiuſmodi annona militari, totius exercitus robur ac nerbus deficiebat, & ſic totius reimilitaris, & reipublicæ ſalus periclitabatur, vnde ne in re tanti momenti, huiuſmodi primipillus doloſus vel negligens eſſet, non ſolum eius bona, verum & dotalia vxoris, pro reliquis ex hac adminiſtratione reſultantibus (particulari priuilegio) huic cauſæ primipillari affecta fuere, & fuit vnum ex peculiaribus priuilegijs in fauorem militaris annonæ conceſis in. l. 1. & vltima. C. de primipillo. & hanc veram eſſe huius officij & adminiſtrationis cognitionem tradit Couarrũ. d. c. 16. num. 7. verſi. hæc ſane. Hanc tamen primipilli adminiſtrationem ſuis temporibus iam in vſu non eſſe, teſtatur Paul. Caſtr. in. l. 1. C. de priuil. fiſci. & ſic dicte l. ſatis notum deciſionem noſtris temporibus ad Theſaurarios vel ſtipendiarios exercitus adaptari exiſtimauit, qui dietim pabula militibus, & cæteris exercitus officialibus præſtare tenebantur, cum in illis eadem prorſus ratio militet: & eum ſequitur Vologneus in. l. 1. ff. ſolut. matrimo. numero. 202. in fine, Capitius deciſio. 129. Peregrinus de iure fiſci, libro. 6 titul. 6. num. 43.

Dioniſius (tamen) Alicarna. lib. 9, de antiquita. apud *Romanos* illum primipillum eſſe reputauit, qui præclariſsima legionis vnius fungitur præfectura, quam ſexſaginta centuriæ eidem obſequentes, adque obtẽperantes ſequuntur, quam ob ré hũc primipillum comitem primi ordinis & præfectum legionis dici arbitratur, *idque* tenuit Pomponius Letus, de magiſtratibus Romanorum. Nã & in prima acie legionis, quatuor cẽturias gubernabat primipillus, eiuſ

que milites primipillares dicebantur,& summo in honore habebãtur: magno siquidem honori ducitur,primæ exercitus parti præesse, & huius rei veritatem summa cum diligentia indagare conati sunt Couarruu. vbi supra,vbi alia scitu digna refert, & nouissime Barbosa subtilissimus& & vigilantissimus,& vtriusq; iuris,& humanarum literarum accerrimus indagator in.l.1.7.part.num.4.ff.sol. matrimon.vbi de hac re amplius deliberandum existimat.

Ego autem,non possum non mirari,q̃ huiusmodi patres admodum eruditi,huius rei veritatem ex legibus partitis,non decerpserint, siquidem quod olim,quodve hodie fuerit huius officij ministerium,aperte cauetur,in.l 16.titul.9.part.2.ibi.*Otro si porque las gentes y los pueblos se acabdillassen,parando mientes a ellos, y guardãdoles,que era manera de guiar e de acabdillamiento.* E *teniendolo por honra muy señalada,llamaron a los q̃ traen las señas delos Emperadores y de los Reyes primipillarius,que quiere tãto dezir en latin,como official que lleua la primera señal del gran señor, e le llamaron præfectus legionis, que quiere tanto dezir, como Adelantado sobre las compañas de las huestes, e esto era porque ellos juzgauan los grandes pleytos que acaecia en ellas. E en algunas tierras los llaman Duques , que quiere tanto dezir,como caudillos que aducen las huestes,y estos nomes Vsaron en España hasta que se perdio y la ganaron los Moros,ya desque la cobraron los Christianos,llamaron al que este officio haze,alferez:y assiha oy dia nome.* Et in hunc modum interpretauit Platea,in.l 1. post principium C. de priuilegio fisci,vbi dixit illũ primipilli officium in bello administrasse,qui vexillum Regis in acie portabat, Alex.ab Alex.lib.4. dierum genial.cap.2.Vegetius dict.capit.8. Titus Libius,lib.7.&.8. ab vrbe condita,huic etiam conuenit, quod Pomponius Letus refert vbi supra, quatenus dicit,primipillum præfecti legionis, officium primum exercitus esse,cuius sententiæ correspondent verba prædictæ.l.partitæ,ibi, *e le llamaron præfectus legionis,&c.* Ex quibus verbis euidenter apparet, labsum fuisse Couarr.in dict.num.7. versic.qua in re,quatenus dicit, se non dubitare,legionis præfectum maiorem potestatem & auteritatem habuisse, quam habuerit primipillus, siquidem ex dict.l.partitæ constat idẽ & re & effectu esse.

Ex quibus patet, opinionem illorum qui dicebant,primipilli officiũ, administrationem pecuniæ stipendij militum continere,lapsos fuisse, & sic inique dicetur,quod dict. l. satis notum hodie stendi possit ad dotes vxorum Thesaurariorum,qui stipendia militum soluere debent. Siquidem expartito iure contrarium constat,neque æquum eritdecisionemdicta.l.satisnotum(quæ a iuris communis regulis exortauit) extra casum inquo loquitur extendere,siquidem causa dotis semper & vbique præcipua est,vt in.l.1.ff.solut.matrim.particulari quodam priuilegio,scilicet, vt non impediatur legitimæ sobolis procreatio, & humani generis propagatio, facit etiam totus titulus. C.ne vxor pro marito,odiá enim restringi,fauores vero cõuenit ampliari.l.odia.ff de regul.iuris.l. commodissime ff.de liber.& posthu.

Rursus & in proposita specie animaduertendum erit, quod etiam si bona dotalia vxoris primipilli,tacite fisco sint hypothecata , pro mala huiusmodi officij administratione, tamen non poterit fiscus habere recursum ex eo , ad bona parafernalia

vxo-

vxoris, cum in illis maritus adminiſtrationem dumtaxat habeat, idque expreſſe cauetur in l. 1. C. de priuilegio fiſci, quam ibi ita intelligunt gl. Angel. Paul. & Salicet. & Platea in l. vxorem ad fin. C. de Decurio. lib. 10. Baldui. de pigno. cap. 7. col. 4. quia diſpoſitio odiola loquens in vno caſu, non debet extendi ad alium ſibi ſimilem, de quo plura tradit Decius conſil. 591. Et hanc ſententiam ſignauit Barboſa vbi ſupra, num. 4.

12 Eſt etiam & alius caſus in iure, in quo maritus pro adminiſtratione vxoris ſua bona oneri tacite hypothecæ ſupponit, vt pote quando matrem filij tutricem, ante redditam rationem tutelæ vxorem ducit, vt in l. 2. C. quando mulier officio tutel. fungi poteſt, & in l. 5. titul. 16. part. 6. in quit enim. *Caſando la madre de mientras que ſus hijos tuuieſſe en guarda, el juez del lugar do acaecieſſe, dene ſacar los moços luego de ſu guarda e de ſupoder*, & rurſus inquit. *Eſi el juez hallare que alguna coſa deue dar la madre a los moços por razon de ſus bienes q̃ tuuo en guarda, o por otra manera qualquier, fincã por ende obligados los bienes della, como los de aquel que caſo con ella.*

Dubium tamen erit in propoſito an aduerſus huiuſmodi maritum ſecundum pro reliquis adminiſtrationis tutelæ vxoris, locum habeat via executiua. In qua difficultate Maranta de ordine iudicio. c. de executione ſenten. nu. 53. via executiua agi poſſe arbitratur, ſed eius opinioni aſſentire non audeo, eo quod licet ex matrimonio cum matre contracto, tacita hypotheca pro reliquis adminiſtrationis filij ex legis diſpoſitione inducatur, non tamen guarentigiæ obligationis vim habere dicendum erit, ex l. minor annis viginti quinque. ff. de mino. Forte tamen locum haberet executio pro reliquis aduerſus maritum, vbi ipſe rationibus vxoris præſens fuiſſet, tanquam intereſſatus ratione tacitæ hypothecæ.

13 Vlterius dubitatur, an eccleſia tacitam hypothecam habeat, in bonis ſui adminiſtratoris, vel æconomi. Et dicendum videtur quod nõ, quia nullibi in iure, ſimile priuilegium tacitæ hypothecæ, Eccleſiæ reperitur cõceſſum, vnde cum priuilegia exorbitent a iure communi, qui non reperitur priuilegiatus, ſubiacet regulis iuris. Rurſus pro hac ſententia facit, quia hypotheca nõ inducitur niſi in caſibus a iure expreſſis, ex gloſ. fundi in fin. ff. de priuilegijs credi. Ripa in l. damus, num. 9. eo titul. Petrus Surd. deciſ. 271. nume. 10. Et hanc ſententiam tenet Albericus in l. 2. C. in quibus cauſ. pign. vel hypothe. tacì contra. vbi firmiter tenuit, nulliui hoc priuilegium tacitę hypothecæ, eccleſiæ contra eius adminiſtratorem reperiri conceſſum, & cum refert & ſequitur Gregor. Lupus in l. 25. titu. 13 parte. 5. gloſ. verbo. *obligadas*, idque probari videtur ex text. l. ſimile. ff. ad municipalem.

Sed prædictis non obſtantibus, affirmatiua ſententia tenẽda erit, imo quod Eccleſia bona ſuorum adminiſtratorum tacite habeat hypotheca-ta, pro mala adminiſtratione bonorum eccleſiæ, quam ſentẽtiam tenet gloſ. in c. ſimiliter. 16. quæſtio. 1. ibi. *Vnde dico, quod omnes res clerici ſunt obligatæ ſuæ eccleſiæ, ſicut res mariti vxori*, gloſ. etiam in c. ex literis verbo obligata, & ibi Abbas num. 11. de pignori. idque tenet Neguſan. de pignoribus. 4, membro. 2. partis principalis, num. 120. Palat. Rubeus in repeti Rubricæ de donatio. §. 66. numer. 21. vbi dicit quod prælatus reputatur tanquam maritus eccleſiæ, vt

in c.

in.c.sicut vir,& in.c. sicut alterius. 7. q.1.vnde cum valeat argumentum de matrimonio carnali, ad spirituale,vt in.c.inter corporalia,de translatio.Episco.eodemmodo quo vxor carnalis habet tacitam in bonis mariti pro dote restituenda, & eius administratione a die contracti matrimonij,vt in.l.assiduis.C.quipotio.in pigno.habe. eandem tacitam habebit ecclesia,in bonis prælati,&cuiuscumque alterius administratoris illius,pro damnis ob eius administratorę in suis rebus illatis,a die acceptæ administrationis,non a die damni dati,siue malegestionis,ita Negusan.de pigno.4.membro.2 par.n. 17 Surdus de alimen,priuilegio. 49.nu. 12.&.13.fol.300.columna.4. Et hanc sententiam tenet Felin.in.c.accepimus,num.9.de fide instrum.& in.c.1 nume.12. de præscriptio.Iasson in.§. item Seruiana,nume.76.institut.de actio.Petrus Pequius in tracta.de ecclesijs reparan.c.4.ex num. 3. vbi ex multis resoluit,hac in re seruandum fore ius canonicum, Molina de iust. 2.p.disputatione 536.pag. 1775. Et quod hoc casu fauor ecclesiæ præponderet fauori reipublicæ, tenet Balb. de præscriptio. secũda par.principali,quæst.5.num.4.Accuetus in.l.2.titul.13.libro. 9.Recop.nume.5.& ita per iudiceshuiusChancellarię accerrimi ingenij(me pro hac parte patrocinante)iudicatum fuisse, in fauorẽ ecclesiæ loci de sepulcol. iurisdictionis de Sepulbeda, testis sum oculatus, licet articulus iste illis difficilis satis visus fuerit.

Neque huic sentẽtiæ obstat,quod nullo iure expresse hoc decissum reperitur.Sufficit namque ex identitate rationis valere argumentum de matrimonio carnali ad spirituale,vt voluit Rodericus Suarez in.l.1.titu. de las ganancias,lib.3.fori.Tiraque. in.l.si vnquamverbo libertatis,num. 945.C.de reuocã donario.vbi dicit, quod in hoc casu nondicitur proprie extensio,sed compræhensio, & eius cõclusionem ex autoritate plurium aliorumdoctorum exornat Baldesius in additio, ad Roderi.d.n.3.

Et tenendo istam sententiã, eam amplia,vt etiam locum habeat in ad 14 ministratore hospitalis,ex Negusantio vbi supra, numero.123. Aimon, cons.323.vbi dicit,quod bonapauperum eisdem gaudent priuilegijs,quibus & gaudent bona ecclesiarum,& ita etiam tenet Plotus de in litem iurando,num.745.vbi hospitalia ecclesijs , reipublicis, ac minoribus æquiparari firmauit.Ioseph.Ludoui. Decis.30.num.7,vbi declarat,de quibus hospitalibushæc æquiparatio sit intelligenda.Euerardus in centurijs suis legalibus argumento ab ecclesia ad pia loca.Corneus cons.57. numer.4.volum.3.vbi nu.8. dicit , illud hospitale ecclesiæ æquiparari, quod fuit authoritate Episcopi constructũ quod si de authoritate Episcopi non constet.nunquam præsumitur, vt notat ibidem,n.20.

Vltimo dubitatur,anvxor habeat 15 tacitam hypothecam in rebus & bonis mariti,pro bonis parafernalibus vel eos,quos constante matrimonio ex successione,donatione vel aliter acquisiuit,si maritus illa male administrauit,& breuiter dicendum erit, tacitam hypothecam habere, ex tx. in.l.vltima.C.de pactis conuentis,& in.l.vbi adhuc iunta glos. C. de iure dotiũ,& hanc sententiã tenet Greg. Lupus per tex.ibi in.l.17.tit.11.par. 4.glos.verbo,*ansi son obligados*. Anton.Gom.in.l.50.Tau.nu.4.Couarr. lib.1.Variar.cap.7.n.1.Gutierrez de iura.confirm.1.p.c.46.n.2. quam sententiam intelligit veram Grego.vbi supra quando mulier talia bona tradidit

didit marito in adminiſtratione, tacite vel expreſſe, alias autem ſecus, idq; ex deciſione prædictæ legis patet ſatis colligitur, ibi. *Ca luego que el marido recibe la dote, e las otras coſas que ſon llamadas parapherna, ſon obligados por ende todos ſus bienes, tã bien los que ha entonces, como los que aura deſpues* Et hanc ſententiam tenet nouiſsime Molina de iuſtitia, diſput 441. vbi hanc dicit communem ſententiam in regnis tã Portugaliæ, quam Caſtellæ, licet addat, quoò nõ habebit tacitã cũ prælatione, prout habet in dote, ſequendo gloſ. in l. ſi ego §. dotis. ff de iure dotium. Et hæc eſt communis ſententia ex Gomecio & Gregor. in locis ſupra citatis, ex Bart. in Authent. de priuilegijs dotalibus colla. 8. & ita ſentit Grama, cõſil. 122. num. 8.

Poſtremo dubitatur an tacita hy-
16 potheca quam habet minor in bonis tutoris vel curatoris, habeat etiam extendi ad bona actoris ſiue factoris ab ipſo tutore ad adminiſtrandum electi. In qua difficultate diſtinguendum erit, an talis actor ſit conſtitutus ad inſtantiam minoris vel eius intuitu, & tunc minor habeat tacitam hypothecam in eius bonis. Secus tamen ſi intuitu tutoris conſtituatur, quia hoc caſu tutor ſolus aduerſus bona illius actione perſonali agere poterit, non vero iſte minor eius bona pro reliquis eius quod adminiſtrauit habebit obnoxia. Et ita diſtinguit Bart. in l. actor, nu. 7. ff. rem ratam haberi. Neguſant. de pignor. 4. membro. 2 part. nume. 9. Angel. in §. præterea, n. 41. inſtit. de except. & in §. fin. n. 7. inſtitu. de curato. Iaſſo. in l. properandum. § fi. n. 4. & 5. C. de iudi. Ioſephus Ludoui. deciſ. 4. num. 2.

An autem tutor habeat tacitã hypothecam in bonis minoris pro reliquis tenet quod non, & ita tenet Gregor. Lupus in l. 23. titu. 13. p. 5. Gut. de tutel. lib. 2. c. 16. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio ſiue quietatio, tutoribus vel curatoribus præſtanda, plena plenior, & pleniſſima eſſe poteſt.*

2 *Tutor conuentus a minore vel adulto pro reliquis, in iudicio, an tequã ſoluat coram iudice opponere debet, qualiter ab illo pro talibus reliquis fuerit executatus, vel conuentus, quia ſi vltro ſoluiſſet ei, admonitione & certioratione iudicis non præcedente, deinde minor reliqua ſibi tradita perderet vel dilapidaſſet, ne vtique tutor liberatus maneret, etiã ſi autore prætore ſoluiſſet.*

3 *Solutio reliquorum, an debeat fieri ſcriptura interueniente, inter tutorem vel curatorem & minorem.*

4 *Minor vel quiuis alius qui reliqua recepit, poteſt compelli, vt adminiſtratori inſtrumentum quitationis præſtet, in forma conſueta, & eo reluctante, quod iudex facere poſſit.*

5 *Liberationis inſtrumentum, a minore tutori dandum, qualiter confici debeat, ad hoc vt tutori pleniſſimam ſecuritatem tribuat.*

6 *Verba hæc oppoſita in inſtrumento qui ta-*

quitationis tutoris, scilicet, attento quod mihi tribuit veram & rectam rationem, an probēt rationem realiter redditam fuisse, absque alia probatione, quos habeant effectus.

7 Dolus, in generali liberatione, an videatur remissus.

8 Tutor falso aliquid in rationibus asseuerans, falsi crimen cōmittit, & ob id infamis efficitur.

9 Verba quietationis, quibus minor confitetur, se recepisse a tutore omnia bona sua, quid importent.

10 Quitationes nimis generaliter confectæ, vt in plurimum sunt captiosæ & deceptoriæ, mile quæ periculis & fraudibus expositæ.

11 Quitationem generalem præstare, nemo compelli potest.

12 Quitationes ad hoc vt tutoribus & curatoribus sint tutissimæ, per quæ verba confici soleat, a callidis & peritis aduocatis.

13 Quitatio quantumcunque composita sit, cum remissionibus & pactionibus etiam iuratis, si aliquid adsit tutori, & minori absit, minime prodest tutori maxime super obreptionem, insidias, vel importunitatem eius sit cō fecta, etiam si concessa sit decreto & autoritate prætoris interuenientе.

14 Baldi sententia in Authentica sacramenta puberum, num. 14 C. si aduersus venditionem declaratur.

15 Quietatio dolosa, etiam iudice præsente & autorante concessa nihil tutori prodest.

16 Quietatio, etiam si sit quibuscūque clausulis liberatoria, absoluta, nihil prodest tutori, nisi ratio reddita apparuerit.

17 Administrator si dolose administrauit, & de hoc dolo in rationibus cognitum fuit, talis dolus purgatur & eliditur virtute quitationis generalis, ita vt amplius de eo agi non possit.

18 Quitatio data a minore tutori, cum fideiussore de non contrauenendo rationi & quitationi cuius sit effectus.

19 Quitationes concessæ Regijs administratoribus, qualiter confici soleant, per comites sacrarū largitionum.

20 Quietatio facta in fauorem administratoris, rem mittendo ei omne ius, & quamcunque rem, quam ratione administrationis ab eo exigi potuisset, an extendatur ad administrationes de quibus in illa ratione actum nō fuit.

21 Quitatio data de omnibus datis & acceptis, vulgo, de todos dares y tomares, restringitur ad ea dumtaxat, de quibus in rationibus actum fuit rat.

22 Qui-

22 *Quitatio in dubio facta cenſetur, habito reſpectu ad ea quæ in rationibus fuerunt vtilitata.*

23 *Generalitas ſequens debet reſtringi & limitari ſecundum præcedentia.*

24 *Verba generalia quitationum debent reſtringi ex mente contrahentium.*

25 *Adminiſtrator ſi duplicatam quitationem exhibeat, pro reliquorum ſolutione, an præſumatur vis reliqua ſoluiſſe.*

26 *Dictio pro reſiduo vulgo*, de reſto, *in quitatione appoſita, quid operetur.*

CAPVT. XXXX.

De liberatione quitatione ve, adminiſtratori præſtada (vulgo) *finiquito.*

1 LIBERATIO ſiue quitatio reliquorum, vno de tribus modis tutor iuel curatori præſtari ſolet. Contingit enim eſſe plena, aliquando plenior, nonnúquam etiam pleniſsima, ideo de effectu cuiuslibet quitationis agẽdum erit. Plena ergo dicitur liberatio, quando tutor minori reliqua ſoluit, abſque interuentu curatoris, vel iudicis, & hoc caſu tutor non ipſo iure, ſed ope exceptionis, a ſolutione dictorum reliquorum dicitur liberari, vt tenet gloſ. in l. 1. C. ſi aduerſus ſolutio: verbo poſt, & ratio quia non liberatur ipſo iure, ea eſt, quia adhuc vtraque obligatio naturalis, ſcilicet, & ciuilis remanet, vnde ſi pecunia minori ſoluta per tutorem fuerit in eius vtilitatem conuerſa, & iterum ab eodem minore petatur, eo quod fuerit aduerſus talem ſolutionem reſtitutus minor, qui eam ſoluit ope exceptionis a reiterata ſolutione liberatur, & ſic plenam liberationem conſequitur.

Pleniorem autẽ liberationem tutorem conſequi dicetur, quando tutor reliqua minori ſoluit, interuentu curatoris ſalrim ad litem dati, & hoc caſu vtraque actio & obligatio tollitur, eliſaque ipſo iure manet, verum poſſet & reſtitui minor, ſi non habeat pecuniam ſaluam, vel tantũdem, per alterius rei ſubrogationẽ, vt in. §. fin. inſtitu. quibus alienare licet vel non, gloſ. in d. l. 1. C. ſi aduerſus ſolu. & latius tradit hæc Ioan. Gutier. de tutel. libro. 2 capitulo. 22. ex num. 1.

Pleniſsimam vero liberationem eo caſu tutorem adeptum fuiſſe dicimus, quando minori reliqua ſoluit iudicis authoritate interueniente, vt in. l. ſancimus. C. de adminiſt. tuto. & in dict. §. fin. & ita tenet Ancharran. conſ. 330. num. 1. Molina de iuſtitia diſputatione. 562. in fine, & adhoc partito iure, eſt text. elegans in. l. 14 titul. 14. part. 5. vbi in hæc verba cauit *Apercebido deue ſer todo homeque quiere de hazer la paga a menor de veynte y cinco años, para hazerla de manera q̃ no aya de pagarla otra vez. E para ſer ſeguro deſto, deue pagar lo que deue a el o a ſu guardador, con otorgamiento o mandamiento del juez del lugar, caſi de otra guiſa lo ficieſſe, e deſpues jugaſſe los dineros que le fueſſen pagados, o los mal metieſſe, o los perdieſſe en alguna manera, no ſeria quito*

por

por ende del debdo. Ante dezimos que lo auia de pagar otra vez, mas faciendo la paga con otorgamiento del juzgador, assi como sobredicho es, como quier que fuiesse despues sudaño el menor de veynte y cinco años, no seria tenudo el otro de gelos pagar, ante dezimos que seria quito en todas guisas dellos. Ex cuius legis decisione cautus debet esse quilibet minoris debitor, ne alias illi credita soluat, quam demandato, vel iuteruentu iudicis, qui nimo si minor a suo debitore debitum petat, si debitor soluendo plenissimam liberationem cõsequi vel lit, sufficit certiorare iudicem, vt sciat qualiter minor, a se debitũ exigit, & illum prouideat (prout debet) saltim de curatore ad litem, cui soluatur, quod si iudex hoc non fecerit & debitor soluat minori, ipseque minor talem pecuniam in ludis vel luxuria alijsve iuuenilibus deliramentis perderit, omnino liberatus maneret & plenissimam liberationem cõsequeretur, alias si iudice id non mãdante soluerit, & minor pecuniam solutam perdiderit, iterum soluere compelli poterit, & ita suadet Bart. in.d.l.ait prætor in princip. nu.2. Et hanc sententiam extendit Iacobus àcanibus in tractatu de executorevltimarum voluntа.2.particula, num. 5.ad quoscumque debitores ecclesiarum vel aliorum piorum locorũ colligij vel alterius miserabilis personæ, Vincent.de Fran.decis. 206. numer.13.Anton.Gom.Variar.libro.2 cap.14.vbi dicunt quod quamuis hęc decisio dura videatur serunada tamen erit.

2

Præterea & huiusmodi quitationes in scriptis redigi oportet, quia non aliter legitimæ probantur, ex glos.notabili in.l.1.C.de solu. & liberatio debitorum ciui. verbo assignãtiũ, quã sequitur Guillerm.de Cano. in.d.l.ait prætor.§.permittitur Imo. in.l.vero procuratori, cũ.l.sequẽti §. fi.ff.de solutio.Greg.Lupus in.d.l.4. glos.verbo.*mandamiento.* Quinimo & si minor debitum recipiat, quitatione in scriptis non redacta, ad id compelli debet per iudicem, vt in.l. pluries apochis.C.de fide instrum.l.si cut datam.C.de liberali causa. Decius cons.90.circa finem. Damauderius de tutore.C.de tutorum & curatorum liberatione, nume.9.Roland. cons.49.vbidicit, quod si illam reddere detrectet, iudex faciet reuidere rationes, & de reliquis solutis præstabit quitationem administratori, nomine minoris vel alterius quitationem reddere nolentis, & hæc erit veluti a parte ipsa concessa, quia factũ iudicis & partis æquiparatur.l. si ob causam.C.de euictio.

3

4

Sed modo non absre erit videre quibus verbis, quibusve clausulis, huiusmodi quitationes concipi debeãt & formam huius quitationis & liberationis dictabit text.in.l.102.titu. 18.part.3.cuius verba hæc sunt. *Sepan quantos esta carta, vieren como Albar Perez, siendo mayor de catorce años, otorgo e vino conociendo, a Sancho Garcia que fue su guardador, le auia dado cuenta buena, leal, e verdadera de todos quantos bienes del tomara en guarda, muebles e rayzes que vinieron a su mano e a su poder. E que ficiera bien e lealmente todo quanto deuiera fazer, en los sus fechos y en las sus cosas. E otro si vino conociendo, que le auia entregado del todo, quantos bienes del touiera, y de los fructos que dellos recibio, e todas las cosas que a su mano e a su poder vinierõ por razon de la guarda E otorgose por bien pagado dellos: e sobre todo prometio Albar Perez al sobredicho, que nũca le moueria pleyto ni contienda, ni le demandaria otra cuenta sobre esta ra-*

5

zon. E dixo y otorgo, que auia por firme todos quantos pleytos y posturas fiziera el dicho guardador por el. Otrosi, las paras que fiziera, escriuiera en nombre del. E otrosi, Albar Perez se quito de todo derecho e aze toda cosa que pudiera demandar a Sancho Garcia y a sus herederos, e señaladamente, que dende adelante no pudiesse dezir ni querellar, que por engaño ni por culpa, ni por negligencia del, perdiera o menoscabara algun a cosa de lo suyo. E todas estas cosas e cada vna dellas, prometio e juro el dicho Albar Perez por si e por sus herederos, y de nunca yr ni venir contra ellos, el ni otro por el en ningun tiempo por ninguna razon, so pena, &c.

6 Et quoniam omnes prædictæ clausulæ magnum habent iuris mysteriũ, ideo sigillatim circa easquæ maiori indigent declaratione, nonnulla obseruare opus erit. Et in primis dicitur in dict. quitatione, *le auia dado cuenta buena, leal y verdadera*, nõ enim sufficiens esset, qualem qualem rationem minori reddidisse, sed talis de iure reddi oportet, quæ & rectitudinem, & veritatem contineat, vt in l. 26 titulo 12. par 5 ibi. 7 *Dandoles cuenta verdadera y derecha*. Vnde si rationes a rectitudine, vel veritate deuiassent, eo quod aliquid doli, fraudis, vel machinationis & falsitatis continerent, non solum rationes falsæ præsumuntur in alijs parcellis, vt notat Hieronym. Laure. decis. 53. num. 3. verum neque tutor ex tali quitatione iuuari posset, cum in generali remissione non veniat dolus, vt in l. Pomponius. ff. de nego. gestis: verum tutor ipse, vt falsus pos- 8 set criminaliter accusari & puniri, vt in l. 1. §. tutores ff. de falsis, ibi. *Per inde puniatur ac si falsitatem commisisset.* Et ita tenendum reputat Greg. Lup. in dict. l. 6. verbo cuenta, titu. 11 part. 6. Quinimo & perpetua notatur infamia, vt in l. 1. ff. de his qui not. infa.

Rursus sequuntur in dict. l. verba illa, scilicet, *todos quantos bienes el tomara en guarda*. 9 Debet enim omnium illorum, & fructuum redditũ rationem reddere, quod si aliqua occultasset, illa restituere deberet cũ debito interesse, non obstante quitatione quantumcunque generali, quia generalis quitatio non extenditur ad ignorata, vel per administratorem occultata, l. qui cum tutoribus ff. de transactio. l. tres fratres. ff. de pactis l. 30. titulo. 11 parte. 5. ibi. *Officio teniendo vn ome de señor, o de concejo, o de otro ome qualquier. siquãdo le da la cuenta le encubriesse alguna cosa engañosamente, maguer el señor se ha pagado del, por razon de aquella cuenta, e le de carta de pagamiento, y le prometa que de ay adelante no le demãdara ninguna cosa, por razõ de aq̃llo q̃ tuuo del, tal pleyto ni tal promisiõ no vale, quãto en aq̃llo que encubrio, como quier q̃ vale en todas las demas cosas, de q̃ dio verdadera cuẽta*, & rursus inferi9 in eadẽ lege cauetur. *Ca maguer se otorguẽ por pagados dela cuẽta, e prometã de nunca tornar a ella, si fuere sabido en verdad, q̃ el que dio la cuẽta, o tuuo las cosas en guarda, encubrio alguna cosa engañosamẽte, o fizo otro engaño contra aquellos que hã porte en aq̃lla cosa, tal pleyto ni tal postura ni promission no vale, antes dezimos q̃ puedendemãdar q̃les mejore aquel engaño q̃ les hizo con todos los daños y los menoscabos que vuierẽ por razon del.*

10 Cauendũ tamẽ erit ab istis quitationibus generalibus, quia plerumque sunt captiosæ & deceptiuæ, mille que fraudibus & machinationibus expositæ, & ideo dixit Bartol. in l.

11 cum Aquiliana.C.de trãſactio, quod cum iſte generales quitationes, manifeſtam fraudem continere ſoleant, nullus ad eas præſtandum compellitur, ex text.in.l.3.§. contrarium. ff. de contra.iudi.tutel. Et eum ſequuntur Paul. & communiter ſcribentes ibi. Deciſio Genuen.95.num.4 eam que dicit communem Padilla, in.l. ſi de certa, numero.4. C. de tranſactio. Oroſcius in dict.l.cum Aquiliana, numero.2. Damauderius de tutore, cap.1.de tutorum & curatorum liberatione, fol.99.numero.8.&.9.vbi hoc dicit menti tenẽdum, tanquam quotidianum, multumque frequens & vtile, inter homines cuiuſcunque generis & conditionis. Anton. Theſaur.deciſ.74.n.1.

12 Ad vitandum (tamen) prædictas amaritudines, Angel.in.l. tres fratres.ff. de pactis, adminiſtratoribus ſuadet, vt in ſuis quitationibus, ſequentia verba inſeri faciant, ſcilicet, quod viſis & cognitis rationibus talis adminiſtrationis, tam per ſe, quam per calculatores, & quod ex illis conſtat, adminiſtratorem quitãdum & liberãdum fore, annexu obligationis, ratione adminiſtrationis contractæ, eo quod reliqua configuauit, eum liberat & quietat, & hic addit alia pulchra verba Damauderius de tutore, dicens loco ſupracitato, quod inſignes & calidi aduocati, ſemper in prædictis quitationibus addere ſolent, quod creditor quietat tali adminiſtratori, omne ius quod habet, quodque habere ſperat, ei remittit, etiam ſi ſit tale, quod liberans ignoret eũ ſibi cõpetere, & hæc formalia verba inſereda fore arbitratur, adhoc vt aduerſus talẽ quitationem & liberationẽ amplius venire nõ poſsit, & eo non relato hanc eandem ſententiam tenet Maſcard. de probatio.concl.1253.numer.11.

Mihi autem, ſupradicta cautelaſa tis non arridet, in caſu quo ex dolo
13 vel fraude, adminiſtratori aliquid adeſſet, & minori abeſſet, ſed eam veram intelligo, vbi debitor eſſet adminiſtrator, ratione negligentiæ, & malegeſtionis, etiam doloſæ & fraudulẽtæ, quia eo caſu, in generali etiã remiſione, dolus præteritus veniret, & remiſſus cenſetur, maxime vbi præſumptio eſſet, quod creditor habuit animum remittendi dolum præteritum, ex text.in.l.30.partitæ ſupra relata, ibi. *Fueras ende ſi ſeñaladamente le vuieſſe quitado el dolo que vuieſſe hecho.* Et in hunc modum debet intelligi text.in.l. ſiquis rationes. ff. de libera.lega. Vbi hæres qui rationes exigere prohibetur, poteſt petere & reliqua, & quidquid ex dolo adeſt adminiſtratori, niſi expreſſe, vel ſaltim ex certiſsimis & euidẽtiſsimis coniecturis, ea remiſſa apparerent. Et ita illam intelligit Gregor. Lupus in dict.l.30.verbo, *o fizo otro engaño*. Iodocus Damauderius loco ſupra citato, numer.12.&.13. Et pro hac ſententia, eſt text. ſingularis in. l.14. titulo.18 part.3. ibi. *E como quier que tal carta tengan, no ſe puedan eſcuſar ſi alguna coſa tomaron, o ſi cogieron marauedis demas que no dieron en cuenta.* Semper enim ſaluus manet ius creditoris, vbi agit de damno euitando, vt tenet Aimon.conſ.221.numero 8. & in tantum verum eſt, quod ſi aliquid adeſt adminiſtrarori, illud in generali remiſsione non venit, vt etiam ſi liberatio iure iurando fuiſſet confirmata, adhuc abſque metu periurij, peti poſſet reuiſio rationum, & reformatio erroris, idque voluit Soci.conſ.18.col.3.verſ.cõfirmatur, Aimon vbi ſupra, verſiculo, neque

obſtat

obstat iuramentum. Rolandus consi. 49. numero. 57. Anton. Thesau. vbi supra numero. 7. Gutierrez de iuramen. confirma. 1. parte. capi. 40. numero. 25. Et hæc sententia eo maxime casu, locum sibi vendicat, quando talis quitatio & liberatio concessa fuisset per insidias, & ad instantiam importunam debitoris, vt in terminis voluit Corneus consi. 258. & 263. colum fi volum. 4. Calcaneus consi. 111. Auenda. 2. par. de exequendis manda. cap. 10, nume. 4. Damauderius loco supra citato Aimon. d. numero. 41. vers. decimo quitatio.

14 Et sub huiusmodi declarationibus & limitationibus est intelligēda sententia Baldi in Auth. sacramenta puberum, num. 14. C. si aduersus vendi. quatenus tenet, quod valent refutationes per adultos suis tutoribus cōcessæ, sub iure iurādo de nō cōtraueniendo, vel amplius rationē nō petēdo debet enim intelligi, nisi intra tēpora a lege præfinita cōstiterit, cōputationē erroneā, dolosā, vel nō plene

15 redditā fuisse, & ita limitat Anchar. vbi sup. n. 7. q etiā verū est & procedit, & si ralis quitatio & liberatio, autore prętore facta fuisset, decreto præcedēte, & etiā vbi de huiusmodi solēnitate, vel alia, mētio facta fuisset in ipso quitationis instrumento, vt addit Rol. vbi sup. n. 96. Castren. cōs. 190 col. 3. in fi. Dec. cōs. 110. n. 9. Gutie. vbi

16 sup. n. 7. vbi hāc sententiā multis argumētis iuridicis cōfirmat. Cōcludo ergo q si cōtra quitationē alleguetur q fuit data, nō prius viso libro rationū (qui ex cōsequentia actus administratorij venit exhibēdus) cū hoc casu nō dicatur reddita ratio, ex Anch. vbi sup. liberatio siue refutatio administratori concessa per adultū, & si qualemcūq; clausulam liberatoriam & renūtiatoriā cōtineat, minori domino principali, vel creditori nō prę-

iudicauit Imo (q magis est) ex abūdantia clausularū, renuntiationum, vel remissionū, quitatio dolose extorta præsumitur, & sic, & si subpenis, quibuscūq ve cautionibus sit cōposita, neutique prejudicabitur creditor quominus ex supradictis causis, illi cōtrauenire valeat. Secus tamen vbi

17 ratione doli vel fraudis nihil adesset ipsi administratori, quia etiam in tali remissione, veniret dolosa administratio, & rerum domini amissio, & dilapidatio, & clausulæ prædictæ omnimodum effectum haberent, ex Gregor. vbi supra Auendañ. dict. cap. 10. num. 39. Gutierre b dict. capi. 40. num. 10. idquo manifeste probari videtur in. l. 102. titu. tit. 18. part. 3. ibi *Ni por culpa, ni por negligēcia, del q per diera o menoscabara alguna cosa delo suyo.* Habetur (enim) loco legitimæ trāsactionis, quæ postquā legitimę facta fuit, amplius retractari nō valet, vt in. l, causas vel lites. C. de trāsact. & ita debet intelligi Damaud. de tutore capite tutorū & curatorum liberatione nume. 11. fol. 100.

Pone tamen, q in tali quietatio-

18 ne fuit adhibitus fideiussor de nō cōtraueniendo ratione doli, vel ex qua cūq; alia causa. Dubitatur modo, an minore contraueniente, tali refutationi & quitationi, eo quod aliquid retinuit administrator, fideiussor incidat in pœnam, vel ex tali fideiussione possit conueniri: & fideiussorem hoc casu non posse molestari ex tali fideiussione, tenet Ancharran. consilio. 330. numer. 9. ibi hanc quæstionem late disputat, tu illum videas, quia nolo fur esse alieni laboris, mihi tamem eius opinio nimis arridet, ex superius relatie, & ex text. in lege Grecæ. §. illud. ff. de fideiussoribus.

Quitationes vero administratorum regalis patrimonij, conficiſo-

lent,per scripturam insertis rationibus, per administratorem redditis, vt perpetuo de erroribꝰ & fraudibus constare possit,vt cõstat ex.l. 19.tit. 5.lib.9.recop.Quod vtique in omnibus alijs fieri expediret, licet testibus rationem redditam fuisse,probari possit,etiam si in specie non appareat de quo, dummodo constet ex quacumque causa calculatas, non enim opuest,vt sigillatim exprimat testis de quo calculus fuisset factus, & ita tenet Ferrara in sua Practica, titulo.de forma libri quo agitur, vt pacta seruentur,C.incipienti discussis rationibus,ex numero. 3. folio. 332.

Vlterius ex verbis dict.l.partitæ, ibi. *E otro si,se quito de todo derecho, e de toda cosa que pudiera demandar*, dubitari poterit,an quitatio extendatur ad cæteras administrationes de quibus expresse actum non fuerat inter partes. Et videtur dicendum,quod hæc clausula (quæ vulgari idiomate sonat, *de todos dares y romares*) ad omnes & quascumque administrationes debeat extendi, quia qui totum dicit nihil excludit, lege Iulianus. ff.delegat.3. Catelianus Cota in memoriali verbo filius renuntians, vbi dicit, quod verba generalia omnia includunt implicite, facit, quia generalia verba, generaliter debent intelligi, lege prima. §. & generaliter. ff. delegat. præstan.lege regula.§.final. ff.de iur. & facti ignor. Bald. in lege sub prætextu.27. C. de transaction. numero.13.

Sed prædictis nõ obstantibus contrarium est tenendum, imo quod quantumcunque quitatio tutori,vel alio administratori concessa, loquatur per hæc verba generalia, scilicet, de omnibus acceptis, & datis, adhuc solum extendi debeat, ad illam dumtaxat administrationem de qua actum fuit inter partes, vel supra quam rationes fuerunt dispunctæ, quia quantumcunque quitatio sit generalis, non porrigitur ad species in rationibus non compræhensas, vel de nouo repertas de quibus specialiter actum non fuit, ex textu in lege tres fratres vbi glossa verbo posse. ff. de pactis & in lege, si ita quis. §. fina. ff. de verborum. Bald. vbi supra numero, 12. cum sequentibus, & in lege si de certa. C. de transactio.vbi dicit quod in dubio semper censetur habitus respectus ad causam, quæ vintilabatur, & non ad causam quæ non fuit proposita. Et ita in terminis tenet Socin. consilio. 103. numero quarto, volumine. 3. Aimon.consilio.221.numero.8.Mascard. de probation. conclus. 1253. numero.41.& ratio est, quia generalitas sequens,debet restringi & declarari secundum præcedentia,lege non est nouum. ff. delegi. dicta lege si de certa. C. de transactio. Affli ctus decisione.319. numero. 1. Aimon.dicto consilio.221.numero.17. versiculo decimo quitatio, & consilio.43.numero.3.dixit,quod & si verba quitationum sint generalia, debent restringi & limitari, ex mente & intentione partium,ex text. in lege emptor.§.Lutius in fine.ff. de pactis,ibi. *Respondi si tantum ratio accepti atque expensi esset computata, cæteras obligationes manere in sua causa*,lege.in fidei.commissi.§.cum Polidius.ff.de vsuris,l.si is qui animo. ff. de acqui.posse.&est tx.de iure partitarũ in.l.14.ti.18.p.3. ibi. *Ca esta carta no le quita,sino de quanto nõbra en ella,señaladamente,e delo que dio verdadera cuẽta*,& multa iura in proposito cumulauit Paul.Castrensis,consilio.332.libro primo, & consil.174. col.2.

colum. 2 libro. 2. & facit, quia verba debent reſtringi ad ſuum cogitatum l. ſi ita quis. ff. de teſtam. tutela, nec debent operari vltra agentium intentionem. l. non omnis. ff. ſi cert. petat. & ita in terminis reſpondit Baldus. conſ. 159. colum 3. libro. 3. Bene tamen verum eſt quod ſi prædicta verba generalia ſalua ratione recti ſermonis, poſsint aptæ ad aliam ſpeciem adminiſtrationis adaptari, quã ad illam ſuper quam quitatio conceſſa fuit, tunc generaliter accipi debent, vt in. l. pluribus. ff. de acceptila. vt ita tenet Bart. in. l. ſi de certa ſupra relata, cuius ſententiam communiter receptam dicit Riminald. cõſ. 54. n. 8. & 343. n. 18. & 161. & Nata cõ ſi. 546. ponit nõnullas quietandi formulas, num. 20. alias addit Menoch. 496. ex nu. 59. indict. l. pluribus col. 2. verſ. aduerte quoniam: & eam tam in pacto quam in tranſactione, verã reputat Padilla, in. d. l. ſi de certa, nu. 3. in fi. & ita ſentit Catelianus vbi ſupra, & melius omnibus Petrus Surd. deciſ. 217. n. 14. quã omnino vide. qa melius omnibus de mũdo loquitur, in propoſito, & ibi cõgerit pluresformulas quib⁹ quitationes generales componi ſolent.

Quid tamen erit dicendum vbi adminiſtrator habet duas quitatio-
25 nes diuerſis temporibus factas, de eadem re & ſumma, an ex hoc bis reliqua ſoluiſſe præſumatur, eo (condictione indebiti) pro vna ſolutione agente. In qua difficultate dicendum videtur, quod vnam ex talibus ſumis repetere valeat, eo quod viſſoluiſſe præſumitur, vt tenet gloſ. in. l. ne cauſa. C. de diſcuſsionibus libro. 10. quam ſequitur Petrus Surdus plures Doctores pro ea referens in conſilio 80. numero. 17 & 18. vbi dicit, quod debitor qui habet duo inſtrumenta quitatoria, vnam ſolutionem poteſt repetere, quod autem in dubio non ſit præſumendum, quod creditor binam ſolutionem acceperit, tenet Maſcardus de probation. concluſione. 1250. numero. 38. Quod ego veriſsimum credo, vbi vtraque quitatio in eiuſdem perſonæ fauorem facta fuiſſet, ſecus tamen vbi vna data fuiſſet patri adminiſtratori, & alia filio hæredi. pro reliquis rationis conuento, quia hoc caſu bis reliqua ſoluta præſumi debent, eo quod præſumitur quod hæres bona fide credens patrem eius, vel anteceſſorem non ſoluiſſe, pro exoneranda conſcientia defuncti ſoluerit, iuſtam enim ignorantiæ cauſam habet, qui in ius alterius ſuccedit, ex vulgata regula iuris, qui in ius. Quod maxime verum eſſet, ſi finita adminiſtratione & reddita ratione adminiſtrator aliquibus annis vixit, & creditor nihil ab eo petiuit, argumento eorum quæ notant Doctores communiter in lege Publia Mœuia. ff. depoſiti, & in lege qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborum.

26 Quid autem importent hæc verba, *de reſto*, in quitatione appoſita, vide ſupra, capitul. 37. ex numero. 1. cum tribus ſequentibus, & adde Surdum conſ. 80. num. 33.

SVMMARIVM.

1 *RAtiones ſemel calculatæ, iterũ diſpungi non debẽt maxime, ſi primo redditæ fuerunt per modum ſindicationis.*

2 *Cautela adhoc, quod ſemel redditis rationibus, adminiſtrator amplius non moleſtetur.*

3 *Rationes semel redditæ & calculatæ, an denuo dispungi possint vbi iudex in approbationis sententia, reseruabit dolum, vim, & fraudem in illis reddendis contentum.*

4 *Sententia iuris reseruatiua, cuius sit effectus.*

5 *Sententia a calculatoribus super parcellis in iure consistentibus lata, & si ab ea non appelletur nunquam transit in remiudicatam.*

6 *Rationes semel redditæ, non solum possunt retractari, vbi error interuenit in calculis, verum & si in iure erratum fuerit, vt quia ad iudicatum fuit vni, quod re vera de iure ad iudicãdũ non erat, vel si collatio fuit facta cum eo qui non habebat ius collationis.*

7 *Frater vtrinque cõiunctus si in fata concesserit, & frater illius vtrinque coniũctus, eius hæreditatẽ cũ fratre vno latere tãtum coniuncto diuiserit, an & quando quomodo ve, talis diuisio erronea retractari valeat.*

8 *Error calculi intra quãtum tẽporis spatium retractari valeat.*

9 *Iudex delegatus si in cõmissione excedat, eius sententia nũquã trãsit in rẽiudicatã, neque aduersus eã currũt fatalia, quominus saltim per modũ simplicis querellæ possit retractari.*

10 *Error calculatorum sententia iudicis confirmatus, an aliquo modo retractari valeat.*

11 *Error minimus, iudicis sentẽtia cõfirmatus, an debeat retractari.*

12 *Iudex de minimis non curat.*

13 *Sententia rite lata, vbi fauor publicus versatur, prætextu nouorum instrumentorum an possit retractari.*

14 *Iudex ordinarius loci, quandocũque velit, potest reuidere positiones, & errores earum retractare.*

15 *Calculi error, vsque ad quod tempus retractari valeat.*

16 *Dictio semper, tempus infinitum comprehendit.*

17 *Dictio semper, aliquando tempus vnius anni, vel biẽnij cõprehendit.*

18 *Dictio semper, est intelligenda secundum naturam actionis super qua interponitur.*

19 *Intellectus ad text. in l. vnica. C. quando non peten. partes.*

20 *Intellectus ad text. in l. minor. §. pater, vers. qui statu liberum. ff. de euict.*

21 *Dictiones semper, perpetuo, & quãdocumque, cuius temporis spatium comprehendant.*

22 *Ratio inter mercatores legitime calculata, potest (quandocumque alicui eorum placuerit) reuideri.*

23 *Iudices publicarum rationum reui-*

so-

uiſores, qui a regio Senatu miti ſolent, eas dumtaxat rationes reuidere poſſunt, quæ a triginta annis retro calculatæ fuerũt, calculari ve debuerunt.

24 Iudex rationalis a conſilio regio miſſus, pro reuidendis rationibus populorum, an reuidere valeat etiam eas, quem regio conſilio fuerunt approbatæ, vt ſciatur an dolus vel ſordes in illis interuenerit calculandis, qualiter ve errores in illis facti, poſſint & debeant retractari.

25 Iudex rationalis, an ſi dolo fuiſſe verſatum adminiſtratorem, in adminiſtrando vel rationes reddendo reperiat poſſit illum punire, etiam ſi iam ſindicatus fuiſſet, ſuper illis adminiſtrator.

26 Iudex delegatus ad reuidendũ publicas rationes, illas reuidere & taxare poterit etiã ſi adminiſtrator quitationẽ iuratam exhibuerit.

27 Quitatio ſi dolo fuit extorta, dolo etiam cenſetur extertum iuramentum ad eius confirmationem interpoſitum.

28 Reuiſio rationũ ſi petatur ex cauſa erroris in illis cõtẽpti, priusde errore in ſpecie doceri debet, neq; ſufficit generaliter dicere rationes erroneas fuiſſe, quinimo & de errore ex claris, & perſpicuis probationibus conſtare debet.

29 Reuiſio rationũ, an ſit cõcedẽda, vbi dolus præſumitur in illis interuenisſe, an vero clare & euidẽter de dolo vel fraude conſtare debeat.

30 Reuiſio rationis, ſi ex cauſa erroris petatur, qualiter error probari debeat.

31 Pactũ factũ inter partes, vt perpetuo rationibus calculatis ſtetur eo quod confitentur, quod viſi fuerint libri rationũ, & per calculatores explorati, an operetur quod rationes non poſsint peti reuideri, ex cauſa erroris ex poſt facto apparentis.

32 Pactũ, arbitramẽtũ, vel ſẽtẽtia iudicis, cũ clauſula deſtãdo rationibus, impedit ne deinceps rationes prætextu erroris retractẽtur.

33 Errore calculi probato, omnia pacta, conuentiones, & ſtipulationes in quitatione appoſitæ, eodem errore confectæ præſumuntur.

34 Decretum iudicis, etiam ſi in quitatione a minore tutori data interuenerit, ſi tamen fuit ſine cauſæ cognitione, ex abruto & præcipitanter interpoſitum, comprobando geſta per tutorem & computationem, eodem contextu, nullo dato temporis interuallo, omnia ſub dolo & fraude geſta præſumuntur.

36 Partes pacto facere poſſunt, vt ſi intra certum & præfinitum tempus, de errore calculi

actum non fuerit, amplius aduersus rationes agi non possit.

36 *Quitationibus generalibus in iudicio productis, semper habenda est diligens consideratio, omnium in illis contẽtorum, scilicet, absoluentis & liberantis, absoluti & liberi.*

37 *Testator qui cum alijs habuit societatem, si declarauerit in testamẽto, quod Sempronius eius socius debet sibi decem ex reliquis societatis, & debitor in viginti reliquatus appareat, an videatur illi dare quitationẽ de decem, & quid si locutus fuit per dictionem taxatiuam, tantum vel dumtaxat.*

38 *Testator si in testamento cauit, sibi Sempronium pro residuo vel de restorationum, decem debere, an ex hoc videatur recepisse medietatem de viginti in quibus fuit reliquatus.*

39 *Testator si in testamento dixerit. & iure iurando interposito declarauerit, sibi deberi a Sempronio decem ex reliquis, & viginti in reliquis esse constiterit, an alia decem eidẽ Sempronio legare voluisse præsumatur.*

40 *Iuramentum habet vim geminati consensus.*

41 *Creditor si præsente fideiussore sui debitoris, declarauerit debitorem sibi in decem pro residuo teneri, & fideiussor acceptauerit eius confessionem, an debitore confitente ex post facto, se in viginti debitorem esse, huic fideiussori præiudicetur, ad hoc vt pro viginti possit conueniri.*

CAPVT. XLI.

Rationes semel calculatæ, quibus ex causis iterũ possint fieri, reuideri & retractari.

1 ILLVD iure & ciuili & regio satis cõstitutum est, vt rationibus semel legitime dispunctis iterum reiterari non debeãt, vt in.l.semel.C.de apochis publi.libr.10. & ibi notat Bart. notantque Ioannes Monachus, Archidia.& Ioannes Andrea, in.c. vnico de clerico ęgrotan. Socin.cõs.92. num.1.volum.4.Parisius cons.89.n. 1.volum 1.Decis.Genuen.24.num. 1.idque lege regia confirmatum extat, in.l.51.tit.5 libr.2. in noua legũ regni collectione, ibi. *Y mandamos, que de aqui adelante, en ninguun pleyto aya mas de vnas cuentas, que se ayã de hazer por contadores*. Et hæc sententia secundum Auendañ. de exequend.manda.1.p.c.9.nume.2. præcipue locum habet, quando rationes redditæ fuerunt primo, per modum sindicationis, & quidem hoc iustissima ratione fuit constitutum, vt eui taretur processus in infinitum, ne verationes immortales efficerentur. argum.l.properandum. C. de iudicijs, illud enim antiquum iudicum solebat esse axioma, vt si petitio fieret in iudi-

iudicio, vt rationes redderentur, alicuius adminiſtrationis, ipſi quaſi irridendo actorem reſponderent, detur copia nepotibus, (o ingens labirintum, o monſtrum ſeptem capitũ, vbi vnum ſi conteras, ſeptem alia renaſcuntur) & prædictam rationem decidendi ad text. in d. l. ſemel tradit Iaſſon in l. vnica. C. de errore calcu. num. 2. cuius infinitatis euitãdæ gratia, Iaſſon vbi ſupra conſuluit reo, vt eo condemnato ad reddendum rationes, ſi vellit, vt ſemel redditas amplius non moleſtetur, petat, vt illis liquidatis alius calculator nominetur qui reuideat rationes, & demum ab illo reuiſa ratione a iudice petat, vt interloquatur, quod illius calculo teſtetur, donec dolo, vel fraude interueniente redditam fuiſſe ſpecifice non apparuerit. Et hanc eandem cautelam probauit. Angel in l. 1. §. tributio. ff. de tributoria. Auiles in cap. 30 prætorum gloſ. verbo. *Y acaben de tomar.*

Prædictam etiam generalem regulam limita, niſi iudex in ſententia rationum confirmatoria reſeruaſſet (prout cauti & diſcreti iudices reſeruare ſolent) vim, dolum, aut errorẽ in illis interuenientem quandocumque reformare & corrigere, eo enim caſu quantumcunque in remiudicatam tranſierint rationes, adhuc prætextu vis, erroris, metus, vel fraudis reuideri iterum licebit, ſententia namque iuris reſeruatiua, ius partium vtique conſeruat, ex Bald. in l. cum eorum, num. 2. C. de ſentent. & interlocutio omni. iudi. Aimo. conſ. 29. nu. 8. Auiles in dict verbo. *y acabẽ de tomar*, ver. quod intelligerẽ. Quæ ſententia in tantum vera eſt, vt etiã ſi tutor haberet quitationem a mino repræſtitam, præcedente authoritate curatoris & iudicis decreto, adhuc aduerſus illam venire poſſet, vt tenet Baeça de decima tuto cap. 2. num. 163. Et quod vbi erratum eſt in calculo, ſententia nũquam tranſeat in remiudicatam, eſt text. in l. cum putarem ff. famil. herciſ. in fine, Acceptus in l. 22. titul 6. libro 3. recopi. num. 5. Gregor. in l. 14. titul. 18 p. 3. vbi dicit, quod ſi ratio non ſit ſufficienter reddita, vel legitime diſpuncta, quitatione non obſtante, iterum reddi debet, non tamen plus, quamuis de iure ciuili diſpungitur, vt in. l. fi. §. fi. ff. de bonis authori. iudi. poſſidend. ibi. *Siquis tamen (inquit) iurauerit, non calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere quæ diſpunxerit, iterum ei faciẽdam poteſtatem nec amplius quã uis.* Et ante eos tenet Bald. l. ſi plures, n. 17. C. de cond. inſertis Ioann Andreas & alij. c. 1. de clerico. ægrotã. in. 6.

Et non ſolum rationes poterunt de nouo fieri, reuideri, & retractari, vbi error in mathematicis conſiſteret, vt puta quando calculatores dixerunt, duo & tres eſſe octo, ſed etiam vbi erratũ eſſet in iure, eo quod oneratus fuit adminiſtrator, de parcellis quibus iure onerari non debuit, vel verſa vice non fuit oneratus de parcellis iure ab ipſo debitis. Tali enim caſu & ſi ex iuris diſpoſitione ratio retractari non deberet, per modum actionis, ſaltim per officium iudicis, iſte error retractandus foret, ex Bar. & Platea in l. inſtar C. de iure fiſci, libro 10. Pariſio conſ. 89. numero. 27. Maſcard. concluſ 253. num. 1. & 13. Et hæc ſententia confirmari videtur ex text. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & facit igno. vbi ſi frater vtrinque coniunctus diuiſerit fratris hæreditatem, cum fratre eidem fratri vno tantum latere coniuncto, eo quod exiſtimaſſet æqualance inter ambos diuidendam fore, ex iuris diſpoſitione, talis ratio & diuiſio, prætextu

textu erroris (saltim officio iudicis) poterit retractari. Et hanc sententiam tenuit Bal.cõs.386.libro.1.Aimon cons.188.num.10. Plotus de in litem iuran.num.527. Gutierrez de iuram.confirma.cap.7.part.3.num.1 Petrus Surdus decis.239.num.1.&.2 Quam sentẽtiam veram reputat,vbi talis diuisio, sententia iudicis quæ in remiudicatam transiuit,non fuisset facta,ex tex.in.d.l.cum putarem, & ita intelligendus est secundum eũ text.in.d.l.si post diuisionem, & eius sententia probari videtur ex text.in l.1.C.de condictio.indiui.l.fideiussor §.in omnibus.ff.mandati, & de iure partitarum est text.formalis in.l.33 titul.14.par.5.vbi adijcit rationem prædictæ conclusionis. Ex quibus venit interpretandus text.in.l.calculi error.ff. de administratio. rerum ad ciuita.pertin Quatenus ibi retractari potest error calculi,intra decẽ, viginti,sibi triginta annorum curricula,secundum distinctionem glossæ singularis,ibi. (de cuius interpretatione inferiusagendum erit)huiusmodi enim errores de quibus in.d.lege,minime retractari possent,vbi error sententia iudicis,quæ in remiudicatam transisset iam fuisset confirmatus, ex text.in.l.1.C.communia, vtriusque iudi.& in.d.l.1.C.de cond. indebi.& in partitione & diuisione bonorum hanc sentẽtiam tenet Bar. in.d.l.instar,num.7.in fine. Aiora de partition.3.p.q.7numero.15.Prædictam tamen sententiam veram reputo,vbi sententia rationis erroneę cõfirmatoria,lata fuisset a iudice ordinario siue appellationis,secus tamẽ dicendum existimo,vbi sententia iudicis delegati,ad rationes liquidandas constituti fuisset cõfirmata,quia licet ab eius sententia nonfuisset appellatum,quandocumque posset taliserror retractari,cum excesserit in commissione erroneam rationem confirmando. Quæ sententia probatur ex singulari doctrina Baldi in.l.si vt proponis,num.2.C. de executione rei iudicatæ,vbi tenet,quod vbi iudex executor excedit in commissione,nunquam contra eius sententiam currunt fatalia. Et hæc est singularis conclusio, pro spoliatis a iudicibus executoribus,qui adliquidandum rationes mituntur,ideo illam tenemẽti,quia aliquando mihi honorem tribuit.

Quod autem dictum est supra, q̃ error sententia confirmatus, propter authoritatem reiudicatæ retractari nõ debet,est indubitabile, quãdo error fuit paruulus, & in iure consistit,ex text.in.l.quamuis & ibi notant scribentes communiter.ff.de cõdit.& demonstr.& notat Bal.in.l. 1. C.si aduersus solutio,& in.l.penultima.vers.in tempore.C.de condit.insertis. Additio Bartoli in.d.l.instar verbo non habet vim sententiæ, & ex Oldraldo refert Bal.in.l.2. nume. 5.C.de condi.insert. Bobadilla lib.5 Politicæ,cap.4.num.76. & ratio potissima quare error paruulus in rationibusfactus,&per iudicem approbatus in via executiua reuocari non debet ea est, quia in via executiua non agitur iure actionis, sed officio iudicis,quis adsoluendum compellitur,vnde cum de minimis non curet prætor.vt in.l.scio.ff. de in integrum restitu.iudex illum reuocare non debet propter authoritatem reiudicatæ.Secus tamen si error magnus esset,& iudici ponderosus,& nimis considerabilis appareret, considerata qualitate damnum passi,& illius contraquem error resultat,quia hoc casu officio iudicis retractaripotest,ex naturali ratione, quę prohibetvt nullus cũ alterius iactura locupletetur,iuxta tex.in.l. nam hoc natu-

tura. ff. de condictio. indebi. & nullo adducto fundamento hanc sententiam tenet Castellus in l. 27. Tauri. vers si vero Auiles dict. c. 30. verbo, *y acaben*. Et secundum prædictam distinctionem iudicatum vidi per regios nostræ Pincianæ Chancellariæ Senatores, in causa positi villæ de Chinchon, quia licet in rationibus fuit litigatum, an vna parcella ducẽtorum mille moropetinorum, bis deberet in calculo recipi administratori, & in fauorem administratoris fuit iudicatum, & lata executoria, adhuc causa executionis per appellationẽ ad curiam deuoluta, & super eadem parcella vintilata, ad instantiam alterius administratoris, cui ius in prima lite fuerat reseruatum, viso erro re manifesto, & quod quantitas erat magna, non obstante exceptione rei iudicatæ, per administratorem opposita, pronuntiatum fuit, vt semel tantum dicta parcella excomputaretur in calculo, quæ vt bis excomputaretur iam fuerat iudicatum, credo tamen quod in casu & exemplo proposito, magna fuit habita consideratio adhoc, quod ibi vertebatur fauor publicus pauperum & miserabiliũ personarum, vbi enim fauor publicus
13 versatur, sententia etiam rite lata, virtute nouorum instrumẽtorum potest retractari, vt in l. subspecie. C. de reiudi. c. inter monasterium. c. suborta de reiudica. l. 15. titul. 11. par. 3. & in l. 19. titul. 22. part. 3. & sic exonerauerunt prædicti administratoris conscientiam, satis ex mala fide, & animo fraudandi lęssam. Et quidem in fauorem prædictæ sententiæ reuocatoriæ facit, quia iudices supremi debẽt iudicare attenta rei veritate, vt in l. fin. tit. 17. lib. 4. recopil. Huic etiam sententiæ suffragatur ratio text. in l. 9. tit. 15. libro. 7 recop. ibi. El *Corregidor o Alcalde mayor del partido si fuere del señorio, puedan reueer siempre que quisieren las cuentas de su officio, o a instancia de alguna persona, y desagrauiar al posito en lo q̃ estuuiere agrauiado.* Et in terminis parcellæ bis oneratæ, hanc conclusionem veram reputat Bar. in d. l. instar. nume. 7. C. de iure fisci, libr. 10. vbi illum sequitur Platea, Ias. in l. errorem num. 3. C. de errore calculi, Castellus dict. l. 27. num, 20. versic. vndecima particula, Bobadilla vbi supra, num. 77.

15 Sed modo videre oportet, intra quantum tempus huiusmodi errores calculi, possint retractari, & videtur dicendum quod semper & quandocumque huic remedio locus sit, ex tex. de iure regio in l. 9. titul. 15. li-
16 bro. 7. Recopila. ibi. *siempre que quisieren*, dictio enim illa semper, regulariter tempus infinitum compræhẽdit, ex Bar. in l. 1. num. 21. ff. solu. matrim. Socin. cons. 11. columna. 2. versicul. & in super, vbi dicit, quod hæc dictio semper facit regulam, & æqui pollet vniuersali, & denotat perpetuitatem. Neuizanus in Sylua nuptiali verbo non est nubendum, numero. 18.

17 Bartolus tamen hac in re fuit sibi contrarius, quia in l. aduersus in fine vltimo notabili, C. de vsuris, dicit, quod prædicta dictio semper, non vtique tempus infinitum compræhendit, sed tempus dumtaxat, bienij, decenij, & ad plurimum tempus viginti annorum.

18 In qua difficultate dicendum arbitror, quod hæc dictio semper debeat extendi, vel restringi, secundum naturam & vitam actionis superqua inponitur, quod probari videtur, ex Rubrica. C. de perpetuis & tempo. actio, vbi licet de actionibus perpetuismẽtio fiat, tamen omnes actiones ibidi numeratæ, tempore quadraginta annorum ad summum finiuntur, & ita tenet

tenet Couarruu.lib.1.Variar.cap.9. nume.4.vnde cum de iure ciuili hæc actio erroris calculi, vsque ad viginti annos possit opponi, quando per gratiam calculatoris erratum appa-
22 ret, vt quia admisit aliquam expensam quam admittere non debuit,vel onerauit administratori,quod de iure onerandum non esset,vt tenet gl. & communiter scribentes in.l.calculi error.ff. de administrat. rerum ad ciuita.perti.Bart.in.l.instar,num. 7. C.de iure fisci libr. 10. Bobadilla in politic.lib.5.cap.4.num. 77. eodem etiam tempore durabit actio.siue officium iudicis,quod competit pro reuocando errore calculi,& ita erit in
19 telligendus text.in.l.vnica. C. quando non peten.part.quatenus probat, quod ius inmiscendidurat perpetuo, nam cum iuri immiscendi per tempus triginta annorum præscribatur, secundum glos.& communiter scribentes in.l.licet.C.de iure delib. nõ amplius quam triginta annis elapsis, prædictæ actioni præscribi poterit, Et in terminis aditionis hæreditatis,ita tenet Alex.in.d.l.vnica,Rode
20 ric.Suar in.l.8.titul.de las herencias libro. 3.fori,nu.44 &.45. & ita erit etiam intelligendus tex.in.l. minor. § pater vers. qui statu liberum. ff. de euictio.ibi.*Euictionis nomine perpetuo obligatur*,& in proposito est glos. celebris in cap.ea enim. § perpetua, 10.quæst.2.quæ exponit illamdictionem perpetua,idest vsque ad triginta annos,&in terminis dictionis quãdocunque indict.l.regia apposita,ita tenet Bal.in.l.1. C. de fæudo dato in vicem leg.commisso. in vsib. fæudorum,glos.etiam in.l.1.verbo præscriptionem C.de bonis mater. ex quibus venit intelligendus text.in.l. 12 tit.19.lib.9.recopila.verb.*cada vquãdo fueren requeridos*.Tiraquel.latissime,de vtroque retractu,titul.2.§.1.
21 glos.2.num.9.vbi loquendode dictionibus semper,perpetuo,& quandocũque,idem scripsit,Couarr.loco superius citato,Gutierrez de iuram.confirmat.3.p.c.1.num.10. Petrus Surd.
22 decis.2.num.10.&.12.&.22.vers.neque mouet,& hoc modo intelligi debet sententia Bart.& Angel.in.d.l.1. C.de errore calcu. quatenus tenent, quod licet inter mercatores sit falsata & summata ratio, adhuc creditor vel debitor petere potetit,vt iterum reuideatur,vt apareat erratum fuerit nec ne,debet enimhoc peti intra spacium decem viginti vel triginta annorum, secundum distinctionem traditam per glossam singularem in d.l.calculi error,& doctrinam Bartoli in dict.l.instar.num.7. Et supra dicta sunt notatu digna,aduersus iudi-
23 ces rationales a consilio regio missos pro reuidendis publicis populorum rationibus,his enim & si regia prouisione cõmittatur,vt reuideant omnes rationes præteritasbonorum publicorum,non competit iusviden-
24 di vel reuidendi,nisi illas quæ a triginta annis retro redditæ vel nõ redditæ fuerunt,has tamen reuidere licebit,etiam si sub quibuscũque clausulis liberatorijs,quitationibus,&remissionibus doli,culpæ,&fraudis cõpositæ fuerint,easquepoterunt reformare &retractare. Quam sentẽtiam extende,etiam si tales rationes redditæ fuerint per modum sindicationis,vt tenet Bobad.vbi supra, quod sene æquum est satis,cum vt ipse experiuit in sindicatu errores, negligẽtiæ,dolus, & culpa administratoris, non lente,& seriatim annottentur, sed perfunctoriæ,& quasi per transenam videantur & iudicentur: propter temporis angustiam, quę iudices sindicatores arctare solet, ac rursus propter negotiorum implicationem & intricationem,seu vt melius dicã,

confu

confuſionem iudicum, qui tot tantis que negocijs anxiantur, vt cum Terentio dicere poſsint. Tot res circumbalant me, vt demergi non poſsim. Quinimo & ſi prædictæ rationes iã ſint reuiſæ, & in Regio Senatu approbatæ, & quibuſcumque quitationibus partium abſolutæ, eas tales iudices commiſſarij reuiderepoterũt, adhoc ſaltim, vt decooperiatur an dolus, vel ſordes in illis reddendis interuenerit, & in ſimul, vt examinet an reliqua fuerint ſoluta, & reſpublica fuerit de illis ſatisfacta, ꝙ ſi in aliquo erratum fuiſſe apparuerit, erroresreformauit, & reliqua executioni mandauit. Crederem tamen, quod & ſidoloſe in adminiſtrando ſe geſerint adminiſtratores, contra eos ratione doli procedere non poſsit, cũ doli pœna, fuerit per ſindicationem purgata, ex text. in l. 23. titul. 7. libro 3. recopilation. ibi. *que la haga treynta dias y no mas*, & ita tenet Bobadilla libro. 5. Politic. cap. 4. num. 76.

26 Rurſus præcedens concluſio locũ habebit, vbi adminiſtrator produxiſſet quitationem iuratam, quia adhuc contra eum procedi poſſet, vt late capit. præcedenti num. 13. prædiximus & vltra Doctores ibi pro hac ſententia adductis, eandem ſententiam tenet Pariſius conſ. 88. volum. 1. Paul. conſil. 42. Baberius de viribus & vir-
27 tute iuram. nu. 29. Aimon conſ. 142. nu. 27. & ratio ea eſt potiſsima, quia vbi dolus in quitatione interuenit, eodem dolo quo quitatio fuit extorta, præſumitur extortum iuramentum confirmatorium. Bobadilla loco ſupra citato

Aduertendum tamen erit, quod
28 adhocvtrationes ex cauſa erroris ad petitionem partis reuideri poſsint, prius conſtare debet iudici, qualiter in eis erratum fuerit, idque in ſpecie allegatis erroribus, non enim ſufficere dicere, quod in illis reddendis fuit erratum, vt notant doctores cõmuniter in l. 1. C. de errore calculi. Neuizan. conſ 94. Roland. conſ. 49. Plures pro hac ſententia refert Maſcard. de probatio. concluſ. 253. num. 24. & 25. Gutierrez de iuram. confirma. 1. par. cap. 40. num. 15 Bobadilla dict. num. 76. adfinem. Et quod de tali errore conſtare debeat ex claris & perſpicuis probationibus, tenet Decius conſ. 46. num. 4. verſ. non obſtat idque tenuit in l. 1. in fine. C. de errore calcul. Aimon conſ. 198. numer. 3 & ratio huius concluſionis eſt in prõptu, quia cum rationes ſemel calculatæ, habeãt pro ſe præſumptionem, quod rite & recte diſpunctæ fuerunt qui contrariumdicere intendit, præſpicuis & clariſsimis probationibus de errore, dolo, fraude, aut coluſione (quam dicit in illis interueniſſe) docere debet, vt docuit Socin. Senior, conſ. 92. libro. 4. Roland. conſ. 49. numer. 22. Menoch. loco ſupra citato, vbi notanter tenet, quod adhoc vt reuideantur rationes, non ſufficit probare dolum præſumptiue; ſed opus eſt, vt de vero dolo conſtet. Et hanc concluſionem probauit Maſcard. loco ſupra citato, nu. 27. vbi aliud pulchrum verbum addit, dicens, quod vbi rationum reuiſio poſtulatur, ad-
29 hoc vt concedatur reuiſio, cauſæ cognitio præcedere debet, & per tales teſtes de errore doceri oportet, qui ſint tantæ fidei, vt de eorum veritate dubitari non poſsit, neque præſumi, quod falſum iurare voluerit, idque tenet Alex. conſ. 99. num. fin. volum. 3.

30 Probabitur autem error rationis, ſi doceatur aliquam parcellam fuiſſe oneratam vel exoneratam quæ iure onerari vel exonerari non debuerat, ex Bart. in dict. l. inſtar. d. nu. 7. C. de iure fiſci, libro. 10. vbi Rebuffus, numero. 2. Pariſius latiſsime conſ. 89. inci-

cipienti rationes & computa. societatis, num. 27. vers. de errore, libro. 1 ex. l. post. diuisionem. ff. de iuris. & facti. igno. idque tenet Socin cons. 25 num. 3. libro. 4. Parisius dict. cons. 89 num. 27. &. 35. Mascard. de probatio. conclus. 253. num. 1. &. 13. vbi tenet quod calculatio per electos facta cõtra veritatem est retractanda & denuo repetenda officio iudicis. Emanuel Suarez in Thesauro recepta sententia verbo error calculi, fol. 279. Gutierrez de iuramen. confirma. 3. p. c. 7. num. 1. & huiusmodi error calculi pluribus alijs modis potest probari quos ennumerant, Socin. cons. 92. num. 12. volumi. 4. Parisius cons. 89. Mascard dicta conclus. 253. per totam. Aduertendum tamen erit, quod constito de errore alicuius parcellæ, non tota ratio, sed dumtaxat illa erronea parcella reuideri & retractari debet, vt in. l. 30. titul. 11. par. 5.

Sed vlterius pone, quod visis libris
31 rationum, & factis calculis, & constito de reliquis, inter partes fuit initũ pactum, vt talibus calculis perpetuo starent, ita vt nullomodo aduersus calculũ veniri posset, dubitatur modo, an eo pacto non obstante, prætextu erroris, aduersus prædictam erroneam rationem veniri possit, & in hac difficultate Bart. in dict. l. instar.
32 num. 11. C. de iure fisci, libro. 10. Socin. cons. 92. Menoch. de arbitra. lib. 2. casu. 209. nu. 37. in ea sunt sententia, vt si vltra calculationem interuenit sententia rationum confirmatoria, arbitramentum, transactio, vel pactum, de standa calculo, non possit prætextu erroris huic rationi contraueniri, argumento tex. in. l. emptor §. Lutius. ff. de pactis, & eandem sententiam tenet Parisius cons. 89. num 6. &. 11. Accuetus in. l. 22. titul. 6. lib. 3. recopila. num 4. Pro qua sententia facit, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt, etiam si conuentio fiat contra substãtiam contractus, vt in. l. 1. §. si conueniat. ff. de positi. Et hanc sententiam in terminis aliquibus alijs fũdamentis adductis exornat, Anton. Thesaurus, decis. 260. num. 1. Aiora de partitio. 3. p quæst. 7. nu. 15. & pro hac sententia facit decisio. text. in. l. Lutius. ff. de libe. lega. vbi renuntiatio erroris nocet renuntianti, vt patet ex tx. ibi. *Respondi Erotem ex ea causa quæ proponeretur libertatem petere non posse, nisi & hoc specialiter ei remissum esset.* Et pro hac opinione in Pedemõtano Senatu fuit iudicatum, ex Thesauro vbi supra: quæ sententia nedũ vbi expresse fuit renuntiatum huic errori locum habet, verum etiam vbi renũtiatio generalis præcessisset, qualiscunque actionis sibi competentis, ex tex. in. l. sub prætextu specierum, & ibi notat Bal. C. de transactio. Bar. in. l. Aurelius. § Caius. ff. de libe. lega. Imola in cap. 1. de transaction. & in hoc residere Senatum Pedemontanum testatur Anton. Thesaur. vbi supra num. 10. in casu quo pactum fuisset inter partes, vt intra certum tempus de errore calculi, & non amplius ageretur.

Contrariam tamen sententiam tenet Pauparisius cons. 89. nume. 39. Corneus cons. 62. vbi tenent, quod quando in quitatione factum fuit pactum de non contraueniendo rationibus semel calculatis, tale pactum dicitur falax, & ratione pacti fraudolenti præsumpti, liberatio est irrita, & talis, quod eius occasione, non prohibentur contrahentes calculum reuidere, & eius errores retractare, maxime dolo in eo interueniente, & hanc sententiam sequitur Mascard. de probatio. conclus. 253. nume. 17. & ratio huius conclusionis est, quia
33 eo ipso quod apparet erratũ fuisse in calcu-

calculis, ſtipulationes, conuentiones, renuntiationes, & pacta in quitationibus ſcripta, eodem errore ſcripta & appoſita cenſentur, vt voluit Pariſius dict. conſil. 92. volumine. 4. quo fit, vt adhuc prædictis pactis & conuentionibus non obſtantibus, errores in rationibus contenti, poſsint iure optimo retractari, etiam ſi in tali quitatione authoritas iudicis interuenerit. Cum eodem dolo, errore, & cauillatione, cenſeatur renuntians inductus, ad ponendum prædictas clauſulas, quibus & iudicis decretum, & alias ſimiles cautiones & iuris ſolemnitates apoſitæ fuerunt, ex Bart. in lege doli mali. §. diuerſum. ff. de nouatio. & in lege fina. C. de non nume. pecun. & in. l. ſiquis cum aliter, numero. 4 ff. de verborum. Pariſius vbi ſupra numero. 58. Quod maxime verum eſſet, vbi decretum iudicis non eſſet adhibitum cum cauſæ cognitione, vt voluit Pariſius vbi ſupra, numer. 58. vbi dicit,
34 quod quando decretum iudicis interuenit in quitatione, a minore tutori præſtita ſine cauſæ cognitione, ſed ex abruto, præcipitanter, in cõſulto, & ſolum cõprobando rationem, ſiue geſta per tutorem, nullo dato tẽporis interuallo, omnia & ſingula preſumũtur fraudulenter facta, & ideo decretum eſt nullũ. Ex quibur dicẽdũ erit
35 q ſi in ſpecie de dolo præterito remiſſio facta non fuerit, neque error, prout neque dolus remiſſus cenſeatur, quominus aduerſus rationes erroneas veniri poſsit, ex text. in. l. 30. titulo 11 part. 5. ibi. *Fueras ende ſi ſeñaladamente ſe le vuieſſe quitado el dolo que vuieſſe hecho.* Neque minori ratione locum habebit in errore, cum errantis nullus cenſeatur cõſenſus & voluntas, vt in. l. cum teſtamentum cum. l. ſequenti. C. de iur. & facti ignoran.

Verum præd ctæ opiniones contrariæ fœdere diſtinctionis ad concordiam redigi poſſunt, in hunc ſane modum, vt opinio negatiua locum habeat, quando quitatio facta fuit ab homine callido ſagaci, & in negocijs verſato, qui alios contractus maturo perpenſo conſilio, inire conſueuerat, hoc enim caſu renuntiatio erroris etiam per verba generalia facta, illi noceret, quominus amplius ad retractandum errores rationum agere non poſſet, maxime vbi error non eſſet magnus, & multum notabilis, ab his enim diſcretis, verſutis, & callidis hominibus quitatio præſtita, & renũtiatio facta, ex certa ſcientia facta præſumitur, vt firmauit Anton. Theſaur. deciſi. ne. 260. numero 10. Vbi dicit hoc maxime verum eſſe, quando inter partes fuit actum, vt intra certum tempus & non vltra, rationis errores poſſent retractari, ſicut enim lege fieri poteſt, vt error rationis intra certum tempus peti debeat, alias de eo agi non poſsit, vt in l, calculi error. ff. de adminiſt. rerum ad ciuita. pertinentium, eodemmodo poterit fieri ex conuentione partium, quæ legis diſpoſitioni aſsimilatur, l. contractus de reg. iur. Rurſus, quia quando contractus quitationis ſuſpendit erroris calculi reuiſionem, ſub aliqua temporis præfinitione, excluſio iuris partium pendet a temporis tranſcurſu, quod in vim conditionis fuit contractui adiectum, vt voluit Bal. conſilio. 317. libro quarto, & eum refert & ſequitur Anton. Theſau. vbi ſupra, dicens hanc ſententiam locum habere ſine dubio, quando tale pactum fuiſſet iuramento firmatum.

Secunda vero opinio affirmatiua procedat, quando illæ qui quitationem firmauit, erat minor, mulier, ruſticus, vel alia ſimilis perſona, quæ

ex

ex sua ignorantia & facilitate facile potuisset circunueniri, quia hoc casu etiam si expresse errori calculi (sub generalitate verborum) renuntiasset, licet iuramento renuntiationem confirmasset, non obstante dicta renuntiatione iurata, constito de errore, ad illum retractandum admitti deberet, ex rationibus supra proxime pro hac affirmatiua sententia adductis. Et hanc sententiam tenet Roma. cons. 89. num. 39. Couarru. lib. 2. Variar. c. 4. num. 3. & 4. Gutierrez. 1, p. de iura. confirmat. cap. 23. nume. 3. & ita distinguit Da-
36 mauderius de tutore fol. 100. cap. 1. de tutorum & curato. liberatio. Vbi dicit, quod in similibus quitationibus generalibus, minorum & in omnibus similibus, semper habenda est diligens ratio personarum, scilicet, absoluentis & liberantis, absoluti & liberi, & quod considerari debet per partem, & iudicem eorum simplicitas, inscicia, & iners bonitas, & e cõtra, ipsorum versutia, calliditas, fraudandi & nocendi vasicies, nam sicut alicuius solemnitatis omissio, sinistram inducit præsumptionẽ, ex glo. eleganti in. l. iuuemus. C. de testamen. ita & eodemmodo, abundans, superflua & insolita cautela (ab homine callido & astuto) contractui adhibita, fraudis arguit præsumptionẽ cũ huiusmodi personæ prope semper curét sibi fieri quitationes omnibus viribus absolutas, quæ sibi ipsis culpæ fraudis alicuius machinandi sunt conscij, quo fit, vt ad hoc consulãt aduocatos versutos nimis & astutissimos, qui tales quitationes generales omni ex parte absolutissimas faciant, ordinent ve, quibus se se vndique defendant, aduersus omnes & singulos, & contra omnium & singulorum oppositiones, obiectiones, & contradictiones, & sub prædicta distinctione, erit intelligenda sententia Felini, in capi. 2. in fine de probation. quatenus tenet, quod vbi in huiusmodi quitationibus iuramentum interuenit, omnino seruari debet, quam sequitur Parlador. lib. 10. 2 rerum quoti. cap. 4. num. 3. vbi dicit, quod liberationes siue refutationes quas minores faciũt in fauorem suorum tutorum, si iuramento firmatæ fuerint, roborem habent firmitatis, nisi dolo, blandicijs, vel adulationibus ad id alectus fuerit minor, sequendo glos. in. §. Sacramenta de pace tenenda & eius viol. in vsibus fœudo. Et ita etiam venit intelligenda glos. in. l. 3. §. contrarium. ff. de contra. iudi. tute. & plures coniecturas ex quibus iudex poterit facile perci pere & arbitrari, an minor inductus fuerit dolo aduersarij, ad istas quitationes præstandas, subdictis clausulis admodum pernitiosis, cumulat So cin. cons. 159. vers. neque prædictis, & consilio. 92. volumine. 4. numero. 12.

Vlterius in proposito dubitatur, 37 an si quis habuit societatem cum Titio, & dicat in suo testamento, quod Titius debet sibi ex reliquis rationis societatis mille prout ex illis cõstat. Et ex reliquis duo millia sibi deberi constiterit, an hoc casu testatorem errasse sit præsumendum, an vero præsumatur illa mille residua Titio legare, vel remittere voluisse, ita vt nihil ratione erroris postulari possit. In qua difficultate, glossa in lege secunda, verbo reliquum. ff. de solutio, dicit, quod in ampliorem illam quantitatem, quam mille, quæ sibi deberi testator firmauit, præiudicat hæredibus, quominus amplius quam decem repetere possint. Et hanc eandem conclusionem firmauit Salice. Rimin. Iacobinus & Iasso. in lege si quidem,

quidem. C. de transactio. & â pluribus doctoribus & legum peritis ita responsum fuisse testatur Alciatus, ibi num. 5. & eos refert & sequitur Padilla ibi. num. 4. vbi prædictam glossam vt pulcherrimam commendat.

Prædictam tamen sententiam veram reputat Alcia. vbi supra, nisi per hæredes probatum fuerit testatorem errore lapsum id dixisse, existimas, mile tantum ex reliquis rationis sibi deberi, ne forte aucupatione illius verbi, illusus testator maneat. Pro cuius sententia est tex. elegans in l. cum Aquiliana. ff. de trã sactio. ibi. *liberalitatem enim captiosam, interpretatio prudentium fregit.* Et hæc sententia non obscure probatur ex glossa in l. Rationes verbo quitationem. C. deprobatio. cuius sententiam sequuntur ibi Baſ Bald. Paul. & Sali. & eam etiam probauit Gutierrez de iura. Confirma. 2. par. cap. 6. numero. 1. vbi tenet quod si testator dicat, sibi â Titio decem deberi, cum revera viginti deberentur, patefacto errore per hæredem, illa erronea declaratio non releuat debitorẽ. Idque manifeste probatur ex tex. in l. fin. tit. 18. par. 3. ibi. *Otro si dezimos, que si el home en tiempo de su finamiento, dize e manda escribir, que fulano es su deudor, y que le debe cierta quantia, ansi como diez marauedis, e fuesse verdad que le debe veynte marauedis pudiendo esto probar los herederos del finado, no les empece la scriptura ni la palabra del finado, antes dezimos, que pueden demandar e cobrar los veynte marauedis si quisieren, y esto es porque todo home puede sospechar, que por yerro hizo la scriptura, o dixo la palabra el finado, pues que pruevan sus herederos que son veynte los marauedis.* Quã sententiam veram reputat glo. in d. l. Rationes, quando simpliciter declarasset testator decẽ sibi per Titiũ deberi, secus tamen, vbi loquutus fuisset per dictionẽ taxatiuã, dicens quod Titius debet illi ex reliquis decẽ tantũ, & eã sequuntur ibi Bal. & Sali. n. 2. versi. vel forte verius Bartol. in l. si quidem n. 3. C. de trã sactio. Et hanc sententiã sequũtur etiã plures alij relati & sequuti â Padilla in d. l. siquidẽ, vbi ipse illam communem dixit, & ratio est secundũ eos, quia hædictiones, tantum, solum modo, & dumtaxat, habent implici tam negatiuam, vt voluit Iacobus de Arenis in tracta. positionum. §. 4. num. 12. volu. 1.

38 Contrariã tamẽ sententiã tenuit in hoc de dictione taxatiua glos. in d. l. rationes vbi refert Azonẽ dicentẽ, quod etiam si testator loquutus fuerit per dictionem taxatiuam, tantum, solum modo, &c. Cum tamen in rei veritate plus deberi apparuerit, non obstante tali declaratione, debitor poterit conuniri, pro quantitate, quæ instrumẽtis vel rationibus debita cõstiterit, nisi per debitorẽ probetur, quod testator sciens & appẽsate illud pro exoneranda conscientia declarauerit, quia hoc casu, quod vltra deberi apparuerit, saltim ex causa legati ei pertinebit. Et hanc sententiam tenet Pau. in d. l. rationes n. 2. in prin. licet tandem in fine illius membri, ei satis acquiescere non videatur. Eam tamẽ tenet Baberius de viribus & virtu. iura. n. 5. vol. 5. fol. 20.

Ioannes tamen Gutierrez de iura. confirma. 2. p. cap. 6. num. 3. versiculo præcedens tamen, opinionem communem tenendam existimat, & ab ea in iudicando & consulendo recedẽdũ nõ fore firmauit. Quã tamen ipse limitat, nisi ex perspicuis pbationibꝰ cõstaret errore ductum,

tum, testatorem verba supradicta protulisse,& non fuisse eius intentionis, liberationem in alia decem legare, quo casu per iniquum esset, excludere hæredem à petitione illorum, tacita nanque coniectura, quæ ex dictione taxatiua resultat, per probationem contrariæ voluntatis elisa manet, ex alia præsumptione iuris quod non præsumitur quis iactare suum, ex l. cum de indebito. ff. de probatio.

39 Prædicta tamen communis sententia ampliari posset, quando declaratio testatoris iure iurãdo fuisset confirmata, quia iuramentum habetur loco dictionis taxatiuæ vt notat Paul. in d. l. rationes numero 2. Gutierrez loco supra citato. Pro qua sententia adducit tex. in l. fi tit. 18. part. 3. Verum hæc Ampliatio ex d. l. partitæ minime suadetur, quinimo ad hoc vt remissio facta censeatur, non solum dictionem taxatiuam, sed & iuramentum simul interuenire in declaratione oportere dicit, vt patet ex verbis d. l. ibi. *O iurasse que no le debia mas*: illa enim dictio magis, iuncta dictioni negatiuæ non, quæ præcedit, facit dictionem taxatiuam nõ plus,& ideo tenendum censeo contra Gutierrez, scilicet quod si testator iurauerit Titium sibi decem debere, si tamen non adijciat & nõ plus, adhuc hæres petere poterit à debitore, quidquid eum reuera debere constiterit. Si vero loquatur perdictionem traxatiuam, & confirmauerit suam declarationem iuramento, in tantum remanet percluſa hæredi actio ad petendum, quod magis deberi ex reliquis constiterit, quod & si ad probandum testatorem errore ductum, id dixisse & iurasse velit admitti, adhuc audiri nõ debet, & omnino super exceptione hac dilatoria ante omnia debeat pronuntiari. Quod manifeste colligitur ex tex. in d. l. fin. partitæ. ibi. *O iurasse que no le debiamas, entonces sus herederos no le puedan demandar mas, de aquello quel dixiera q̃ le debia, maguer que los herederos quisiessen probar quel debdo era mayor.* Habet enim (hoc casu) iuramentum, cum dictione taxatiua coniunctum, vin secundi & geminati consensus, vt notat glos. in cap. cum contingat verbo debent, de iure iurando, quam in proposito reputat singularem Pala. Rub. in Rubrica de donatio. §. 17. numero 15. quo geminato consensu in quitatione interueniente, minime error potest alegari, vt tenet Corneus cons. 228. numero. 6. colum. 2. versiculo ex quibus. Aimõ cons. 114. num. 18. Et hæc conclusio vera erit, etiamsi huiusmodi geminatus consensus extraiudicialiter præstitus fuisset, vt notat Bald. in l. cum scimus, numero. 6. C. de agricol. & censi. lib. 11. Iasson. in Repet. l. admonendi numero. 145. de iure iurand. Oroscius in l. tale pactum numero. 27. ff. de pactis Hipoli. de Marsil. in Ru. de probatio. num 91. & plures pro hac sententia refert Philip. portius lib. 1. conclusio. cap. 22. in prin. Gutierrez alios etiam referens 1. par. de iura. confirma. cap. 54. num. 6. & 7.

Et licet in hoc quod dicimus de geminata confessione, contrarium tenuerit Decius in l. 1. col. 2. notabili. 4. C. de errore calculi, Tamen prior opinio eorum qui dicunt haberi loco geminati consensus, mihi magis arridet, ex his quæ notat Alex. in l. Balista ff. ad Trebel. & ita tenet glos. in l. non solum. §. liberationis verba,

ba, verbo debitoris, ff. deliberatio lega. Quam sententiam ex Bal. & alijs communem dicit Minchaca de succesio. creatio. §. 23. num. 29. Hipol. de Marsi. in rubrica de probatio num. 90. & 91. & hæc communis sententia eo maxime casu improbari non posset, quando facta fuisset ista declaratio taxatiua & iurata, præsente debitore vel alio pro eo accedente, & acceptante, vt tenuit Gutierrez loco superius citato numero 8. & 9. Quinimo & debitori prodesset hæc acceptatio alterius tertij, & si non habuisset mandatum ad acceptandum illam, dummodo postea debitor acceptationem ratam habeat, & ita tenet
41 Hipoli. vbi supra, Alexand. cons. 131. numero 7. volu. 4. Quinimo si talis confessio facta fuisset præsente fideiiussore debitoris, si iste fideiiussor talem confessionem acceptasset, in tantum ipsi fideiiussori prodesset, quod ab illo nihil hæredes petere possent ratione fideiiussionis, etiam principali ratam eam habere nolente, ex Hipol. vbi supra num. 96. Gutierrez loco supra proxime citato.

Secundo prædicta sententia cõmunis limitatur, vbi testator dixisset quod debet Titius sibi dotem pro residuo, hoc est *de resto* quia hoc casu etiam si viginti deberi ex ratione librorum constitisset, adhuc decem illa tantum exigi possent ab hæredibus, ex glos. in l. si ex pluribus verbo reliquum ff. de solutio. Padilla in l. si quidem numero 4. C. de transactio. Cæpola Caute. 177. & plura in proposito huius clausulæ adnotauimus supra cap. 37. numero 103.

SVMMARIVM.

1 *Domini vassallorum, an potestatem habeant, mitẽ di iudices commissionis, ad reuidendum rationes suorũ populorum.*

2 *Consuetudine an introduci possit, quod rationes communes reipublicæ, semel redditæ, iterum non reuidcantur.*

3 *Rex fundatam habet suam intẽtionem in iurisdictionalibus regni.*

4 *Ius negatiuum, an & qualiter præscribi possit.*

5 *Iura negatiua, præscribuntur à tempore prohibitionis.*

6 *Rationes populorum, quibus expensis reuideri debeant.*

7 *Pœnæ debent sequi suos autores.*

8 *Petens, vt aliquid fiat, quod in illo facto expenditur soluere est obnoxius.*

9 *Mensuratio agrorum communium, an fieri debeat expensis mensurationem petentis.*

10 *Correctores & alij iudices ordinarij, quid facere debent, ad hoc ne grauentur in reuisione rationum sibi ipsis subiectorũ.*

11 *Reges & inferiores dominis vassallorum debent se habere circa vassallos, tanquam pater erga liberos, & auus circa nepotes.*

12 *Incõmoda illũ sequi debent, quẽ & commoda sequuntur.*

13 *Iudices commissarij ad reuidẽdum publicas rationes electi, an eos administratores punire possint, quos malè & fraudulenter administrasse comperierint.*

14 *Tutores, etiam si aliquid in rationibus suorum minorum occultasse compertum sit, licet in duplo cõdemnentur eius quod celauerint, tamen non vt fures puniri debent.*

15 *Tutor, si fuit condemnatus pœna dupli, eo quod aliqurd occultauit in rationibus sui pupilli, hæc pœna duobus annis elapsis non potest.*

16 *Actio de dolo, non durat vltra biennium, & currit absenti & ignoranti.*

17 *Administratores qui aliquid in rationibus subtraxerunt & occultauerunt, pœna.l. Iuliæ peculatus (quinimo & corporali) puniri possunt.*

18 *Iudex qui pœnas cameales retinuit, & in rationibus illarum eas nõ manifestauit, qualiter debeat puniri, & quando ex illis ditatus præsumatur.*

19 *Administrator condemnatus ad restitutionem reliquorum si intra annum illa restituat, neutique punitur.*

20 *Dolus præsumitur in administratore, qui aliquid in rationibus celauit & retinuit ex bonis administratis, & ideo aduersus illum, in defectum probationis iuramentum in litem defertur.*

21 *Iudex delegatus ad reuidendũ rationes publicas, an dolosos administratores puniri possit.*

22 *Parcella aliqua si reperiatur dolose calculata, prius deuenitur ad bona administratoris, deinde ad bona calculatoris si dolum in calculis commisit.*

23 *Pœna corporali quis puniri an possit, quando pœna delicti (ex legis dispositione) arbitrio iudicis committitur.*

CAP. XLII.

Quorum expensis publicæ priuatæque rationes sint computandæ & reuidendæ, quibus ve ex causis dolosi administratores puniendi.

QVIA dictum est supra capit. præcedenti, qualiter publicæ rationes per iudices reuisores rationum a regio consilio missis, possint reuideri, videamus modo, an & hos iudices commissionis, possint creare Commites, Duces, & Varones, pro reuidendis rationibus suorum locorũ & villarũ. Et in primis præsuppono, quod cum huiusmodi magnates, vel alij inferiores domicelli, merum & mixtum imperium habeant,

1

habeant, circa ea quæ administrationem iustitiæ respiciunt in terris sibi subditis, & in his non minorem quam Rex potestatem habeant, vt in l.12.tit.1.par.2.ibi. *E ha poderio cada vno dellos en su tierra, en hazer iustitia, y en todas las demas cosas que han ramo de señorio.* Et facit quod in proposito dixit Reland. cons.4. n.42.quod vbi quis creatur Dux vel Marquio.in eo(ipso iure)censentur translata omnia iura, omnimque imperialis potestas, & ea quæ Imperatori reseruata sunt insignum imperialis coronæ, Surdus Decis. 1.nu.2. quod ego intelligo verum in Ducibus Sabaudiæ Mantuæ & similibus, & ita intelligit Bobadilla in politicali.2.c.16.n.19. quē in hoc videas iure optimo tales iudices commissarios, seu reuisores rationum, eligere & nominare poterunt. Idque tenet Auenda.1.p. de exequen. mand. c.9.n.1. Menoc.de arbitrarijs lib.2. c.28.& plures alij, quos refert & sequitur Bobadi.in sua Pol.li.5.c.4. n. 2.& li.2.c.16.n.50 vbi fatetur prædictas rationes per tales cōmissarios iudices, reuideri posse, etiam si per modū sindicationis fuerint redditæ, & in regio consilio approbatæ.

2 Hanc tamen sententiam limita, nisi aliter se habet regni vel loci cō suetudo, vt voluit Aimon cōs. 238. n.4.prædicta tamen cōsuetudo, tūc legitime introducta esset, quando per ciues, siue concilium loci (domino rationes reuidere volēte) prohibitum fuisset, quominus reuisio fieret, per iudicem commissionis, & senatus vel domini illum mittentes huic prohibitioni acquiuissent. 3 Cum enim Rex fundatam habet suam intentionem respectu iurisdictionis in toto regno, vt in l. deprecatio. ff. ad l. Rodiam de iactu. & in l. bene â Zenone C. de quadriennij præscrip. & notat Guidon Papæ Decisione 631. num.12. versiculo nunc igitur, & ciuitas vel villa (præ textu consuetudinis) pretendat ius negatiuum, hoc est 4 ne iterato rationes semel (legitime dispunctæ) reuideantur in probatione talis consuetudinis negatiuæ, duo (necessario) simul concurrere debent, videlicet contradictio ex parte popul:, & pacientia ex parte iudicis vel domini, si enim alter ex huiusmodi requisitis deficeret, nullo modo talis cōsuetudo pos 6 set substineri. Iura nāq; in corporalia negatiua, ne vtiq; præscribi & acquiri possūt, nisi â tēpore prohibitionis, & patientiæ aduersarij, ita glo. ordinaria & communiter approbata in l.qui luminibus.ff.de serui. Vrbano.& ita debet intelligi sentētia Aimo.vbi supra.

Sed modo intrat difficultas, vbi rationes iure reuideri possunt quibus expensis huiusmodi reuisio fieri debeat. In qua difficultate dicendū videtur, quod & si expensis eorū quibus interest fieri debeant, vt pote quando vnus contra alterū & alter contra aliū ad inuicē actionē directam & contraria habent, vt in l.1. ff.de contra.& vtili actio.tute. Et tenet Grego.loquendo in eo qui communem agrum mēsurauit in l.8. tit. 7.part.7. glos. verbo *a sabiendas*, si tamen Comes, Dux, vel etiā Rex ipse rationes populorū sibi subiectorum propriomotu, & ex necessitate officij, reuidere affectauerit. Hāc reuisionē suis expensis facere debeat, quia quando aliquis aliquid fieri desiderat proprijs expensis id facere debet ita glo.in l.fi.C.de eroga.milita anno. li.12. Boerius decis.303. Puteus de sindicatu verbo salarium c. 4.n.1.& 2.fol.286. Vincen. de Franquis decisione 332. num.3. par.2.

Menoch.de arbitra.li.2.caſu 228. n.18 & 19.idque & partito iure probari videtur in l.7.tit.17.par.3.ibi. *quel Reyſe las debe dar.* Quo fit,vt ſi ad ciuitatis,vel particularis inſtantiam,talis iudex petitus fuerit, expenſis talis petentis reuiſio fieri debeat,& ita tenet Petrus Surd. de alimentis tractatu 1.q.47.n.10.vbi dicit quod ſi reddita ſemel ratione â tutore vel poſtquam ſe obtulit paratum illam reddere diſcedat à loco, non cogitur ad eundem locum venire iterum pro reddenda vel reuidēda ratione,niſi expenſis ipſius minoris,licet hoc male obſeruatum fuiſſe exclamauerit Menoch.vbi ſupra, dum Chacherij,Charignani, & Bruſij rationes reuiſæ fuiſſent,quia expenſis ipſorū populorū redditas , & reuiſas fuiſſe teſtatur, &ſi ex officio reuiſæ fuerint. Aimon autem conſ. 236.n 15.in præſenti diſputatione, ita diſtinguit,quod aut adminiſtratores de quorum rationibus reuidē dis agitur , reperiuntur in dolo , eo quod aliquid mala fide ſubtraxerūt, vel occultauerunt in rationibns,vel quia adhuc reliqua tyranice retinebant,& reſtituere reipublicæ decertabāt, & ꝙ hoc caſu expēſis moroſi & deſidioſi adminiſtratoris reuiſio fieri debeat, quia hoc caſu iniquū eſſet grauare rēpublicā in expēſis,etiā ſi ad eius inſtātiā iudex reuiſor rationū impetratus fuiſſet,cū mora & remiſio adminiſtratoris præceſſiſſent,quia pœna debet ſeq ſuos autores,vt in l.Sācim⁹.C.de pœnis, neq; alteri per alterū iniqua cōditio inferri debeat,vt in.l.non debet.ff.de reg.iur.& eius ſententiā reperio tenuiſſe Caſtren.conſ.423.col.5.li.1. Si vero iudex hic reuiſor rationū, datus fuiſſet ad inſtātiā alicuius particularis,qui eū tāquā vnus ex populo impetrauit,eius expenſis reuiſio fieri debeat , donec exitus cauſæ aliud moneat,quia hic intrat regula ſupra relata,quod quando aliquis aliquid fieri eflagitat, eius expenſis fieri debet.ex tex.in l.quoniā liberi C.de teſti.Bal.in l.3.§.defendi in fine.ff. quibus ex cauſis in poſſeſsio: eatur,& in l.ſi poſtulauerit.ff.ad leg. Iul.de adulte.licet Hieronymus de Mōte Brixiano aliud ſuadeat,loquē do in expēſis eorū qui agros mēſurā tur,dicens,quod vbi agitur de mēſu ratione agrorū,expēſis eius cuia intereſt agros mēſurari, non vero ſolius agri mēſorē petētis, mēſuratio fieri debet. Idq; aliquibus fundamē tis probat ca.26.n.11.Si vero (dicit Aimon loco ſupra citato) iudex ex officio rationes publicas reuidere velit,vel etiā poſiti,pauperū pabulo deſtinati (quas quandocumque videre aut reuidere licet) vt in l.9.titu.5.lib.7.recopi.verſiculo 13.hoc caſu iudex de ſuo expenſas facere debeat , vſque ad exitum cauſæ,cum alias ad viſitandum loca publica ſui territorij,proprijs expenſis teneatur,vt in.l.6.tit. 6.lib.3.recopi.Idque ſentit Auenda. de exequend.manda.1. parte cap.4. num. 45.per totum.

Conſuluit tamen Aimon prætori,vt ſi tale diſpēdiū vitare velit.iubeat,vt huiuſmodi rationes, ad locum ſui domicilij afferantur,vt ipſe ibi(citatis citandis)illas reuideat, errores retractet, reliqua ſi qua ſunt cum effectu reſtituat, & ſic rempublicam illuſam & defraudatam per eius adminiſtratores , alijs ve fraudibus circumuentam , illæſam & in columem conſeruet.

Si tamē iudex q̄ habet cōmiſsionē â regio conſilio mitatur ex officio, tūc regijs expēſis militare debeat, provt ſcripſit Menoq.vbi ſupra, ipſi enim regi ratione officij ſuſcepti,cō uenit

uenit & incumbit bonorum publicorum tuitio & conſeruatio, cũ bona cõmunia reipublicæ, habeantur vt nerui ipſius, vt aduertit Cicero. pro lege manilia, & ita probat tex. in l. 9. tit. 19. par. 3. vbi Grego. gloſſa finali, & hoc ipſum obſeruandũ erit quotiẽs domini vaſſallorũ rationes ſuorum populorũ (ex officio) reuidere faciũt, quia in hoc vt Reges ipſi reputabãtur, ex l. 12. ti. 1. p. 2. & in l. 9 t. 5. li. 7. recopi. Burgos de Paze in l. 3. Tari. n. 451. & quod ita praxis obſeruat tenet Guido Papæ deci. 631. Petrus Antiboli. in tracta. de mune. & hono. 3. p. prope finem. Marinus Frecius in tracta. de ſub feud. va-
11 ronum, li. 2. Autorita. 18. Debent nãque Reges. & alij vaſſalorũ domini erga ſubditos ſe habere, tanquam pater erga liberos, & auus iuxta nepotes, in hoc tamen caſu, regius ſenatus, iudices prouidere conſueuit, in commiſsione, vt ſalarium ſibi aſsignatum, ex condenationibus factis huiuſmodi adminiſtratorib⁹ percipiant, quod ſatis inhumanum videtur Caſtello â Bobadilla li. 5. politicæ ca. 1. n. 251. mihique parum huiuſmodi praxis arridet, eo quod iſti iudices commiſsionarij, ne pro eorum ſalarijs deficiat, ſubditos (ob leuiſsimam etiam culpam) excoriare ſoleant, quod norint melius, verſuti & practici ſenatores regij conſilij
12 æquũ enim eſt vt quẽ futura ſequuntur commoda, præcedentia ſequantur incommoda.

13 Sed in propoſito maior dubitatio eſt, An huiuſmodi iudices commiſsionis, pro rationibus publicis reuidẽdis electi criminalibus affice re poſsint pœnis, quos reos doloſos, colludẽtes, fraudatores & vſurpatores publici patrimonij, repererint. In qua difficultate dicendũ videtur, quod nullatenus corporalibus ſiue criminalibus pœnis plecti poſsint. Adminiſtratores nanq; reipuplicæ, inſtar tutorũ & curatorũ habentur, l. rẽpublicam C. de iure reipu. Euerardus loco, 28. arguẽdo à minore ad rẽpublicam. Plotus de in litẽ iuran.
14 n. 745. vnde cũ tutores & curatores ob dolũ vel fraudẽ in adminiſtratione cõmiſſum, ſola pœna dupli puniri poſsint, vt in l. 5. tit. 14. par. 7. ibi. *Los guardadores de los huerfanos, maguer tomaſſen encubiertamente alguna coſa de los bienes de los huerfanos, que tuuieſſen en guarda, con todo eſſo non ſela podrian demãdar en manera de furto, porque ſon como ſeñores, e tienen lugar a los huerfanos como de padres. Pero tal maldad como eſta, no debe quedar ſin pena, ca debẽ pechar doblado a los huerfanos, todo*
15 *quanto les tomaron.* Quinimo, actione de dolo, ſimilis pœna ab illis extorqueri non poterit, lapſo
16 biennio, poſt tutelam depoſitam, cum actio de dolo vltra biennium exerceri non poſsit, l. fin. C. de dolo l. 6. titu. 16. par. 6. vbi Gregor. verbo, *deſde el dia*, tenet, quod hoc biennium & currit abſenti & ignoranti: licet contra lapſum competat reſtitutio, ex cauſa abſentiæ vel ignorantiæ. Idque tenet eleganter Caſtren. in d. l. fin. conſequens ergo erit, vt non alijs accrioribus pœnis reipublicæ adminiſtratores, ob dolum commiſſum in adminiſtratione puniantur.

17 Sed prædictis nõ obſtantibus in propoſita ſpecie dicẽdũ erit, huiuſmodi publicos vel regios adminiſtratores corporalibus pœnis (ob dolos & fraudes in adminiſtratione cõmiſſos) puniri poſſe & loquendo in regio theſaurario vel tributorũ exactore, eſt tex. elegans, in Aut. de mãdatis principum. §. coges vbi the-

saurarius vel exactor qui aliqua bona, vel pecunias à se collectas vel receptas occultauit, dolosè vè retinuit non reddendo rationem illarũ, pœna amputationis manus punitur, & ita tenet Acur. ibi verbo manus amputationem, quam sequitur Soci. cõsil. 56. versi. 5. & vltimo, repetito in consi. 213. lib. 1. Osascus decis. 70. n. 9. in fine, & loquendo in decurionibus reipublicæ, plumbatorum ictibus fustigandos fore voluit Iustinianus in l. quilibet, 40. C. de decurio. li. 10. quinimo & ciuili & partito iure, thesaurario vel iudici regio, qui aliquid ex regio patrimonio sibi dolose occultauit, & appropriauit, nec in rationib° intulit, pœna mortis imponitur, vt in §. item lex Iulia peculatus insti. de publi. iudi. & in l. 18. tit. 14. par. 7. ibi. *Oficial del Rey, que tuuiesse del algun thesoro en guarda, o que tuuiesse de recaudar sus pechos o sus derechos, e le encubriesse algo a sabiendas, o el juzgador que hurtase los marauedis del Rey, o de algun concejo, mientre estuuiesse en el officio, quienquier destos sobredichos a quiẽ fuere probado, que fizo hurto con alguna destas maneras, deue morir porẽ de.* Quinimo & tripli etiam pœna punitur, vt in l. 18. tit. 5. li. 9. recopila. loquendo in administratoribus regijs fautoribusque vel consilium præstantibus, receptatoribusque eorum, eãdem mortis pœnam infligendam fore prædicta iura proclamant, & ita testatur Bobadilla li. 5. politi. c. 4. n. 86 vbi dicit, quod non solum isti vsurpatores bonorum publicorum, regaliumve, pœna arbitraria corporali castigari possint, verum & pœna mortis (per prædicta iura.) puniri debeant, & loquendo in iudicibus vel receptoribus, pœnarum cameralium vsurpatoribus, pœna semuoli mulctãdos fore suadet, l. 11. tit. 6. & l. fi. ti. 9. li. 3. recopi. quod verum intelligas præterquam in casibus, in quibus aliter iure cautum reperitur, aliquando namque septupli, nonnumquam etiam tripli siue quadrupli pœna puniuntur, vt in l. 35. t. 6. & in l. 19. t. 7. l. ibi. 3. & melius in l. 13. tit. 14. n. 18. ver. *otro si dezimos*, li. 2. recopi. & in legibus supra relatis, cum enim in vno casu diuersa pœna quam in alio statuitur, illud quod specialiter est dispositũ custodiri debet, cum generi per speciem derogetur, vt in l. aufertur. §. fi. ff. de iure fisci, tenet Auend. 2. part. de exequen. manda, c. 24. n. 1. Azeuetus in d. l. 11. glossa, *con el quatro tanto*. Bobadilla d. c. 6. n. 28. quinimo & vltra pœnas supradictas, ad restitutionem eius quod vsurpauerunt, cum maiori interesse sunt condemnandi, ex glo. in l. cũ quidam §. eos qui, verbo notum est. ff. de vsur, quã sequitur Bobadilla li. 5. politi. ca. 4. n. 86. quinimo & si officialis orrei vel positi publici, aliquid tritici vel pecuniæ vsurpauerit, vel in ipsius proprios vsus conuerterit, aliquid ve ex hoc lucrauerit deportationis pœnæ subijcitur, & in totius substãtiæ suæ amissionem condemnatur, vt in l. 3. C. de condi. in publi. orreis ac rursus tale lucrum huiusmodi posito aplicabitur, ex Platea in l. 1. C. de auro publi. persequen. Idque tenet Auenda. d. ca. 24. n. 3. Bobadilla d. n. 81. non enim huiusmodi administratoribus publicis, administratio bonorum publicorum, vel positi committitur, vt ipsi diuites efficiantur, sed magis vt sua industria reipublicæ vel regium patrimonium conseruetur & augeatur. Quinimo hæc pœna pro prima vice imponenda esset. Si vero semel adque iterum in huiusmodi crimẽ incidisset, corporaliter puniendus esset, vt voluit

Boba

Bobadi. d.n.38. Quo circa, ſi huiuſmodi adminiſtratores, tempore officij ſuſcepti paupertate laborabant, & finito officio diuites & opulenti exiſtant, aduerſus eos præſumitur, quod ex bonis regijs, reipublicæ vel poſiti, quæ adminiſtrauerunt, ditati fuerint, & huiuſmodi augmentum poſſet tali reipublicæ, poſito, vel fiſco applicari, vt notat Bal. in l.1. ante finem. C. de hæredi vel actio. vendi. Neuiza in ſylua nuptiali li.5.nu.110.verſi. ſit etiam, & loquendo in ſenatoribus vel correctoribus & etiam præſidibus regijs, idē præſumendum reputat Vulcatius Galilicarus, in Auidio Caſio, ibi. *An ego proconſules, an ego præſides putem, qui ob hoc ſibi prouincias datas credunt, Vt luxurientur? Vt diuites fiant? Audiſti præfectum noſtri prætorij, ante triduum quam fieret, mendicum, & pauperem, ſed ſubito diuitem effectum, Vnde queſo, niſi de Viſceribus reipublicæ, prouincialiumque fortunis?* Idque tenet Acurſ. in l. defenſionis facultas glo. fin. in fine. C. de iure fiſci. Bal. loco ſupra proxime citato: & in aut. licentiam col. fina. C. de epiſco. & cleri. vbi hoc notandū exiſtimat contra theſaurarios regios, & adminiſtratores reipublicæ, & in eccleſiæ adminiſtratoribus ita tradit Euerardus loco ab eccleſia ad fiſcum, & plures coniecturas ex quibus de bonis ſuorum principaliū iſti adminiſtratores ditati præſumuntur cumulat. Aimo con. 129. n.3. Sylua nuptialis li.4.n.20. Rolandus conſ.49.n.24. Cabalca. de tuto. n.223. & late per Gutier. de tute. li. 3.c.fin. per totum idem Aimo. loquē do in adminiſtratoribus ditatis conſi.191.n.8.

Prædictam tamen gloſſæ & aliorum ſequatium ſententiam reprobat Bald. in l. cum oportet nu. 12. & 13. C. de bonis quæliber. & in l. ſi defunctus. C. arbitriū tutelæ, & latius in c.1. col.2. verſi. Item oppono de controuer. inter domi. & fide, & cōtra eam dicit eſſe communem doctorum ſententiam Boſius in practi ca ti. de fiſco n.49. Salce. in additio. ad Bernar. Diaz reg.9. fol.4. verbo acquiſita.

Crederem tamen in propoſito diſtinguendum fore, inter adminiſtratores regios, publicos, & poſiti, & eos qui priuatam adminiſtrationē exercent, veluti tutores, curatores. Socios, hoſpitalarios & ſimiles, aduerſus (enim) illos, gloſſæ ſententia locū habebit, ſecus vero, aduerſus hos qui priuatam adminiſtrationem exercent, & ita erit intelligendus tx. in d.l. ſi defunctus & in l. etiā C. de donatio. inter vir. & in l. cura. verſi. deficientium. ff. de muner. & honor. & in cap.1.2. reſponſo de feudo guardiæ in vſibus feudo & in ca. 1.12. quæſt.4. quatenus hæc iura talem ſubmouent præſumptionem, & ita diſtinguit Caſtellus in l.27. Tauri folio 112. ver. decimo tertio fuit, quem ſequitur Bobadilla lib.2. politicæ c.11.nu.5. & 6. vbi refert, quod Imperator Antoninus pius ſtatuit, vt in introitu officij cuiuſlibet gubernatoris, eius bona deſcriberē tur, vt eo finito appareret, quid quātum ve, dūrante adminiſtratione quæſiſſet, quod ſi multum acquiſiuiſſe inuentum fuiſſet, aduerſus eos præſumeretur, quando rationes publicæ in aliquo deficerent, & de hoc vide Gutierrez qui late proſequitur intellectū d.l. ſi defunctus in tract. de tute. l.3.c.46. per totū, & ibi ad ſaturitatem quæſtionem hanc ad vtrā que partem controuertit. An tutor qui pauper ad tutelam adminiſtrandam acceſſit, & poſtea in calce adminiſtrationis dies reperitur, præ

sumatur ditatus ex bonis sui minoris. Mascar. conclusio. 1094.

Si vero aliquis regius administrator, dolose prætermiserit se onerare de aliqua parcella, vel in datis cō putauerit illam quam re vera nondum soluisset, pœna tripli punitur, & hæc pœna iudicibus regij patrimonij applicatur, & fisco, pro æquis portionibus, & hanc pœnam tripli constituit aduersus similes administratores l. 18. tit. 5. li. 9 recopi. & licet illam durissimam reputet Bobadilla. d. n. 28. tamen non egreditur delicti seu doli culpam & perfidiam.

19 Aduertendum tamen erit, quod prædicta pœna non punitur administrator, dummodo per annum administrauerit non steterit in occultandi dolo, â die rationis calculatæ, vt in l. cum eo. ff. ad l. Iuliam pecula. Et ita tenet Faber in d. §. lex Iulia. peculatus institu. de publi. iudi. Et hāc sententiam refert & sequitur Grego. Lup. in l. 18. tit. 14. par. 7. verbo *mientra estuuiere en el officio*, quod ego intelligo cum adhuc in administratione persisteret, secus vero si iam totius administrationis rationem reddidisset, & appochā quitationis
20 recepisset, quam vulgo dicimus *finiquito*, quia ex hoc dolus & vsurpandi animus probatur. Si tamen sola præsumptio vsurpati patrimonij subsisteret, non detur aduersus illos cō dictio furtiua, propter administrationis velamen, sed dumtaxat, actio de rationibus distrahendis ad interesse ex tex. in l. 6. tit. 16. par. 7. quod in terminis tenet Greg. Lup. in l. 5. tit. 14, par. 7. vbi loquendo in tutore detinente seu occultante aliquam parcellam in rationibus pupillaribus, dicit, quod ob dolum præsumptū solum possunt isti tutores & curatores in duplum & expensis condemnari, si tamen de dolo & animo contrectandi constasset, actio furti etiam competeret, ex tex. in l. actione. ff. de tute. & ratio. distra. ibi. *quod si furandi animo fecit, etiam furti tenetur.* Si tamen administrator publici orrei esset, qui triticum in proprios vsus conuerfit, arbitrio iudicis punitur, & hoc arbitrium, non vltra pœnam deportationis, & totius substantiæ iacturam progreditur, vt in l. nulli. C. de condi. in publi. orreis li. 10. Si tamen reperiatur frumentum orrei publici terra palleis vel tamo miscuisse & vendidisse in setenis condemnandus venit, vt in l. 3. tit. 5. li. 1. recopi. quam omnino circa hoc vide, & probatio. in hoc relinquitur arbitrio iudicis vt in l. 5. ti. 25. li. 5. recopi. §. 7. & 8. quæ adhuc ambulat in quaternello legum siue nouarum pragmaticarum.

21 Vltimo & finaliter dubitatur, an calculatores qui dolose vel per gratiam, rationes falsas dispunxerunt, animo aliquem intercipiendi, actione ciuili tantum conueniri, an etiā criminaliter puniri possint. Et in primis est præsupponendum quod præsumptio est pro calculatoribus quod legitime sine dolo & fraude calculauerint, vt tenet Socin. cons. 90. in fi. vol. 4. & alij relati â Mascar. de probatio. conclu. 253. nu. 20. si autem in dolo reperiantur actio ad interesse aduersus tales falsos vel dolosos calculatores competit, ex tex in l. fi. ff. si mēsor. fal. mod. dixer. ibi. *Ego etiam aduersus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellit.* Quinimo & lege Iulia de falsis puniri poterit, ex tex in l. 8. tit. 7. par. 7. ibi. *Que si el contador fiziera a sabiendas yerro en la quenta, que faria falfedad, e si aquel que se fallase perdidoso por tal quenta, no pudiesse recebir enmienda del otro, de aquello*

que

que menoſcauare, dezimos quel cõtador es tenudo degelo refacer de lo ſuyo, por la falſedad que hizo. E aun dezimos demas deſto que le debe poner pena por ello el juzgador ſegun ſu aluedrio.

22 Quod autẽ prædicta lex patritæ inuit, ſcilicet quod debeat fieri diſcuſsio in bonis illius qui cõmodum falſæ & doloſæ cõputationis reportauit, antequã ad calculatorem perueniatur, verum intelligas, quando rationes fuerunt priuatim inter ſotios. vel alios diſpũctæ, prout ipſa l. præloquitur, ſecus tamen eſſet, vbi rationes iudicialiter diſpunctæ fuiſſent, quia hoc caſu, directè aduerſus falſum calculatorẽ pro dãno ex mala calculatione reſultante, agi poſſet, vt voluit Abb. in c. quia indicante n. 10. de præſcriptio. ex tex. in l. ſi duobus §. idẽ Põponius ff. ſi menſor fal. mod. dixe. Quã ſententiã refert & ſequitur Feli. ibi. n. 2. vbi refert Florianũ teſtantem ſe ita praxi vidiſſe receptum. Et hanc ſententiã ſequuntur etiã Angel. & Iaſſon. in §. quædã n. 81. inſti. de actio. Et loquendo in calculatoribus & agrimenſoribus hanc ſententiã tenet Hieronym. de Monte Brixiano in tit. de finibus regun. c. 33. nu. 1. Vbi hanc ſententiam extendit, etiam vbi culpa ſola interueniente, damnũ emerſiſſet alicui, ob ignorantiam & imperitiam eius qui calculandi officium ſuſcepit, & ratio eſt quia maxima culpa eſt aſſumere aliquem, officium ad ſe nõ pertinentem, quia hæc culpa dolo quiparatur, ex l. magna negligentia. ff. de reg. iur.

23 Aduertendum tamen erit, quod licet prædicta l. par. aſſerat quod iſte doloſus calculator, poteſt arbitrio iudicis puniri, tamen pœna non poterit eſſe corporalis, quia vbi pœna iudicis arbitrio relinquitur, non habet locum pœna ordinaria, neque per conſequens pœna corporalis, ex deciſione tex. in l. 3. C. de conditis in publi. orreis, lib. 10. ibi *Hanc pœnam ſciat noſtro arbitrio definitam, vt deportationis pœnæ ſubiectus, totius ſubſtantiæ cogatur ſubire iacturam.* gloſ. in § in ſumma inſtitu. de publi. iudi. Gramaticus deciſione 23. numer. 20. Bobadilla libro 2. politi. cap. 10. num. 21. & 22. Salaçar de vſu & conſuetu. c. 5. a nu. 6. vſque ad num. 13. & an hoc ſimpliciter ſit verum, declarat Menoch. lib. 1. de arbitra. cap. 86. per totum, & conſilio 94. numero 28. Segura in directorio iudicum 2. parte cap. 10. numero 11. in fin. vbi dicunt, quod vbi non habet locum pœna ordinaria, non habet locum pœna corporalis, ex cuius deciſione apparet male ſenſiſſe Bart. in l. obſœnus. ff. de adminiſtratio tuto. quatenus tenet, quod ſi tutor non poteſt ſoluere intereſſe minori, reſultans ex eo quod pecunias pupillares non collocauit, (argumento illius tex.) corporaliter puniri poſſit. Verbum enim illud extra ordinem de quo in d. l. obſœnus, non de corporali pœna ſed de exilio vel relegatione debet intelligi ex ſupra relatis.

Hactenus candide lector, quæ de ratiocinijs adminiſtratorum, ingeniolum noſtrum penetrauit, tibi libentiſsimo animo oſtendit, ſi quid tamen labe aut vituperio dignum, in præſenti tractatello protulerim (proferam autem plura) ſi quidem doctior euaſiſti, pro acerrimi ingenij tui facultate cenſurabis.

Ignarus (autem) aut taceat,
aut melius edat opus
Vale.

VARIA-

Laus Deo.

VARIARVM (EX CAESAREO, REGIO. & Pontificio Iure) computationum.

TOMVS SECVNDVS.

AD LECTOREM.

CVM adhuc variæ ſint computationes in iure difficiles, quæ in diſcurſu tractatus de ratiocinijs adminiſtratorum, minime congruis in locis adaptari potuerunt, ideo illas quas ex varijs doctorum tractatibus collegi, hic tibi amantiſsimè lector (quaſi faſciculo quodam) annectere curabo, vt deinceps iam non per vaga ſcribentium volumina anxiatus diuaguetis, ſed ea in promptu (quandocumque opus fuerit) habeas: ſume igitur opuſculi noſtri ſingulare proficiendi Reipublicæ deſiderium, & lucubratiunculam noſtram, æqui bonique conſule, maiora deinceps ſpectaturus, ſi huius noſtri laboris detractor non fueris, huiuſmodi enim generis homines tametſi autoribus parum obſint (cum ab improbo vituperari laus ſit) nonnumquam faciunt, vt multi, contra bonum commune Reipublicæ, ab ſcriuendi inſtituto calamum cohibeant, verum mihi non tam infirma mens eſt, vt detractores tales, aut eorum occulta linguæ iacula metuam, cum aſsidue huius ſordidi muneris, participes eſſe ſoleant, qui vix primoribus labrijs legalis philoſophiæ dulcedinem deguſtarunt, & tandem ex abruto, temere, & nonumquam inuerecundè, (aut ſupremos iuris prudentiæ patres) clanculum mordere, non verentur. Recipe igitur candide lector, has noſtras ineptias ſi magis huiuſmodi eas dicere quam amoris primitias velis, quoniam aliquando eas atento animo perlegiſſe, non pœnitebit. Vale.

SVM-

SVMMARIVM.

1 MEliorationes tertij vel quinti, non deducuntur de dotibus, vel donationibus simplicibus, à parentibus factis.

2 Residuum tertij, vel quinti, qualiter sit deducendum, vbi prius donatum aliquid fuerat, in ratione tertij vel quinti.

3 Tertio & quinto donatis, quis eorum prius detrahi debeat.

4 Melioratio tertij quæ præcessit, minuit meliorationem quinti posteriorem.

5 Donatum à patre filijs in vita, instar supremi iudicij habetur.

6 In deductione tertij & quinti inspicienda sunt bona quæ defunctus reliquit tẽpore mortis.

7 Donatum à parentibus in vita, censetur donatum pro ratione tertij, vel quinti, vel vtriusque.

8 Tertium, vel quintum, ab aliquo in vita, vel morte donatum, debet deduci consideratis bonis ab ipso donante (tẽpore mortis) relictis.

9 Iudicium familiæ herciscundæ, non debet extendi ad ea quæ sunt extra patrimonium defuncti.

10 Pater si donauit in vita septem millia, & in morte octo millia tantum reliquit, supposito quod illa prior donatio facta fuit in ratione tertij vel quinti, qualiter facienda erit deductio siue computatio talis tertij vel quinti.

11 Pater si fecit in vita donationem irreuocabilem, pro ratione tertij, vel quinti vel vtriusque, deinde fecit alias donationes onerosas vel ob causam, an tertium illud vel quintum, deduci debeat de prædictis donationibus, iunctis cum reliquis bonis existentibus tempore mortis.

12 Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.

13 Patre donante tertium vel quintum irreuocabiliter, bona eius manent affecta defalcationi illius tertij vel quinti.

14 Tertium vel quintum qualiter sit deducendum, vbi coniux superuiuens, habitura est quartam, ex dispositione Authenticæ præterea. C. vnde vir & vxor.

15 Quarta in qua succedit coniux superuiuens, habetur instar iuris alieni.

16 Libra quot Castellanos faciat.

17 Ca-

17 *Caſtellanus cuius fuerit valoris.*

18 *Mater cui datæ fuerunt arrhæ, ſi alicui filio tertium præ legauit, an prædictæ arrhæ accummulari debeant, cum aceruo cæterorum bonorum, pro deducendo prædicto tertio.*

19 *Mater an poſsit meliorare aliquem ex filijs, reſpectu arrharum quæ à marito accepit.*

20 *Computatio qualiter ſit facienda, vbi filius primi matrimonij, qui alteri fratri eiuſdem matrimonij ſucceſsit, diſpoſuit de tertio, relinquendo illud alicui extraneo, & an ad illius deductionem, debeat æſtimari proprietàs bonorum illius filij prædefuncti, caſu quo pater vel mater ad ſecundas nuptias tranſierit.*

21 *Parentes ad ſecunda vota tranſeuntes, ſtatim & ipſo iure priuantur proprietate bonorum, à filijs primi matrimonij acquiſitorum.*

22 *Filius primi matrimonij, qui ob parentis binubium, in proprietate bonorum fratris præmortui ſucceſsit, libere de illa proprietate diſponere poteſt.*

23 *Exceſſus donationis inofficioſæ, an ad collocationem adduci debeat, pro deductione tertij, vel quinti, vel vtriuſque.*

24 *Exceſſus illius quod pater inofficioſe donauit, non cenſetur eius poteſtatem egrediſſe.*

25 *Donationes minutæ, an in quinto debeant computari.*

CAPVT. I.

De computatione facienda in deductione tertij & quinti.

ILLVD maxime inter legum Taurinarum ſcriptores controuerti & dubitari ſolet. Qualiter ſit facienda tertij vel quinti deductio & computatio, & maxime vbi teſtator in vita aliquid alicui donaſſet, & poſtea in teſtamento reſiduum quinti vel tertij legaſſet vel prælegaſſet. Et pro euidentiori horum dubiorum explicatione, in primis erit præmitenda legis vigeſimæquintæ Tauri deciſio qua cautum extat, quod meliorationes tertij & quinti, non detrahantur de dotibus, vel donationibus ſimplicibus. Et ratio decidendi illius textus ſecundum communiter ſcribentes ibi, ea fuit, quia ſimiles donationes quæ præceſſerunt, licet ad collationem adducuntur, vere tamen in bonis teſtatoris tempore mortis manſiſſe, dici non poſſunt, vt ibi voluerunt Palatius Rubeus, & Tellus Ferdinandez, & Angulus

1

de

de meliorationibus l. 9. glos. 2. numero. 1.

2 Quo fundamento præsuppositio, videndum erit qualiter residuum (quod calculatores dicunt *remanente de tertio o quinto*,) Deduci debeat, vbi aliquid prius donatum fuerat in ratione tertij vel quinti. Et Cifontanus in d. l. 25. num. 5. in ea est sententia, vt prius tertium, deinde quintum deducatur, eo quod quintum minui non possit, per tertij deductio-
3 nem, vt in l. 214. styli vbi prius quintum quam tertium deducendum fore cauetur. Idque tenent Palatius Rubeus & cæteri scribentes in l. 29. Tauri Aiora de partitionibus 2. parte quæst. 5. numero. 9. Matiençó in l. 1. glos. 1. n. 2. tit. 5. lib. 5. recop.

Verum licet prædictæ legis stili decisio, vsu forensi recepta sit vbi vtraque melioratio in eodem testamento facta fuit, aut si in diuersis, præcesserit tamen melioratio quinti irreuocabilis.

4 Adhuc si melioratio tertij precesserit, minuit meliorationem quinti posteriorem, eo quod hoc casu melioratio quinti fieri non potuit, nisi saluo iure tertij, prius irreuocabiliter donati. Et hanc sententiam tenet Angulus de melioratio. l. 9. glos. 2. Gutierrez in practicis quæstio. lib. 2. quæstione 42. numero. 1. Quorum sententia confirmari videtur, ex eo quia tali casu melioratio tertij iam deducitur tanquam æs alienum, quod ante omnia est deducendum, ex tex. in l. subsignatum. §. bona. ff. de borum significatione. Vnde cum in computanda substantia paterna, prius deducenda sint debita paterna, vt ex inde appareat quantum veniat in legato quinti, vel in tertij prælegato, vt dixit Bart. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsu fruct. legat. & in l. denique in fin. & l. cohæredibus. C. de compensatio. necessario prius erit tertium deducendum, quando ante testamentum alicui filio fuisset donatum, ne alias perfecta donatio reuocari in totum, vel saltem minui contingat, contra regulam l. perfecta donatio. C. de donatio. quæ sub modo.

5 Hæc tamen Anguli sententia ex eo periculosa videtur, quia datum â patre filijs in vita, vim supremi iudicij habet, & per inde haberi debet, ac si in morte datum & relictum esset, ex tex. in l. si filia. §. si pater. ff. familiæ Herciscundæ. ibi. *Non videri donationem, sed potius supremi iudicij diuisionem*. Et hanc difficultatem sensit Molina de Hispanorum primogenijs libro primo capite duodecimo numero primo, & secundo, & septimo ex Celso consilio 120 numero quadragesimo tertio. Igitur si donatio tertij in vita facta, habet vim legati in testamento relicti, & in tantum assumit naturam vltimæ voluntatis, vt vsque ad mortem reuocari possit, eo quod voluntas donantis sit deambulatoria vsque ad mortem, vt in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio, non maius ius habebit melioratus per contractum in tertio, quam si in testamento tertium prælegatum fuisset, igitur cum ad deductionem tertij & quinti inspicienda sint bona quæ relicta fuerunt â testatore tempore mortis, vt in d. l. 29. & 23. Tauri semper quintum prius erit deducendum, ex dispositione dictæ legis styli.

Pro se danda (tamen) hac difficul

tate

tate, distinguendum erit, fuerit tradita possessio rei in qua fuit facta melioratio nec ne. Primo enim casu si vere vel etiam si ficto modo (vt per traditionem instrumẽti vel clausulam constituti) tradita fuisset possessio tertij, ex causa onerosa donatis, prius tertium quam quintum deducendum erit, veluti si donatum esset filio ratione matrimonij, vel etiam patrimonij, vt filius ad sacros ordines promoueretur, quia & hæc causa onerosa dicitur, saltim respectu Episcopi, cum alias quam dato per patrem patrimonio filio, illum non ordinaret, ne alias necessitate illum alendi astringeretur, casu quo inopia laborasset, ex text. in capit. Episcopus, & capit. tuis quæstionibus de præbend. & ita in proposito tenent Cifontanus & Tellus in l. 17 Tauri, Couarr. in cap. Rainaldus. §. 2 numero. 7. Angulus de melioratio-nibus dicta l. nona, glossa. 10. numero septimo. talis enim donatio onerosa ex quacumque causa facta, tanquam æs alienum reputatur, & vt 7 debitum de aceruo bonorum (ante omnia) deducitur. Secundo vero casu, hoc est, quando non fuerat tradita possessio, secus erit, quia tanquam bona tempore mortis a testatore relicta, reputat quælibet donatio de tertio, vel quinto in vita facta si possessio non fuerit tradita, & ideo prius deducetur quintum quam tertium.

Secunda tamen huius distinctionis pars procedit, nisi inter partes actum fuisset, vt talis donatio suum effectũ ante mortẽ donãtis sortiretur (q̃ fieri potest, secundũ Tell. in l. 25. Tauri, n. 3 vers. ad primũ igitur) quo casu nõ esset in cõputatione & deductione tertij vel quinti tẽpus mortis attendendum, nec procederet dispositio prædictarũ legũ. 19. & 23. Tau.

Quibus sic præmissis accedo ad dubiũ illud, de quo Tellus in. d. l. 25. numero. 4. tantum festum facit, vt eum quasi rem magnam, subtilem & difficilem exordiatur, dicens. Nunc autem instat tempus, vt promissionem quam feci, in leg. 23. ad impleam) an si pater aliquid in vita donauit (quod donatum censetur, pro ratione tertij vel quinti) vt in. l. 26. Tauri, & postea in testamento residuum, eiusdem tertij vel quinti eidem vel alij legauit, vel prelegauit, an in deductione huius remanentis tertij vel quinti, debeat haberi respectus ad illam rem prius donatam simul coaceruando illam cũ bonis tempore mortis per testatorem relictis, an vero res illa in computatione talis tertij vel quinti attendi & considerari non debeat, sed dictum legatum vel prælegatum remanentis, de bonis tempore mortis relictis tantum detrahatur.

Pro cuius difficultatis explicatio- Nota
8 ne, in primis sciendum erit, quod tertium vel quintum ab aliquo in vita vel morte donatum, debet deduci consideratis bonis ac ipso donante, tempore mortis relictis, vt in. l. 19. Tauri, ibi. *Con tanto que no exceda el dicho tercio de lo que montare y valiere la tercia parte de sus bienes al tiempo de su muerte.* Et rursus in eadem. l. ibi. *Que la tal mejora aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte, y no al tiempo que se hizo la dicha mejora* Rursus prædictum tertium vel quintum deduci non debet de dotibus vel donationibus propter nuptias, nec etiam de alijs donationibus quas filij redduxerint ad collationem, vt inferius in dicta lege cauetur, ibi. *El tercio y quinto de mejoria hecho por el*

teſtador no ſe ſaque de las dotes y donaciones propter nuptias, ni de las otras donaciones que los hijos y deſcendientes traxeren a collacion y particion. Quibus regulis pro conſtanti habitis, nulla quidem difficultas oriri poterit. Si ad deductionem huius remanentis tertij vel quinti, capias omnia bona a teſtatore tempore mortis relicta, & ex illis (ſecundum diſtinctionem inquæſtione præcedēti propoſitam) tertium vel quintum deducas, quod ſi decem fuerunt, in vita donata, & tertium vel quintum, vel tertium & quintum ſimul alicui donatum, ad duodecim ſummam aſcēdat, illa duo quæ ſuperſunt, præſtanda erunt legatario, vel ei qui in teſtamento fuit melioratus, & hæc computatio eſt facienda, vbi poſſeſſio donationis primæ tradita fuerat in vita donantis. Si tamen poſſeſsio tradita non fuerit vere, vel ficte vt tradit Matienço contra Tellum in. l. 1. gloſ. 3. titul. 5. libro. 6. Recopila. illa bona prius in ratione tertij, vel quinti donata, realiter & vere coaceruari debent cum bonis a teſtatore relictis tempore mortis & ex omnibus illis deducetur reſidua tertij vel quinti melioratio, & hæc eſt cōmunis omnium ſententia.

Tellus tamen rem hanc a terra ad cœlum, ſeu vt melius dicam, ad aeris regionem extollens, maturius cogitando & ſemper ſecum hoc reuoluēs, in huiuſmodi computatione dicendum cenſet, habēdam eſſe rationem, non ſolum bonorum quæ defūctus tēpore mortis reliquit, ſed & rei prius donatæ, nō tamen vt ex ea aliqua de falcatio fiat, in damnum primi donatarij, & adeo hoc verum cenſet vt dicat in. d. l. 25. numero. 4 veri. ſed maturius, quod aliud ſentire vel affirmare eſſet infirmitas intellectus, idque vt ipſe dicit viua & aſpirante ratione demonſtrare, (euidentia quadam mathematica) intendit, ita ꝙ aut fatendum ſit neceſſario eius opinionē eſſe puram veritatem, aut ex dictis legibus Taurinis ſit concedendū, parentes vltra tertiū & quintum poſſe donare, in præiuditium legitimæ filiorum vel ſaltim eoſdem parentes non poſſe de integro tertio, & quinto diſponere, quæ vltima duo eſſent contradiſpoſitionem apertam, dictarum legum Taurinarum.

Et ad huius ſuæ opinionis (ad modū aſsiduis iucubrationibus abſolute) fingit exemplū in hunc modum. Pone quod parentes in prima donatione de tertio vel quinto decē conſumpſerūt, poſtea vero tempore mortis eundem filium ſeu alium deſcendentem in reſiduo dicti tertij vel quinti meliorauerunt, & tēpore mortis centū & viginti in bonis reliquerunt. Cæteri cohęredes ex. l. 19. & 28 Tauri prætendunt, tertium & quintum extrahendum eſſe tantum ex bonis quæ defunctus tempore mortis reliquit, quæ cum fuerint centum & viginti, conſequetur iſte melioratus pro integro tertio & quinto quinquaginta & ſex.

Et ſecundum prędictam computationem, patrem vltra præmiſſum legibus Taurinis diſponere, palam docere intendit, cum de aceruo bonorum paternorum prouna parte deducātur illa quinquaginta & ſex, & pro alia reliqua decem quæ prius in vita fuerant donata, & ita in propoſito caſu & figura impoſsibile putat, quod attendatur tempus mortis.

Rurſus ſi ex bonis tempore mortis a patre relictis, extrahantur illa quinquaginta & ſex quæ faciunt & compræhendunt integrum tertium & quintum, & ex illis extrahantur illa decem quæ prius pater in vita donauerat, & illa re incorporentur

cum

cum acerbo bonorum, existimat alliud sequi inconueniens, scilicet ꝙ parentes non possent de integro tertio & quinto disponere quod hoc modo demõstrare intendit. Dicit inquã illa quinquaginta sex, est tertium & quintum quæ defunctus reliquit, sed illud omne quod simpliciter pater in vita donauit, dicitur in ratione tertij & quinti donasse, ex l. 26. Taur. & illud ꝙ iam donauit secũdum præcedentem computationem extrahitur ex tertio & quinto, & sit solutio ex bonis extra patrimoniũ defuncti existentibus, vnde secundum hoc pater tantum disponit de quadraginta, & sex in ratione meliorationis, cum de quinquaginta & sex posset disponere, habita cõsideratione ad bona quæ reliquit tempore mortis, & sic nõ disponit, quoniã decem quæ prius legauerat, non sunt ex hac dispositione & ideo cum ex supradictis computationibus, vtrũque inconueniens, & impossibilitas sequatur, dicendum existimat, nullã ex ipsis computationibus esse iuridicã. Ex quibus ipse computationem nostram aliter faciendã arbitratur dicens, quod habito respectu ad tempus mortis secundum dispositionem. l. 23. Tauri, illud ꝙ prius donatũ erat in ratione tertij & quinti, verbaliter accumuletur, cum bonis tempore mortis relictis, & ex eis extrahatur tertium & quintum nihil tamen diminuens primæ donationi, & ex hoc tertio & quinto extrahantur illa decem, quæ prius donata fuerant. Et secundum hanc computationem vnusquisque consequetur quod suum est, quia melioratus in tertio & quinto, consequetur sexaginta & partem illius numeri qui supererit, quæ comprehenduntur in tertio & quinto, vniuersorum bonorum. Ex eis tamen extrahentur decem, quæ prius donauerat in eisdem rebus quibus prima donatio de decem confecta fuit.

In hac tamen difficultate dum noster Tellus per ætera & aerea diuagasset, & super pennas ventorum volitasset. Hicarei pelagi aquas (misere cadens) degustauit, & quædam quasi mera ægrotantium somnia tipis mandauit, & quod peius est, quod dum suæ opinionis inconuenientia nota habuisset, pertinaciter illam defendere nõ dubitauit? Quid enim queso magis a mente dictarum Taurinarum legum est, quã ad deductionem tertij & quinti alia bona aliena, & extra patrimonium testantis existentia accumulare, præter illa quæ defunctus pater, tempore mortis reliquit, siquidem manifeste in. dicta l. 19. Cauetur, *que la tal mejora aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte.* Certe aut fatendum est quod illa decem prius donata & tradita erant in proprietate filio acquisita; aut si ad computationem adducantur, non consequetur melioratus integrum tertium & quintum, respectu bonorum tempore mortis relictorum, cum tantum quinquaginta & partem illius numeri qui superest recipiat, cum inspectis bonis tempore mortis existentibus (in exemplo a Tello relato) quinquaginta sex capere deberet. Et licet huic difficultati Tellus conetur respondere, tamen eius responsio fribola & sine fundamento est, cum de iure sit indubitatum, quod iudicium familiæ herciscundæ, non debeat extendi ad ea quæ sunt extra patrimonium defuncti, de cuius bonorum diuisione agitur, vt in. l. hæredes. § quod pro emptore. ff. de petitio. hæredita. fiet igitur in casu proposito computatio in exemplo superius

ex Tello relato, computatis tantum bonis a defuncto relictis & erit tertium & quintum de quinquaginta, & sex. Et hæc demptis illis decem prius donatis in vita tradentur ipsi legatario, & sic supra decem habebit quadraginta sex & per consequens quinquaginta & sex ad quæ ascendit tota donatio tertij & quinti, & cum exemplum a Tello propositum, in tertio & quinto posit intricare aliquantulum hanc computationem, ego in solo quinto donato & legato, pono exemplum in hunc modum. Sempronius in vita donauit Titio Octo, & in morte reliquit quinquaginta, & legauit eidem vel alteri residuum quinti, certe ad deducendum istud quintum vel residuum quinti, de quinquaginta tempore mortis relictis, quintum erit deducendum: & sic melioratus in remanente habebit duo tantum quæ deficiebant, ad implendum totum quinti valorem, quod est de decem, & hæc est clara, & verissima computatio, & eam tenet Angulus de melioratio. l. 9. glos. 3. vbi communem tutatur sententiam, quinimo & ipse Tellus vbi supra, dictam communem vbique iudicum & aduocatorum conformi iudicio, approbatam fuisse testatur, & ingenue cõfitetur, eam ab omnibus aduocatis & iudicibus vsque ad sua tempora fuisse canonizatam, ita vt cum sæpe ipse articulum istud in praxi habuisset, nunquam pro sua opinione obtinere potuit, quod quidem iustissime factum fuit, quia cõmunis opinio in simplicitate dictarũ legũ Taurinarum fundatur, & ex ea nullum resultat incõueniẽs, ex illis quos Tel. põderauit vbi sup. Quinimo pater disponit de quinto vel tertio integro illorũ bonorũ quæ reliquit tẽpore mortis, & meliorat' itidẽ totũ tertiũ & quintũ recipiet, & filiorũ legitimę nõdiminuerẽtur aliquomodo pro ut fieret in exẽplo a Tell. Fern. relato vt clara & euideti demõstratione mathematicus quilibet (& si cæcus) videre, & manibus cõtrectare poterit. Ex quibus manifeste patebit Gomeziũ, & Tel. in hoc ab scopo veritatis aberrasse, quatenus senserũt donationem prius factã coaceruãdã esse cũ bonis tẽpore mortis relictis, pro deductione tertij, vel quinti, vel vtriusq; vel residui illorũ, nimis enim ex tali accumulatione legitimę filiorũ decresceret, & tertiũ & quintũ augeretur, cõtra mentẽ legis. 23. Tau. quæ (vt inquit Ioãnes Gutier. in lib. 2. practicarum, quæst. 60. num. 1.) fauore cæterorum filiorũ, qui ex donatione præiudicantur facta fuit. Et hanc nostrã sententiam (licet aliquantulum sub nube) tenere voluit Ayora de partitio. 2. parte. quæstione. 3. 4. parte. folio. 222. & Angulus loco supra citato, vbi ad obiectiones Telli sufficienter satisfacit, & hæc est comunis praxis, a qua in iudicando & consulendo recedere, esset defectus, & infirmitas intellectus.

10 Vlterius in proposito dubitatur si pater donauit & tradidit invita septem millia, & in morte solum octo millia reliquit, (supposito quod illa prima donatio censetur pro ratione tertij & quinti ex. l. 26. Tauri) qualiter illud tertium & quintum deduci debebit, ad hoc ne cæteri filij grauentur in legitimis. Et certe hæc cõputatio videtur prima facie difficilis, sed luce meridiana clarior, ex sequẽtibus reditur. Fiet igitur in hunc modum, quod computatores deducant tertium & quintum ex illis octo mille ducatis tempore mortis relictis, & illud absoluet. iij.D ducatos cũ certis alijs marapetinis, vnde si filius recepit Invita septẽmillia, donatio illa tẽpore mortis reperitur inofficiosa

in

in alijs.iijM.D.ducatisqui ſuperſunt, accepto tertio & quinto,& eos talis donatarius reddet, vt coacerſuando illos cum alijs octo mille relictis a patre,ex vndecim millibus & quingentis ducatis, fiat deductio tertij & quinti,quæ aſcendet ad. vM cccxx. ducatos, cum certis alijs marapetinis, & ſic ſupra ſummam de. iijM. D. ducatis qui remanſerunt in poteſtate donatarij,accipiet melioratus in remanente reſiduum vſque ad complementum tertij&quinti,quod erit vM D.cccxx.ducatos cum certis alijs marapetinis, & ita efficietur computatio ex mente dictarũ legũ Tauri.

11 Præterea pone quod pater fecit filio donationem in vita irreuocabilẽ in ratione tertij & quinti, vel alterius ex illis,deinde ipſe pater ex cauſa oneroſa,dotis, vel donationis propter nuptias,vel alterius ob cauſam, quæ ad collationẽ & diuiſionem trahitur,aliquid donauit:dubitatur modo(attẽta diſpoſitione legis.25 Tau. qua cauetur,vt tertium vel quintum non deducatur de dotibus vel donationibus propter nuptias, vel alijs quæ ad collationem adducuntur) an quintum vel tertium ſolum ſit extrahendum, de bonis relictis tempore mortis teſtatoris ex dict.l.23.an vero & de prædictis donationibus poſterioribus ſimul, & videtur dicendum, quod prædicta melioratio tertij & quinti, non ſit deducenda de dotibus,&c.cum hoc in dict.l. Taur. prohibitum ſit.

Sed prædictis nõ obſtãtibus,calculatores ad deductionẽ tertij&quinti faciẽt cumulũ omniũdonationũ poſt dictã melioratiõnẽ factarũ, & iũctis cũ bonis tẽpore mortispatris relictis deducetur ex illls tertiũ& quintũ(niſi tempore donationis tertij & quinti actũ eſſet,vt illadonatio ſortiretur effectũ ſecũdũ tẽpus in quo facta fuit nõ tñ in morte teſtatoris, q̃ quidem partiũ cõuẽtione fieri poſſet,ex Tel. in.d.l.23.nu.3.cũ cõtractus ex partiũ cõuentione legẽ accipiãt,vt in. l. cõ tractus.ff.de reg.iur.alias autẽ ſequeretur notabilis incõueniens in prẽiudiciũ illiusmeliorati quiapater adnihilũ poſſet redigere donationẽ tertij&quinti donãdo alijsex cauſisoneroſis quidquid ſibi placeret. Et hanc ſententiãveriſimã reputauit Tel.in l.25.Tau.n.3.Matienço in.l.9.titu.6 lib.5.recop.gloſ 3.n.2.Angul.de meliora.l.9.gloſ.3. n.3.in fi.Ioannes Gutierrez libr.2.practica.quæſt.62.n.1. vbi dicit,quod eo ipſo quod pater facit donationem irreuocabilẽ tertij &quinti,vel alterius ex illis,bonado natoris remanent affecta deſalcationi,& ſic cum reliquum ſit legitima filiorum omnino debet de donationibus quibuſcunque poſterioribus extrahi,niſi aliæ donationes meliorationem præceſsiſſent.

Præterea hoc in propoſito præter 14 mittendũ nõ eſt,ſcilicet, qualiter ſit deducendũ tertiũ & quintũ meliorationis, vbi alter ex cõiugibus ſuperviuens quartã bonorũ relictorum a coniuge mortua habere debet,exdiſpoſitione authen.præterea.C. vndevir & vxor,&l.7 tit.13.par.6. In qua difficultate dicendũ videtur, q̃ prius quarta ſit deducenda, deinde quintũ vel tertiũ ſit menſurandum, quæ ſententia ex eo ſuaderi videtur, quia quarta illa in qua ſuccedit ſuper viuens coniux, habetur inſtar eris alieni, quod ante omnia eſt deducendum, vt in.l.ſubſignatum.§.bona. ff. de verborum ſignificat.&in propoſito dixit Bart.in dict.Authen. Præterea q̃ quarta quæ debetur cõiugi ſuperſtiti,eſt debitũ legale q̃ cõtrahitur tẽpore cõtractus matrimonij abſq; dote, ſiue patrimonio cõiugis pauperis,& eum ſequitur Curtius Iupior

ibi, numero. 19. dicens, hanc sententiam communem. Tellus Fernandez in.l.9.Taur.n.32.Et pro hac sententia pondero tex.in dict.authent. Præterea quatenus compensat legatum a coniuge diuite mortuo, coniugi viuo factum, cum dicta quarta. Non enim aliter prædicta compensatio locum haberet, quam si ex dispositione legali debitor existeret, coniux diues præmoriens, coniugi pauperi super existenti, vt in lege si cum dorem §.si pater.ff. soluto matrimon.& in lege huiusmodi §.si pater. ff.de legat.1.& vtrobique notant Bartol.& Paulus, Simon de Pretis, libr.4 vltima.voluntatum, dubitatio. c. 6. & sic dicendum videtur, quartam cõiugi pauperi debitam, inter æs alienum extrahendam fore, de cumulo, & acerbo bonorum, & ex alijs bonis quæ supererunt, extrahetur melioratio tertij & quinti, vel quæ ex illis facta fuerit. Et hanc sententiam tenet Angul.de meliorat.in lege.13 glo.3 ex num.31.vsque ad.35.vbi expresse idem dicendum existimat, vbi tertium fuisset alicui ex descendentibus prælegatum, quia semper prius quarta, quam tertiũ erit deducendum.

Vnum tamen in proposito omittere non libet, quod illa quarta quæ cõiugi superexistenti debetur, non debet excedere summam cẽtum librarum auri, vt in.l.7.tit.13 part.6. quarum librarum computatio difficilis visa fuit aliquibus,& Cob.in tract.de collat.veter.numisma.dicit, q̃ istę cẽtũ libræ auri, debent intelligi de Romanis, de quibus loquutus fuit Iustinian.in.l.quoties.C. de suscepto&arquia,& in auth.vt liceat matri &auię §.quia vero, el.2.& dicit, q̃ quælibet ex dictis libris facit septuagintaduos
16 Castellanos, vel solidos aureos, quorũ quilibet cõmuniter ascendit & valet ad rationem, *de quatrocietos y cincuenta marauedis comunes*, ex hisquibus nostro tempore vtimur, idque sequitur Matiençoin.l.8.tit.10.libr.5. gloss.6.num 12.& in.l.4.titul.24.lib. 5.num.8 in noua legum Regni collectione, glos.1.num.9 & sic ex supradictis, non poterit ascendere prædicta quarta vltra, *tres cuentos y duzientos y quarenta mil marauedis*. Ego tamen prædictam computationem veram non esse arbitror, quippe cum, tempore legum partitarum, solidus cui assimilatur Castellanus seu aureus marapetinus, valebat.48.5. marapetinos æreos, quibus nunc vtimur, vt notat Otalora de nobilitate 1.part.cap.4 num 13.Couarru. lib.1. Variar.11.num.3.de quo latius dicemus in computation.26.& ex ibi dictis poteris deducere computationem huius quartæ ad interpretationem dictæ legis partitæ.

17

Vlterius dubitatur an si mater cui datæ fuerunt arrhæ ab sponso, in limine matrimonij, alicui ex filijs tertiũ prælegauit, prædictæ arrhæ debeant accumulari in acerbo bonorũ maternorũ, vt ex omnibus simul tertiũ deducatur, & videtur dicẽdũ q̃nõ quia arrhę debẽt diuidi, ex dispositione legali inter omnes filios illius matrimonij, in quo fuerũt cõcessæ, vt in l.1.tit.2.li.3 fori.ibi, *pueda dar por su alma la quarta parte de las dichas arras a quiẽ quier, e las tres partes finquẽ a los hijos de aq̃l marido de quiẽ las vuo* Et cõfirmatur hæc sentẽtia ex doctrina Roder.Suar.in.l.1.tit.2.li.3. fori, vbi tenet matrẽ non posse meliorare vnũ ex filijs vel descendẽtibus respectu arrharum a marito sibi donatarum, etiam si filius cui facta fuit melioratio sit de filijs eiusdem matrimonij, in quo arrhæ donatæ fuerunt, idque tenet Palacius Rub. in Rubrica de donatio §.27. numero.

18

61

1.Gomez Arias in l.51.Tauri in fin.

Contrariam tamen sententiam, imo quod arrhæ debeant cummulo bonorum coaceruari, pro deductione talis tertij vel quinti, tenuit Tellus Ferdinandez in lege decima Tauri, numero decimo secundo, eanixus ratione, quia prædicta lex fori pro opinione *Roderici*, & aliorum adducta, non reperitur vsu recepta, vnde qui ex ea se iuuare voluerit, vsum illius probare debebit, cum alias nec nomen quidem legis habeat, nec per consequens legis effectum, vt testatur ipse Rodericus in procœmio legum fori, numero secundo. Gregorius Lupus in lege septima, titulo.2.partita prima verbo, *Paladino*, & in l.42. titulo. 13.partita quinta, gloss. verbo, *treynta*, & in lege.28.titulo.15.partita septima, gloss.verbo, *fructo*, & in regio consilio in causa ardua hoc practicatum fuisse, testatur Oroscius in.l.de quibus numero. 4. ff. de legibus. Rojas de successione, capit.18 numero.5.Gutierrez eos referens de iurament.confirmat prima parte, capitulo tertio, numero.25. & in Authentica Sacramenta puberum, numero.66.C. si aduersus venditorem. Matienço in lege secunda, titulo nono, libro.5.Recopilation.gloss.2. numero.16.Rodericus Suarez in titulo de las ganancias, num.41.Azeuetus in.l.3.titul.14.libro.4.Recopil. Mascar.de probat.1.p.concl.78.n.22 ex quibus omnibus in pũcto cõcludo q; vbi lex fori (supra relata) vsu non fuerit recepta, omnino arrhę sint coaceruandæ cũ cæteris bonis, pro deductione cuiuscunq; melioration is, siue tertij, siue quinti, & ita tenuit etiã Gutie.in practicis.li.2 quæst.18.n.4.

Vlterius dubitatur in proposito. Qualiter sit facienda deductio tertij, vbi pater vel mater quæ duos filios ex primo matrimonio procreauit, contracto secundo matrimonio, vni ex illis ab intestato successit, si postea alter filius superstes (cui de iure debuit seruari proprietas bonorum fratris præmorientis) dum vitam cum morte commutasset, facto testamento, tertium alicui legasset, an proprietas bonorum (a patre per mortem primi filij defuncti acquisitorum) debeat æstimari, & hæc æstimatio sit coaceruanda cum bonis ab isto vltimo filio relictis, pro deductione dicti tertij. Et in primis pro euidentiori declaratione sciendum erit, quod pater vel mater ad secundas nuptias se conferens, quidquid a filijs primi matrimonij habuerit, ex successione abintestato, illud in proprietate filijs eiusdem primi matrimonij reseruare tenetur, vt in.l.15. Tauri, illaque per transitum ad secũdas nuptias amittit, vt in authentico de nuptijs §.fivero, & in hoc æqualis est conditio viri & vxoris, transeũtis ad secundas nuptias, vt aduertit Tellus Ferdinãdez in dict.l.15.Tauri, vbi dicit, quod omnes leges quæ statutæ sunt contra mulieres secundo nubentes, præterquam quæ imponuntur propter festinationem nuptiarum, procedunt respectu virorum, quam sententiam tenuit ante eum Bertran.cons.89.num.1.volum.2. & loquendo in patre ad secundas nuptias transeunte ita tenet Petrus Surdus cons.116.num.30. idque verum esse respectu cuiuslibet ascẽdentis. Quibus sic in iure præhabitis, dicendum videtur, quod proprietas talium bonorum fratris prædefuncti, reputari debeat tanquam alia bona filij vltimo moriẽtis, & per cõsequẽs debeat æstimari, & valor illius coaceruari, cũ cæteris bonis, pro deductione tertij legati, & hæc sententia ex sequentibus suaderi videtur.

22 Primo quia eo ipso quod pater vel mater ad secundas migrauerit nuptias, statim ipso iure, priuatur proprietate bonorum, quæ a filio primi matrimonij habuit, & ex inde vsum fructum formalem tantum retinet. Quæ sententia manifeste probatur in dict. §. si vero expectet, in vers. sive re sit soboles, ibi, *& generaliter dicẽdum est, quod omnis eam deserit proprietatis modus, in his quæ a priori viro in eam venerunt, & filij ea percipient, & proprietatis erunt domini, secundum tempus, mox quo vxor coniuncta est alij viro, & hæc communis mulieris & viri mulcta sit posita,* & rursus, ibi. *Et hij quoque filij licet in potestate constituti sint, sed tamen domini secundum proprietatem talium erunt, venientium (mox in eos) simul cum secũdæ vxoris coniunctione.* Idque manifeste etiam probatur in. §. hinc nos eiusdem Authentici, vers. sed quasi, per quem text. ita tenet Bald. in authentica in donatione. C. de secũdis nuptijs.

Secundo pro hac sententia facit, quia filius qui ob parentis binubium
23 in proprietate bonorum primi matrimonij successit, potest de illa proprietate libere disponere, & etiam extraneis hæredibus relinquere, vt in Authent. de nuptijs. §. cum igitur, ibi. *si quidem filius masculus aut fœmina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos hæredes.* Ex cuius text. decisione, manifeste colligitur, quod si filius de proprietate per binubium parentis quæsita, de illa testauerit & disposuerit parens secundo nubens non succedet in proprietate, & si nullus filius primi matrimonij supersit. Et hanc sententiam latissimo sermone prosequitur Ioannes de Gatronibus in Authent. ex testamento. C. de secundis nuptijs, a numero. 50. vsque in finem. Bologninus in additionibus, ad Matheselle. in tracta. de successio. abinteſt. art. 2. num. 22

Tertio prædicta sententia confirmatur ex eo quia coniux transiens ad secunda vota (de proprietario bonorum acquisitorum ex successione filij primi matrimonij, efficitur vsufructuarius, existentibus alijs liberis primi matrimonij, & in terminis ita tenet Aimon, cons. 37. numer. 1. qui nimo, vt dicit Corneus cons. 309. volum. 4. quod ipso iure, & absque sententia illis priuatur, vt tenuit Bal. in authen. in donatione. C. de secundis nuptijs, idque ex dict. vers. & hij, manifeste probatur, ibi. *Venientium mox in eo simul cum secundæ vxoris coniunctione.* Et hæc sentẽtia probatur per Ioannem Nicolaum in. l. generaliter C. de secundis nuptijs, & eam dicit communem Anton. Gabriel libro. 3. conclusio. titul. de secundis nuptijs, nu. 10 Cum ergo filius (ratione proprietatis) ipso iure sibi acquisitæ, ius alienandi, & in testamento de ea disponendi habuerit, tãquam de re propria, libera & exempta, nulloque restitutionis onere sit affecta, vt tenet Bart. in. l. fœminæ. §. illud. C. de secundis nuptijs, & in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. possessione, dubium nõ erit quin tanquam aliæ res propriæ filij qui tertium legauit, debeat illa proprietas siue eius valor coaceruari, cum valore aliorum bonorum pro deductione prædicti tertij ab ipso legati.

Contraria tamen sententia, imo quod valor talis proprietatis pro deductione dicti tertij coaceruari non debeat cum cæteris bonis filij, ex his quæ sequuntur maxime suadere videtur, primo quia eo ipso quod iste filius vltimus primi matrimonij decessit, vsusfructus qui propter binubium solus remanserat patri, statim resoluitur, in plenam proprietatem, cum

in

in ipso mortis articulo vltimi filij ceſsetfauor filiorum primi matrimonij,in cuiusfauorem tranſmiſsiopro prietatis propter binubium(ipſo iure)fuerat facta:idque ex hoc fundamento tenet Matheſellanus loco ſupra citato,artic.2.num.22. quem ſequitur Angel.Aretin.§. proferuntur, 2.colum.in fin.num.3.verſ. item dubitari poteſt,& conſ 40.num.4.verſ. quarto quia. Pro qua ſententia adducit text.ſuo iudicio mirabilem in authentic.de nuptijs.§. quoniam infirmas quo cauetur quod ſi pater vel mater alienauerit aliquid ex bonisfilij primi matrimonij, ab inteſtato prædefuncti,& mortuus fuerit ſuperſtite alio filio eiuſdem primi matrimonij, infirmauerit talis alienatio. Si vero invita pater alienauit,poſtea vero moriantur omnes filij illius primi matrimonij , firma omnino maneat alienatio,& tunc ex affectu ratum erit quod alienatum eſt,itaque ſi mors vltimi filij induxit ratificationẽ alienationis ea ratione , quia ſolum ius reuocandi fuit filijs conceſſum,quis inficiari poterit,quod& ſi teſtetur filius,eiuſdem morte finiatur proprietas,& ſit parentis , ex cuiustext.deciſione , omnes rationes Bologneti,& aliæ ſuperius relatæ cõuinci videntur,quia teſtamentum vltimi filij morientis,ſolũ habet vim, reſpectu iuris quod poſt mortem durare debebat,iusvero morte finitum non cadit ſub diſpoſitione teſtamenti cum teſtamentum habeat tantum vires poſt mortem,vt in.l.1.ff. de teſtamentis,& in.l.1 §.ſed cum ex hæredatio ff. de bonorum poſſeſsione contra tabu-Quamſententiam alijs etiam rationibus ex ornauit Socin. conſ.34.nu.11.volum.1.Et rurſus ex eo iubatur*quia pater vel mater ſecundo nubens,priuatur illa proprietate bonorum filij primi matrimonij propter iniuriam quam infert filijs primi matrimonij , ſecundo nubendo,vt in Authen.de non alienando ſecundo nubẽtes § Gregoria. igitur cum in ipſomet inſtanti mortis vltimi filij primi matrimonij extinguatur ſoboles eiuſdem primi matrimonij,& ſic ceſſet fauor filiorum,per conſequens ceſſabit etiam pœna paterna,hoc eſt priuatio proprietatis, & pater vel mater habebit talia bona pleno proprietatis iure , & hanc ſententiam firmat Baldus in dict. lege fæminæ.§.illud etiam.verſ.ibi ſucceſsionem.

Præterea pro hac ſententia Nicolaus Arleta a Tello relatus & ſequutus in.l.6.Tauri.num.67.adducit rationem ſuo videri ſatis concludentem,ſcilicet, quod ad incurrendam pœnam priuationis proprietatis,duo in patre vel matre concurrere debẽt, primum quod tranſeat ad ſecunda vota , ſecundum quod ſuper viuant liberi primi matrimonij,tali coniugi ſecundo nubenti,nec ſolum ſufficiat quod parentes ad ſecundas tranſierint nuptias, eamque ſententiam ex prædicta ratione abſque vllo dubio tenendam credit.

Sed prædictis nõ obſtantibus prior opinio mihi magis arridet, ſcilicet, quod omnino illa proprietas ſit æſtimanda & coaceruanda cum alijs bonis,& ex ea tertium debeat deduci, quia vbi pœna infligitur propter delictum ipſo iure committitur,ex ſententia gloſſæ melior de iure ſecundum Iaſſonem in.l.ſi arrogator,num, 10.ff.de adoptionibus,& in.l.Imperatores ff.de iure fiſci,ibi.*Tu te ipſe pœnæ ſubdidiſti.* In authen.de inceſtis nuptijs in princip.verbo mox,quæ proprie loquitur in patre cui pœna infligitur ipſo iure propter delictum factum in præiudicium filiorum primi matrimonij,& ſatis ſunt fortia (quæ

pro hac opinione adduximus) iura & argumenta.

Et tenendo istam sententiam cõtra Tellum, ad eius fundamenta faciliter respondetur, & imprimis non obstat quod dixit, quod pœna binubij fuit parentibus apposita in fauorem filiorum, & sic mortuis filijs cessat causa priuationis, quia respondetur, quod non solum fuit illa pœna apposita fauore filiorum primi matrimonij, sed etiam coniugis prædefuncti, & in odiũ secundo nubentis, vt in dict.§.Gregoria. & sic cum adhuc duret causa priuationis & odij, respectu coniugis delinquentis & eiuscui iniuria facta fuit, non cessabit morte filiorum: quia quando quid tollitur duobus potissimis de causis, & si vna cesset, non cessabit dispositio, alia causa subsistente, vt invulgato.§ affinitatis institu. de nup. tenet Salicetus in.l.si serui.C.de noxal. Alexãder in.l.si constante column.1. ff.solu.matrimon. Alciatus de præsumptionibus, præsump.24.num.3.

Nec etiam obstat secundum fundamentum ex tx.in.d.§.quoniam infirmas, quia dispositio illius text.solum locum habet, quando filius primi matrimonij, mortus fuisset non facta dispositione de prædictis bonis in proprietate per delictum patris sibi acquisitis, & sic vbi ab intestato decessisset, vt constat ex dict.§. cum igitur, vnde cum in casu de quo agimus, de prædicta proprietate simul cum reliquis bonis disposuisset, proculdubio habebit locum deductio tertij, respectu illius proprietatis, vel eius æstimationis.

Nec etiam oberit tertium fundamentum ex Nicolao Arleta per Tellum relatum, quatenus voluit, quod ad incurrendam priuationem, duo simul concurrere debeant, scilicet, quod parens secundo nubat, & quod filij prioris matrimonij super exist-
23 stant, quia hoc secundum requisitum iure non probatur, nec vlibi cautum reperitur, quod ad inducendam priuationem horum bonorum, filius primi matrimonij, parenti superviuere debeat. Licet requiratur quod de illis disponat, si tamen de illis disposuerit, pleno iure eos in heredẽ transmittit, vt in dict.§.cum igitur, & hæres eius personam repræsentat, vt in authent. de iure iurando, a morien. præsti. in princip. & in.l.hæreditas. ff. de reg.iur. sufficit nãque, quod filius patri super existat, vt voluit Bolognius vbi supra, numero. 23. & hæc est pura veritas, salua meliori deliberatione.

Vlterius quæro. Pone, quod dos a patre filiæ data, fuit inofficiosa, eo quod excessit legitimam, & tangit tertium vel quintum, vel vtrumque, in quibus filia non potuit tacite vel expresse meliorari, ex text. in.l.1. titulo.2. lib.5. Recopil. & tandem filia dote contenta, ad collationem bonorum patris accedere recusat, alter tamen frater in tertio, vel quinto, vel in remanente melioratus instanter petit vt filia illud excessum pro deductione sui tertij, vel quinti ad collationem, adducat. Dubitatur an ille excessus donationis inofficiosæ ad collationem sit adducẽdus, pro prædicta deductione facienda. In qua difficultate dicendum videtur, quod talis excessus, ad collationem adduci non debeat, cum tertium & quintum deduci, & cõmensurari debeat, attentis bonis a patre tempore mortis relictis, vt in lege.19.&.23. Tauri superius relatis, vnde cum ille excessus tempore mortis patris sit extra patrimonium, non debet attendi in hoc iudicio familiæ hærciscundæ, vt in.l.hæres.§.quod pro emptore. ff. familiæ hærciscundæ, quinimo & si

ille

ille excessus, ad collationem fuisset adductus, ex eo non esset deducendū tertium, vel quintum ex tex. in l. 25 Taur. vbi tertium vel quintum non deducitur de dotibus vel donationibus propter nuptias.

Sed prædictis non obstantibus cō traria sententia in proposito tenenda erit, imo quod ille excessus legitime, ad collationem sit adducendus, pro deductione tertij vel quinti, vel residuo eorum, quia cum ille excessus fuerit datus lege resistente, non censetur exisse paternum patrimonium, sed adhuc in eius bonis consideratur, & potest per filios quandocumque reuocari, vt in l. 3. titu. 8. lib. 5. Recopilat. Et ita tanquam nomen hæreditarium debet considerari, vt resoluit Angul. de meliora. in l. 9. gl. 6. num. fin An autem debeat conferri hic excessus cum fructibus, vide Matienço in l. 3. titul. 8. libro. 5. glo. 7. num. 6.

24

Quid autem si pater vel mater alterum ex filijs in quinto suorum bonorum meliorauit, & in partitionibus, alij fratres probant quod pater in vita plures minutas donationes fecit, easque in quinto imputandas fore insistunt. Dubitatur an isti fratres iustitiam foueant. Et in hac difficultate varij varia senserunt: præsertim Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, quæst. fin. nu. 27. vers. vbi autem pater, in ea est sententia quod prædictæ donationes non minuant quintum bonorum tempore mortis patris relictorum maxime vbi in vita non donauit pater per modū quotæ quia hoc esset quodammodo ligare manus patris & tolleretur patri, distributio, & libera bonorum administratio, quod ab iniquitate procul non essent & eum sequuntur Grego. in l. 8. titul. 4. part. 5. Baeça de nō meliorandis filiabus, ca. 27. per totum.

25

Tellus tamen Ferdinandez in l. 28. Tauri, numero. 4. contrariam resoluit sententiam, & ibi intrepide firmauit, quod quocumque modo pater in vita donauerit, siue per modū cotæ siue minutatim, semper sit harum donationum habenda ratio in computatione quinti facienda.

Cum autem Neoterici & moderniores, hos duos fortissimos ac literarum peritissimos viros admodum in hoc sibi aduersari cōsiderauerint, eorum opiniones contrarias, fœderæ distinctionis ad concordiam aliquibus modis redigere conantur. Imprimis namque Matienço in l. 12. titu. 6. libro. 5. in noua legum regni collectione glos. 3. numero. 3. dicendum existimat, quod aut tales donationes minutæ factę fuerunt alicui ex filijs, & vltra eas pater alterum ex filijs in tertio vel quinto vel vtroque meliorauit, & hoc casu illas in quinto cō putandas esse arbitratur, ne alias detur occasio parentibus metham a lege. 28. Tauri præfinitam transcendēdi, in damnum & perniciem legitimarum aliorum. Secus vero vbi donationes istæ minutæ factæ fuissent aliquibus extraneis. Et hanc sententiam firmauit Gutierrez libro. 2. practi. quæstion. q. 68. numero. 2. & certe hæc est singularis & iuris consentanea conciliatio.

Angulus autem in tracta. de meliora. l. 12. glos. 1. num. fin dicendum putat, quod ante omnia dolus patentis sit excludendus, ita vt nec donatio immodica sit, aut causa fraudandi legitimas aliorum filiorum fiat. Cæterum in his quæ diligens prudens ve Pater famil. pro modo substantiæ, & qualitate personæ donaret, rationem haberi & in quintum imputari contra omnem rationem, & mentem legis esse arbitratur. Idque exemplis demonstrare nititur (velu-

(veluti) quando famulæ pro matrimonio contrahendo aliquid vltra salarium donauit, vel si colono remiſit, vel vtique ſi moderatas eleemoſynas fecit : quia in prædictis caſibus opinioni Roderici Suarez adhæret, & huic opinioni Anguli accedant quæ notat Aiora de partitio. 2. par. q. 35. vbi dicit, quod quando pater admodum modice donauit, & perſonis admodum egentibus & bene merentibus, quod ſine eius dedecore donationem euitare non poſſet, ſecũdum eius qualitatem, hoc caſu etiam ſi iſtæ donationes annuæ eſſent, adhuc in quinto computari non deberent, quia hæc & ſimiles donationes, non ſunt proprie liberalitates, ſed magis ex charitate quadam politica fieri ſolent, vt notatur in. l. cum plures. §. fin. ff. de adminiſt. tutor. Et pro hac ſententia allegat Bart. quem omnes communiter ſcribentes ſequuntur in. l. contra iuris ciuilis regulas. §. ſi filius. ff. de pactis, dicentem quod in ſimilibus caſibus, non dicitur mera donatio, eo quod ad donandum cogitur ſecundum mores Ciuitatis, & ideo vt parcat pudori donare debet, ex tex. in. l. quintus. ff. mandati. in neceſsitatibus namque nemo liberalis exiſtit. l. rem legatam. ff. de adimendis legatis, quod maxime locum haberet, vbi qui tales donationes facit eſſet, nobilis huic enim liberalitatẽ exercere non ſolũ conceditur, verũ quod ſponte tribuit quaſi debiti ſolutio reputatur, vt in. ca. 1. de donatio. Secus tamen ſi donationes fuiſſent magnę, & quas ſine dedecore recuſare poſſet, & ita intelligitur ſententia Telli.

Ego autem totum hoc ex iudicis prudentis arbitrio pendere arbitror ipſe namque, conſiderata qualitate, & patrimonio donantis, & donatarij neceſſitate, vel libertate donandi, dolo aut ſimplicitate parentis, recte perpendet an parua vel magna fuerit donatio, & ita in propoſito donationum a parentibus factarum tenet Boerius, deciſ. 42. Bald. conſ. 3. lib. 5. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu. 144. numero. 19. & 20.

SVMMARIVM.

1 *Computatio legis hæreditatum. ff. ad. l. falcidiam an fieri debeat, vbi ille qui arrhas promiſit, non habebat niſi bona maioratus, & agitur de computando, quantum pro arrhis dare potuit, tempore contracti matrimonij.*

2 *Computatio l. hæreditatum, an in omnibus actibus hominum, vbi agitur de computando aliquid ad vitam, locum habeat.*

3 *Computatio legis hæreditatum, habet locum in caſu ibi deciſo, dumtaxat.*

4 *Computatio lebis hæreditatum, in alijs actibus hominum fit arbitrio iudicis.*

5 *Computatio pro inueſtigando quantum potuerit nomine arrharum promittere ſponſus, qui ſolum maioratus bona poſſidebat, qualiter ſit facienda.*

6 *Computatio pro deductione localium qualiter fieri debeat, vbi poſſidens maioratus bona tantum, Iocalia ſuæ ſponſæ dedit, vel promiſit.*

7 Cen-

7 *Census siue redditus ad vitam, qualiter debeat computari, in his Hispaniarum Regnis.*

8 *Computatio annui redditus ad vitam, de iure communi, qualiter debeat fieri.*

CAPVT. II.

Qualiter sit facienda computatio bonorum maioratus, vbi illius possessor arrhas vxori promittit, & nulla alia bona quam fructus maioratus habebat.

DVBITARI solet assidue, inter calculatores, qualiter sit facienda computatio, & deductio arrharum, a marito (bona dumtaxat maioratus possidente) promissarum, videtur enim dicendum, quod cum dominiũ bonorum maioratus sit penes istum maioratus possessorem, & ad eius vitam tantum restrictum, æstimari debeat cum eius qualitate, & restrictione, prout quælibet alia bona seu reditus, qui ad vitam tantum concedũtur, æstimari solent, seruandamque in hac computatione regulam legis hæreditatum. ff. ad. l. falcidiam, illius 1 enim legis ratio, non solum quoad legis falcidiæ æstimationem, sed etiam quo ad æstimationem omniũ aliarum rerum, quæ ad vitam conceduntur, seruari debet, vt tenet Bart. in dict. l. hæreditatum in principio, glos. in l. omnium verbo bonorum. ff de vsufructu. glos. etiam in l. cum hij §. modus. ff. de transactio. verbo cum iuuene; quas sequitur Paulus in l. si pater puellæ, numero. 2. & ibi Iason, n. 8 C. de inofficioso testam. Rodericus Suarez in l. quoniã in prioribus ampliation. 3. numero. 9. & 10. vers. mihi videtur, vbi dicit quod cum illius legis vitæ computatio, iusta visa fuerit legislatori, in illo casu, quoad alios omnes recte poterit adaptari, cum contrarium non inueniatur dispositum, idque tenuit Palacios Rub. in Rubrica de donationi. §. 25. num. 2. Pinelus in l. 2. 3. p. cap. 4. nume. 32. C. de rescindenda vendition. Padilla in Authen. res quæ, numero. 3. C. quoniam delega. Lara de alimentis, in. §. sed, si filius, num. 108 & 109. Gutierrez libro. 2. practicarum quæstionũ, capit. 17. num. 3. vbi dicit, quod præ- 2 dicta computatio legis hæreditarũ nonsolum in falcidiæ deductione sit facienda, verum etiam generaliter in omnibus actibus, hominum, & per consequens in deductione decimæ arrharum a maioratus possessore promissarum.

Contrariam tamẽ sententiã, imo 3 quod dispositio dictæ legis hæreditatum, & eius computatio, solum locum habet in casu eiusdem legis, tenuerunt Castrensis & Imola, ibi eo, quia in alijs casibus, quilibet præsumitur viuere vsque ad cẽtum annos, vt tenent communiter scribentes in l. fin. C. de sacrosanctis Eccles. per tx. ibi, & in l. an vius fructus. ff de vsufru. legato & in l. 2. §. si dubitetur. ff quemadmodum testamenta aperiantur, quorum sententia ex prædictorum iurium authoritate placuit Alex. ibi in fin. & Aflict. decis. 34.

Inter has tamen doctorum varietates, Couarruuias, hoc arbitrio iudicis reliquit, libro. 3. Varia cap. 9. nu. 4 8. dicit,

8. dicitque, iudicem ex negocij qualitate discernere posse, an eadem eta tum dinumeratio, extra casum deductionis falcidiæ seruari debeat, & hanc conclusionem ante eum tenuit Cabalinus de vsuris, quæstio. 72. Medina de restitutio. c. de censu ad vitam, & eam probauit Molina de Hispanorum primogenijs, lib. 1. cap. 19 numero. 39. versic. sed quamuis hæc opinio.

5 Sed ne deinceps in hoc calculatores errare possint, computationem hanc arrharum, (quæ non debet excedere decimam partem bonorum maritivt in l. 50. Tauri, quæ hodie est, lex. 2. titul. 2. libro. 5. Recop.) huiusmodi facere debent, æstimabunt enim valorem vsusfructus & eius commoda & emolumenta, attendendo quanti æstimari & vendi tempore promissionis arrharum potuisset ad vitam ipsius maioratus possessoris, deinde decimam illius valoris, & æstimationis, erit ex bonis mariti vxori pro arrhis præstanda, & ita in terminis nostris tenet Gregorius Lopez in. l. 4. titulo. 15. part. 2. Molina de Hispaniarum primogenijs, lib. 1. cap. 19. numero. 40. Palacios, & Menesius in locis supra proxime citatis. Gomez Arias in. l. 48. Taur. Baeçade de non meliorandis filiabus, cap. 8. numer. 24. Albarus Valascus consultatione. 6. numero. 11. & 12. Aiora,
6 de partitio. 1 parte. cap. 7. numer. 26. & hæc eadem computatio facienda erit pro deductione localium, cum eadem prorsus militet ratio, vt tenet Molina vbi supra, numero. 41. & nouissime Molin. de iust. tract. 2 dispu. 431. pag. 1166. col. 2.

Et licet Palacios Rubios, & cæteri relati a Molina vbi supra, vitam
7 istius possessoris maioratus taxauerint ad rationem octo annorum pro vna vita, tamen hodie ad rationem septem computatio facienda erit, ita vt si maioratus quolibet anno mille reddat in fructu, decima pars de septem millibus sit valor arrharum. Idque probatur ex tex. in. l. 8. titul. 15. libro. 5. Recopil. qua, in anno. 1583. fuit constitutum, vt iustus valor annui redditus ad vitam, æstimetur, ad rationem septem pro milliario. ibi. *Y que el precio justo dela dicha vida, se entienda ser y sea, a siete mil maranedis el millar.* Et ita in praxi receptum fuisse testatur. Molina dict. numero. 40. Gutier. in practicis quæstio. quæstion. 17. numero. fin. & ita me aliquã do vidisse iudicatum in hac regali, Chancellaria non diffiteor.

8 Verum licet in nostro regno prædicta computatio modo supra relato sit facienda, tamen vbi prædicta lex regia non viget, vel annui redditus ad vitam præfinitionem certam non habent. Opinio Didaci de Couarruuias & aliorum seruanda foret, quatenus arbitrio iudicis, hanc computationem vitæ faciendam existimãt, hoc tamen arbitrium legum periti facere debent attento more prouintiæ, & considerata breuitate, vel longitudine vitæ hominum regionis, & negotij qualitate inspecta.

SVMMARIVM.

1 *PArentes in casu quo tenentur relinquere alimenta filijs illegitimis, non debent illis præstare vltra quintum suorũ bonorum, alijs legitimis existentibus.*

2 *Filio illegitimo, an quintum bonorum paternorum omni casu præstari possit, & debeat.*

3 Quin

3 *Quintum an sit legitima filiorum.*

4 *Legitima portio filiorum legitimorum est, quidquid supererst, deducto quinto bonorum patris.*

5 *Vtendo quis iure suo, nemini iniuriam facit.*

6 *Moderator & arbiter, quilibet in re sua dicitur.*

7 *Luxuria non debet esse melioris conditionis quam castitas.*

8 *Filio illegitimo cui quintum a patre relictum est, non est præstandum ratione quinti, plusquam alteri ex filijs legitimis, cui minus relictum sit.*

9 *Permissio a lege inducta, quid operetur respectu eius cui permittitur.*

10 *Coniugi superstiti & pauperi, non potest præstari ratione quartæ, plusquam vni ex filijs cui minus relictum est.*

CAPVT. III.

Computatio quinti, filio illegitimo a patre relicti, qualiter sit facienda, vbi talis parens plusquam quatuor filios legitimos reliquit.

1 AVtum fuit in l. 10. Tauri, quod in casibus in quibus pater, tenentur præstare alimenta filij illegitimis, virtute talis obligationis non possint illis præstare plusquam quintam suorum bonorum partem, & circa hoc contingere solet, quod pater qui plus quã quatuor filios legitimos habet, spurio 2 filio suo quintum reliquat, quo circa dubitatur an hoc casu integrum absque vlla diminutione, ille illegitimus quintum hoc habere debeat in rationibus. In qua difficultate dicendum videtur, quod cum pater ex dispositione legali, possit tali spurio quintum pro alimentis relinquere, & si pater mille filios habeat, spurius integrum quintum reportare debeat, pro suis alimentis. Cum quintum dicatur legitima respectu illegitimorum filiorum, vt in dicta lege decima Tauri, quę hodie est lex octaua, titulo octauo, libro. 5. Recopila. Et respectu legitimorum legitima reputentur aliæ quatuor partes bonorum a patre legitimo relictorum, igitur cum pater dederit, filio illegitimo, illud quod pro anima relinquere potuit, etiam si mille filios legitimos haberet, quinimo & cuilibet extraneo legare licuit, nullomodo filij legitimi querellare potuerunt testamentum patris, & si doceant, quod plus habet bastardus vel naturalis quam legitimus, qui enim 5 vtitur iure suo nemini iniuriam facit. l. iniuriarum §. primo. ff. de iurijs, capit. cum Ecclesia de electione, quilibet enim in re sua est 6 moderator & arbiter, lege in re mandata. C. mandati, lege siquis. §. sicut ff. de petition. hæreditatis, quod siquis dicat, durum est quod bastardus plus habeat quam legitimus de bonis patris, responderi posse videtur cum consulto in lege prospexit. ff. qui et a quibus, dura est lex, sed ita scripta est, minus enim malum videtur, quod sequatur

tur prædictum inconueniens, quam vt sine dispositione & prouisione maneamus, circa alimenta filiorum illegitimorum, vt in alio proposito respondit Castrensis in l. hæreditatum. ff. ad legem falcid. & his & alijs argumentis hanc sententiam decorauit Matienço in l. 7. titulo. 8. libro. 5. Recopilationis, glos. 4. nume. 5. Tellus in l. 9. Tauri, numero. 30. in fine loquendo in quinto alicui extraneo relicto, stantibus plus quam quatuor filijs legitimis, & eam intrepide tenet Gutierrez libro. 2. practicar. quæstio. q. 107. n. 2.

Contrariam tamen sententiam tenuit in proposito Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione. 12. numero. 1. ex tex. in Authen. quibus modis natu. efici. sui. §. & quoniam varie. colla. 7. ibi *ita vt nō amplius habeat, vno eorum qui ab initio legitimi sunt & inter omnes minus habente*, vbi Angel. dicit, quod filio legitimato, pater non potest relinquere plus quam vni ex legitimis, ergo a maioritate rationis, idem dicendum erit in naturali vel spurio, & licet ille tex. loquatur in legitimato per oblationem curiæ, idem erit etiam dicendum in legitimato per rescriptum principis, vt post Angel. ibi tenuit Romanus in lege necessarijs. ff. de acquirend. hæreditate Molineus in titulo de materia fœdali. §. octauo, glossa prima, numero quadragesimo sexto: & plures alij quos pro hac sententia adduxit Tellus, vbi supra numero vigesimo octauo, Antonius Gomez, in. l. nona Tauri, numero sexagesimo octauo. Pro qua sententia facit doctrina Molinæ de Hispanorum primogen. libro secundo, capitulo decimo quinto, numero quin-
7 quagesimo primo, vbi dicit, quod non debet esse melioris conditionis luxuria, quam castitas, qua fretus ratione in proposito dixit, quod dispositio dictę .l. nonę Tauri, sit intelligenda, dummodo pater non haberet plus quam quatuor filios legitimos, & sic dicendum existimat, quod isti filio illegitimo, non sit dan-
8 da (ratione quinti) in partitionibus maior portio quam vni ex cæteris filijs legitimis cui minus relictum fuit, pro qua sententia adducit doctrinam Alberici, in. l. communium. §. final. C. de natura. libe. vbi ex decisione illius text. deducit, quod vncia quam debet habere filius naturelis pro alimentis, ex text. in authentica licet. C. eodem titulo debet intelligi, dummodo naturalis, non sit melioris conditionis quam aliquis ex legitimis filijs, quia cum dicta. l. Tauri disponat permittendo vt constat ex eius verbis, ibi. *Pero bien permitimos, &c.* illa permissio non debet esse in aliorum legitimo-
9 rum filiorum oprobrium præiudiciū vel dispendium, neque terminos bonæ politicæ & rationis moralis excedere debet, vt in termino legis permitentis, animaduertit Albertus Brunus in tractatu de augmento & diminution. conclusione. 8. principali, numero. 3. Et hanc sententiam alijs exornat, Albaradus de coniecturis, libro. 2. capit. 2. nume. 30. Ioannes Garcia de Expensis, capitul. 3. numero. 9. Et ita in contingentia facti iudicatum fuisse testatur Gregorius Lopez in. l. decima, titulo septimo, partita sexta, glossa verbo, *non valdria*, versiculo & quid si pater tendens. Velazquez de Auendaño, noster condiscipulus amantissimus & aduocatus in nostra regali Chancellaria meritissimus in. l. nona Tauri, glossa quarta, numero quinto & in hoc calculatores & diuisores bonorum passim errare solent

facit

facit quia ratione quartæ coniugi superstiti debitæ, non debet præstari plusquã vni ex filijs coniugis præmortui cui minus relictũ est vt in l. hac edictali. C. de secund. nup. tenet Petrus Surd. de alimen. quæst. 9. fol. 347. num. 1. vbi dicit quod si secus factum sit, potest illud plus repeti cum fructibus vel interesse, & ita testatur iudicatum fuisse in Mantuano senatu postquam illa scripsit.

SVMMARIVM.

1 *Computatio alimentorum qualiter sit facienda, vbi impuberi relinquuntur, quo vsque ad pubertatem peruenerit.*

2 *Masculi completo decimoquarto anno, fœminæ vero duodecimo adimpleto, ad pubertatem peruenisse dicuntur.*

3 *Alimenta impuberibus vsque ad pubertatem relicta, masculo vsque ad decimũ octauũ, fœminæ vero, vsque ad quatuor decimum præstantur.*

4 *Plena pubertas non dicitur, donec masculus decimũ octauũ adimplet annum fœmina vero quatuor decimum.*

CAP. IIII.

Computatio alimentorũ qualiter sit facienda, vbi alimenta relicta sunt impuberibus, vsque ad pubertatem.

1 SEMEL controuersum vidi inter magnos iurisperitos, qualiter esset facienda computatio alimentorũ, vbi alicui impuberi alimenta fuerunt relicta, donec ad pubertatem peruenirent, & hoc nonnulli quasi indubitatum censuernnt, ex vulgata regula

2 tex. in §. 1. institu. quibus modis tutela finitur, vbi masculo completo, decimoquarto anno, fœminæ vero duodecimo adimpleto ad pubertatem peruenisse dicuntur, quo fit, vt statim tutela finiatur, & curatores nominare & eligere possint, in l. si arrogator §. non tãtum. ff. de adoptio.

3 Sed prædictis iuribus non obstantibus, contrarium in proposita facti specie dicendum erit, scilicet quod alimenta debeant æstimari vsque ad decimum octauum annum respectu masculi, respectu vero fœminæ alimentandæ computentur vsque ad decimumquartum suæ ætatis annũ. Idque pietatis intuitu factum & constitutum fuisse, docet elegantes Modestinus in l. Mela versic. certe ff. de alimen. & ciba. legat. *Ibi certe si vsque ad pubertatem alimenta relinquãtur, & siquis exemplum alimẽtorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur velit sequi, sciat Adrianum constituisse, vt pueri vsque ad decimum octauum, & puellæ, vsque ad quatuor decimum annum alantur, & hanc formam ab Adriano datam obseruatam fuisse Imperator noster rescripsit.* Idque tenuit ex hoc tex. Cremensis singulari 78. vbi dicit quod hoc fauore specialissimo alimentorum sit constitutum, hocque notat Xua-

rez in l. quoniam in prioribus amplatione 3. in fin. C. de in officioso test. Nemausensis in tractatu clausularum pagi. 948. Angelus Agambelionibus in tracta. de testam. glos. 45. num. 9. Polibius in tracta. de substitutio. in Rubrica de compendiosa num. 34. Corrasius in l. precibus num. 18. c. de impuberum, & huius decisionis rationem subiecit ipse Modestinus, *ibi. sed etsi generaliter pubertas non sic definiatur, tamen pietatis intuitu, in sola specie alimentorum hoc tempus ætatis esse obseruandum*, & quidem hic fauor istis minoribus hoc casu iustissima ratione fuit concessus, quia ante eam ætatem, vt in plurimum videmus, non sufficere pueris suam ipsorum artem, vel industriam ad hoc vt se alere possint, & sic merito in id tempus fauor alimentorum porrigitur, vt tenuit Corrasius in dicta l. precibus d. num. 18. quinimo & ex rigore verbi pubertatis, vsque ad prædictos annos, differri debere alimentorum præstationem existimo, cum
4 vsque ad decimum octauum annum plena pubertas dici non possit, vt in l. si arrogator. §. non tantum ff. de adoptio. quæ plena pubertas in hac alimentorum specie desideratur, vt tenuit Accursius in d. §. non tantũ glos. verbo plena, quam sequitur Oroscius ibi n. 2. propterea quæ hæc dicitur plena pubertas, quia illi qui tardius pubescunt, tanto tempore ad pubertatis habitudinem deuiãt, vt voluit Costa lib. 2. selectarum interpreta. cap. 12. Lara de alimentis in §. sed vtrum nu. 8. Prædictam tamen principalem conclusionem veram reputat Petrus Surdus post hæc scripta visus in tracta. de alimentis, priuilegio 78. num. 8. Cum sequentibus, quando alimenta fuerunt relicta pauperi, secus vero vbi diuiti pupilo essent relicta, licet eius rationes parum mihi suadeant.

SVMMARIVM.

1 *Computatio fructuum dotis ad collationem per sororem adductæ, qualiter sit facienda, & quo tempore ratio fructuum haberi debeat in collatione.*

2 *Soror an â die mortis patris, fructus dotis conferre debeat.*

3 *Soror an nulla etiam mora præcedente, dotem cum fructibus ad collationẽ adducere debeat.*

4 *Soror non antea fructus vel dotis redditus ad collationem adducit, quam si prius in mora (per fratrum interpellationẽ) fuerit constituta.*

5 *Fructus ex donatione propter nuptias quæsiti, post mortem patris, ante moram non debent ad collationem adduci.*

6 *Donatione reuocata, fructus nõ censentur reuocati, nisi vbi donatarius iam in mora fuerit constitutus, non reddendo vel tradendo rem donatam.*

7 *In collatione ad commissionem moræ, requiritur interpellatio, & opus est vt in interpellatione, dies incipiendæ collationis assignetur, alias non dicitur quis in mora.*

8 *Mora vera vbi per sororẽ fuit commissa, non afferendo dotem ad collacionem debito tẽpore,*

pore, qualiter sit facienda computatio reddituum dotis.

CAPVT. V.

Computatio fructuum dotis ad collationem adductæ per sororem. Qualiter sit facienda.

1  REQVENS & assidua est dubitatio, inter calculatores & bonorum diuisores, qualiter sit facienda computatio fructuũ dotis, ad collationem per sororem adductæ, & à quo tempore horum fructuũ ratio haberi debeat, âquo ve tempore fructus rei dotalis, cum 2 ipsa dotali re debeant conferri. In qua difficultate, in primis dicendũ videtur, quod talis soror â die mortis patris dotem cum fructibus conferre debeat, & ratio est ea potissima, quia si fructus bonorum paternorum â die mortis patris capere debet, ex acerbo bonorum quæ diuiduntur, eodem modo & fructus suæ portionis ad collocationem adductæ, ab illa die alijs fratribus cõmunicari debent, vel saltim tanto minus quantum dotis fructus ex illa die valuerint accipiet, hocque ex æquitate l. curauit C. de actionibus empti locũ sibi vendicat, (quam optime explicat Barbosa in l. de diuisione nu. 14. ff. soluto matrimonio) & in terminis hanc sententiam tenuerunt Bart & Alberi. in l. filius emãciparus § filia per tx ibi ff. de collatio. dotis, vbi hanc sententiã verissimã reputant, in casu quo talis filia morã collationi feciſſet, idq; tenet Ioannes Copius in tracta. de fructibus tit. 3. nu. 4.

Caualinus tamen in tractatu de 3 vsuris q. 88. non solũ vbi soror fuisset in mora, sed etiam nulla mora præcedẽte, dotẽ cũ fructibus, â die mortis patris, ad collationẽ afferre debere arbitratur, dicit inquã quod ista soror non solum vbi fuit â fratribus, ad diuisionem prouocata, & conferre dotem distulit, fructus conferre debet. Verum etiam vbi fratres illam non prouocassent, saltim bona cum interesse conferre sit obnoxia, maxime quando bona multo tempore pro indiuiso extitissent ne alias inæqualitas inter fratres resultaret, eo quod collatio ratione æqualitatis seruandæ fuerit introducta, vt in l. illud §. ad hæc. C. de collatio. & in l. 4. titulo 15. parti. 6. ibi. *Y esto es porque se guarde ygualdad entre ellos.* Et pro hac sententia iudicatum fuisse testatur additionator Monte Rosi siuè quisquis ille (doctissimus & praxis nimis peritus) fuerit, in libro quem denotis tabellionum scripsit folio 182. verſiculo *Y porque la dicha particion.* Additio etiam ad Pala. Rub. in repetitione Rubricæ de donationibus, inter virum & vxo. §. 49. litera F. vbi alios etiam pro hac sententia adducit, licet ab ea relati solum loquantur respectu fructuum ante mortem patris, ex dotalibus bonis perceptorum, qui quidem minime sunt conferendi, cum illi fructus dicantur profectitij, & ex proprio labore & industria quæsiti, eosque habeat filia præcipuos tanquam fructus dotis deseruientes oneribus matrimonij, vt tenent doctores supe-

rius citati, & pro hac ſententia facit tex in l. quod ſi minor §. Sceuola ff. de mino.

Sed aduerſus dictam Caual ni
4 ſententiam, vrget tex. in dicto. §. filia, vbi non antea ſoror fructus vel dotis redditus ad collationem adducit, quam ſi prius in mora (per fratrum interpellationem) fuerit conſtituta, vt manifeſte ex eo tex. colligitur, ibi. *Moram collationi fecit, viri boni arbitratu cogetur, vſuras, quoque dotis conferre*, non enim contrahitur mora collationis, ante interpellationem, vt in l. ſiquis §. ſtipulatio. ff. de collatio. ibi. *ſtipulatio autem collationis tunc committitur, cum interpellatus cum aliquo ſpatio quo conferri potuit non facit*, & in terminis ita tenet Vitalis Nemauſenſis, in tractatu de collatione numero 25. volumine ſecundo, & ſic quantumcunque iſta ſoror diſtulerit collationem & ad eam non prouocauerit alios fratres, fructus dotis ſuos faciet. Pro qua ſententia facit, quia dos & donatio propter nuptias, dicuntur ob cauſam donatæ l. fin. C.
5 de dotis promiſsione vnde cum fructus ex tali donatione propter nuptias percepti ante moram, non debeant ad collationem adduci, vt in l. in ædibus § fructus. ff. de donatio. ibi. *ex rebus donatis fructus percepti, in ratione donationis, non computantur*, nec per conſequens fructus ex dotalibus bonis acquiſiti.

6 Et prædictis accedit ſententia Galiaulæ in l. Centurio concluſione 13. ff. de vulgari, vbi dicit quod ſi donatio reuocatur, fructus donationis non reuocantur, niſi à tempore moræ. Cum antea donatarius habeat bonam fidem, & hanc ſententiam fere in noſtris terminis, ſequitur Baeza, in tractatu de non meliorandis filiabus capite 33. numero quinto. Rurſus prædicta Cabalini ſententia confunditur, ex eo quia, nullo iure filia dotata neceſsitatur ad petendum collationem, ergo nunquam cenſetur eſſe in mora collationis, niſi interpellata, debuerit ad collationem dotem adducere, vt patet ex dicto §. filia, ibi. *dotem conferre debuit*. Quod quidem verbum, debet, importat neceſsitatem præciſam, eo quod per interpellationem iam conſtituitur, in mala fide, & dolo, cui non eſt indulgendum, vt in l. in-
7 fundo. ff. de rei vendicatio. Quinimo & in propoſita facti ſpecie, dixit Bartol. in l. ita ſtipulatus numero 54. ff. de verbo. quod in collatione ad commiſsionem moræ, neceſſario requiritur interpellatio, & opus eſt, vt dies collationi deſignetur nec ante diem deſignatum, mora committitur, idque manifeſte probatur, ex dicta l. ſiquis § ſtipulatio, ibi. *Cum aliquo ſpatio, quo conferre potuerit non facit*, vbi gloſſa verbo ſpatio, dicit, quod hoc ſpatium non debet eſſe, minimum, vel maximum, erit ergo arbitrio iudicis conſtituendum, cum viri arbitratu, collationem faciendam fore edicto prætoris inſertum ſit, in d. §. ſtipulatio, & ita tenet Nemauſenſis, in loco ſupracitato. Concludo ergo in ſpecie propoſita, tunc demum dotis collationem, eſſe faciendam cum fructibus, quando ſoror per interpellationem fuit in vera mora conſtituta, vel dolo fecit, quo minus interpellaretur, quia ratione doli, & fraudis etiam non interpellata,

pellata, dotem cum fratribus vel debito intereſſe, ad collationem adducat, vt in dicto §. ſtipulatio, ibi. *Siue quis non conferat ex hac ſtipulatione, ſiue dolo fecerit quo minus conferat, quanta ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur.* Et hæc eſt vera & indubitabilis concluſio.

Nec obſtat huic ſententiæ, quod de æquitate legis curauit ſuperius ex Bartol. & Cabalino adnotauimus, pro fundamento contrariæ ſententiæ, quia reſpondetur quod licet æquitas ſuadet, vt qui vult habere fructus bonorum patris, conferat etiam bona ſua cum fructibus, tamen iſta æquitas eſſet ſeruanda, vbi non haberemus deciſionem expreſſam, ex qua contrarium tenendum fore, non ignoteſceret, prout habetur in d. §. ſtipulatio iuncto d. §. filiæ ex quibus manifeſtiſsimè deducitur, quod ad hoc vt ſoror dotem cum fructibus, vel intereſſe conferre debeat, conſtitui debet in vera mora, vel in vero dolo, quod ex iudicis arbitrio æſtimabitur.

Sed pro complemento huius quæſtionis, modo videre libet in caſu veræ moræ, qualiter intereſſe pecuniæ dotalis (debito tempore ad collationem non adductæ) debeat computari. Et in hac difficultate Cabalinus loco ſupracitato, ita diſtinguit, an ſcilicet ſoror fuerit in vera mora (quæ incurritur ſtatim, quod ad diuiſionem prouocata intra tempus à iudice ſibi præfinitum, non aduxerit dotem ad collationem) vt ſupra reſoluimus & hoc caſu iudicem poſſe, vſque ad ſemiſſes vſuras, hoc eſt ad rationem maioris intereſſe arbitrari, quod eſt hodie ad rationem quatuordecim, ſecus tamen ſi non fuit legitime prouocata, & in vera mora conſtituta, quia tali caſu, etiam ſi ipſa ſoror ſciret & ignorare non poſſet, qualiter bona paterna erant pro indiuiſo, & ad diuiſionem etiam per multum temporis ſpatium non prouocauit, ſufficit, ſi computatio, talis intereſſe fiat ad rationem trientis vſuræ, hoc eſt ad rationem minoris vſuræ vel intereſſe quod hodie in noſtris Hiſpaniarum regnis ſolet computari, ad rationem decem & ſeptem, ſiue decem & octo, prout iudici arbitrari libet, hoc eſt ſi attendatur opinio Caualini quam ſuperius improbauimus, ſi vero noſtra ſententia ſequatur nihil ratione intereſſe illi imputari debet, ego tamen totum hoc, ex iudicis arbitrio pendere arbitror: ipſe namque (ſi dos conſiſtebat in poſſeſsionibus, & alijs rebus immobilibus) æſtimabit valorem dotis conſiderato tempore mortis paternæ, & ex inde attentis dotis redditibus annuis, patriæ loci & temporis conſuetudine, & ſtatu rerum arbitrabitur, quantum æquum ſit, filiæ moroſæ, pro tali intereſſe imputare, ſi talis ſoror in vera mora fuit conſtituta, alias, nihil ei imputabitur.

SVMMARIVM.

1 Differentia inter enormiter, & enormissime læssum quæsit.

2 Enormiter an ēnormissime quem læssum fuisse, in venditione vel alio contractu ex quibus dignoscatur.

3 Antiqui & moderni, legēsque partitarum, in maxima sunt differentia, circa computationem enormis læsionis.

4 Azonis & Accursij sentētia, circa computationem enormis læsionis, magis praxi est recepta.

5 Antinomia legum, partitarum circa computationē enormis læsionis exculpatur.

6 Pinelli opinio circa computationem enormissimæ læsionis.

7 Gregorij Lopez opinio, circa computationem enormissimæ læsionis.

8 Opinio Didaci de Couaruuias, & praxis Granatensis prætorij, circa enormissimæ læsionis computationem refertur.

9 Grassi opinio circa enormissimæ læsionis computationem.

10 Computatio enormissimæ læsionis, iudicis arbitrio relinquitur.

11 Iudex ex quibus possit sumere arbitrium, ad faciēdum computationē enormissimæ læsionis.

12 Senatus Pincianus, circa enormissimam læsionē, & eius computationem, quam sententiam fuerit adhuc secutus.

CAPVT. VI.

Computatio qualiter sit faciēda, ad videndum vtrū quis enormiter an enormissime fuerit læssus.

1 MAXIMA est differentia inter enormiter & enormissime læssum, hic enim intra quatuor annos tantum potest contractum rescindere vel ad supplendum pretium agere, vt in l. 2. C. de rescindēda venditio. & in l. final tit. 19. par. 6. ille vero qui enormissime læssus fuit, intra triginta annos contractum nullum dicere

dicere poterit, vt in d.l.fi. Quo præmisso videre libet qualiter fieri debeat computatio vt sciri possit, quãdo enormiter, quãdo vero enormissime læsus quis dicatur, & in primis sciendum erit quod tunc quis enormiter læsus est quando vltra dimidiam iusti pretij, vel accepit pro re vendita, vel pro re empta præstauit,
3 & in hac computatione doctores tã antiqui quã moderni in maxima sũt controuersia, quinimo & partitarũ legibus, inter se in hoc dissentientibus, moderni nostri, varios accõmodant intellectus, varij enim varia senserunt. Pluribus nãque iuris professoribus placuit, vt in emptore cõsideretur an plus duplo iusti valoris pro pretio rei emptæ præstiterit, veluti si rem quæ iuxta cõmunem æstimationem valet viginti, pro quadraginta vno emerit. Quam sententiã tenuerunt Cinus, & Rofredus in d. l.2. Abb. in cap. cum dilecti num. 2. de emptione & venditione Molineus, Forcatulus, Connanus Duarenus, & alij à Pinelo relati in d.l.2. 1.parte cap.2.num.6. cum pluribus seq. & eius computationis ratio est, secundum præfatos Doctores, quia scopus veræ computationis est, an emptor, vel venditor, dimidiam saltem eius quod dedit, acceperit, vel dederit dimidium eius quod accepit, nam in venditore fit computatio, ex iusto pretio rei quam tradidit, in emptore vero ex quantitate quã pro rei prætio tradidit, & ita in emptore oporret, pretium conuentum plus duplo super valere rei emptæ. Quæ sententia partito iure fuit comprobata ex tex. in l.16. tit.11. part.4. ibi. *Y esto seria como si alguno vendiesse la cosa que valia veynte maraudis, por quarenta y vno, o la que valia quarenta por diez y nueue.*

Contrariam tamen sententiam, tenuit. Azon. in summa tituli de emptio. & venditio, & Acursius in d.l. 2. glos. verbo iudicis, glos. etiam in cap. cum causa extra de emptio. &
4 venditione vbi existimant in emptore & venditore, ita faciendam esse computationem: in emptore, vt si pro re valente decem, plusquam quindecim emptor dederit, in venditore vero si rem valentem decẽ, pro minus quinque vẽdiderit. Quæ sententia iure etiam partito cõprobatur in l.56. tit.5. parti.5 per quem tex. dicit Grego. ibi, reprobatã fuisse sententiam Cini. & aliorum de quibus supra mentionem fecimus. Idque tenet Anton. Gomez. 2. tho. varia. c.2.n.22. idẽ Gregorius in l.16. tit.11. patti.4. glos. *Verbo esto seria.* Coua. lib.2. variarum cap. 3. num.8. vbi hanc dicit communem sententiam, eamque receptiorem dicit Padilla in d.l.2, num.40. quorum sentẽtia Regio iure fuit canonizata, in l. 1. tit.11. lib 5. recop. vbi Matiençus glos.3.num.2. Gutierrez in practicis quæstio. q.133. eam receptissimam dicunt, eamque tam iure communi quam regio veriorem dixit Couar. vbi supra & illam in iudicando & consulendo, absque controuersia tenendam reputat.

5 Et tenendo istam sententiã quæ proculdubio verissima est, non obstat antinomia, quam ex tex. in d.l. 16. par. celebrant, vtrobique moderni, quia licet ei vix congruum respõsum præstari posse videatur, neque ei conuenire videantur responsiones à Gomezio adductæ in loco supra citato, poterit tamen fortasse dici, quod in Curia legum conditorum, modo hæc modo illa opinio fuit sequuta, & ita in proposito respondet Padilla in d.l.2.d.nume. 40. hocque, per obliuionem contingere potuit, maxime in hoc partita-

rum libro, qui vel totius Iuris ciuilis arcana continet, ciusque comprehensiuum & collectiuum est, nec hoc mirum cum omnium habere memoriam, potius diuinitatis, quam humanitatis sit, & quidem in hoc legum partitarum discrimine, prædicta l. prima recopil. finem Iuris consultorum Hispanorum turis imposuit, licet adhuc apud exteros in viridi sit controuersia, & maxima quidem ratione sequuta fuit decisione d.l. 56. partitæ cũ illa sub suo proprio, & solido titulo fuerit situata & collocata, credendum est enim quod ibi accuratius, & maturiori perpenso consilio quã in d.l. 16. fuerit res hæc animaduersa. Idque Gutierrez vbi supra arbitratur, & hæc quoad enormem læsionem sufficiant. Modo vero de computatione, in enormissima læsione facienda accedat tractatus, quæ quidem, non minus apud veteres iuris interpretes, quã apud neotericos fuit & est controuersa, adhuc enim sub iudice lis est, & hæc vetus querela viget, quo fit, vt in forensibus huius regni tribunalibus, modo hæc, modo illa computatio sequatur, in magnum litigantium detrimentum & quidem cum res hæc admodum serioſa contingibilis & practicabilis
6 sit lege lata diffinienda foret. Pinellus namque in d.l. 2. 3. parte numero 8. C. de rescindenda venditio. eam enormissimam læsionem iudicauit, quæ dimidium rei valorem excedit, idque sentit Gama decisione 232. in principio, Ferrara in sua praxi tit. de libello quo agitur ad pœnam compromissi. numero 4. Grego. tamen in d.l. 56. glos. verbo *mayor de catorze años*, tunc enormissima læsione quem fuisse deceptum arbitratur, quando rem valentem quindecim, pro quatuor
8 vel quinque venderet, Couar. autem libro secundo variarum cap. 4. numero quinto solum dixit, quod in Granatensi prætorio ideo quandam venditionem enormissima læsione affectam esse fuit iudicatum, quia res quæ iusto pretio vis mille & tercentum auros valebat, mille
9 tantum fuit vendita. Grasus, tamen consilio 88. volumine primo quem refert Parladorius libro secundo, rerum quotidia. cap. 4. numero 51 pro indubitato tenuit, quod si læsio excedat triplum, vel quadruplũ, pretij, vel valoris rei, enormissima læsio sit iudicanda.

10 Ego vero, cum doctores nostros, & exteros, admodum inter se dissentientes, viderim, huius quæstionis decisionem ex prudentis iudicis arbitrio pendere arbitror, cum certa regula adhuc constituta non inueniatur, & ita dicendum existimauit Abbas in cap. quintaualis, versiculo ego tantorum, de iure iuran. quem refert & sequitur Casiodorus, decisione 2. numero quinto Couar. libro primo variar. cap. 3. numero. 11. Molina de Hispano. primogenijs cap. 13. numero 18. lib. 2. Parladorius in d. num. 51.

11 Qualiter autem, & ex quibus iudex sumere debeat arbitrium, optime aduertit Abbas d. numero 33. dicens quod licet non possit dari certa regula, in hoc an & quãdo euidens iniquitas, & enormissima lesio in contractu interuenerit, tamé iudex ex varijs circunstantijs arbitrabitur, & ponendo exempla dicit, quod facilius inducidebet arbitrator, ad dandum de iure vnius alteri, quando non potest aliter sequi bona pax quia si hæc ratio pacis consequendæ cessaret, item aliter quando ius est dubium, obscurum,

& inuo-

& inuolutum, quam quando est euidens vel clarum, item aliter quã do deceptus est diues, quâm quando fuit deceptus pauper, argumento tex. in l. 1. ff. de rebus dubijs.

11 Noster tamen Pincianus senatus contractibus correspectiuis venditionis & similium, regulariter illam enormissimam læsionem arbitratur, quando emptor pro re valente decem, triginta præstauit venditori, vel è contra quando venditor vendidit rem valentem triginta, pro minus decem, & in hoc sequitur opinionem Gregorij superius relatam, in d. l. 56. verbo *mayor de catorze años*, & illa in iudicando & consulendo sequenda erit, cum sufficiat authoritas nostri senatus, quæ licet non habeatur pro lege, tamen ista communis obseruantia habetur pro stylo curiæ, qui omnino vt lex est seruandus, ex pluribus quæ in proposito adducit Anto. Thesau. decisione 1. num. 9. quem videas.

Aut loquimur in enormissima respectu contractus gratuiti veluti donationis & hoc casu tunc demum quem enormissime læsum fuisse consideramus, si probatum sit, quod respectu residui patrimonij, quod sibi remansit tempore donationis, vel fideiussoriæ obligationis ipso donatori vel fideiussori non remansit ex quo viuere potuisset inspecta qualitate suæ personæ, vt in donatore animaduertit Socinus consilio 266. volumine secundo relatus & sequutus â Gregorio Lupo in l. fin. verbo, *que fuesse enagenada*, titulo fina. partita sexta & idem sentit Aflict. decisione 312. numero secundo Anton. Thesau. decisione 223. numero 11. licet Ioannes de Imola sequutus â Neapolitano senatu ex Aflicto decisione 312. numero secundo dicat quod non sufficit quod tempore contractus donans nõ habeat bona ex quibus sibi consuli possit. Imo sufficit quod non habeat tempore quo conuenitur pro obligatione â se facta.

SVMMARIVM.

1 *Communitas pascuorum, ex immemoriali, vel antiquo tempore contracta, an aliquibus ex causis, separari, & dissolui possit.*

2 *Si de parte quam quilibet populus, potuit in communione pascuorum tempore quo communio dissoluitur, non constiterit, an diuisio fieri debeat, habito respectu ad capita animalium, quæ existunt tempore dissolutæ societatis in quolibet ex populis communitatem diuidentibus.*

3 *Vsus pascui si duobus legatus sit, qui sufficiat pro decem equis, & vnus habeat tres equos, alter vero septem qualiter fiet cõputatio & diuisio pascui.*

4 *Pascui vsus si legetur duobus, & vnus habeat decẽ equos, alter vero centũ, qualiter fiat distributio illius pascui.*

5 *Communio si non appareat quibus ex partibus fuerit contracta pro æquis portionibus facta censetur.*

6 *Computatio diuisionis pascuorum,*

rum, est iudici arbitraria, vbi non constat quam partem qui libet habeat.

7 *Pauper non potest tot ligna scindere ex montibus vniuersitatis, quot potest diues.*

8 *Iustitia distributiua, tanto plus alicui de bonis communibus tribuit, quanto quis habet maiorem principalitatem & dignitatem in communitate.*

CAP. VII.

Computatio terminorũ, qualiter sit facienda, vbi plures populi qui non sunt æquales in vicinia, communitatem diuidunt, & ignoratur quantam quilibet partem in communitate habeat.

SÆpenumero contingere solet, quod plures populi communitatem pascuorum (de antiquo) habentes. Compascua illa diuidere, & distincta habere conentur, & cum ignoretur, quis plus, quis ve minus termini in dicta communitate ab initio contulerit: dubitari solet, qualiter hæc cõpascuarũ computatio & distributio fieri debeat, an pro modo possessionum, & vicinorum & pecorum, an vero pro æquis portionibus, sit facienda, & an tequam ad quæstionem hanc perueniamus, videre opus erit, an com-
1 muniras pascuorum ex immemoriali, vel antiquo tempore contracta, aliquibus ex causis, separari & dissolui possit. In qua difficultate, resolutiue dicendum erit, quod communitas diuidi possit, etiam si â tempore immemoriali existere probatum fuerit idque late resoluũt Aflictis decisione 290. Parisius consilio 134. Plorus in tractatu de in litẽ iuran. in parua impressione §. 49. numero. 37. Castel. in l. 68. Tauri, Mexia in l. 5. tit. 3. *de los propios y rentas del concejo* part. 9. numero 2. Couar. lib. 1. varia. cap. 17. num. 11. Auendaño de exequendis mãdatis 1. parte cap. 4. Vincencius de Franchis decisione 301. num. 6. Anton. Thesaurus decisione 71. Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 48. quo fundamento sic præsuppositio in principali quæstione nostra variæ sunt doctorum sententiæ.

2 In primis namque dicendum videtur quod si de parte quam quilibet populus in communione posuit non constiterit, computatio terminorum & distributio, fieri debeat habito respectu ad capita animalium siue ad vicinos cuiuslibet ex populis compascuis arg. tex. in l. quærebatur. ff. ad l. falcidiã, ibi. *eius quod exigi potest, pro rata sit distributio.* Pluri enim egent decem pecora & personæ quam quinque, & in diuisione communium pascuorum plus habet, qui plura bona & prædia possidet, vt in l. testatrix. §. fin. ff. si fæuit vendicetur, & loquendo in aquarum diuisione, ita dicendum reputat Menochius lib. 2. de arbitra. casu. 128. num. 2. Calcaneus cõsilio 34. colum. 3. ex tex. in l. pecoris cũ l. sequenti. ff. de seruitutibus rusticorum

corum Franciſcus Marcus deciſio-
3 ne 223. Odofredus in *l.* vſus pars. ff. de vſu & habitatione vbi tenuit, quod ſi duobus legatus ſit vſus paſcui qui ſufficiat pro decem equis & vnus habet tres equos alter vero ſeptem, vnus habere debeat tres, alter vero ſeptem reliquas partes.

Contrariam tamen ſententiam. Imo quod cuilibet vico equalis pars termini ſit in computatione applicanda non habito reſpectu ad ouiũ vel vicinorum maiorem vel minorem quantitatem, colligit Alberi-
4 cus in *l.* vſus pars per tx. ibi. ff. de vſu & habitatio, vbi dicit quod quando paſcuũ legatur duobus, & alter habet decẽ equos alter vero cẽtũ, equaliter cuilibet ſunt paſcua præſtãda nõ habito reſpectu ad maiorem vel minorem numerum equorum, & ratio ea eſt potiſſima ſecundum eum, quia ita abſoruent totum paſcuum decem, ſicut centum pecora, & in terminis hanc eandem ſententiam tenet Gregor. Lupus in *l.* 26. tit. 31. par 3. verbo. *globaſen deſpues*. Vbi dicit quod ſi conſtat quantam quiſq; partem in communione cõtulerit, eadem pars illis ſit præſtanda, ſi vero conſtare non poſſit omnes admittantur pro virili.

5 Rurſus pro hac ſententia facit fere in indiuiduo, quia vbi aliter non apparet cõmunio ſemper pro æqualibus portionibus facta præſumitur vt in *l.* etiã partis ff. de vſu fructu. idq; reſpectu cõiugalis aquæſtus conſtitutũ fuit in *l.* 103. ſtyli, vbi quãdo nõ apparet quale fuerit vtriuſq; coniugis capitale pro equis portionib⁹, diuiduntur bona tẽpore mortis relicta. idque lege regia cõfirmatur ex tex. in *l.* 1. tit. 9. lib. 6. in noua legum regni collectio. & hanc ſententiã tenuit Anton. Theſ. in terminis noſtris deciſione 72. nu. 3.

6 Bertrandus tamen conſ. 37. lib. 1. & conſ. 75. n. 15. lib. 2. & conſ. 1. col. lib. 3. hanc cõputationẽ totã ex iudicis prudẽtis & circũſpecti arbitrio, pendere arbitratur, idq; tenuit affli & is in conſtitutio. Neapolitana Rubri. 85. n. 8. quos refert Menoch. lib. 2. de arbitra. caſu. 245. nu. 14. & 15. vbi dicit quod in hoc arbitrio, iudex cõſiderabit paſcuorũ qualitatẽ, incolarum quantitatem, cõditionẽ, & æquitatẽ, nã extant agricolæ pauperes quibus liberis cõcedere paſcua, quã opulantis tutũ ac bonũ eſt.

Inter has tamen doctorum varietates, illa maioribus & fortioribus nititur fundamentis quæ pro rata poſſeſsionum & pecudum diuidenda fore compaſcua prædixi, eaque manifeſte probari videtur in *l.* Imperatores. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum, vbi Antonius & verius Auguſto Cæſari in hæc verba reſcripſerunt. *Aquam de flumine publico pro modo poſſeſsionum ad irrigandos agros diuidi oportere, niſi proprio quis iure plus ſibi datum oſtenderit.* Et hãc ſententiã tenet Pet. Sur. cõſ. 65. n. 25. Quæ ſententia eo maxime caſu locum haberet, quando aliquis ex cõſocijs populis inter quos cõmunio diſſoluitur, aliqua ſpeciali dignitate ſiue prærrogatiua fulgeret, argumento tex. in *l.* plenum §. equitij, & Rurſus in §. iubẽtius ff. de vſu & habitatione, ibi, *aliquando enim largius cum vſurario agẽdũ eſt, pro dignitate eius cui relictus eſt vſus.*

Et pro hac ſententia facit doctrina Rebuſi in *l.* prima C. de appochis publicis libro vndecimo,
7 vbi dicit, pauperem nequaquam poſſe tot ligna ſcindere ex nemoribus vniuerſitatis, ſicut diuitem, quod etiam palam ibi tenuit Pla-

tea

tea Burgos de Paz in consilio 42. numero 12. & ratio est quia iniustitia distributiua, tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto quis habet maiorem principalitatem, & dignitatem in communitate, vt tenuit Sanctus Thomas Secunda secundæ quæstione 61. articulo secundo. Et pro hac sententia facit optimè quod notat Hieronymus de Montebrixiano in tractatu de finibus regundis capite 72. numero. 20. & 21.

9 Gregorius Lupus in l. nona titulo 28. partita tertia glos. verbo *como a los ricos*, dicens, quod vniuersitatis pascua, inter vniuersitatis homines, & eorum dominos diuidi debent, pro modo facultatum, & possessionum, & quod singuli homines debent pro rata suarum facultatum mittere eorum animalia in pascuis, ita quod neque ipsi domini nec incollæ totum absorueant territorium, sed secundum patrimonij qualitatem possideant quia ille qui habet minores possessiones debet etiam vti minus pascuis vt tenuit Bertrandus d. consilio 37. & consilio 202. volum. secundo, numero sexto & de hac quæstione latius dicam in tractatu de iure pascendi cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Lucra interuenisse in matrimonio non dicitur, nisi ære alieno prius soluto.*

2 *Computatio qualiter sit facienda, vbi agitur de dotibus primæ & secundæ vxoris restituendis, si in primo matrimonio nihil lucratum apparet, in secundo vero sic.*

3 *Computatio Aioræ inanis & sine effectu est circa traditionem dotium, primæ & secundæ vxoris.*

CAP. VIII.

Qualiter sit facienda computatio vbi agitur de restituendis dotibus primæ & secundæ vxoris. Si in primo matrimonio nihil reperitur lucratum, in secundo vero sic.



VLLVS (fere) dubitabit vnquam, quin vbi primæ vxoris hæredes cum secunda vxore cõcurrunt pro satisfactione & solutione dotium, prius dos primæ vxoris sit soluenda, deinde secundæ vxori sit satisfaciendum, ex vulgata regula qui prior est tempore potior est iure, de qua in l. 1. C. qui potiores impig. habeantur. Et hæc sententia locum etiam habere videtur vbi in primo matrimonio nihil fuit lucratum, in secũdo vero lucra & coniugales ac quæstus subsistunt, non enim lucra interuenisse dici possunt, nisi prius æs alie-

æs alienum exoluatur l. omne æs alienum, & in l.mutius ff. pro ſotio. Id enim in bonis eſſe dicitur, quod ſupereſt deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona.ff. de verborum ſignificatione.l. princeps bona. ff. eodem titulo. Ex quibus omnibus ſupra relatis dicendum videtur, quod calculatores (hoc caſu) prius adiudicare debeant dotem primæ vxoris, quam dotem & lucra ſecundæ, quod quidem fieri debet, vbi bona mariti ſoluendo non eſſent. Si tamen huiuſmodi bona vtique ſoluendo ſint, tunc intrat noſtræ quæſtionis dubitatio. Et quidem multum intereſſe videtur an dos primæ vxoris ex acerbo bonorum prius deducatur, quam dos ſecundæ vxoris cum lucris. Si enim prima dos ex acerbo prius deduceretur, ſecunda vxor forte magno afficeretur damno, & in commodo, vt aperte patebit ex ſequenti exemplo. Pone quod prima vxor dedit marito in dotem 400. ducatos, & in hoc matrimonio nullus fuit conſegalis aquæſtus. Deinde maritus ſecundas nuptias contraxit, cum iam non habuiſſet in bonis pluſquam 200. ducatos, vel primam dotem non integram. Et ſecunda vxor, quingentos ducatos illi in dotem tradidit, & in iſto ſecundo matrimonio quingentorum ducatorum ſumma fuit lucrata, certè ſi in caſu huius exempli & ſimilium, de acerbo mariti qui tempore diuiſionis & adiudicationis dotium è mille & ducentorum ducatorum, prius deducerentur, illi quatuorcenti ducati, pro dote primæ vxoris, ſecunda vxor non haberet dotem ſuam integram cum dimidietate lucrorum ſecundi matrimonij, quæ medietas erat ducentorum & quinquaginta ducatorum, ſed tantum haberet pro lucris, quinquaginta ducatos, & ſic amitteres ducentos ducatos de lucro dotis. Quod manifeſte patet, quia ſi prius capitalia omnium coniugum deducerentur de illis mille & ducentis ducatis â marito relictis, conſummuntur mille & centum ducata, quatuorcenta ſcilicet de dote primæ vxoris, & quingenta de dote ſecundæ, ducenta de patrimonio & capitali mariti. Vnde cum in ſecundo matrimonio eſſent quingenti ducati ſuper lucrati, ſecunda vxor ſolum quinquaginta pro ſua medietate lucrorum capit. Ecce igitur apparet qualiter ſecundum prædictam computationem ſecunda vxor defraudatur in ducentis ducatis ex lucris ſibi ex l.fori pertinentibus, & huic ſecundæ mulieri nullo modo mæderi poſſet, cum lucra non dicantur niſi prius deductis capitalibus, vt in l. cum duobus.§. damna & in d.l. Mutius. ff. pro ſotio. & in l.prima titulo tertio libro tertio fori, Aiora de partitio. 1.parte cap.29 in fin.

In hac tamen prædicta difficultate Aiora de partionibus prima parte, capite ſeptimo numero ſecundo qui primus omnium hanc quæſtionem excitauit, hanc computationem in hunc modum faciendam reputauit, ſcilicet vt ex acerbo bonorum mariti quæ tempore mortis continet mille & ducentos ducatos (in exemplo ſupra propoſito) deducatur prius dos ſecundæ vxoris, quæ erat quingẽtorũ ducatorum & ſtatim capitale quod maritus poſuit in ſecũdo matrimonio quod erat de ducentis ducatis,

quæ

quæ duo capitalia facient ſummam ſeptingentorum ducatorum, deinde quingenti illi ducati qui ſuperſunt vſque ad quantitatem mille & ducentorum ducatorum, quia marito fuerunt relicti, diuidantur inter maritum & ſecundam vxorem, cum in eodem ſecundo matrimonio fuerint lucrati, & ſic habebit hæc ſecunda vxor pro dote & lucris ſummam ſeptingentorum & quinquaginta ducatorum maritus autem pro capitali, & lucris ſecundi matrimonij habebit quatuor centum & quinquaginta ducatos reſtantes ad ſummam dictorum mille & ducentorum ducatorum, & de hac parte mariti, deinde deducantur quatuorcenti ducati, pro ſatisfacienndis hæredibus primæ vxoris, de dotis quantitate, quam ab ea maritus accepit, & ita quælibet vxor habebit quod ſibi debetur integraliter, & ſine aliqua diminutione & marito vel eius hæredibus ſolum quinquaginta ſupererunt, hancque computationem, dignam ſuo ingenio reputauit Aiora, & aliam factam ſecundum primam ſupra relatam reuocari feciſſe in Granatenſi Prætorio teſtatur: & ideo hanc nouam computationem menti tenendam reputat, eo quia quilibet diceret contrarium, ſi de hoc interrogatus eſſet, multoſque graues & peritos viros in ea erraſſe teſtatur, eo quod illam primo modo confecerunt.

3 Sed parcat mihi ingens calculator Aiora, quia ex hac computatione ſua non reſultat diuerſus effectus ab illo, qui ex prima computatione & adiudicatione reſultat, ſed idem penitus, quia ſi facias primam computationem, deducendo prius quatuor centum ducatos pro prima dote, & deinde quingentos pro ſecunda, & patrimonium mariti quia fuit deducen-
1 tis ducatis in ſecundo matrimonio, eodem modo habebit hæc ſecunda vxor dotem & lucra vſque ad quantitatem ſeptingentorum & quingenta ducatorum, & vxor prima quatuorcentos ducatos & marito ijdem quinquaginta tantum ducati ſupererunt, eo quod hoc caſu lucra quæ deficiunt ſecundæ vxori deducuntur de capitali & lucris mariti, cum maritus debitum primæ dotis ex aceruo bonorum deduxerit, & ſic tanto minus accipiet, quantum pro ſuo debito perſoluit & ideo dicendum erit quod ex computatione ad modum ab Aiora lucubrata, nullus penitus effectus diuerſus reſultat, nec vllus quantumcunque mathematicus demonſtratione & euidentia mathematica rationem differentiæ demonſtrauit, ideo nihil Aioram feciſſe reputo, dum primam computationem impugnauit oleumque, & operam eum iudices (dum illam reuocauerunt) perdidiſſe arbitror.

SVMMARIVM.

1 *VXOR medietatis lucrorum ſtatim acquirit proprietatem.*

2 *Fundans ſe in qualitate temporum tenetur illam probare.*

3 *Qui dicit antea factum fuiſſe, niſi illud prouauerit non obtinebit.*

4 *Bona acquiſita per prælatum duran-*

durante prælatura, præsumuntur acquisita tam ex bonis patrimonialibus quàm ex bonis prælaturæ.

5 *Pecunia relicta à marito, vbi non potest constare lucrata cõstante matrimonio, veleo in viduitate existere qualiter fieri debeat diuisio huius pecuniæ lucratæ.*

6 *Legatum si quid sit duobus, non tamen constat quantum cuilibet testator legare voluerit, qualiter fiet diuisio rei legatæ.*

7 *Iudicibus an liceat in dubijs quæstionibus, secundum iuris rationes, & naturalem æquitatem arbitrari.*

8 *Affectio in numis non consideratur.*

9 *Pecunia redacta ex mercatura, siue fructibus communibus, nõ efficitur communis.*

10 *Societas inter coniuges contracta non dicitur omniũ bonorũ.*

11 *Vxor statim bona lucrata constante matrimonio videtur in proprietate acquisisse quando bona in specie consistunt.*

CAPVT. IX.

Computatio qualiter sit facienda inter filios primi, & vxorem secundi matrimonij, vbi constat patrem multam pecuniam lucrasse, non tamen patet in quo ex illis matrimonijs fuerit lucrata.

NON raro contingere solet, quodhi (quos vulgo *hombres de negocios*, appellamus) multam pecuniam lucrauerint, in primo & secundo matrimonio, & tandem illis mortuis, filij tam primi quàm secundi matrimonij lucri illius partem (tanquam matrum hæredes) expostulant, cum non pateat quanta sit quantitas, in vno vel altero matrimonio lucrata, dubitari solet inter calculatores, qualiter talia lucra inter filios primæ, & secundam vxorem & eius filios diuidi debeant. In qua difficultate dicendum videtur quod omnia illa lucra censeantur facta in secundo vel vltimo matrimonio, non tamen in primo, & per consequens filij primæ vxoris frustra partem dictorum lucrorum petant, si euidentissimis probationibus non constiterit, quanta ex illa pecunia in dicto primo matrimonio fuerit lucrata, & sic medietas illorũ pertinebit, ad secundã vxorem & altera medietas hæredibus patris, quæ sententia ex sequentibus suaderi videtur.

1 Primo quia secunda vxor reperitur in possessione lucrorum vel saltim medietatis, quinimo & vxor medietatis lucrorum censeatur habere proprietatem vt in l. 47. titulo 28. partita tertia, ibi. *Otro si dezimos que toda la ganancia que qualquiera dellos faga, que el señorio dellos passa a los otros, tambien como si cada vno dellos la vuiesse fecho.* Et quod statim & in ipso

ipſo actu acquiſitionis vtroque coniugi acquiratur, tenuit Caſaneus in conſuetudine Burgenſi Rubrica 4. §. 2. num. 2. Molineus in conſue. Pariſi. 1. par. §. 25. n. 2. Tiraquel. de retractu §. 1. lib. 2. glo. 9. num. 63. Cou. in 4. 2. part. cap. 7. num. 36. & lib. 3. variarum cap. 19. num. 2. Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis 1. part. nu. 36. & plures alij relati, â Ioan. Garcia in tract. de expenſis cap. 13. nu. 21. & in tract. de coniugali aquæſt. num. 21. cum ergo ſecunda vxor in poſſeſsione horum lucrorum reperiatur & ſic cenſeatur tãquam reus in hac cõtrouerſia, & filij primi matrimonij reputentur actores illis intentionem & petitionem ſuam, nõ probantibus, reus erit abſoluendus, hoc enim eſt vnum ex commodis poſſeſsionis, vt in. §. commodum inſtitu. de interdictis & in l. fin. C. de rei vendica.

Secundo hæc ſententia fundatur ex deciſione tex. in l. 1. tit. 9. lib. 5. recop. cuius deciſio. fuit canonizata per l. 203. ſtyli, quatenus dicit, *que los bienes que hã marido y muger ſon de ambos por medio. Illud* enim verbum *que hã* de quo in d. l. quod latino ſermone diceretur quæ habẽt, dicit exiſtentiam & poſſeſsionem actualẽ de præſenti, & ſic tempore diſſoluti matrimonij: ergo cum ſecunda vxor iam habeat medietatẽ, qui contrarium aſſeuerauerit, grauatur onere contrariæ probationis, cum ſecunda vxor quæ reperitur in poſſeſsione habeat iuris præſumptionem pro ſe, ex notatis per Rolan. conſ. 90. num. 11. Maſcar. concluſ. 202 num. 2. qui enim ſe fundat in qualitate temporis, debet illam probare, alias ſuccumbit, l. ſi vero §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisd. cogantur, & in terminis hanc ſentẽtiam tenet Aiora de partitio. lib. 3. quæſt. 13. à num. 40. & eius ſuadetur opinio ex eo quia qui dicit aliquid antea factum fuiſſe niſi id probauerit non obtinebit l. quoties C. de rei vendic. Pala. Rub. in Rubrica de donatio. §. 60. num. 16.

Prædictis tamen non obſtantibus contrariam ſententiam tenendam reputo, imo quod etiam vbi nihil probatũ eſſet, & ſtaremus in puris terminis præſumptionis. Lucra illa quæ tempore mortis patris exiſtunt diuidi debeant inter filios primi & ſecundi matrimonij, pro rata temporis, quo vtrumque matrimonium durauit, ex quantitate dotis cuiuſlibet mulieris, non enim eſt maior præſumptio pro ſecundo quã pro primo matrimonio. Quæ ſentẽtia probari videtur argumento tex. in cap. 1. 12. quæſt. 4. vbi dicit quod ſi prælatus durãte prælatura, aliqua bona acquiſiuit, præſumitur ea acquiſiuiſſe tam de bonis patrimonialibus quam de bonis prælaturæ, vbi aliter nõ apparet. Idque etiam probatur in cap. vt vnus, de pecul. clericorum vbi Abbas num. 3. idem Abbas in cap. cum eſſes num. 24. prope finem, verſiculo aut dubitatur & tũc de teſtamentis, quem refert & ſequitur Socinus Senior conſ. 91. colum. 4. verſiculo confirmatur & 3. lib. 3. Roma. conſ. 346. num. 4. verſi. aut dubitatur: & ante omnes Baldus in Authen. licentiam num. 3. verſiculo. Sed reuoco, in dubium C. de Epiſcopis & clericis Menoc. libro 2. de arbitra. caſu 195. nu. 7. Et loquendo in prælatis & clericis dixit Caualcanus deciſ. 44. num. 120. p. 2. quod prælatus, clericus, & religioſus, ſi habet bona propria in dubio præſumitur illa acquiſiuiſſe de bonis proprijs & fructus eccleſiæ prius conſumpſiſſe, pro ſuis alimentis, niſi fructus ſuperarent alimenta, quia hoc caſu pro

rata

rata bona præſumerentur acquiſita, tan ex bonis intuitu eccleſiæ quæ ex patrimonio ad illum peruentis, vbi refert Rodoanum de rebus eccleſiæ, non alie. folio. 331. numero 7. Beroium. conſ. 7. numero 23. vol. 2. Et interminis fere noſtris dixit Palacios Rubios in repetitione rubricæ de douationib. §. 60. numero 16. quod vbi non poteſt conſtare, an maritus lucratus fuerit pecuniam a ſe tempore mortis relictam, durante matrimonio, an ſoluto prædicto matrimonio conſiderandum ſit tempus quod vixit in viduitate, qualitas perſonæ, negotiorum & bonorum mariti, & ex his arbitrare poterit quantum tempore viduitatis acquiſiuit, illud maritus præcipuum & tanquam propriũ habebit, aliud vero diuidetur inter eum & vxorem vel eius hæredes, tanquam conſtante matrimonio lucratum. Facit etiam pro hac ſententia tex. in l. titiæ textores ff. de legatis. 1. vbi quando duobus aliquid fuit legatum, & non conſtat quantum cuilibet ſit præſtandum, ratione incertitudinis pro dimidio legatum diuiditur, atquè indubijs quæſtionibus iudicem rem per medium diuidere poſſe, tenet Bald. in. l. ſi pater ff. de hæredibus inſtituendis, & ita iudicauit Tiberius Cæſar vt conſtat ex. l. & hoc Tiberius ff. eodem titulo & Summus Pontifex in cap. afferte mihi gladium, de præſumptio, & in materia finium regundorum.

Hanc ſententiam ex multis alijs turatur Hieronymus de Monte Brixiano in tractatu de finibus regundis cap. 101. pertotum vbi num. 6 dicit quod hoc maxime decet iudicibus qui habent ſupremam poteſtatem, nec ex hoc dicoretur, iuditium ruſticorum de quo per gloſ. in l. Neratius. ff. de negotijs geſtis vt tenendo prædictam ſententiam tenuit Boerius deciſione 239. numero 3. Et quidem cum liceat iudicibus in dubijs quæſtionibus ſecundum iuris rationis, & æquitatis dictamen arbitrari, vt tenet Menochi. latè libro primo de arbitrarijs caſu. 13. num. 15. etiam cauſam per medium ſcindendo, maxime vbi litigatur inter cognatos præſertim ſi vterque tractat de lucro captando vt eleganter aduertit Anton. Theſau. deciſione. 89. numero 3. præcipue in hoc caſu licebit, cumſimilij primi matrimonij matrem ſuam doteni aliquam patri ſuo tradidiſſe liquidauerint, quantumque matrimonium duraſſet probauerint, & quod in eo pater eiſdem in rebus traficaſſet, ſi enim vtraque vxor, pro rata quo eius matrimonium durauit, ſuam pecuniam in poteſtate mariti habuit & ipſe cum ea negotiauit, ipſaque vxor pro rata ſui matrimonij pro conſeruandis pecunijs mariti vigilauit, non vtique æquum eſſet ſi pro rata capitalis ſui, & laboris, in ea re impenſi (in caſu dubij) lucra non perciperet, labor enim & pecunia diuiſionem recipiunt, vt in l. Seio amico ff. de annuis legatis,

Et tenendo iſtam ſentẽtiam quæ proculdubio veriſsima eſt & maioribus iuris inſtitutis fulcitur nõ obſtat argumentum pro contraria ſententia aductum quod dicebamus vxorem ſecundam eſſe in poſſeſsione lucrorum, & ea ex cauſa filios primæ vxoris grauatos eſſe onere probandi ſuam intentionem eo quod facto

res sint pro lucris materni matrimonij, quia respondetur quod imo isti filij cum patrem suum repræsentẽt, & vna eademque persona cum eo censeãtur, & in eis sit continuatum dominium, quod penes patrem existebat, vt in. l. in suis. ff. de liberis & posthumis, mortuo patre tanquam necessarij & sui hæredes statim in eius bonis succedunt, & vxor secunda dotem & lucra de eorum manibus recipere debet, & & ita non sunt actores, sed rei & per consequens prædicto probandi onere non astringuntur, plus quam illa secunda vxor, quod enim dictum fuit, quod dominium medietatis lucrorum statim vxori acquiritur, verum erit, quando lucrata, & comparata fuit aliqua species siue res immobilis, quod tamen locum non habet in pecunijs cum in eis non cadat affectio, vt in. l. numis. ff. de in litem iurando. Rursus, quia pecunia redacta ex mercatura seu fructibus communibus non est communis ex sententia Accursij, in. l. si patruus. C. communia vtriusque iuditij, verbo ex communibus iuncto text. ibi. Et ibi tenet Bald. numero. 6. Matiençoin. l. 2. titulo nono, libro. 5. Recopilation. numero. 40. quod maxime locum habet inter coniuges cum societas inter eos co[illegible]cta non sit omnium bonorum seu lucri dumtaxat, vt late contra Seguram in. l. prima. §. si vir, numero. 20. ff. de adquirenda possessione, probauit idem Matiençoin. l. quarta, glossa prima, titulo nono, libro quinto, numero primo, in noua legum regni collectione, & glossa secunda, in principio. Et ex his remanet responsum secundo fundamento de. l. prima, titulo nono, libro quinto, Recopilation, verbo, *que han*, habere enim dicitur vxor bona lucrata quãdo consistunt in specie, non vero quando in quantitate consistunt, donec sibi tradantur ex superius relatis, tu tamen cum ocio vacaueris rem hanc maturiori consilio perpende.

8

9

SVMMARIVM.

1 *HOmines plus de se expectare solent, quam habeant in facultatibus suis.*

2 *Legata a testatore relicta, an ab ordine literæ sint soluenda, etiam si pro omnibus legatarijs bona non sufficiant.*

3 *Ordo denominationis, designat ordinem dilectionis*

4 *Testator præsumitur habuisse æquale affectionẽ ad omnes legatarios.*

5 *Cõputatio quãdo testator in legãdo modũ excessit, & legata excedũt vires patrimonij, qualiter sit facienda.*

6 *Deductio tertij vel quinti qualiter sit facienda, quando legata vires excedunt patrimonij.*

7 *Filius qui parentes reliquit, si in legando modum excessit qualiter fiet legatorum computatio, & de falcatio.*

8 *Defalcatio an locũ habeat, in legatis pijs, quãdo testator in legando modum excessit.*

9 *Defalcatio an debeat fieri de speciebus legatis, vbi hæreditas fuit exhausta legatis, vel testa*

ter modum in legando excesſit.

10 *Legatum ſpeciei, recta via trā ſit ad legatarium à morte teſtatoris.*

11 *Legatum liberationis, ſeu nominis debitoris, an cenſeatur legatum ſpeciei, an vero ſit legatum quantitatis.*

12 *Affectio teſtatoris quando ſit conſideranda, iuxta ordinem ſcripturæ legatorum.*

13 *Ordo, non eſt attendendus vbi agitur de annullando.*

CAPVT. X.

Cōputatio pro ſatisfaciendis legatarijs, qualiter ſit facienda, quando legata excedūt vires patrimonij defuncti.

1 CVM frequenter plus deſe expectent homines quam habeant in facultatibus ſuis, vt in. l. in fraudem la. 1. ff. qui & a quibus teſtatoribus accidere ſolet, vt ſubſtantiam ſuam de qua diſponere poſſunt in pluribus legatis, tam pijs quam gratioſis diſtribuant, multumque vires patrimonij in ſimilibus diſpoſitionibus excedant. Quo fit vt inter ipſos legatarios lis oriatur in hoc ſcilicet an primo nominatis, prius ſit ſatisfaciendū quam alijs, an vero debeat vnicuique pro rata portionis ſibi relicta

2 legatum perſolui. In qua difficultate dicendum videtur quod hoc ſint ſoluenda legata ab ordine literæ teſtamenti, talis enim cenſetur eſſe mens teſtatoris qualis eſt ordo ſcripturæ. l. quoties. ff. de vſufructu. l. cum pater. §. a te peto. ff. de lega. ſecundo, l. generaliter. §. quid ergo, ff. de fideicommiſſ. libert. Rurſus, quia ordo denominationis deſignat ordinē dilectionis, &
3 charitatis, l. qui ſoluendo, la ſegunda: & ibi Angelus & Imola de hæredibus inſtituendis. Baldus in. l. penultima, tertia oppoſitione. C. de verborum ſignificatione, & in l. prima. C. de edicto diui Adriani tollendo.

Sed prædictis non obſtantibus
4 contrarium tenendum erit, cum æqualem affectionem omnibus legatarijs teſtatorem habuiſſe ſit præſumendum, iuxta diſpoſitionem textus in. l. ſiquis teſtamento. §. apud
5 Iulianum. ff de legatis primo. Vbi Iaſſon facit computationem in hoc caſu dicens, quod quando legata excedunt vires patrimonij defuncti, ita vt non poſsit integre omnibus ſatisfieri legatarijs, iuxta quantitates a teſtatore taxatas, tunc fiat diſtributio legatorum ad quotam minorem, habita tamen ratione adquotam ſcriptam in teſtamento, itavt in iſta quota minori quilibet legatarius in tanto alium excedat, quantum in quota maiori excedebat, & ſic cuilibet legatario fiet diminutio, pro rata iuxta voluntatem teſtatoris, donec reducatur ad vires patrimonij, vnde cum teſtator voluerit quod legatarius de triginta, habeat plus decem quam legatarius de viginti, & legatarius de viginti decem plus quam ille cui decem tantum fuerunt legata, vt in dicto. §. apud Iulianum, vbi gloſſa, alia iura

complicia refert, & hanc computationem mathematica demonſtratione veriſsimam reddit Iaſſon, dicens, quod ſi cum teſtator qui habebat viginti in bonis, fecit legata aſcendentia ad quadraginta & ſic in duplo illius quod haberet, cui libet fiat diminutio pro dimidia ſui legati, itaque manifeſte docuit Conſultus in dicto. §. apud Iulianum vbi, *Apud Iulianum libro. 32 digeſtorum, Marcelus notat, is qui ſola triginta reliquerat. Titio triginta legauit, Seio viginti, Mæuio decem, Maſurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Mæuium quinque conſequuturos.* Et hanc etiam computationem probauit Triphonius Iuris conſultus in l. ſi vero compoſita. §. primo. ff. de militari teſtamento & Caius, Iuris conſultus in .l. in quantitate. §. final. ff. ad legem falcidiam Vincentius de Franchis, deciſione. 336. numero primo. Parladorius libro primo, rerum quotidianarũ, capitulo decimo octauo, vbi dicit, quod cum defunctus in legando modum exceſsit, ſupputandus eſt exceſſus, qui tertiam & quintam bonorum partem excurrit, & quantum fuerit exceſſus, tantum cuilibet legatario pro rata detrahendum erit, vt puta ſi tertia pars excedat, tertia quoque pars cuique legato ſit detrahenda. Et loquendo in legato ſiue in prælegato tertij vel quinti ponit ſequens exemplum. Dicit, inquam, pone quod tertium vel quintum hæreditatis teſtatoris, valebat quadringenta, teſtator vero ſexcenta legauit, quo caſu exceſſus conſiſtit in tertia parte, illius quod legare potuit, tertia igitur pars ſingulis legatis detrahenda erit, cui igitur ſexaginta legata ſunt, quadraginta tantum debentur, cui triginta viginti, atque eo pacto fiet, vt deducto, ſingulis quod ſupereſt, omnia legata, vel prælegata tertiam vel quintam partem non excedant.

7 Hæc tamen computatio, de quo ſupra facienda erit, vbi teſtator, liberos reliquit, at vero ſi filius non liberos, ſed parentes reliquiſſet, & plus quam tertium bonorum ſuorum legaſſet, cum filius plus quam de tertio bonorum diſponere non poſsit in præiudicio parentum, vt in. l. prima, titulo octauo, libro quinto Recopilationis ad tertiam hæreditatis partem legata erunt redigenda, quod ſi neque liberos, neque parentes reliquerit, tunc ſequenda erit computatio de qua in. §. final. inſtituta de lege falcidia, vt tenet Parladorius vbi ſupra.

Et prædicta defalcatio & computatio non ſolum locum habet in 8 legatis gratioſis, verum etiam & in pijs facienda erit, vbicumque teſtator in legatis modum & taxam legis exceſſerit, & ita in terminis tenet Bartol. in Authentica ſimiliter. C. ad legem falcidiam, vbi dicit, quod licet legata detrahantur, vt æs alienum, per legẽ ſi ſeruus. ff. ad legem falcidiam, tamen hoc procedit quantum ad detractionem falcidiæ, ſed vbi non ſuppetunt vires patrimonij, diminuuntur ſicut alia gratioſa legata, quemadmodum etiam diminuuntur in teſtamento militis facta, in quo licet ceſſet falcidia, tamen diminuuntur legata propter affectum patrimonij, & hoc etiam in legatis videmus ad pias cauſas factis, minuuntur namque propter debitum iure naturæ, vt notant communiter Doctores, in lege ſiquis ad declinandam

dam. C. de Episcopis, & Clericis. Tiraquellus de priuilegijs, piæ causæ, priuilegio septuagesimo secundo. Vincentius de Franchis, decisione ducentesima trigesima sexta, numero primo. Parladorius, loco supra citato.

In proposita tamen nostræ com-
9 putationis specie illud maxime dubitari solet, an hæc computatio, & defalcatio, pro rata de qua supra locum habeat, non solum vbi quantitas fuit legata, verum etiam vbi legatum consistebat in specie, & hunc articulum dixit Pulchrum Paulus, in lege quærebatur. ff. ad legem falcidiam, & Angelus ibi dicit hanc esse pulchram quæstionem, & quod idem etiam vbi legata fuit species sit dicendum videtur probari ex textu in dicta lege quærebatur. ff. ad legem falcidiam, ibi. *Quare cum nomen minus soluendo est in hæreditate, eius quod exigi potest, pro rata fiet distributio residui venditio facienda est, & id demum in hæreditate computetur quanti nomen distrahi potest.* Et per istum textum ita tenuerunt Angelus, Paulus, & Cumanus, versiculo, si ergo habes. Et hanc sententiam non facta mentione de supradictis, dixit communem Alexander, ibi, in fine, & eam sequitur Tiraquellus, loco supra citato, & Parladorius dicto capitulo decimo octauo, idem Alexander, in lege secunda. ff. de conditione indebiti, per textum ibi, vbi etiam Baldus indistincte tenet, quod faciendа sit deductio etiam quando legatum est in specie. Paulus in lege pr[illegible], numero tertio, versiculo, I C secundo quæritur. C. communia de legatis, & in. l. procuratoris. §. si plures, versiculo facti etiam. ff. de tributoria, & eos sequitur Negusantius de pignoribus, secunda parte, membro quarto, limitatione quarta Parisius in. l. prima. ff. delegatis primo, numero. 139. Petrus Surdus de alimen. priuilegio. 30. numero. 1. folio. 290. Et eorum sententia ex eo comprobatur quia postquam debentur eadem legata, ex eodem testamento, æquum videtur, vt eandem fortunam legatarij, omnes sequantur. Et æqua lance regulata voluntate testatoris, quilibet suum legatum percipiat, argumento. l. cum pater. §. fidei tue. ff. delegatis secundo, ibi. *Nam ordo scripturæ non impedit causam iuris & voluntatis.*

Contrariam tamen sententiam, imo quod legatum speciei nullomodo diminutionem, respectu excessus recipiat, probari videtur ex textu in lege si fideicommissorum. ff. vt in posse. legato, & ex hoc textu istam sententiam tenuit Acursius in lege si vero composita. ff. de militari testamento, verbo si vero quam ibi sequuntur Baldus, Paulus, & Iasson in dicto. §. apud Iulianum numero septimo. Et hanc sententiam confirmatam esse ex sententia glossæ Bald. Angeli Iasson & Croti, tenet Vincentius de Franchis, in locò supra citato, numero quinto in fine, eamque duobus rationibus corroborare intendit Iasson in dicto. §. apud Iulianum. Prima, quia ille cui legata est species, dicitur esse legatarius illius speciei indiuidue, quæ omnino diuersa est, a legato quantitatis, quia is dicitur legatum generis, vt in lege in ratione. §. incerte. ff. ad legem falcidiam. Secunda, quia legatum speciei, recta via trãsit in legatariũ a morte testatoris, vt in l. Titio. ff. de furtis, quod secus est in legato

quantitatis cum debeat capi de manu hæredis, cum defalcatione quam ex legis disposítione habere potest, ideoque legatum speciei melioris esse conditionis in terminis nostræ quæstionis, tenuit in lege prima. ff. de legato primo.

Pro veritate tamen huius articuli, prius videndum, & examinandum erit, an text. in dicta lege quærebatur opinionem affirmatiuam, supra relatam probet, cuius rei vera cognitio pendet ex hoc, an verum sit, quod legatum liberationis vel nominis debitoris, de quo in dicta lege quærebatur dicatur legatum speciei, an vero sit quantitatis legatum, & quod sit legatum speciei respectu ipsius debitoris, cui relicta est liberatio, tenet Angelus, & Paulus in dicto §. apud Iulianum, quos etiam sequitur Cumanus ibi Alexand in dicta lege quærebatur Paulus tamen Castrensis in dicto. §. apud Iulianum tenet, loqui in legato quantitatis, non vero in legato speciei, eo quod legata liberatione virtualiter legatur quantitas, & perinde est ac si pecunia breui manu soluta esset testatori, & post modum esset legata, quo casu dubium non erit quin legatum sit quantitatis, & fieri debeat distributio pro rata, prout in vero legato quantitatis diximus, vnde si testator cui quatuor centum debentur debitori illam summam legasset, & alteri centum legasset, & testator non haberet in bonis plus quam illa quatuor centa quæ ei debebantur, erit facienda defalcatio pro rata, ita vt debitor cui quatuor centa fuerunt legata, quintam partem minus habeat, & alteri legatario soluat, & ita fiet iuridica computatio, & defalcatio, secundum iura superius relata.

In hac tamen difficultate Vincentius de Franquis, vbi supra, numero vndecimo. Postquam hinc inde plures anfractus hanc pati difficultatem confitetur, cum Neapolitano Senatu, ibi tenendum reputat, quatenus voluit, & iudicauit, quod vterque legatarius speciei (scilicet, & quantitatis commodum pro ea parte, qua hæreditas est soluendo consequatur non apparente in contrarium testatoris voluntate, & sic approbauit sententiam Angeli, Cumani, & Cornei qui pertinaciter illam defendunt. Ibique decreuit, vt legatum factum hospitali Sancti Iacobi Hispanorum, non diminueretur, eo quod hanc esse testatoris voluntatem apparuit, ex aliquibus coniecturis, & circunstantijs, quæ in dicto testamento interuenerunt, ex quibus non difficiliter coniecturari potuit eam fuisse testatoris voluntatem, vt hospitale absque defalcatione aliqua suum legatum haberet, & ita est intelligendus textus in dicta lege cum pater. § a te peto ff de legat. 2.

Nec obstat textus in dicto. §. quid ergo, vbi primo nominatus primo consequitur legatum absque aliqua defalcatione, quia ibi fuerat legata pecunia, pro libertatibus certorum seruorum comparandis, vnde cum pro omnibus non sufficeret, non vtique fit diminutio pro rata, iuxta textum in dicto. §. apud Iulianum, sed affectio testatoris consideratur, iuxta ordiné scripturæ legati, ita vt primo nominato, prius libertas comparetur

eo

eo quod factum erat in diuiduum, & aliter impossibile erat aliquem ex seruis consequi posse libertatem, iuxta dictum §. quid ergo, quem textum ita declarat Curtius Iunior in lege more maiorum, numero. 103. ff. de iurisdictione omnium iudicum & eum sequitur Vincentius de Franquis, vbi supra numero fin.

Nec etiam obstat textus in dicta lege quoties, quia ideo ibi primo nominatus, prius quam cæteri ad vsumfructuum admittitur: quia ex tali admissione ius alterius nominati non tollitur, sed differtur & suspenditur: at vero in casu nostro, si primo nominatus admitteretur ad recipiendum quantitatem sibi legatam, ius secundi penitus euaneſceret, & ideo in dicto. §. apud Iulianum ordo scripturæ non attenditur, sed omnes pro rata diminutionis ad sua legata ad
13 mittuntur: vbi enim agitur de annullando, ordo non attenditur, vt in lege quidam. ff. de peculio, & ita interpretatur hunc articulum Iasson in dicto. §. apud Iulianum, numero quinto, versiculo contra istum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quælibet in duodecim vncias diuiditur.*

2 *Duodecim vnciæ asis quibus nominibus dignoscantur.*

3 *As regulariter in duodecim vncias diuiditur vbi aliter non disposuit testator.*

4 *Testator si alimenta mulieri prægnanti relinquat dicens quod si filius ex ea nascatur, habeat octo, & ipsa mulier quatuor, si vero filia nascatur, habeat mater octo, & filia quatuor, masculo & fœmina simul natis, qualiter facienda sit computatio, inter matrem & filios.*

5 *Quando fit transitus ad duopondium, in quibus vncijs sit hæreditas diuidenda.*

CAPVT. XI.

Computatio qualiter sit facienda, vbi testator alimenta alicui mulieri prægnanti legauit, ita vt si filius nasceretur, haberet octo partes fructum hæreditatis, & mater quatuor, si filia quatuor, & mater octo, & tandem filius, & filia nati fuerunt.



RO huius cõputationis explicatione, in primis præsupponẽdum erit, quod quælibet hæreditas, diuiditur in duodecim vncias, & hæc duodecim vnciæ simul coaceruatæ, a iurisprofessoribus. As appellatur, vt in lege interdum. §. pater. ff. de hæredibus, institu. & in. §. hæreditas, instit. de hæredibus instit. l. 16. titu. 3. part. 6. ali quando etiam pondus siue libra nuncupatur

cupatur, vt in.l.19.titulo.3. ſupra relato, & quoniam ad intelligentiam multarũ legũ & noſtræ quæſtionis,
2 opus eſt videre qualiter quælibet ex dictis duodecim vncijs appelletur, ſciẽdũ erit, q; vna vncia, dicitur vncia vna vero & dimidia ſeſcuns, ſexta autem pars aſis dicitur ſextans (& facit duas vncias) tertia tamen dicitur quadrans, quaſi ſit quarta pars aſis. Quarta vero dicitur triens, quia ex quatuor vncijs quæ faciunt tertiam aſis partem conſtat. Quinta dicitur, quincuns, quia continet quinque vncias, ſexta, ſemis, quia habet ſex vncias, ſeptima, ſeptumx, octaua veſis, quia continet duas ex tribus partibus aſis, nouena dodrans, & nouem vncias continet, decima dextans, & habet decem vncias, vndecima decuns, & facit vndecim vncias, duodecima tandem dicitur, as, libra, ſiue pondus, quaſi omnes duodecim vncias contineat. Et licet verum ſit,
3 quod regulariter as, in duodecim diuiditur vncias, tamen hoc intelligi debet, vbi aliter teſtator diuidi non voluit, vt in dicto.§.hæreditas de quo aliqua diximus ſupra, in tractatu de ratiocinijs, cap.30.a num.1.vſque ad quartum.

Videamus igitur in caſu propoſito, ſi teſtator mulieri prægnanti ali-
4 menta legauit, in hunc modum, vt ſi filius naſceretur octo vncias, ſiue partes fructuum ſuorum bonorum habeat, & mater quatuor, ſi vero filia naſcatur, ſi'iæ quatuor, & matri octo vnciæ legatę ſint, ſi filius, & filia ſimul naſcantur, qualiter harum vnciarum fiet diſtributio, & computatio harũ vnciarum, ita vt omnino voluntati teſtatoris, ſatis fiat, & quidem hoc caſu, hæreditatem non in duodecim vncias, ſed in ſeptem tantum diuidendas fore, dixit conſultus Iulianus in. l ſi ita ſcriptum.ff.de libertis & poſthumis, & regulanda erit diſtributio ſecundum voluntatem teſtatoris, ita vt filius altero tanto plus quam mater habeat, item mater altero tanto plus quam filia recipiat, cum hoc in dicta diſpoſitione voluiſſe, ſatis euidenter appareat, vt ibi voluerunt Cuiatius, numer.1. Connanus numero. 2. Sarmiento libro.4. ſelectarum, numero. 1 vbi hanc computationem, alij mathematicam, alij geometricam eſſe fatentur, & eam tanquam difficilem, & extraordinariã mathematica demonſtratione, oſtẽdit Moia in ſua ſubtili & eleganti Ariſmetica libro.3 capitulo. 3. & quia ipſe ibi inſtar ſui inſtituti, illam propoſuit, eamque breuiter fecit, referre eius computationem libet, eodem materno ſermone, quo ipſe vtitur, dicit inquam in hæc verba.

Para hazer eſta cuenta pondras tres numeros, qualeſquiera que te parezca, que ſe excedan en dupla proporcion, como.1.2.4. vel.2.4.8. y otros anſi, por razon que la voluntad del teſtador, fue que la madre viueſſe doblado, que la hija, y el hijo doblado que la madre, toma pues el.1.2.y 4.numeros y ordena vna regla, diziendo: Tres hazen compañia, el primero puſo 100. el ſegundo. 200. y el tercero.400. han de partir. 1400. pido, que viene a cada vno? Sigue la regla de compañia ſin tiempo que mas te agradare, y anſi daras ala hija dozientos, a la madre. 400. y al hijo. 800.

Sed quid ſi filia naſcitura, duas vncias habere debuiſſet, mater quatuor & filius octo. certe cum hoc caſu, diſtributio facta a teſtatore excedat numerum de ſeptem, fit tranſitus ad

dupon-

dupondium,& distribuenda erit hæreditas in quatuor decim partes, &
5 ita habebit filius octo, mater quatuor,& filia duas, & non propterea neque plus,neque minus(eius quod voluit testator)quilibet accipiet, & in hunc modũ fieri poterunt, quælibet aliæ computationes, habito respectu ad testatoris voluntatem,quãdo enim hæreditatem testator,diuidit in septem partes,plus vel minus vsque ad duodecim, hæc partes faciunt asensi vero in plus quam duodecim diuidat faciet quilibet calculator,dupondium,& si excedat dupõdium, fiet transitus, ad tripondium & sic de singulis, neque in hoc alia certior regula constituipoterit,cum hoc dependat a facto hominis testantis,vbi autem aliam fuisse dispositionem,& voluntatem testatoris, non apparuerit,semper hæreditas erit diuidenda,in duodecim vncias,vt indi 8o.§.hæreditas,& alijs iuribus superius adductis,vbi ita tenet Faber.

SVMMARIVM.

1 IVre canonico inspecto nemo potest impetrare rescriptum, quo quis aliquem vltra duas dietas,ad iudicium trahat.

2 Dietæ dictio in rescriptis, bullis, & legibus apposita, qualiter sit computanda.

3 Dieta an secundum locorum consuetudinem debeat computari.

4 Dietæ secundum ius ciuile, singulis diebus, viginti milliaria tribuuntur.

5 Dietarum computatio,an & quãdo arbitrio iudicis sit relicta.

6 Regio iure qualiter sit dietarum computatio.

7 Leges Regiæ de leucis mentionem facientes,intelligi debent, de leucis vulgaribus,non vero ciuilibus.

8 Leuca tribus millibus passibus constat.

9 Passus, qualiter sit metiendus.

10 Mensura pedis qualiter fieri debeat.

11 Digitus quilibet quatuor ordeacea grana continere debet, vbi de eius mensura agitur.

12 Duo dieta de quibus in.l.18.titu. 17.libr.1.recop. qualiter debeãt computari.

13 Viæ obliquæ non debet haberi ratio,in dinumeratione & computatione leucarum.

CAPVT. XII.

Computatio dietarum (quas nos jornadas appellamus,) qualiter sit facienda.

1 IVRE canonico constitutum extat,ne cuiliceat impetrare rescriptum,quo aliquẽ intra duas dietas ad iudicium trahat,in cap.nonnulli de rescrip.& in bulla Innocentij Octaui, quam regibus Catholicis concesit cuius verba ad literam transcripsit,

Azeuetus in.l.18.titulo.17.libro. 1. Recopilation.ideoque pro intelligẽtia prædictorum iurium, & aliarum
2 legum regalium,videndum erit, hęc dictio dieta,in reſcriptis bullis,legibuſque appoſita,qualiter ſit intelligẽda & computanda,& imprimis,gloſ. in dict.ca.nonnulli,verbo, *Vltra duas dietas*,quã ibi communem,dicit Ab-
3 bas dietam hanc ſecundum locorum conſuetudinem, eſſe computandam affirmat,cuiusquidem gloſſæ,ſententia recte locum haberet, quoties de conſuetudine clare conſtaret.

Decius tamen,in capi.olim,num.
4 2.de exceptio.& in capi cum ſit Romana.§.notabili de appellatio. dietã de qua agimus ſecundum ius ciuile interpretãdam arbitratur, hoc eſt vt ſingulis diebus, viginti milliaria, (quæ vulgo millas dicuntur) tribuantur. Cuius ſententia probatur ex tx. in.l.1.§.1. ſiquis cautioni & in.l.3.ff. deverbo ſignificat.Catelianus Cota
& immemoriali verbo dietæ infine.

Alij vero huius dietę computatio-
5 nem,arbitrio iudicis relinquere ſolent,præſertim Hoſtienſis & Abbas. in dict.cap. nonnulli.num.6. Barbacia conſilio .22. num.6. propefinem lib.2. Gomezius in cõmentarijs ad regulas Chãcellariæ, regula de veri ſimili notitia obitus.quæſt.5.vbi dicit in Romana Curia arbitrio procerum hanc controuerſiam terminatam fuiſſe,conſiderato eo temporis ſpacio,intra quod noticia obitus illius,cuius beneficium fuit impetratum,haberi potuit, idque ſignauit Menoch.libro.2 de arbitr.caſu. 206 nume.4.dicens,quod prudens iudex, perſonarum,locorum,& viarum qualitatem,& diſtantiam conſiderare debet,& vbi nihil eum dimouet a communi aliorum ſtatu.vigintimilliaria ſingulis diebus conficienda ſtatuit hoc inter iuris ciuilis, & canonici conditores & eorum interpretes diſcrimen eſt conſtitutum.

6 Nec iure regio hoc adhuc ſine cõtrouerſia eſt,quia text.in dict.l.18.§. 2.ſingulis dictis denas leucas præſcribit,ibi. *Y que eſtas dietas ſean de a diez leguas y no mas.* Cuius contrarium conſtitutum extat in.l.6. titul. 22.libro.2.Recopilatio.vbi octenas tantum leucas ſingulos dies peragẽdas definit.ibi.*a razonde ocho leguas cada dia*,idque etiam probatur in lege.2.&.3.titulo.10.libro.6.& in.l.6. titulo.11.lib.9.recop.

7 Pro prædictorum tamen iurium explicatione in primis videndũ erit an leges regiæ,de leucis mentionem facientes,intelligendæ ſint de leucis ciuilibus,an vero de vulgaribus,& in hoc dicendum erit,nullibi in iure ciuili vel canonico harum leucarum mentionem factam reperiri,præterquam in capit.ex parte de foro competen.ibi.*Quæ a Turonenſi nequaquã duodecim leucas diſtat.* Vbi Doctores communiter non ſatis conueniunt, quod(leuca)milliaribus paſſuum conſtet, vbi,ibi refert Abbas dicens in Francia longas,in Burgundia longiores,longiſsimas vero leucas eſſe Anglicas, quæ vero ad noſtram Hiſpaniam attinet,leuca tribus millibus
8 paſſuum conſtat,vt ſatis apertepatet ex text.in.l.25.titul.26.parti.2.& in l.3.titul.16.eadem partita vbi Gregorius hoc notat,ad intelligẽtiam textus in.l.2.tit.25.libro.8.Recopil. quatenus loquitur de Curia Regia, cum quinque leucis in circuitu,

Horum autem paſſuum menſura,
9 qualis eſſe debeat, qualisve eorum debeat eſſe computatio,aperit elegãter gloſſa ſingularis,in capit.ſicut antiquitus.17.quæſt.4.vbi refert Iſidorum,dicentem quod paſſus ſit menſura quinque pedum,pes autem ſpaciũ quindecim digitorum & quidquid

contra

contra eum teneat Hieronymus de Montebrixiano in tracta. de finibus regundis, capitul. 26. num. 3. qui late de his mẽsuris agit, id etiam lege regia fuit constitutum, in l. 4. titul. 13 part it. 1. ibi. *Que en la passada aya cinco pies, y en el pie cinco dedos de trauieso.* Idque tenuit etiam Bart. in authẽtica de operis noui, nuntia. numer. 3.

11 Columela lib. 1. capi. 5. Parladorius, libro. 2. rerum quotid. cap. 19. num. 6 & ibi num. 7. aperit quod quilibet digitus quatuor ordeaça grana contineat, idque aperit Moia in sua aritmethica, libro. 8. c. 24. Hodie tamen in nostra Hispania iam cessat prædicta mensurationis leucarum controuersia, cum vbicunque in legibus regijs de leucis fuerit facta mentio, intelligi debeat de leucis communibus & vulgaribus, vt euidenter constitutum extat in l. 8. titul. 25. libro. 5. in noua legum regni collectione, ibi. *Ordenamos y mandamos, que todas qualesquier leyes y pragmaticas, cedulas y prouisiones nuestras de qualquier calidad que sean que hablan y hazen mencion de leguas y hablaren de aqui adelante, se ayan de entender y entiendan, de leguas comunes y vulgares, y no de las que llamã legales, y ansi se aya de juzgar y juzgue por los del nuestro Consejo, Presidentes y Oydores de las nuestras audiencias y Chancillerias, y por todas las otras justicias en los pleytos que de aqui adelante se mouieren, y en los que al presente ay pendientes, y no estuuieren fenecidos.*

Redeundo tamẽ ad prædictarum legum recollectarum antinomiam, respectu computationis dictarum, pro earum concordia, ita distinguendum erit, vt si itinere peragendo agãtur octonas leucas (proficiscenti) in singulos dies dinumeremus, vt in. d. l. 6. cum similibus, & hoc assidue practicatur in nostra Pinciana Chancellaria, quia cursoribus pedestribus soluitur salarium ad rationem octo leucarum pro qualibet die, quia hæc dicitur vulgo vna jornada, text. autem in. d. l. 18. loquatur vbi agitur de percipienda dictæ distantia, quia ibi de nas leucas in singulos dies dinumeramus.

Qualiter autem istæ duo dietæde

12 quibus in dict. l. 18. debeant computari, posuit text. in dicta. l. 18. §. 2. ibi. *Contandolas desde la ciudad de Salamanca, hasta el fin de la dio-esi del que fuere conuenido.* Quod etiam antea statutum fuerat in. c. nonnulli de rescriptis, & clare id tenet Decius in. c. olim. 3. notabili de exceptio. & ibi Parisius, numer. 15. vbi dicunt quod isti viginti leucæ quibus hæ duæ dietæ constant, computandæ sunt, non a loco habitationis rei, sed a fine Diocesis in qua moratur, & ita tenet Menoch. d. casu. 206. nume. 5. ita vt si hæ viginti leucæ attingant fines Episcopatus, in quibus est reus, eo ipso fori declinatoriam non habeat, & in dinumeratione harum leucarum, non debet haberi ratio viæ obliquæ, sed iudex dies statuet, pro modo viæ rectæ, & solutæ, vt tenet Felinus, in. d. c. olim, numero. 6. Paul. Castrensis, in. l. 1. in fin. ff. siquis cautio. Hieronymus Brixiensis in dict. tractatu de finibus regundis, dict. cap. 26. num. 13. & 14. ex quibus poteris deducere intellectum ad plura iura diuersi modi, de dietis & leucis disponẽtia, & si in proposito alia latius videre volueris recurrẽdum erit, ad ea quæ notauit Rebuffus, in tractatu de priuilegijs scolarium, vbi prædictam legem. 18. Recopilat. allegat, & Oroscium in dict.

l. 1.

l.1.numero.4.§.siquis cautio. Villalobos in suo AErario mille communium opinio verbo dicta, numero.83.

SVMMARIVM.

1 *Computatio fructuum cum meliorationibus, qualiter sit facienda, vbi quis ad restitutionem fundi cum fructibus (solutis sibi meliorationibus a se in eo factis) fuerit condemnatus*

2 *Fructus meliorationum, an cum ipsis melioratiõibus debeãt eõ pensari.*

3 *Bonæ fidei possessor qui fecit melioratiões in re aliena, irreuocabiliter lucratur fructus ipsarum melioratiõum ratam respicientes.*

4 *Possessor tenetur computare cum meliratione fructus quos fundus reddebat, ante factam melioratiõem, non tamen illos quos ex melioratione percepit.*

5 *Mala fides non aufert melioranti melioratiões extantes, neque per consequens earum fructus.*

6 *Bonæ fidei possessor respectu fructuum quos non facit suos, & restituere tenetur, similis est malæ fidei possessori.*

7 *In computatione fructuum cum melioratiõibus facienda, duo tempora sunt attendenda.*

8 *Opinio Lidaci de Couarruuiàs, & Barbosæ circa computationem fructuum cum melioratiõibus, verior in puncto iuris reputatur.*

9 *Praxis est scientia digestiua 10 Rotæ Decisiones tanquam ius scriptum, in aulis custodiuntur.*

CAPVT. XIII.

Computatio fructuum cum melioratiõibus, quo casu & qualiter sit facienda.

TEXTAT Nunc dubia satis & inextricata quæstio, scilicet quo casu & qualiter fit facienda computatio fructuum cum melioratiõibus, vbi quis ad restitutionem rei cum fructibus (solutis tamen sibi melioratiõibus in re restituenda factis) fuerit condemnatus. In qua difficultate Couarruuias lib. 1. Variarum, capitul. 8. numer. 8. maxime insudauit & loquendo in mala fide possessore (quasi in bonæ fidei quæstio nostra controuersa non esset, ex text. in l. sumptus. ff. de rei vendicatione, & in l. 41. titul. 28. partita 3.) in ea est sententia vt non solum fructus ipsius rei, verum & melioratiõum fructus teneatur possessor victori restituere, neque meliorãs fructus perceptos ex ipsis melioratiõibus, cum eisdem melioratiõibus cõputare & compensare possit, ex tex. in l. fructus. ff. de operis seruorum, vbi si vendicato homine operas habitu ru-

rus ſis expenſæ neceſſarię cum ſeruo illo factæ, operarum æſtimationem, minuunt, & hanc ſententiam ante Couarruuias, tenuit gloſſa in l. quod ſi artificem, verbo penſari. ff. de rei vendicatione, & clarius & expreſsius in l. centum, verbo potuerunt. ff. eodem titulo. Quam Accurſij ſententiam ſequuti fuerunt Angelus Fulgoſius & Bart. in l. ratio. §. quod ſi. ff. de actionibus empti, & alij a Couarruuias relati dicto numer. 8. eamque ſequuti ſunt Menochius de recuperanda poſſeſsione remed. 15. numero. 610. & in Luſitano Senatu, ita iudicatum fuiſſe teſtatur Gama deciſione. 364. num. 11. Hieronymus Gabriel, conſil. 51. Gregorius Lopez in. l. 41. titulo. 28. partita. 3. verbo, *que ſe deſquente*, in fine, Barboſa nouiſsime in. l. diuortio. § fin. 1. par. numero 49. vbi hanc opinionem, & menti & generalitati iurium, in propoſito loquentium conſonatioremvideri profitetur, ibique ad fundamẽta quæ in contrarium adduci poſſunt reſpõdet a num. 50.

Aduerſus tamen prædictam ſentẽtiam tenuit Afflictus deciſione. 87. numero. 7. Carolus Molineus in conſuetudine Pariſienſi. §. 1. gloſſa. 5. numero. 86. vbi teſtatur ſe pluriesvidiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi, vt
2 fructus ipſarum meliorationum, cũ ipſismet melioratiõnibus non compenſentur: idque teſtatur Aluarus Baez de iure emphiteo. quæſtion. 25 num. 26. vbi aſſerit Senatum Luſitanum cotidie iudicare, non venire, in compenſationem fructus quos quis ex ipſamet melioratione percepit, eo quia iniquum eſſet, vt fructus propria induſtria & labore adquiſiti computarentur in pretio & æſtimatione, meliorationis & ſic meliorans de ſuo ſibi ſolueret. Et pro hac opinione etiam iudicatum vidiſſe in eodem Luſitano Senatu teſtatur Gama vbi ſupra, idque in fine illius deciſionis defẽdit aduerſus nouiores Collegas deciſione. 94. in fine. Gaualcan. deciſione. 28. in additione quam ad eam fecit, numero. 8. vbi reſoluit quod ſi res meliorata antea erat aquoſa, vel arenoſa, non tenetur meliorans aliquos fructus reſtituere, neque cũ melioramentis compenſare. Et pluries alios, ibi pro hac ſententia refert, & idem defendit Balaſcus vbi ſup. quæſtione. 2. numer. 19. Boerius, quæſtione familiari. 19. numer. 3. Iulius Clarus in. §. emphiteoſim, quæſtio. 45. numero. 2. Philippus Portius conſil. 92. numer. 105. Inſurgeret enim iniquitas manifeſta ſi bona propria ipſius meliorantis, qualis eſt melioratio cum fructibus ab ipſa melioratione perceptis, compenſare & excomputare teneretur, & hanc etiam rationem aducit Negũſantius de pignoribus. 4. membro. 5. partis, num. 20. vbi reſoluit, quod ſi ille qui fecit meliorationes, eſt bonæ fidei poſſeſſor, irrevocabiliter lucratur fructus reſpiciẽtes ratam ipſarum meliorationum, & huic opinioni tanquam indubitabili ſe ſubſcripſit. Rodoanus in tractatu de rebus eccleſiæ, pa. 411. Ioſephus Ludouicus deciſione Lucana. 7 nume. 13 Gama vbi ſupra, deciſione 364. Vincentius de Franchis deciſione. 109. num. 4. & deciſ. 112. numero 12. Belaſcus ſibi contrarius conſultatione. 38. a num. 20. Gutierrez. 3. parte ad legem regni quæſtione. 68. numero. 17. ſequendo Ioannem Garciã
4 de Expenſis & melioratio. c. 23. num. 54 dicentem receptum eſſe, quod poſſeſſor teneatur compenſare, & cõputare fructus perceptos, quos fundus reddebat ante factam meliorationem, non tamen ipſos quos ex ipſa melioratione percepit, & quod alias manifeſta inſurgeret iniquitas ſi ex

si ex sua melioratione, & eius fructibus teneretur compensationem facere, & quasi ex suo sibi ipsi soluere, & quia de stricto iuris rigore, fructus percepti ex melioratione, nunquam advindicantem pertinuerunt. Et hæc
5 sententia corroboratur, ex eo quia malafides nunquam aufert melioranti, meliorationes, extantes, ergo neque fructus ex ipsa melioratione perceptos, & consumptos. Rursus, quia licet quis possessor malæ fidei dicatur respectu rei possessæ, non tamen habebit malam fidem respectu meliorationum, quas ipse suo labore industria & expensis fabricauit, quas interno & externo animi iudicio suas esse certo scit, & sic earum non tenetur facere restitutionem quarum neque vera neque ficta mala fides est. Vltimo quia bonæ fidei possessor respectu fructuum quos non facit suos
8 & restituere tenetur similis est malæ fidei possessori, vt tenet gloss. in. l. ex diuerso. ff. de reivendicatione, & in l. siquis a non domino, verbo fructus eodem titulo, at vero si iure dominij prædictos fructus habeat, vt quia vsucepit illos restituere non tenetur, gl. Paulus & Imola hoc verisimum esse profitentur, etiam si possessor factus sit ex illis fructibus locupletior, ergo bene sequitur quod neque malæ fidei possessor rei, de qua lis mota est, fructus melioratio nis non restituet, neque illos cum meliorationibus computabit, cũ illos iure dominij habeat, non vero solius possessionis.

7 Erunt ergo in hac computatione facienda, duo tempora considerãda, bonæ scilicet & malæ fidei, id est ante & post litis contestationem, ita vt si bonæ fidei possessor sit fructus ipsius rei vsque ad litis contestationẽ suos faciat, si bonæ vel malæ fidei possessor sit, fructus omnes ex sua melioratione perceptos lucretur, fructus vero ex ipsa re a litis cõtestatione perceptos, deductis expensis restituat, & hi fructus computandi erunt cum melioramentis, qui percipiebãtur ex fundo ante meliorationem, & non alijs. Quod manifestum ex sequenti exemplo fiet. Pone quod fundus ante meliorationem a possessore factam decem quotannis reddebat, & cum melioratione centum valet, certe si post litis cõtestationem reus decem annis rem possedit, & fructus percipit, fructus illi compensantur cum ipsa melioratione. Si vero magis fructus ascendant quam meliora tio valeat, tunc malæ fidei possessor vltra meliorationem, excessum in fructibus consistentem restituit, & ita hunc articulum explicant præcitati Doctores, & licet opinio affirmatiua
8 ab eruditissimo Præside, & Barbosa multis rationibus & argumentis fulcita, in puncto iuris verior videatur, tamen conclusio negatiua in iudicãdo & consulendo, tenenda erit, cum in forensibus nostræ Hispaniæ tribunalibus, frequentius fuerit obseruata, vt ex autoritate multorum probauimus. Erit enim nimis fortis excusatio dicere. *Sic inueni Senatum censuisse*, vt dixit Consultus Paulus in. l. filius emancipatus, ff. ad legem Corneliam de falsis, & Imperator Iustinianus in. §. vltimo, instituta de satisdationibus, ibi. *Omnia apertius a quotidiano Vsu ipsis rerum documentis apparere.* Et in proposito dixit Pomponius in. l. labeo. ff. de statu liberis, *Quod morem agentium sequi debemus*, quod vtique iudex omnino sequi deberet, ex Decio consilio. 131. col. fin. maxime si producerentur aliæ sentẽtiæ Superiorũ, in quibus taliter pronunciatum fuisse apparuisset. ex tex. in. l. 3. C. de ædificijs priuatis, ibi. *probatis hisquæ in oppido frequenter in eo*

dem

dem genere controuersiarum probata sunt. Praxis nāque est scientia digestiua, vt dixit Bald. in l. Æmilius nu. 11 in fine ff. de minoribus, & sub prętextu, prędictarum autoritatū, quotidie noster senatus maxime in dubijs & intricatis quæstionibus animaduertit qualiter alternis vocibus per eius senatores fuerit insimili genere causarum iudicatū. Quinimo & decisiones (maxime Rotæ) tanquam ius scriptum in aulis custodiuntur, & supra dicta tenemēti pro enucleatione eorum quæ notat Iosephus Ludouicus, decis. 34. numero 20. & 21.

SVMMARIVM.

1 *Computatio fructuum acreditore de bonis debitoris collectorum, qualiter fieri debeat cū interesse pecuniæ pro qua addicta fuerunt bona debitoris.*

2 *Compensatio ipso iure fit ad impediendum cursum vsurarum, in omnibus contractibus.*

3 *Compensatione etiam ab homine non opposita, fit ipso iure compensatio, ad impediendum cursum vsurarum.*

4 *Compensatione ipso iure facta, si debitor soluerit debitum, potest illud condictione indebiti reputare*

5 *Compensatio quando inducitur per factum hominis potest fieri de specie ad quantitatem.*

6 *Compensatione facta a lege, ipso iure habet locum, etiam de specie ad quantitatem.*

7 *Fructus extenuant sortem ipso iure in prætorio pignore.*

8 *Compensationis exceptio, in hoc ab alijs differt exceptionibus, quod reliquæ exceptiones nō eliduntactionem nisi in iuditio proponantur, & ab eo tēpore quo sententia lata fuit in fauorem excipientis, ea vero extra iudicium vbi primum opposita fuerit, ipso facto debitum extinguit aduersarij.*

9 *Creditor si petat debitum compēsatum, incidit in pœnam petentis quod sibi non debetur.*

10 *Debitor si soluat debitum quod iam compensauerat ipso iure conditione indebiti repetere potest.*

11 *Compensatione inducta per protestationem extra iudicialiter factam, si debitū adhuc soluatur, habet locū solutiretentio.*

12 *Compensatio iure opponi potest extra iuditium.*

13 *Protestatori & si tutius esset, quando opponitur compensatio protestare quod de inceps vsuræ non currant, tamen protestatione opus non est, quando agitur de euitanda pœna, vsuris, vel interesse incurrendo.*

14 *Compensatio non fit debitæ quantitatis, eo ipso quod fructus bonorum debitoris ad creditorem perueniunt.*

15 *Creditor nullo modo de rigore iuris particulares solutiones recipere tenetur.*

Com-

16 *Compensatio est quædam imaginaria solutio.*

17 *Conclusio. legis 1. & 2. C. de pignoratitia actione qualiter sit intelligenda.*

18 *Fructus rei pignoratæ quando censeantur retenti per creditorem loco pignoris.*

19 *Fructus rei pignoratæ, tunc demũ extenuant sortem, quando iam sunt consumpti, vel ad pecuniam redacti, alias secus.*

20 *Bona debitoris si addicta sint creditori, pro debito vini, tritici, aut olei, si creditor ex bonis, alias similis speciei perceperit, amittet ipso iure specierum consimilium compensatio.*

CAPVT. XIIII.

Computatio fructuum bonorum debitoris qualiter sit facienda, cum interesse pecuniæ creditori debitæ, vbi creditor possidens bona debitoris, condemnatur vt tradita sibi pecuniæ cum interesse ad rationem quatuordecim redat debitori bona a se possessa cum fructibus.

ASSIDVE in Hispaniæ supremis tribunalibus, creditoribus bona debitorum ex causa iudicati (procensu) possidentibus creditores isti debitoribus conueniri solent petendo, quod accepto debito pro quo fuit facta addictio cum interesse creditores ad restitutionem talium bonorum cum fructibus (qui facto calculo) supererunt condemnentur ex praxi tex. in l. 1. C. si benedicto pignori agat. & l. si minori. C. de iure fisci lib. 10. Gama decis. 232. num. 4. & de hac praxi plura testatur Parlad. lib. 2. rerum quotidia. cap. fi. §. 16. num 7. & 8. Florez in addi. ad decis. Gomæ decis. 40. col. 3. ad fin. vers. in his tamen regnis quod de iure aliter locum nõ habet, quæ si debitor ante omnia principale debitum cum expensis offerat ex dict. l. 1. Petrus Surdus cons. 39. num. 24. & 25. Roland. cons. 32. num. 16. vol. 1. quo casu cum res addicta fuit creditori in pignus prætorium etiã post triginta annos poterit debitũ cum expensis & reddiribus creditori offerri, maxime stante enormissima læsione ex his quæ notat glos. & Doctores communiter in l. cum notissimi. §. eodem iure verbo opponere. C. de præscriptio triginta vel quadraginta annorũ fine. Et regulariter iudices nostri quadam prætoria humanitate moti hoc casu sententiam proferunt condemnando creditorẽ, vt tradito sibi principali debito cum interesse, ad rationem quatuordecim pro milliario talia bona ipse creditor cum fructibus a die aceptæ possessionis, vel saltem litis cõtestationis restituat, ad cuius rei liquidationem, calculatores per partes nominari præcipitur ideo que videndum erit, qualiter computatio fructuum, cum principali debito, & eius interesse hoc casu fieri debeat.

Et in primis dicendum videtur, quod prius liquidandum sit, quantum ascendat quolibet anno interesse

tereſſe pecuniæ creditoris, deinde quantus fuerit valor fructuum illius anni, & facta compenſatione in concurrentibus quantitatibus, ſi aliquid de valore fructuum, in poteſtate creditoris remãſerit, ſtatim & ipſo iure fiat cõpenſatio, cũ alia ſimili quãtitate principalis debiti, ita vt tanto minus ſit ex inde in principali debito, anno ſequenti, quantũ in poteſtate creditoris permanſit, ſoluto intereſſe vel cenſ anni præcedentis, & ſic de ſingulis (deinde) annis fiat, quæ quidẽ cõputatio ſequentibus ſuadetur rationibus.

Primo quia eo ipſo, quod penes creditorem aliqua pecunia, vltra in tereſſe remanſit, pro rata illius pecuniæ, ipſo iure cenſetur facta compenſatio cum principali debito, ex tex. in l. cum alter cum l. ſequ. ff. de compenſatio & in l. ſi conſtat
2 C. eodem, & in l. 21. titulo 14. parti. 5. vbi ad impediendum curſum vſurarum, fit ipſo iure compenſatio, quod non ſolum locum habet, in contractibus bonæ fidei ſed generaliter in omnibus contractibus, vt in l. inter tutores 37. ff. de adminiſtratio. tutorum, & in l. poſtea quã 21. ff. de compenſationibus, & in l. eius C. de ſolutionibus. Igitur cum debitor ſoluere debeat ſortem cum intereſſe, dicendum videtur quod pecunia illa ex fructibus redacta, & â creditore iam imburſata ex eo tempore quo illam imburſabit, ſortem principalem minuerit & extenuauerit, & tandem ipſo iure cenſeatur (ex illo die) facta compenſatio, cũ alia ſimili quantitate, etiã ſiab homine oppoſita non fuerit ab
3 initio, cũ enim hoc caſu lex ipſa perimat debitũ ipſo iure, ad impediendũ curſum vſurarum, nõ erit opus vt compenſatio ab homine opponatur, argumento tex. in l. quæ ſub conditione. §. fin. ff. de conditio. inſtitutionum, & ita tenet in terminis Socinus in l. Iulianus numero 10 ff. de conditio. & demonſtratio. numero 10. Barboſa nouiſsime in l. diuortio. §. ob donationes numero fin ff. ſoluto matrimo. vbi plus di
4 cit, quod in tantum ſupradicta concluſio nititur veritate, vt ſi facta compenſatione alege ipſo iure, debitor ſoluiſſet illam quantitatem compenſatam creditori, poſſet, illam conditione indebiti repetere.

Præterea non ſolum vbi creditor in pecunia fructus bonorum creditoris redigiſſet, compenſatio fieret ipſo iure, verũ etiã ſi adhuc creditor penes ſe fructus in ſpecie reti neret, & ſua negligẽtia illos nõ diſtraxiſſet, quia licet verum ſit, quod
5 quãdo cõpenſatio inducitur per factũ hominis, non admittatur cõpenſatio de ſpecie ad quantitatem, vt in l diuortio. §. ob donationes ff ſoluto matrimonio, vbi hoc tenet
6 gloſ. verbo cõpenſationes, tamẽ quãdo compenſatio fit ipſo iure, ex legis diſpoſitione, etiam fiet compenſatio de ſpecie ad quãtitatem, vt tenet Alber. in l. filiũ quẽ habentẽ. C. familiæ herciſcun. col. 5. ante medium. Cuius ſentẽtiam firmauit Decius in authen. præterea n. 10. & ibi Fabian. de Monte n. 47. C. vnde vir & vxor per tex. in l. in quartam 90. ff. ad legem falcid. cum igitur in noſtro caſu ad impediendum curſum vſurarum compenſatio miniſterio legis fiat, quæ non permittit vt alter alterius pecunia, ſine compenſatione vtatur, hocque inducat æquitas, legis curauit. C. de actioni. empti. neceſſarium non erit, vt talis compenſatio à parte opponatur.

Rurſus quia cum iudex profert ſententiam de qua agimus, videtur inuere, creditorem illum ſimplicẽ,

à tempore aceptæ poſſeſsionis, iure pignoris bona debitoris poſſediſſe, non vero titulo venditionis, quia ſi hoc titulo poſſediſſe cenſeretur, nõ vtique locum haberet tale quid pronuntiare, neque hoc vllo iure fundaretur, vnde cum inſtar pretorij pignoris iudicetur & in prætorio pignore fructus ipſo iure extenuét
7 ſortem, vt in l. Titia. ff. de ſolutio. creditor de quo agimus facta compenſatione fructuũ concurrẽtiũ, cũ intereſſe ſibi debito, quod illi in burſa ſupererit de fructibus, tanquã iã ſibi non deberetur, ſtatim cõputare debet in ſortẽ principalẽ, ad impediendũ curſum vſurarum, vt manifeſte probatur in d.l. Titia, ibi. *Sed ſi forte vſurarum quoque rationem, arbiter dotis recuperandæ habere debuerit, ita computandum, prout quodque ad mulierem peruenerit, nõ vt ex vniuerſa ſumma decedat, ſed prius in eã quantitatem quam vſurarum nomine mulierem conſequi oportebat, quod non eſt iniquum.* Quod maxime locũ haberet ſi vel extra iudicialiter debitor corã creditore proteſtaſſet, vt ex tunc haberet illã reſiduã quantitatẽ pro ſatisfactione ſortis principalis, vt in fortioribus terminis tenet Nauar. in tractatu de vſur. q. 39. vbi dicit quod cenſus redimi poſsit per compenſationem debiti liquidi, ſi debitor opponat creditori coram iudice competẽti, qualiter creditor debet ſibi tantum liquide quãtum valet ſors principalis cenſus, & petat iudici, vt iubeat creditori, quod habeat cenſum pro redẽpto, vel ſi eũ extra iudicialiter conueniat, & ei proteſtetur quod ex tunc habeat cẽſum à ſe illi debitũ pro redempto, proteſtãdo quod virtute talis cõpẽſationis intẽdit, ſe amplius obligatum non remanere cenſus ſolutioni, nec velle vt vltra duret, ſed vt extingatur mediãte dicta compẽſatione, ex hac ſola proteſtatione cẽſeatur cẽſus redẽptus. Quã ſentẽtiã probare intẽdit argu. legis vltima & earũ quæ ibi notant doctores ff. de compenſatio. Et quod curſus vſurarum & reddituum ceſſet, vſque ad concurrentem quantitatem, à tẽpore quo illud reſiduum in burſa creditoris permanſit, probatur manifeſte in l. cũ alter ff. de cõpenſa, vbi oppoſita exceptione cõpẽſationis per debitorem ſtatim concurrentis quãtitatis fit cõpenſatio, ergo idẽ & in noſtro caſu dicendum erit.

8 Rurſus pro prædicta ſententia facit, quia exceptio cõpenſationis, in hoc ab alijs exceptionibus differt, quod reliquæ exceptiones oppoſitæ in iudicio, tãtũ elidũt actionẽ, vt in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis neq; eã perimũt quouſq; ſententia fuerit latã in fauorẽ excipientis, vt tenet Bart. in l. Iulian. nu. 34. ff. de conditio. indebiti, ſed exceptio cõpenſationis, eam habet naturam, vt vbi primum oppoſita ſit, ipſo facto debitũ extinguat aduerſarij, & conſequenter actionẽ etiã antequam feratur ſententia, vt in §. in bonæ fidei inſtitu. de actioni. l. fin. C. de cõpenſationibus notat Barto. in l. ſi plures n. 4. ff. de fide iuſſo. Bald. in l. ſi cõſtat numero 3. C. de compenſatio. Afflictus deciſione 121. numero 2. & hæc eſt veritas, quidquid in cõtrarium voluerit Paul. in d.l. ſi cõſtat.
6 Quod in tãtũ verũ eſt vt ſi oppoſita exceptione cõpẽſationis adhuc perſiſtat creditor in petendo debito, iudicialiter incidit in pœnã petentis illud quod ſibi nõ debetur de qua in l. eũ quem temere. ff. de iudicijs, & in ca. 1. de plus petitio. & ita tenet
10 Barboſa vbi ſupra & pariter ſi debitor illam quantitatem ſemel compẽſatam ſoluat, habeat locum eiuſ-

dem

dem repetitio argumento l. quod dicitur. §. fin. ff. de impēsis in rebus dotal fact. tradit Bart. in l. ſicum dotē n. 1. ff. rerū amotarum loquendo, in ſimplicis debiti compenſatione. Et hanc ſententiā tenet gloſ. in l. Stichū. §. creditor verbo liberari in fine. ff. de ſolutio. Barboſa in d. §. ob donationes n. 32. circa finē, dicens
11 amplius quod ſiquis oppoſuerit cōpenſationē etiam extraiudicialiter habeat locū prædictus effectus, eo quod cū cōpenſatio per proteſtationem ipſo iure inducatur nō eſt opus facto iudicis, adidq; refert ex Bart. in l. verū ff. de cōpenſationibus Al-
12 bericū in l. ſiquid â fideiuſſore ff. eodem tit. vbi expreſſe tradit compenſationem opponi poſſe extra iudiciū. Butricarius in l. debitor ff. de negotijs geſtis, & in propoſito dixit Tiraquel. de retractu 1. p. §. 3. gloſ. 3. n. 10. quod & ſi tutius eſſet proteſtationem fieri & hoc cōmuniter te-
13 neatur, tamen opus non eſt proteſtatione vbi ageretur de euitāda pœna, vſuris vel intereſſe ex tex. in dicta l. ſi conſtat, & ita tenet Abbas in cap. bona fides n. 11. de depoſito Raphael Cuma. conſ. 196. colum. 2. lib. 7. n. fin.

Pro cōtraria vero parte imo quod cōpenſatio illius reſidui fructuum, nullo modo fiat ex ſequentibus ſuaderi videtur, primo quia cum creditor iuſto titulo iudiciali præcedente, habeat poſſeſſionem bonorū debitoris proculdubio fructus omnes, ex illis collectos (& maxime cōſumptos) ſuos facit, vt probat Barto. in l. â D. Pio §. ſi ſuper rebus. ff. de reiudicata. Bald. in l. cōſentaneū. C. quomodo, & quādo, iudex Marinus Frecius de præſentatione inſtrumentorum quæſt. 5. par. 16. & ideo nullo modo locū habebit cōpenſatio ſupradicta, cū debitor nullos fructos debitoris habeat, non entis namque nullæ ſunt qualitates l. 1 ā & ſi ſub cō ditione. ff. de conditio. inſtitutionū,
14 quinimo & ſi talia bona creditor pignori haberet, adhuc per ſolā per uentionem fructuū ad creditorem, non fieret ipſo iure cōpenſatio, cum talia bona habeat reuocabiliter vt in l. ſticū §. ſi creditor ff. de ſolutio. ibi. *neque enim ipſum ſoluiſſe pecuniā credendum eſt, à quo hæreditas euincitur*. Rurſus quia licet verum ſit, quod vbi aliqua pars pecuniæ, vel eius rei, quæ pondere & menſura cō ſiſtit, ſoluitur creditori, valeat & teneat ſolutio, & pro ea parte debitor liberetur, vt in l. 2 §. & harum, vbi gloſ. & communiter ſcribentes, & in l. cum ſtichum ff. de ſolutio. Hoc tamen debet intelligi quādo eo animo â creditore fuit acepta, vt eidem videretur ſoluta. Secus tamen
15 ſi creditor id recuſaret. Nullo enim modo (de rigore iuris) cogitur creditor particularem ſolutionem recipere l. Tutor. §. Lutius ff. de vſuris l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi certum petatur l. fiſtulas §. qui fundum ff. de contrahenda emptione, notat Antonius Gomez 2. temo varia. c. 10. n. 2. verſ. 3. caſu: & ratio eſt ſecundū prædicta iura, quia hæ particulares ſolutiones quam plura incommoda afferunt creditoribus, vt in præcitatis iuribus cauetur.

Præterea quia ſi creditor teneretur compenſare reſiduum fructuum debitoris in ſortem: ſtatim quod illos percepit vel conſumit, vt iam exinde ceſſaret intereſſe alterius ſimilis quantitatis principalis, in anno ſequenti, efficeretur, vt creditor fructus perſe retentos cū intereſſe reſtitueret, quod patet quia ſi ob retentionem quā fecit decentū ducatis, alterius ſimilis quantitatis ſuæ, intereſſe non percipit, per inde eſt

ac si fructus cum interesse restitueret, cum tanto minus de interesse
16 suæ pecuniæ percipiat. Compensatio namque idem est quod quædam imaginaria solutio, effectu (saltem) considerato, vt in l. si debitor. §. fin. ff. qui potiores in pigno. habeantur l. deducta. §. numis ff. ad Trebelianum Bartol. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Bald. in l. final. ff. de compensationibus. Tindarus in tractatu de compensationibus in principio.

In hac tamen difficultate, ego distinguendum existimo, in hunc sane modum, quod aut fructus per creditorem de bonis debitoris quantitatis percepti extant in specie, in eius potestate tempore quo rationes calculantur, & tali casu etiam si debitor antea protestauerit vt illos pro soluto haberet, & vt ex eorum pretio, sors principalis extenuetur, adhuc creditore reluctante cõpensationi locus non sit, cum illos iure pignoris habere censeatur, eo quod de quantitate ad speciem non habeat locum compensatio, vt in l. diuortio & ibi glos. & communiter scribentes. ff. soluto matrimonio, quod non solum, locum haberet in pignore prætorio verum etiam in pignore conuentionali, vt aduertit Bartolus in l. si cui. §. quæri poterit, per tex. ibi ff. vt in possessione legato, & Barbosa, in d. §. ob donationes
17 num. 26. vbi ad intelligentiam legis 1. & 2. C de pigno. actio. dicit, quod conclusio dictarum legum, quatenus probat fructus perceptos ex re pignorata extenuare sortem principalem, intelligenda sit postquã fructus fuerint consumpti, vel ad pecuniam redacti, nam alias de fructibus ad quantitatem minime fiet compẽ
18 satio, sed fructus censentur retenti per creditorem loco pignoris, ex l. 3. c. in quibus causis pig. & in l. si conuenerit. ff. de pignoratitia actione, ibi. *ergo si id nomen pecuniarum fuerit, exactam pecuniam, tecum pensabis, si vero corporis alicuius id quod acceperis erit tibi loco pignoris*, & Barto. in l. neque scriptura n. 5. & in l. si
19 propter. ff. de compensationibus tũc demum fructus sortem principalem extenuare firmat quando iam sunt consumpti, vel ad pecuniam redacti, si vero bona debitoris addicta
20 fuissent creditori pro debito frumẽti, olei aut vini, & creditor percepisset ex bonis debitoris alias similes species, tali casu ipso iure compensatio fieret, si debitor protestasset vt compensatio fieret alias non cũ compensationis protestatio, vbi primum proposita sit, extinguat debitum ipso iure, alias non vt per Vincentium de Franchis decis. 53. nu. 2. i. p. Et hoc superius probauimus, nisi essemus in casu in quo ex natura cõtractus, vel ex legis dispositione, vsuræ vel interesse, hinc inde deberentur vt in dicta l. cum alter & in d. l. si cõstat, & lege partitę supra relata.

Si tamen compensationes non fuissent oppositæ quolibet anno, respectu cuiuslibet residui fructuũ, & lata fuisset sentẽtia modo supra proposito, calculatores prius liquidabunt, quantum ascendat principale cum omnibus redditibus, deinde valorem fructuum, & ex illorũ fructuum pretio, quo distractos fuisse apparuerit, prius fiet solutio principalis, deinde fructuum cum interesse fiet computatio, & compensatio, vt supra n. 1. prædiximus. Supradicta tenementi quia raro ea scripta reperies.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditor cẽsualista, an quod receperit à debitore pro liberanda, aliquam ex rebus hypothecæ suppositis, recipere in calculo, sortis debeat, tempore redemptionis principalis.*

2 *Subrogatus, sapit naturam illius in cuius locum subrogatur.*

3 *Malitijs non est indulgendum.*

4 *Ratione periculi quod timeri potest, quis pretium recipere valet.*

5 *Creditor si ratione pecuniæ mutuatæ, notabilem subijt laborem, recte ei licebit fructus in sortem non computare.*

6 *Creditor si subijt magnos labores in re pignorata cultiuanda fructus eius suos facit, neque eos in sortem computare tenebitur.*

7 *L. periculi pretium. ff. de nautico fœnore explanatur.*

8 *Fideiussor censualis si aliquid dedit creditori, vt illum à nexu obligationis fideiussoriæ liberaret, an tempore redemptionis, quod ita accepit, de sorte principali excomputare debeat.*

9 *Argumentum de re ad personam, validum est in iure.*

10 *Datum ab alio, quam debitore creditori pignoratitio vltra sortem ex post facto, non censetur datum vel acceptum propter ipsam mutationem.*

11 *Repeti an possit à principali quod fideiussor dedit creditori censuali, vt illum à fideiussione liberaret.*

CAPVT. XV.

Creditor cẽsuarius si aliquid à censualista accepit, vt aliquam ex hypothecis liberaret, an quod ita recepit, tempore redemptionis teneatur in sortem computare.

EXTAT nunc in terminis vintilata quæstio, vtrum illud quod creditor censualista à debitore census recipit, eo pacto vt vnam ex hipothecis cẽsui suppositis à nexu hipothecæ liberet, tempore redemptionis census, illud in calculo sortis principalis recipere teneatur vt super eo debeat fieri computatio & redẽptio. In qua difficultate dicendum videtur, quod summa pecuniæ pro tali liberatione hipothecæ accepta debeat excomputari de sorte tempore redẽptionis annui reditus, quod ex sequentibus suadetur. Primo quia illa pecunia creditori data pro pignoris remissione & relaxatione loco eiusdẽ hipothecæ habetur, & subrogatur ad indẽnitatẽ creditoris, & amplius inter vsuriũ, illius pecuniæ recipit, itaque cũ annuo cẽsu

redẽpto,hipothecæ ipſo iure ad debitorẽ reddãt eodẽ modo pecunia ſubrogata loco hipothecæ reddere, vel ſaltim excõputare debet cũ ſub
2 rogatũ ſapiat naturã eius in cuius locũ ſubrogatur l.1.§.hoc.ff.ſiquis teſtamẽto liber eſſe & in l.1.§.ſimiliq; modo C.de boniſque lib.

Secundo quia ſi dicta excõputatio non fieret proculdubio tẽpore redẽptionis creditor aliquid vltra permiſſum intereſſe percepiſſet, quod vtiq; iure nõ eſt permiſſum vt in extrauagãti Martini de emptio. & venditio.& ſic ratione iniuſtitiæ contractus cenſualis poſſet reſcindi, vel ſaltẽ repeti quod ita datum fuit,ne locupletaretur creditor cũ aliena iactura legibus non permiſſa,& hanc ſententiã in terminis noſtris tenuit Cauali.de vſuris n.255. cum ſequenti vbi dicit,quod ſi ſummam illã,â creditore) ea ex cauſa) receptam,ſaltẽ in intereſſe annuorum reddituum non computaret,proculdubio diceretur aliquid vltra ſortem recepiſſe.Rurſus & tertio,quia ſi hæc ſententia vera non eſſet, manifeſta aperiretur via fraudibus , & malitijs fœneratorum, & eorũ qui pecunias ſuas, in emptiones annuorum reddituum collocare ſolent,cũ ſub ſimilibus pactis & non alias pecuniam ſuam mutuarent , & ſic aliquid vltra ſortem acciperent. Cum
3 ergo malitijs non ſit indulgendum, vt dixit Conſultus in l. infundo.ff. de rei vẽdicatione proculdubio dicendum videtur , quod cenſualiſta iuſtam in hoc foueat cauſam, vt talis pecunia ſaltem ex redditibus ex computari debeat.

Contraria tamen ſententia multis etiam iuris inſtitutis fulcitur. Primo quia cum per remiſsionẽ & liberationem vnius hiphotecæ non poſsit negari quin minus ſit cautũ creditori,cum aliæ poſſent interim
4 perire igne,caſmate , vi ventorum, vel tempeſtatis,ſiue belli cauſa, ratione futuri periculi quod in ſe ſuſcipit aliquid accipere inciuile non erit,ratione enim periculi quod timeri poteſt, quis pretium accipere valet,vt in l.periculi pretium,& ibi gloſ. fin. & communiter ſcribentes ff.de nautico fœnore.

Secũdo pro hac ſentẽtia facit doctrina ſingularis Hoſtien.in ſumma
5 de vſuris §. in aliquo,verſi.10.quatenus dicit,quod quãdo creditor, ratione pecuniæ mutuatæ notabilem ſubijt laborem,vel periculum,iuſte poteſt nõ computare fructus in ſortem principalem & eius ſententiã ſignauit Ioannes Andræas in c. conquæſtus de vſuris. Neguſantius de pigno.membro.5.partis 2.nu.3.Accedat etiam ſententia ſingularis Baldi.in l.quamuis C.quibus modis
6 pigno.taci. contra vbi dicit , quod &ſi creditor teneatur fructus pignoris in ſortem principalem computare,tamen id facere non erit obnoxius,quando ſubijt magnos labores in ipſa recultiuanda , quia tunc cedunt ſibi lucro,neq; aliquid in ſortem computare tenebitur. Quã ſententiã refert & ſequitur Nicolaus Boerius deciſ.44.nu.24. Ex quibus quæſtio noſtra ſatis difficilis apparet. Sed prædictis non obſtantibus
7 ſentẽtia Cabalini ſupra relata tenẽda erit,cũ fortioribus nitatur iuris inſtitutis,& eam tenendo, non obſtat tex.in d.l.periculi pretium pro contraria ſententia adductus, quia deciſio illius tex.locum habet quando â cõmuniter accidentibus expa &o, aliquod imminens periculum timeri poſſet,ſecus tamẽ ſi periculũ eſſet de raro cõtingẽtibus , prout in exẽplis ſuperius propoſitis,eo enim caſu periculi pretiũ,recipi nõ poteſt

quia

quia non eſt expectãdus triſtis euẽtus,vt in l.inter ſtipulãtem.§. ſacrã ff.de verborum & ita colligitur ex Hoſtienſe & alijs quos pro contraria ſententia adduximus. Nec etiã obſtat ſententia Bald.quia eius ſententia ex iudicis arbitrio pendet.

8 Quid tamen dicendum erit, ſi fideiuſſor pro annuo redditu datus aliquid dedit creditori cenſuali vt eũ ab obligatione fideiuſſoria eximeret,an quod ita datum fuit, debeat computari in principali tempore redemptionis & reſtitui fideiuſſori.Et dicendum videtur, quod idem ius in hac quod in præcedenti quæſtione,verſetur, ſi quidem in omni caſu iſte creditor tẽpore redẽptionis vltra principali cũ redditibus reperitur locupletatus, & vltra ſortẽ & redditus aliquid recepiſſe cõſtat. Cõtra tx in l.ſi pignore ff. de pigno. actione.Ex cuius tx. deci. hæc noſtra ſentẽtia omnino probari videtur; ibi enim creditor pignoratitius cõputat in ſortẽ quidquid accipit â fure pignoris, (de quo ibi) ratione duplæ:ergo eodẽ modo creditor noſter recipere debet quidquid accepit â fideiuſſore,vt illũ annexu fideiuſsionis liberaret.Rurſus quia ſi id facere tenetur quãdo accepta pecunia,rẽ hipothecatã remiſit & liberauit,vt ſupra probauimus,eadem ra-

9 tione quando perſonam fideiuſſoris liberauit ab obligatione interueniente pecunia,quia validũ eſt argumentum de re ad perſonam, vt in l. ſingulis cum l. ſequenti ff. de vulg. Bartholomæus de Hutio in tractatu de ſubſtitutionibus cap. 5. verſ. 15. vol 5.

Contraria tamen ſententia, imo quodâ fideiuſſore(pro eo liberãdo) receptũ in ſortẽ cõputari nõ debeat ex eo ſuadetur, quia cũ tale pactum non fuerit factum in limine contractus,ſed noua vera & efficaci cauſa poſt facto interueniente, iuſtiſsime creditor cenſuarius, illud certũ quid accipere potuit,pro liberando fideiuſſore â vexationibus & periculis quæ inſunt huic oneroſo fideiubendi officio.Magis enim creditor præmiũ remiſſæ actionis cõſequtus videtur,quam aliquid vltra ſortem, vnde cum actiones & cedi & vendi poſsint,vt in Rubro,& nigro de hæreditate vel actione vẽdita, iuſ ſuũ (accepto pretio)recte potuit remittere neq; illud pretiũ tempore redẽptionis accepto ferre tenebitur, cũ ius ſuũ ex tali remiſsione periculo deteriorationis poſuerit.

10 Rurſus quia datũ ab alio quã debitore,creditori pignoratitio,vltra ſortem ex poſt facto, nõ dicitur datum pro ipſa mutuatione,ſed magis pro vexationis redemptione. Ex quo reſultat quidam contractus innominatus: facio vt des, quo caſu ceſſat vſuræ periculum, & præſumptio,vt tenet Iacobus. Butricarius in l.1.C.de Nautico,fœnore, Bald. in l.cunctos populos nu.4. verſ. itẽ do.C.de Summa Trinitate idque tenet Caualinus vbi ſupra q.3. nu.92. vbi hanc communem Theologorũ ſententiam reputat.

Ego tamen in propoſita quæſtione ita diſtinguẽdũ exiſtimo,an creditor ex tali remiſsione, & liberatione fideiuſſoris, alicui periculo ius ſuũ exponat,nec ne.Primo enim caſu abſq; crimine vſuræ licite aliquid pro tali liberatione recipere poterit.cũ nõ ſolũ ipſe liberet fideiuſſorẽ â periculo fideiuſsionis verum etiam ius ſuum manifeſto periculo exponat:& ſic erit intelligendus tex. in l. periculi pretium ff. de Nautico fœnore.Quinimo & in ſimplici mutuante hanc ſententiam veram exiſtimat Caualinus vbi ſu-

pra q. 46. nu. 257. ea nixus ratione quia non recipit illam quantitatem nomine principalis debitoris, nec de bonis ipsius, ne. eius occasione, sed potius vt ipse fideiussor suã redimat vexationem, quam verisimiliter expectare & timere potuisset. Quo casu licitum est creditori, aliquid vltra sortem recipere, vt tenet D. Thom. in tractatu de vsuris ca. 9. Conrad. de contract. q. 39. Sylue. in summa verbo vsura el 10. q. 34. Cou. lib. 3. varia. c. 2. n. 6. ad medium.

Neq; his oberit si dicatur quod tex. in d. l. periculi pretiũ, tantum loquitur in Nautico fœnore, quia potest respõderi, quod vera ratio decid. illius tx. ad omnes alios contractus (ex identitate rationis) adaptari valet, siquidẽ ea est potissima, quia periculũ instabat cõsiderabile tẽpore receptionis pecuniæ: Vnde cũ in nostro casu versetur supradictũ periculum ex parte creditoris, iure tale quid recipere poterit neque in sortem aliquomodo cõputare debuit, & si postea iste creditor, reperiatur indemnis â periculo quod timuit, cessante tamen periculo, prout cessat ab initio in casu quo creditor pecuniam loco hipothecæ recipit â debitore, secus est quia nunquã potest timeri de aliquo periculo imminenti, de præsenti, vel de futuro, vt tenui in casu præcedenti, tenetque Coua. lib 3. var. c. 2. n. 6. ad medium versi. & præsertim.

Restat modo videre, casu quo periculũ aliquod timeri non potuit, per creditorẽ, tẽpore receptæ pecuniæ pro liberando fideiiussore cui cõpeteret ius repetendi, vel excomputandi ipsi debitori principali, an fideiiussori, qui pecuniam pro libertate præstauit. Et in hoc articulo resolutiue est tenendũ, quod ipse principalis, vel compensare vel repetere possit, cũ ei interest, vt eius fideiiussor indemnis â fideiiussione omnibus modis maneat, ac demum ab ipso debitore, repetet fideiiussor, vel cedi poterit actio â principali fidei iussore, vt ipse â creditore reperat argum. tex. in l. in creditore ff. de cuictio. ibi *cui enim non æquum videbitur, vel hoc saltẽ consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris futurũ est.* Et ita respondet Caualinus loco supra proxime citato num. 258.

SVMMARIVM.

1 *FIdeiiussor si aliquid pro fideiubendo à principali accepit, ipso indemne existente, an illud principali reddere, vel excomputare teneat, de eo quod principali soluit.*

2 *Donatum à principali eius fideiussori, pro bono opere fideiubẽdi, magis videtur datum, in pignus futuræ indemnitatis, quam vt suũ absolute faciat.*

3 *Fidem non iubens pro proximo suo an dicatur facere contra charitatem, & numquid ob id peccet.*

4 *Turpiter pro faciẽdo quis recipit, sed gratis facere tenebatur.*

5 *Fideiussor qui certo scit in limine fideiussionis, se ex illo actu fideiubendi nullum damnum incursurum, nihil potest recipere pro actu ipso fideiiubendi.*

6 *Fideiiubens licitè & absque criminis labe, pro actu fideiubendi mercedem recepit.*

7 Da-

7 *Datum ratione periculi subeundi, ob honestam causam acceptum censetur.*

8 *Fideiiubendi actus, est nimis periculosus, onerosus, & damnificatiuus, quinimo & stultitiã sapit.*

9 *Fidemiubens dicitur male uti substantia sua.*

10 *Generale mandatum cum libera habens, ad administrandum, non ex eo habet licentiã nomine domini fideiubendi, eo quia hic actus fideiubendi, magis potest dici dissipatio, quã administratio.*

11 *Assecuranti periculũ nauis, an aliquid pro assecuratione recipere liceat.*

12 *Perpetuum nihil est sub sole.*

13 *Pecuniam parere immediate pecuniam, lege diuina naturali Canonica & Ciuili prohibetur.*

14 *Debitor quodammodo dicitur seruus creditoris.*

CAP. XVI.

Fideiussor qui aliquid recepit, pro actu fideiubendi, si uirtute lastri apprehendit possessionem bonorũ principalis debitoris, an eo indemne existente, quod recepit pro fideiubendo, debeat recipere in calculo, eius quod soluit pro principali debitore.

QVÆSTIONEM nostram satisfuisse controuersiam, in facti cõtingentia me patrocinante certo scio, & ideo illã (quasi cõputationem quandã continet) hic inserere liber, quidã enim Ferdinandus â Mendaña intercessit pro Roderico Perezio pro certo annuo redditu, centũ ducatis â Roderico pro hoc actu fideiubendi acceptis, deinde fideiussor iste aliquibus annis fuit executatus, pro redditibus & annum redditum soluit. Et cessis sibi actionibus à creditore possessionẽ bonorũ dicti Ferdinãdi fuit assequutus. Cũ autẽ Ferdinãdus prætẽderet, de fructibus & alijs quãtitatibus pecuniæ â se Roderico datis, satisfactũ fuisse de principali cũ redditibus, eũq; indẽnẽ extitisse, cõputatis illis centũ quæ sibi pro fideiussione tradidit, dubitatur, an accepta pro fideiubendo debeant per fideiussorẽ istũ in calculo recipi. In qua difficultate dicendum videtur, quod illa cẽtũ â fideiussore pro actu fideiubendi accepta computari debeant in ratione illius principalis quod fideiussor redemit, & redituũ quos soluit, idque ex sequẽtibus conclusionibus ignotescere videtur.

1

2 Primo quia illud quod datur fideiussori, pro bono opere fideiubendi, videtur datũ in pignus futuræ indẽnitatis, ergo si tẽpore redemptionis reperiatur indemnis, nullo modo illud retinere poterit, cum

3 causa retinẽdi cesset: hic enim actus fideiuuendi est admodum charitatiuus, quod si quis pro suo proximo

nō fideiubet, dicitur facere contra charitatē, & peccat teſte Abbate diſputatione 16.q.2.n.2.verſ.quintus caſus Archidiaco.in c.ſicut 11.q.1.nu. 2.Romano in l.non ſolū.§.morte.ff. de noui.ope.nunt. vbi omnes affirmant, quod licet laicus iure Ciuili vel Canonico attēto non teneatur pro ſuo proximo fideiubere, id tamē iure naturali inſpecto facere eſt ob noxius alias cōtra charitatē peccaret: quod ſi laici hoc opus bonū facere nō velint, clerici ad id adſtringantur. Et hāc ſententiā ſequitur Ioānes de Selua in tractatu de iure iurand. 3.p.nu.24.vol.1. tractatorū. Si ergo naturaliter ad fideiuuēdū erat obligatus, turpiter faceret ſi pecuniam pro fide iuuēdo acceptā, (eo indēne exiſtente) ſibi retineret argu.tex.in l.fin.& ibi notant Bart.& cōmuniter omnes ſcribentes.ff.de cond.obturpē cauſ. vbi dicunt quod quando aliquis, aliqua iuſta ratione inſpecta aliquid facere tenetur, turpiter faceret, ſi pro eo faciēdo aliquid reciperet, idq; improbat Caualin.de vſuris q.31.n.251.& â ſimili pactione abſtinendum fore ſuadet Couar.li.3. varia.c.2.n.6.

4

5 Secūdo prædicta ſententia, confirmatur, quaſi fideiuſſor ſciret in limine contractus fideiuſsionis ſe nullū dānū incurſurū pro tali fideiuſsione, nō poſsit aliquid recipere pro fideiubendo, vt notant doctores in l. periculi pretiū.ff.de nautico fœnore, Gutier. in practicis li.2.c.142.n. 4.plures pro ea referens: ergo eodē modo receptū non poterit retinere, ſi tēpore redēptionis, ſe (nihilo, accepto) indēnē reperit, caſus enim impediēs ab initio, ſi ſuperueniat tollit iā factū, vt in l.pro parte ff. de ſeruitu l.ſi ſub vna.§.ſiquis via ff.de verbo, peruenit enim hic res ad caſum â quo incipere nō potuit, huc etiam illud conuenit quod ceſſante cauſa retinendi debet ceſſare retentionis effectus, argumento c.cum ceſſante de appellatio.

Sed prædictis nō obſtātibus, contraria ſētētia tenēda erit, imo quod nullo modo fideiuſſor (quod pro fideiubēdo accepit) vel reſtituere, vel in caſu propoſito cōputare debeat, quod ex ſequētibus luce meridiana

6 clarior efficitur. Primo quia fideiuſſor licite & abſq; criminis labe poteſt pro fideiuſsione mercedē accipere, ex tx.in l.ſi remunerādi.§. Marius ff.mādati, ibi, *mercedem pactus propter fideiuſsionē* tex.etiā in l. hoc iure.§. labeo ff. de donatio. vbi ex ſententia labeonis dicit Vlpianus, *labeo ait extra cauſam donationis eſſe taliū officiū, mercedes, vt puta ſi tibi affuero, ſi ſatis pro te dedero*, & ibi Bart.& Paul.hoc expreſſe tenent,& eos ſequitur Decius conſ.7.n.1. Palat.Rub.in repeti. capit. per veſtras de donatio.§.9.n.10.& 11. Coua.li. 3.variarū c.2.n.6. Greg. Lop. in l.1. ti 12.par.5.gloſ.verbo.ruego. Et hāc ſententiā dicit cōmunem Auend.2. par.de exeq.mād.c.12. n.22. Barbo. in l.1.3. parte n.54 ff.ſolu. matrim.

Neq; ab eis diſſentiūt Theologi, præcipue Caie.2.2.q.78.art.2. ad 4. Sot.li.3.de iuſt.& iur.q.1.art.2. ante reſpōſionē ad 6.Conra.de cōtract.q. 40.Naua.in manu.c.17.n.285. & in cōmētarijs de cābijs in prin. Medina de rebus per vſuram acquiſitis q.4.ad primum principale & nouiſſime Molina de iuſtitia, dicit, hanc eſſe communem Theologorum ſententiam, tracta. ſecūdo, diſput.319. verſiculo, cōmunis doctorū, in principio dicens eā veram eſſe, non ſolum quando veriſimiliter poteſt timeri, quod ſoluet pro principali, verum & quando nihil tale timetur. Si ergo licite recipere potuit

tuit neque computare in sortem tenetur neque abeo repeti poterit.

Neque huic sententiæ obstat, quod hic actus fide iubendi de quo agimus est quoddã charitatis opus ad quod proximus proximo tenetur, vt supra retulimus: quia non ex eo sequitur, quod ratione periculi, quod propter fideiussionem fideiussor in se recepit, non possit aliquod præmium accipere, quod enim huius periculi subeundi ratione præstatur, datur ob causam honestam, vt notant cõmuniter Doctores in d.l. periculi pretium, vnde cum illud quod ob causam honestam datur, repeti non possit vt in l.1.& ibi notat Bart. ff. de conditio. obturpem causam, neque per consequẽs illud computare tenebitur in sortem quã pro principali debitore soluit. Est enim hic actus fideiubondi nimis periculosus, onerosus & dãnificatus, vt in l. ait prætor. §. nũc solũ el 1.& ibi glos. verbo doceat. ff. de minori. in tantum vt fidem pro alio iubere stultitiam sapiat, vt ostendit Sapiens prouerbiorũ c.17. ibi. *Stultus homo plaudit manibus, cum spondit pro amico suo*, & rursus cap. 22. dicit. *Noli esse cum eis qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis*, vbi noua æditio habet. Ne fis cũ eis qui stipulata manu fideiubẽt, quæ omnia in proposito adducit Coua. d. nu. 6. Cabali. q. 31.& 34. vbi refert etiam in proposito aliud. Sapientiæ locũ dicentem. *Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufert pignus ab eo.* Plura etiam iuxta huius actus periculũ adducit Barbosa in d.l.3. p.n. 58.& in tantum eum damnosum, & onerosum reputat Angelus in l. in personam § non solum. ff de pactis, vt dicat, quod fidem iubẽs dicatur male vti substãtia sua, & eum refert & sequitur Iass. ibi n.3. Alexan. in l. si conitante nu.14. ff. soluto matrimo. vbi addit quod habes generale mandatum cũ libera ad administrãdum, nõ censetur habere mandatũ ad fideiubendum, quia hic actus fideiubẽdi magis dicitur dissipatio, & ita etiam tenet Angelus in d.l. in personã n.2. Paul & Curtius Iunior ibi post principiũ idq; colligitur, ex mente I C in l.3. §. filius ff. de peculio & ex tex. in l. seruus infcio ff. de fideiusso & hãc sententiã latissime prosequitur. Catelianus Cota in memorialibus, verbo fideiussor. Proprie igitur cũ fideiussor ratione huius intercessionis, & fideiussionis ad modũ vrgentibus & verisimilibus periculis, se substantiãque suam exponat, iustissima quidem ratione poterit quidquid pro fideiubendo accepit retinere, etiãsi in effectu fuerit seruatus indẽnis, nihilq; ex suis bonis ratiõe fideiussionis amiserit.

Cõfirmatur præcedẽs sententia ex eo quia sicut assecurãti periculũ nauis, ratione illius periculi, licitũ est accipere pecuniã eo quod in ipso actu lateat imminẽs periculũ, vt in l. in naue Sauseti ff. locati & ibi notat Paul. n.4. Paris de Puteo in tractatu de Ludo vers. an & quãdo sit licita spõsio. Pala Rub. in repet. capit. per vestras. §.9. n.5. Santerna Lusitanus in tractu de assecuratio 1.p.nu. 10. eodẽ modo, licitũ est fideiussori aliquid ratione imminẽtis periculi fideiubẽdi aliquid accipere, cũ quasi certo periculo se exponat, eiq; illud Ouidij Nasonis satis conueniat. *Latet anguis in herba.*

Neq; obstat quod supra pro cõtraria sententia adduximus de fideiussore, qui in initio cõtractus fuit assecuratus, quod nihil ex fideiussione amitteret: quia adhuc esset si opulentissimos fideiussores haberet pro

sua

sua securitate obnoxios, aliquid pro illo actu fideiubēdi posset accipere, eo quod nulla tā efficax & sufficiēs indemnitas in initio præstari potest, quæ adhuc deficere non possit, possent enim facultates assecurātis fideiussorem, interim labi quia vt inquit Horatius.

Omnia sunt homini tenui pēdētia filo,
Et subito casu quæ valuere ruunt.

12 Nihil, enim est perpetuū sub sole vt in l. eū debere colūna. ff. de seruitutibus Vrbano. Idq; variarū historiarū demōstratione satis manifeste cōstat. Neq; etiā obstat quod de mutuāte dicebamus, qui & si suas pecunias mutuatas periculo illas non recipiēdi exponat, adhuc mutui ratione aliquid accipere non potest vt
13 in l. rogatii ff. si certū petat. quia immediate pecunia pecuniā parere ex mutuo, diuina & humana lege improbatur, cū ex hoc prorsus exulare tum charitas vt in c. 3. & 4. de vsuris, & in l. 1. tit 6. lib. 4. recop. quod latissimo sermone prosequitur Naua. in c. si fœneraberis in prin. 14. q. 3. cessaret nāq; & refrigesceret charitas, liberalitas & officiositas proximi erga proximū, omniūq; familiæ vsuris implicarentur, quod maxime indecorū, & detrimēto sum esset, vt elegāter aduertit Cabalinus de vsuris n. 447. ad medū, at vero in fideiussoribus lōge diuersa militat ratio, quippe cū fideiubēs, nō solū bo-
14 na, verū etiā personā quodammodo seruituti creditoris subijciat, debitor enim quodāmodo seruus creditoris est, glos fin. in l. 3. C. de nouatio. Ex quibus in pūcto cōcludo, à cōmuni opinione per Auēdañū supra relatā recedēdū, non fore, quatenus habet, quod fideiussor irreuocabiliter, & sine cōditionis & restitutionis periculo, mercedem propter bonum opus fideiubendi potest accipere, spreta opinione Cabali. in d. n. 251. q. 31. de vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor qui emit hipothecas, à principali censui supposita s, creditore illas possidēte ex causa iudicati, an fructus, earū vel saltim annuū reditū habere possit, & debeat.*

2 *Fideiussor, vt indēnis à fideiussione maneat, omne quod sibi interest solui debet.*

3 *Capere quod non potest fideiussor vt fideiussor, an possit capere vt quilibet.*

4 *Fideiussor pignora principalis emens, tenetur illa principali debitori reddere cū fructibus, soluta sibi sorte principali, cū interesse.*

5 *Officiū suum nemini debet esse dānosum.* (sunt.

6 *Actiones & vendi & cedi pos-*

7 *Fideiussor eo ipso quod titulo vniuersali, siue particulari, lucratiuo, aut onerosō iure creditoris fœneratitij vult vti, & interesse suæ pecuniæ recipere, se vicissim obligat (quādiu debitor principalis voluerit) sortē absque lucro retinere etiā si habeat cautionē indemnitatis.*

8 *Fideiussor emēdo pignora à principali hipothecata, dicitur esse in dolo, si reāditus cēsuales ab illo petat.*

9 *Commodum, nullus ex dolo percipere debet.*

10 *Fideiuſſor pignora luere, non vero emere poteſt.*

11 *Mandatum de fide iubendo ſuſcipiens, videtur etiam ſuſcepiſſe mandatum deſoluendo, & redimendo annum redditum pro quo interceſſit.*

12 *Fide iubendi actus ex gratia, & amicitia originem trahit.*

CAP. XVII.

Fideiuſſor cenſualis ſi cẽſum â creditore emit, vel redemit, & creditor ei tradidit bona â debitore hipothecâta, quæ poſſidebat, iudicis authoritate, pro redditibus decurſis, an fructus ex illis â ſe collectos, in ſortem principalem computare debeat.

SOLENT ſæpiſsime fideiuſſores cẽſuales, pro euitãdis vexationibus, refultãtibus, ex annua cõuẽtione & vexatione pro redditibus, cẽſum â creditore emere, illũ ve redimere aſſueſcũt, dũmodo ius vel poſſeſsio, hipothecarũ quã forte creditor ex cauſa iudicati habebat, ſibi ipſis trãsferãt ac demum iſti principales debitores prætẽdũt, quod ex fructibus ab ipſo fideiuſſore perceptis, tã de principali, quã redditibus fideiuſſor ſit ſatisfactus, ex aduerſo tamẽ fideiuſſor, fructus omnes, â die emptionis annui reditus, ſuos feciſſe cõtendit, virtute ceſsionis iuris quã habet â creditore cẽſuali. Dubitatũ autẽ in 1 facti cõtingẽtia vidi an iſte fideiuſſor, tales fructus cõputare debeat in ſortẽ principalẽ, an vero illos ſuos faciat, vel ſaltim illos reddere debeat, ſoluto ſibi intereſſe pecuniæ quã pro emptione vel redemptione cenſus præſtauit creditori.

Et in primis ſuſcipio cauſam fideiuſſoris, qui redditus petit ſuæ pecuniæ, & eos cũ fructibus cõpenſare intẽdit, & eius exceptionẽ iuſtã eſſe ex ſequentibus apparet. Primo, quia quocũq; modo fideiuſſori ratione fi- 2 deiuſsionis, aliquid interſit, vt in dẽnis ex fideiuſsione maneat, illud quod intereſt ſibi ſoluẽdũ erit, alias enim amitteret de ſuo, & in dẽnis dici nõ poſſet, vt in c. 2. de fideiu. ergo ſi propriã pecuniã fideiuſſor, pro rediméda ſua annali vexatione dedit, interimq; (cũ alias eſſet negotiator, vel talis qui pecuniã ſuã, ſoleret incõparatione annuorũ redditũ collocare, cũ ea non negotiauit, ſaltim vt quilibet homo ſolitus negotiari 3 intereſſe ſuæ pecuniæ habebit, quia quod nõ poteſt capere, vt fideiuſſor, poterit capere vt quilibet, argu. tex. in l. ſi pater. §. qui duos. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine Salice. in 4 l. 1. n. 4. C. de dolo, vbi tenet quod ſi fideiuſſor pignora principalis debitoris emerit â creditore, teneatur illa cũ fructibus eidẽ principali debitori reddere, ſi ſors cũ vſuris, ſibi reſtituatur, ex tex. in d. l. 1. & in l. ſi vero §. ſi tibi mãdauero ff. mãdati, & in l. Paul. ff. de fideiuſſo. & in l. ſi fideiu. ff. de diſtractione pigno, idq; notat Cabal. de vſuris q. 29. n. 245. & q. 49. n. 341. & ita concludẽdum reputat, vbi fideiuſſor habuit ceſsionem â creditore n. 341. Secundo quia fideiuſſor, ratione boni operis quod in fideiubẽdo fecit, non debet peioris cõditionis eſſe quam alij homines

cum

cũ oficiũ fidei iubendi nõ debeat illi eſſe dãnoſum.l.aduerſus.§.tutoribus.ff. de inofficioſo teſta. vnde cũ quilibet alius emptor, illius actionis cenſualis virtute talis ceſsionis intereſſe & redditus pecuniæ creditori datæ poſsit recipere, ſi quidem nomine debitorũ & cedi, & vẽdi poſſunt, vt in l ſi nomẽ cũ l.ſequẽti.ff.de hæredita.vel actione vendita.eodem modo fideiuſſor, de quo agimus intereſſe pecuniæ â ſe in emptione, vel ꝓ redẽptione annui redditus præſtitæ iure cõſequi poterit,& ita tenet Rodriguez in tracta. de annuis redditibus li.2.q.17.n.11. 6

Sed prædictis non obſtantibus in caſu propoſito contraria ſententia tenẽda erit,imo quod libere debeat pignora,vel hipothecas cũ fructib⁹ fideiuſſor principali reſtituere, tradito ſibi prius quod ſoluit creditori,virtute ceſsionis. Quæ ſententia probatur manifeſte ex tex.in l.ſi mãdato.§.Paul.ff. mandati, vbi Paul. reſpondit *fideiuſſorem qui rem pignori iure obligatam à creditore emit,mãdati iudicio conuentum ab hærede debitoris(oblato omni debito) reſtituere cũ fructibus cogẽdũ,neq; habẽdũ ſimilẽ extraneo,cũ in omni cõtractu bonã fidẽ præſtare debeat.* Idq; manifeſte etiã probatur in l.1.C. de dolo, ibi. *Si fideiuſſor à creditore pignora emit, oblata quãtitate ſortis & vſurarum, tibi dominiũ cũ fructibus quos bona fide percepit,cõſulrius reſtituet, ne fidei ruptæ gratia,de dolo poſsit actio exerceri:*& ita venit intelligẽdus rex. in l.45.tit.13.par.5.ibi. *Quãdo quier q̃ el ſeñor del peño le dieſſe lo q̃ pago,tenudo ſeria el fiador de ſe lo deſamparar* vbi loquitur in fideiuſſore qui authoritate prætoria pignus debitoris à creditore accepit, ſoluta prius ſorte principali cum vſuris, adhuc enim ille fideiuſſor fructus ex pignoribus redactos, tenebitnr reſtituere,vel in ſortẽ quã perſoluit cõputare,idq; tenet Cabal.vbi ſupra n. 245 Et ratio eſt ſecũdũ eũ, quia eo ipſo,quod fideiuſſor iſte,ſiue titulo vniuerſali,ſiue particulari, lucratiuo,aut oneroſo, iure creditoris fæneratitij,vult vti,& intereſſe ſuæ pecuniæ recipere.Se vicisſim obligat quãdiu debitor voluerit,ſortẽ in ſe abſq; alio lucro retinere. Iniquum enim eſſet & vſurariũ,quẽ poſſe fructus fundi alioquim iuſto pretio empti lucrari,& tamẽ quãdocũq, vellet cogere poſſe pricipalẽ debitorẽ ad redimẽdũ annũ redditũ,pro quo ipſe interceſsit,& ſorte redempta fructuũ reſtitutionẽ non facere, vel in principalis debiti rationẽ nõ cõputare. In cõpatibilia quippe ſunt hæc duo iura,ſcilicet ius redditus percipiẽdi,& quãdiu valeat ius ſortis repetẽdæ (propter indẽnitatẽ) habere.Eſſet enim hæc realis mera & propria vſura,vt tenet Conrad de contrati.q.48.conclu.5.Cauali d.q.29. n.245.& q.55.& 58.Coua lib.3.varia.c.9.n.4.Rurſus pro hac ſentẽtia facit,quia fideiuſſor,emẽdo pignora â principali hipothecata, dicitur eſſe in dolo vt in l.1.C.de pig.actio. nemo autẽ ex dolo cõmodũ percipere debet l.ne ex dolo.ff.de reg.iuris, fideiuſſor nãq; magis luere pignora, quã ea emere debet, & ſic illa emẽdo,bonã fidẽ fi ãgit,& tãquã doloſus poteſt cõueniri, vt in iuribus ſuperius relatis,idq; tenet Bald. in d.l.1. C.de dolo vbi dicit quod ille qui ſuſcipit mãdatũ de fideiubẽdo videtur etiã ſuſcepiſſe mãdatũ deſoluẽdo & redimẽdo annũ redditũ,cũ ergo iure pignoris & hipothecæ, per ſatisfactionẽ vel redẽptionẽ creditori factã ſoluatur,vt in toto titulo quibus modis,pign⁹ vel hipotheca ſoluitur & bona hipothecata antea per redẽ 8 9 10 11

ptionem

tione libera, in potestate fideiussoris maneant, fructus ab eo percepti in sortem debent computari, vsque ad concurrentem quantitatem, & si aliqui supererunt principali debitori debent, absque vllo interesse restituiri vt tenet Cauali. vbi supra nu. 12 246. Patlad. 2. p. rerum quotidia. ca. fin. 3. par. §. 16. nu. 17. vbi dicit quod cum actus fideiubendi ex gratia & amicitia originē trahat, & amicus alter ego dicatur, fideiussor non ageret bona fide, si ratione redemptionis, vel emptionis hipothecarum, aliquid percipere voluisset, cū ea ex natura contractus potius luere, quam emere debeat, vt in d. §. Paulus & in l. fin. ff. de contrahenda emptione & ita tenet Accursius in l. fideiussor verbo alteri ff. de distractio. pigno, & ibi Bart. ex quibus constat male sensisse Caualinum in dictis quæstionibus 29. & 49. supra relatis. Quatenus contrarium firmauit. Et hanc sententiam non solū veram reputo fideiussore censum redimente, verum & si quilibet Alius tertius illum redimeret, & ita tenet Felicia. de censibus. c. vnico de redemptione census fol. 234. n. 10. poterit tamen actione nego. gesto. aduersus principalē agere pro sorte principali, & redditibus à se solutis ex Bar. in l. Sthicum §. fi. ff de nouatio. quia statim quod soluit pro principali habuit actionem ad hoc vt illū ab obligatione fideiussoria liberaret ex tex. in l Lutius ff. manda. & in l. 14. tit. 12. par. 5. & late de hoc per Felicianum de censi. c. de fideiussore in censu n. 9. fol. 217.

SVMMARIVM.

1 *Collatio bonorum, pro æqualitate inter fratres seruanda fuit inuenta.*

2 *Concordia ex æqualitate inter fratres conseruatur.*

3 *Dotis collatio, efici potest tanto minus accipiendo.*

4 *Dos loco legitimæ subrogatur.*

5 *Filia si sine culpa sua dotē amisit, tantum quantum quilibet frater ex bonis paternis in partitione recipit, non computata dote quam recepit, & sine culpa amisit.*

6 *Filia qualiter actionem inanem conferre debeat, vbi dotem amisit eius maritus*

7 *Filia semel à patre dotata, si sine sua culpa dotem amisit, an redotari debeat à patre.*

8 *Filio si à patre legitima fuit assignata & tradita, & eam absque culpa amisit, non imputatur filio in legitima tempore collationis.*

9 *Culpa amissionis dotis ex quibus imputari possit vxori.*

10 *Vxori constante matrimonio (si maritus ad inopiam vergat) qualiter & quando succurratur, & referuntur in hoc, vetera & noua.*

11 *Vxori hodie exactio & repetitio dotis constante matrimonio competit, eo ipso quod maritus male vtitur substantia sua.*

12 *Vxor cui dos aliqua ex causa cō stāte matrimonio tradita fuit, illam in administratione habere debet pro supportādis oneribus matrimonij.*

CAP.

CAP. XVIII.

Filia â patre dotata, ad collationem bonorum patris veniens, an imputare teneatur in suã legitimam dotem â se receptam, etiam si dos per maritum fuit amissa, & ab eo tempore collationis recuperari, non possit.



VENIRE sæpenumero solet, quod filia sit â patre dotata, & gener dotem illam amittat, & hac ratione ab eo repeti non possit, & tali patre mortuo filia illa ad collationem cũ alijs fratribus concurrit, & demum computatores faciunt portionem filiæ computando in ea dotem sibi â patre datã, ipsa vero illius dotis amissæ â marito, rationem habendam non esse contendit, sed integram & æqualem prout cæteris fratribus portionem sibi præstandam (prout si dotata non fuisset) expostulat. Dubitatur modo, an ista filia iustitiam foueat. In qua difficultate dicendũ
1 videtur ꝙ filia in ciuilem rẽ desideret, ad hoc enim inuenta fuit collatio, vt seruetur æqualitas inter succedentes argumento tex. in l. vt liberis. C. de collationibus & in l. fin. C. communia vtriusque iudicij, ex
2 æqualitate namque concordia inter fratres conseruatur, vt pluribus adductis, tradit Anto. Gomez in l. 29. Tauri ibique expresse cauetur quod dotes & donationes propter nuptias debeant ad collationem per filios & filias adduci. Quod si dicas, male poterit filia ad collationẽ adducere dotem, quæ non extat in
3 rerum natura, respondetur quod dotis collatio fieri potest tanto minus accipiendo ex tex in l. dotis quidem petitio. C. de collatio. *ibi cum eo minus in partem tibi delatæ successionis patris auferre potueris.* Quæ sententia
4 comprobatur ex doctrina Decij cons. 106. vers. 10. Et vltimo, vbi dotem loco legitimæ subrogari demõstrat, si ergo habetur loco legitimæ saltim partem illam pro dote receptam in legitimam imputari tenebitur, alias autem collatio) non haberet æqualitatis effectum de quo supra. Contra. l. meminibus C. de legi. & tx. in Authen. de hæred. ab intest. venient. §. 1, & §. Nullam vero collat 9.

5 Sed prædictis non obstantibus, contraria sententia tenenda erit. Imo quod si filia sine culpa sua dotẽ amisit, de bonis paternis præsentibus tantum quantum quilibet frater habere debeat, habita consideratione in hoc, vt computetur in legitima illud quod maritus eo tempore facere potuerit. Idque manifeste probatur in l. 1. §. cum dos. ff. de collatio. dotis, ibi. *quod si iam diuortium factum est, & maritus non sit soluendo, non debebit integra dos computari mulieri, sed id quod ad mulierem, potest peruenire hoc est quod facere maritus poterit.* Quinimo
6 sufficit quod filia illam actionem licet inanem conferat, vt in authen. de æqualitate dotis. §. illud quoque, & in authen. quod locum C. de collatio. vbi Bald. & Salicetus communiter, tenent, quod sufficit, quod soror cedat fratribus siuè acerbo bonorũ actionem quam ipsa habet, contra maritum inopem & non soluendo

effe-

effectum,& ita tenet gloss. in dict. §. cum dos,verbo, potest, Guillermus Benedictus in repetitione capit.Rainuntius,verb.dotem,quam num. 20. de testamentis,& ita fuisse iudicatũ in Neapolitano Senatu testatur Afflict.decision.247.num.1.vers. quæritur,Baeça. de nõ meliorandis filiabus ratione dotis,cap.16.nu.34.Aiora nullum pro hac sententia referẽs 3.part.quæst.14.num.49. Et hæc actio ex officio, & humanitate iudicis ad collationem adducitur, maxime quando res dotales,sine dolo vel culpa vxoris perierunt,ex text.in l.2.§. de illis.ff. de collatione bonorũ, ibi, *Et plerique putant,ea quæ sine dolo & culpa perierunt ad collationis ius non pertinere,& hoc ex illis verbis intelligendum est,quibus prætor boni viri arbitratu iubet bona conferri: vir autẽ bonus non sit arbitraturus conferendo id quod nec habet, neque dolo, neque culpa desijt habere.* text.etiam in l. eadem, C. de collationibus regulariter filij conferre tenentur, quod receperunt in vita patris, vel alterius ad cuius collationem veniunt,si illud habeant, alias tantum dem,Vitalis vbi supra quæstion.18 numero 21. volumine 2. tractatorum.

7 Et prædicta sententia comprobatur ex eo,quia quando filia semel a patre dotata,sine eius culpa indotata remanet,pater tenetur eam iterũ dotare,vt in authentic. quod locum C.de collation. Capella Tolosana, decisione. 290. Boerius decisione 131.colum. 2. & 3. scribentes communiter in l.si cum dotem, vbi Bar. num.6.Paul.cons. 80. versicul. licet enim,lib.1.in antiquiori impressione, Socinus cons.75.colum.3 versiculo primo quia,& plures alios, pro hac sententia adducit Baeça. d.c.16 num.17.&.22.vbi dicit, quod in hoc casu si facta computatione primę dotis excedatur legitima,nihil ad rem, quia cũ absque culpa filię fuerit amissa,non imputatur sibi in legitimam, neque facit partem,& pro hac sententia adducit Baldum Nouellum, in repetition.l.2 §.1.soluto matrimonio, & ibi Vincentium de Herculanis, Guillerm.Bened vbi supra, numero 20.Vitalis Nemausensis, loco supra citato,quæstio.18.n.24.

8 Rursus ex eo prædicta sententia confirmatur, quia si pater assignauit & tradidit filio legitimam in vita, & illa absque culpa filij fuit deperdita, non imputatur filio in legitimam, sed adhuc integram legitimã prout cæteri filij consequitur, ita Bart. Bald. Alexand.in. l. si cum dotem.§.1.soluto matrimon. & ibi late Barbosa. Bald. etiam in authentica contra rogatus,num.8.vers. & facit. C.ad Trebel & in.l.scimus,num. 11. versiculo sexto quæro.C de inofficioso testam.Iasson,in Authent.quod locum,num.7.C. de collatio. Palacios Rub in repetition.cap. per vestras.§. 27.numero. 9. Baeça vbi supra,numer.18.&.33.

9 Qua opinione retenta,modo videre libet,ex quibus(nõ culpa filiæ vel filij))dos vel legitima censeatur amissa, ad hoc vt illis sufficiat,actionem saltim inanem conferre, & Bald. in dict.authentica quod locum numer.fin.in ea est sententia,vt tunc demum in culpa censeatur vxor,si dum maritum videret,cõstante matrimonio male vti substantia sua, hocque notoriũ erat euidẽtia facti,vt quia publice assidue ludebat meretricabat vel se cõmensationibus oppulẽtis immiscebat vel pro alijs fidẽiubebat, fuit in mora repetendi dotem suam.

10 Sed in proposito aduertendũ erit, quod iure ciuili huic mulieri tribus temporibus fuit consultum. Prius

enim non antea mulier ad dotis repetitionem admittebatur, nisi vbi constasset, iam bona mariti ad dotis exactionem, & restitutionem non sufficere, vt in l. si constante. ff. soluto matrimonio, iure tamen codicis, aliter per Iustinianum fuit prouisum in l. vbi adhuc C. de iure dotium, vbi constitutum fuit, quod quamuis maritus haberet bona sufficientia ad restitutionem & exactionem dotis. Si tamen ære alieno deducto non remanerent ei bona ad sustinenda onera matrimonij sufficientia, admitteretur vxor ad dotis exactionem. Iure vero authenticorum, diuersimode constitutum fuit, in authentic. de æqualitate dotium. §. illud quoque collatio. 8. Inquit enim ibi Iustinianus, quod licet maritus habeat bona sufficientia ad dotis exactionem & ad sustinenda onera matrimonij (etiam deducto ære alieno) nihilominus vxor admittatur ad exactionem dotis, vbi primũ maritus cœpit male vti substantia sua: ex quibus dicit Barto. in dicta. l. si constante iure Digestorum (mulieri) plene, iure Codicis, plenius, iure vero Authenticorum p enissime fuisse prouisum, quam sententiam signauit Crotus in dict. l. § constante, Corrasius in l. 2. in principio numero secundo. ff. soluto matrimonio Rogerius in tractatu de dote. §. 14. numero 11. Antonio Gomez in l. 50 Tauri numero 33. ad medium, Pala. Rubeus, dict. cap. per vestras. §. 4. fol. 137.

11 Hodie tamen mulieri repetitio & exactio dotis competit, ex eo solum quod maritus male vti substãtia sua incipiat, & hanc sententiam tenet Benintendis, decisione. 68. numer. 5. Bursatus consi. 56. num. 1. ad finem libro. 1. facilius namque, & vtilius quis priuatur iure administrationis, quan do dissipat bona, & illa recuperari possunt, quam vbi iam semel dissipata difficulter possunt recuperari, vt voluit Bar. in dict. l. si constante, nu. 63. & in l. Imperator, num. 1. ff. ad Treb. & in l fin. num. 2. C. de senten. passis. Et hæc est recepta sententia teste Aretino con. 72 num. 5. Boerio decisione 61. nu. 14. & hæc sententia iuuatur ex eo, quia melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam medelã quærere, vt in l. fin. C. in quibus casibus in integrum restitutio non est necessaria.

Item facilius succurritur mulieri, quando vir incipit male baratare & disperdere res ipsas dotales, quam si expectetur, vt proprias etiam perdat, vt in l. si cum dotem §. sin autem versi. sic vero. ff. soluto matrimonio, ex ratione tex. in § si maritus. dict. l. si constante, & l. etiam. §. licet. ff. eod. idque tenet Bart. in dict. l. si constante num. 5. & 71. Bald. Nouellus de dote priuilegio. 7. quod si alterum ex prædictis deficiat, standum erit, regulæ dict. l. si constante, qua cauetur, vt tunc demum vxor exigere dotem possit constante matrimonio, si deducto ære alieno non remanserit bona mariti ex quorum redditibus, onera matrimonij substineri possẽt: idque latissimo sermone, prosequitur Barbosa in dict l. si constante, a num. 1. vsque ad decimum tertium, vbi prædictorum iurium discrepantiam ad concordiam modo supradicto redigit.

12 Obiter tamen omittendum nõ erit, quod licet mulieri per dotis exactionẽ hoc casu, sit a lege prouisum, si marito vergente ad inopiam, ipsi mulieri bona dotalia restituantur, hæc tñ restitutio nõ est adhoc, vt mulier ex illis bonis, prout de pprijs absolute disponere possit, sed adhoc tãtũ, vt semota administratione a marito

rito, ipsa ea administret, veluti quidam curator bonorum, & ex fructibus illorum onera (in quantum fit possibile) sustineat matrimonij, ita Paulus Castrensis in dicta l. si constante, numero tertio, Ancharranus consilio 119. numero sexto, Alexander consilio 142. numero decimo tertio, libro quinto, Gozadinus consilio 42. numero decimoquarto, quos refert & sequitur Barbosa in dicta l. si constante, numero octauo dicens, hãc esse memorabilem sententiam, Petrus Surdus de alimentis quæstione vigesima quinta, numero decimo octauo, & decimo nono, folio. 275.

Quinimo & si maritus timeat, quod mulier dotem hoc casu sibi restitutam perdat poterit illam deponere penes aliquem mercatorem ad honestam partem lucri, vt tenet Baldus in l. vbi adduc. numero vigesimo sexto. C. de iure dotium Afflictis decisione. 221. & eos refert & sequitur Petrus Surdus decisione 289. numer. 3.

SVMMARIVM.

1 *COmputatio fructuum pendentium in fundo dotali, tempore contracti matrimonij, qualiter sit facienda eo soluto.*

2 *Fundum plenum fructibus tradens, fructus etiam tradidisse videtur.*

3 *Fructus pendentes sunt pars integralis ipsius fundi.*

4 *Maritus respectu rei dotalis æquiparatur emptori.*

5 *Vsus fructus si alicui concedatur, in fundo qui pendentes fructus habebat, & vsufructuarius fructibus perceptis statim decedat, hij fructus tanquam sui fuerint effecti per perceptionem, eius hæredibus competunt.*

6 *Fundus dotalis, quando inæstimatus fuit traditus marito, & erat fructibus plenus, pro diuisione horum fructuum recurrendum est ad ius commune.*

7 *Fructus pendentes in fundo dotali tempore dissoluti matrimonij, æstimari debent considerato dubio euentu.*

8 *Maritus lucratur fructus fundi dotalis pro rata onerum.*

9 *Coniuges si lucris renuntiauerint, societatis ratio cessat.*

10 *Fundus si plenus fructibus, datus fuerit in dotem marito, & tempore dissoluti matrimonij, talis fundus steterit locatus Collono, qualiter sit facienda computatio, vbi matrimonium per tres vel quatuor menses durauit.*

11 *Lex vigesima sexta titulo vndecimo, partita 4. explicatur.*

Computatio fructuum inter maritum & vxorem qualiter ſit facienda ſoluto matrimonio, quando alter ex coniugibus adduxit ad matrimonium fundum fructibus plenum.

CAPVT. XIX.

DVBITARI frequenter ſolet a calculatoribus, qualiter ſit facienda cõputatio fructuũ pendentium in fundo dotali, tempore contracti matrimonij, & ideo nonſine commodo erit, hanc attingere computationem, in qua difficultate calculatores ex varijs iurium deciſionibus maxime variare ſolent, quidam enim integros fructus marito eſſe adiudicandos concertantur, ex l. diuortio in principio ff. ſolut. matrimonio, vbi Accurſ. verbo, probari, quam ibi ſequitur Alex. num 44. Cuma Caſtren. & Iaſ. dicẽs, hanc concluſionem memoratu dignam. Idque ex mente Papiniani manifeſte ex dict. l. deduci profitetur, Vincen. de Herculan. num. 7. Cuiat. lib. 4. fæudorum tit. 30. column. fin. Baeça de decima tutor. cap. 28. nu. 1. & 7 Quorum ſententia exeo com probari videtur, quia tradit fundum fructibus plenum, non ſolum fundi, ſed & fructuum pendentium videtur dominium tranſtuliſſe, vt in l. fin. §. penult. ff quæ in fraudem credit. Fructus namque pendentes pars integralis fundi cui cohærent cenſentur l. fundus pendentes. ff. de rei vendic. Si ergo fructus iſti in maritũ ſemel fuerunt translati, ſuccedit regula, id que noſtrum. ff. de reg. iuris. Secundo facit, quia maritus reſpectu rei dotalis, æquiparatur emptori, vt in l. ex promiſsione. ff. de actio. & obligati. ergo ſi fructus pendentes in fundo vendito efficiuntur emptoris ex l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. empti, eodem modo fructus pendentes in fundo dotali marito tradito, erũt eiuſdem mariti. Tertio, quia ſi alicui concedatur vſusfructus fundi, qui habeat fructus pendentes, & his fructibus perceptis, ſtatim decedat, hij fructus tanquam iam ſibi quæſiti per perceptionem, ad eius hæredes pertinent, non vero domino proprietatis. l. ſi pendentes. 34. ff. de vſufruct. §. ſi vero inſti. de rerum diuiſione. Ergo cum etiam maritus per perceptionem dictorum fructuum effectus fuerit dominus eorum, eos ſibi retinere licebit, etiã ſi ſtatim poſt perceptionem ſolutum ſit matrimonium.

Alij tamẽ calculatores diuerſam computationem ſequuntur, dicẽtes, quod fructus in fundo ſeminati ſi tempore contractus matrimonij, & traductionis vxoris ad domum viri appareant, diuidi debeãt ſoluto matrimo. inter maritum & vxorem, vel eorum hæredes, quam concluſionem eliciuntur, ex text in l. 10. tit. 4. libr. 3. fori, & argum. huius text. ita tenet Palac. Rube. in Rubri. de donatio. §. 62.

Sed ad veritatem huius difficultatis diſtinguendum erit, an fundus de quo agimus, datus fuerit in dotẽ tali eſtimatione eſtimat⁹ quæ faciat emptionẽ, an vero ſimpliciter ſit in dotẽ tradit⁹ marito. Primo enim caſu, proculdubio marit⁹ omnes illos fructus pendentes tẽpore matrimonij ſuos

ſuos facit, & ita loquitur textus in d.§.ſi de fructibus, alias enim ſi æſtimatus no fuiſſet, in materia noſtra nõ valet, neq; procedit argumẽtatio de emptore ad maritum, vt voluit gloſſ. in l. diuortio, verbo, debebatur, & ratio differentiæ eſt, quia emptor præſtat pretium, attento præſenti rei ſtatu, hoc eſt, conſideratis fructibus pendentibus, qui tanquam pars rei integralis, cenſentur emptori venditi, quæ ratio in marito ceſſaret, vbi bona ei inæſtimata tradita fuiſſent, nam reſpectu illorum bonorum onera matrimonij ſuccedunt in locum pretij, vt voluit Cuman. in l. de diuiſione num. 1. & ibi Iaſ. numer. 2. ff. ſoluto matrimonio, Socin. in dict. l. diuortio in princip. num. 7. Tiraque. lib. 2. de retractu in fin. nu. 70.

6 Secundo vero caſu quando fundus inæſtimatus traditus fuit marito fructibus plenus, recurrendum erit ad ius commune, cum l. fori in hoc caſu nihil diſponat, & diuidentur inter maritum & vxorem, vel eius hæredes, computando valorem quod ſpes illorum fructuum, habebat tempore traditionis fundi, & ille valor adiudicabitur vxori, tanquam pars integralis fundi dotalis, vt in l. per hoc. §. plane. ff. communi diuidun. & ita tenet Aiora de partitio. prima parte cap. 9. num. 3. quem ſequitur Azeuetus, in l. 4. tit. 9. libr. 5. Recopilation. num. 27. & Barboſa, nouiſsime in l. diuortio. in principio, ſecunda parte, numero ſexto ad medium, & idem Barboſa, ibi, in principio primæ partis, numero 27. pag. 920. verſiculo, pone igitur, vbi tenet contra Aioræ ſententiam vbi ſupra numero primo, quæ vt ipſe dicit communiter ſeruatur in praxi 8 afferens, quod a paritate rationis, ea
7 dem computatio ſit facienda, reſpectu fructuum pendentium in fundo vxoris, tempore diſſoluti matrimonij, quia æſtimari debent conſiderato eorum dubio euentu, & iſta æſtimatio diuidetur inter coniuges pro rata temporis, quo illo anno durauit matrimonium, quod autem deducto hoc, creuerit valor fructuum, adiudicabitur illi coniugi cuius eſt fundus. Et hanc computationem in terminis noſtris faciendam fore, ſentit Campetius de dote, quæſt. 10. vbi dicit, quod ſi fundus ſit datus plenus fructibus inſpicitur tempus locationis, vt ſciamus quota parte anni vir fructus lucretur, & expreſsius tenet Gutierrez in quæſtione canonica 33. numero 16. in fine. Et tenendo iſtam ſententiam, non obſtabit dicere, quod qui tradidit fundum cum fructibus in eo pendentibus, non ſolum fundi, verum & fructuum pendentium dominium tranſtuliſſe videtur, vt ſupra proxime in fauorem mariti profitebar, quia reſpondetur, quod illud reſpectu mariti debet intelligi, vt dominium fructuum transferatur in maritum, iuxta fructuum dotalium naturam, argumento legis ſi ſtipulatus, de vſuris & l. ſi vno. ff. locati: Fructuum autem dotalium natura hæc eſt, vt pro rata onerum maritus illos lucretur, ita vt non ratione dominij, ſed ratione onerum illos ſuos faciat, vt tenet eleganter Bartol. in dict. l. diuortio in principio, numero 11. Socin. num. 7. Barboſa num. 4. verſic. & tenendo.

Nec obſtat ſecundum argumentum ſuperius adductum de emptore ad maritum, quia ex his quæ ſupra proxime retulimus, magna inter emptorem, & maritum (ineſtimatam dotem recipientem) differentia eſt, vt ſuperius collegimus.

Neq; obſtat 3. fund. de vſufructuario

qui fructus pendentes omnes suos fa
cit, quia respondetur quod quatenus
attinet ad acquisitionem fructuum,
titulus dotis habet diuersam natu-
ram ab alijs quibuscumque titulis:
nam titulus dotis quoad prædictum
effectum, videtur habere causam suc
cessiuam, & sic maritus non facit fru
ctus suos irreuocabiliter, sed tan-
tum pro rata onerum supportatorũ, 10
vt ex supra relatis satis colligitur,
alij autem tituli, quo ad effectum ac
quisitionis fructuum habent causam
8 instantaneam, vt videmus in vsufru-
ctuario, qui vbi primum percipit fru
ctus, statim irreuocabiliter suos fa-
cit, & sic quauis eius titulus postea
irretur, tamen acquisitio fructuum
iam perfecte facta conseruatur, vt in
l. si quis hæredem. C de institoria, &
in l. fi. in fi. ff. vnde liberi, & in argumẽ
tum est tex. elegans in l. 2. ff. de itine
re actuque priuato, & ita respondit
prædictæ obiectioni, Bald. in dict. l.
diuortio, column. 1. ad finem, & ibi
Angelus. num. 5. Castrens. num. 6. So
cin. & Zasius vterque num. 7. Ponta-
nus num. 3. & sic iusta ratione appro
batur sententia glossæ ibi, quatenus
tenet in hac lucrorum materia, non
subsistere supradictum argumentũ,
& ita manet euidenter explosa & re
probata sententia Baecij vbi supra,
quatenus tenuit ad maritum omnes
istos fructus pendẽtes pertinere. De-
buit enim aduertere doctissimus il-
le I.C. Papinianum indict. l. diuortio
in qua ipse fundatur, reprobare vo-
luisse opinionem tenentium, fructus
de quibus ibi, cedere lucro mariti,
& ita contrarium suæ opinioni
decidisse, imo voluit, quod tantum
eos pro rata oneris quæ supportauit
lucretur, & hæc vbi coniux non re-
nuntiauit lucris locum habent.

Si tamen coniuges lucris renun-
9 tiassent, quod pacto fieri posset, vt in
l. 9. titu. 9. libr. 5. Recopilationis, &
tenet Gregorius in l. 26. titu. 11. par-
te 4. gloss. final, cum hoc casu socie-
tatis ratio cesset, non deberet fieri
computatio prædictorum fructuum
modo supra relato, hoc est, ad instar
societatis, sed recurrendum erit ad
computationem, de qua per Consul
tum, in dict. l. diuortio, versiculo,
itaque, vbi dicit, quod si vxor fun-
dum fructibus plenum marito in do
tem dedit, deinde tempore soluti
matrimonij, ille fundus alteri loca
tus existat, ita faciendasit fructuum,
& pensionis computatio, scilicet,
vt assumas valorem vindemiæ, quæ
erat pendens tempore matrimonij,
item assumas quartam partem mer-
cedis locationis, quæ attento suo
initio per tres tantum menses dura
uit, secundum casum illius textus,
qui sunt quarta pars anni, & hanc
quartam partem commisce cum illo
valore vindemiæ, in duodecim par-
tibus distributo, & ita efficientur ex
omnibus illis fructibus & pensioni-
bus commixtis, quindecim partes, &
ex illis assumes tertiam partem, &
eam marito præstabis, siquidem per
quatuor menses, & sic per tertiam
anni partem onera matrimonij sup-
portabit, quo fiet vt maritus ex illis
quindecim partibus, quinque par-
tes percipiat. Et ita illam comput-
tationem Papiniani explicat Ac-
cursius, ibi, verbo, tertia portio,
cui se subscribunt Baldus ibi, colum
na prima ad medium, Angelus nu-
mero secundo, Zasius numero ter-
tio, Ruinus numero septimo, &
hanc esse veram computationem
illius legis diuortio, firmat Go-
fredus, ibi, numero primo ad fi-
nem, Duarenus in dicto versiculo,
itaque, post principium, Campetius
de dote, secunda parte quæstion 19.
Ioãnes Copius in tractatu de fructi.

lib.

lib.3.tit.2.cap.6.Costanus in tracta. de dotibus,cap.6.num.20.& hanc cõputationem etiã defendit Cuiatius in notis ad Vlpianum capit. 22. & in lib.14.obseruatio.cap.22.& Rursus lib.4.fæudorum tit.30.col.fin. Lorio tus in l.fructus.ff.de reg.iu.pag.693. Carondas lib.1.verisimilium cap.10. & hanc computationem literæ conuenire, fatetur Octomanus, in tractatu de dote carta antepenultima, & tenendo hanc sententiam, hos & alios refert & sequitur Barbosa, ibi, num.10. vbi hanc computationem latissimo, & eruditissimo sermone, (prout sui moris est)prosequitur, firmat,ac multis rationibus & argumẽtis cõfirmat,aliorum obiectionibus respondendo. Et ita erit intelligendus tex.in l.26.tit.11.parti.4. & nullo prohac sentẽtia adducto ita tenet Aiora de partit.p.1.c.9.nu.5. Azeuetus in l.4.tit.9.libr.5.recopil. numer. 27. quod tu tene menti, quia non est minus quotidianum, quam difficile.

SVMMARIVM.

1 *Computatio fructuum vltimi anni, quo possessor maioratus decessit, qualiter sit facienda inter eius hæredes, & futurum successorem?*

2 *Fructibus in fundis penãentibus tempore mortis vltimi possessoris, an suos faciat succesor in maioratu?*

3 *Mortuo possessore maioratus, in qualibet parte anni fructus pẽdentes pertinent in solidum successori in maioratu.*

4 *Fructus pendentes in fundo legato, a morte testatoris in legatarium tranjeunt.*

5 *Fructus vltimi anni quo vixit possessor maioratus, diuidi debeant inter hæredes defuncti & nouum successorem pro rata.*

6 *Possessores maioratus attenta consuetudine Hispaniæ censentur constituti indignitate.*

7 *Fructus quando ex necessitate sunt restituendi, sunt pro rata distribuendi.*

8 *Fæudatarius qui decessit fructibus rei infæudate pendentibus, pro ea parte anni qua vixit, fructus saltim industriales suos facit.*

9 *Distinctio Aioræ circa computationem fructuum maioratus, in quo possessor decessit in Castellæ Tribunalibus est frequentissimè sequuta.*

10 *Opinio Gometij circa diuisionẽ fructus maioratus vltimi anni quo possessor decessit, seruatur communiter in Regno Portugalliæ.*

11 *Opinio Didaci de Couarru. & Molinæ, quatenus de fructibus maioratus, vltimo anno pro rata diuidendis loquitur, communiter obseruatur.*

12 *Bartoli sententia in l. diuortio num. 10 ff. soluto matrimonio taxatur.*

13 *Socini sententia in cons. 42. nu. 6. lib. 3. taxatur.*

14 *Commoda sequi debent eum quem sequuntur incommoda.*

15 *Cuiatij opinio lib. 4. feudorum tit. 30. quatenus fructus vltimi anni quo feudatarius moritur, pro rata diuidendos fore arbitratur, in puncto iuris vera non est.*

16 *Fructus industriales videntur percipi tempore quo curantur.*

17 *Fructus vltimi anni quo feudatarius moritur, qualiter sint diuidendi, casu quo feudum transeat ad sequentem in gradu, vel si feudum ad dominū reuertatur.*

18 *Finita emphiteosi qualiter sit faciēda computatio fructuum vltimi anni, inter emphitheotam, & dominum directum.*

19 *Haeredem vsufructuarij, non debere percipere partem fructuum pendentium, eius anni quo vsus fructus fuit finitus, an sit simpliciter verum.*

20 *Fructus qui colliguntur ex arboribus, praedijs vel pensionibus certa parte anni percepti videntur (hoc est tempore praefinita solutionis) pensiones vero ex locationibus seruorum obuenientes, quolibet die percipi videntur.*

21 *Fructus quando percepti ab vsu fructuario dici possint.*

22 *Beneficiato decedente fructibus pendentibus, qualiter fieri debeat fructuum computatio inter eius haeredes & successorem in beneficio.*

23 *Acquisita per clericum intuitu ecclesiae, ipsi ecclesiae mero iure acquiruntur, quidue sit de consuetudine generali Hispaniae.*

24 *Consuetudo episcopatuum semper est attendenda, circa diuisionem fructuum inter praedecessoris haeredes, & successorem.*

25 *Statutū disponens, qualiter fructus sint diuidendi, si beneficium, quod vacat per mortem non debet extendi ad beneficium, quod vacat per resignationem.*

26 *Fructus commendae qualiter diuidantur, inter praedecessorem, & successorē in comēda.*

27 *Fructus si non apparent tempore soluti matrimonij qualiter diuidantur inter coniugem superstitem, & haeredes coniugis praemortui.*

CAPVT. XX.

Fructus bonorum maioratus, quomodo sint diuidendi, inter successorē & haeredem praedecessoris, vel inter maritum & vxorem, si alter eorū durante matrimonio, maioratus fuit acquisitus.



ETVS querela est inter successoresmaioratuũ, & hæredes vltimi possessoris, qualiter sit facienda computatio & diuisio fructuum vltimi anni quo possessor maioratus decessit,& ideo operæ pretium erit, si huic admodũ difficillimæ cõtrouersiæ finem iam imposuerimus, in primis enim dicendum videtur quod fructus omnes in fundis pendentes suos faciat successor in maioratus, eo quod fructus pendentes infundo pars fundi censeri debeant,ex tex.in l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. Satisque sit si hæredi vltimi possessoris, quod impedit,interris vineis, oliuetis ve cultiuandis soluatur, cum nullus sit casus qui hoc genus de ductionis impediat l.fundus qui ff. familiæ hærciscundæ,& ex supra dicto fundamento,& alijs ita tenent Anton. Gomez in l.40. Tauri num. 74.vbi indistincte tenet, quod mortuo possessore maioratus in qualibet parte anni, fructus pendentes pertineant insolidum successori in maioratu, & non hæredibus vltimi possessoris. Cuius sententiam amplexus fuit Costa,de successione regni.3. parte numero 14.vbi ita in Lusitano Senatu iudicatum fuisse testatur, & idẽ testatur Gama decisione 356. & hanc sententiam communiter in Lusitania seruari firmauit decisione 308. idque tenet Mieres de maioratu libro 4. quæstione. 24. numero secundo,Ioannes Garsia de expensis ca.16.nu.6. & hanc esse communem sententiã, tenet Nauar.in Apologia de redditibus ecclesiasticis. quæst.2. monitu.15. numer.1.Pro qua sentẽtia facit regula accessorum de reg. iuris.Item quia cum fructus censeantur pars fundi integralis impossibile est quod transeat possessio fundi (ministerio legisquadragesimæ Tauri) statim mortuo vltimo possessore, & fructus aliquo modo penes hæredes ipsius permaneant,vt in. l. siquis sciens,& ibi Bald. in principio.C.de reiuendic.& in cap.1. nu.26. an agnatus,vel filius in vsib.fœudorũ Ruinus.consil.117.lib.1. cum enim possessor maioratus aliquo modo censendus sit vsufructuarius, quantumcunque dominium dicatur habere saltim reuocabile, & vsusfructus statim mortuo vsufructuario,extingua tur &consolideturcum proprietate, fructus pendentes tempore consolidationis, vel vsusfructus finiti,necessario pertinebũt ei ad quem res ipsa fructificans pertinent,fructus in ipsa re pendentes,vt in.§.is vero. institu. de rerum diuisio. ex. l. defuncta. ff. de vsufructu.Facit etiam prohac sententia tex. in.l. Hæremnius Modesti nus ff.de vsuris, vbi probatur, quod fructus pendentes infundo legato,a morte testatoris in legatarium transeunt, prout transit ipse fundus, etiã si fructus sint nimis proximi collectioni,quem text. pro hac sententia expendit Iaſ.consil.231. column.fin. lib.2.Cagnolus in.l.2 numer.100.in fin. C.de pactis inter emptorem.

Alij autem pro rata temporis anni quo vixit vltimus possessor, fructus diuidendos fore concertant inter hæredes defuncti, & nouum successorem,iuxta dispositionẽ l.diuortio supra relatæ, idque tenet Barto. ibi num.10.Vincencius de Herculanis.num. 22.Couar. lib. 1. variarum cap.15.adfinem,vbi pro hac opinione in Granatensi prætorio ita iudicatum fuisse testatur ea nimirum ratione,quia possessores maioratus attenta consuetudine Hispaniæ censentur constituti in magna dignitato,ac proinde magnam solent alere

familiam, pauperosque cognatos iuuare, Regem in bello sequi, atque magna alia onera supportare: ideoque iustissime prædictam æquitatem induxerunt, ad instar fructuum qui marito conceduntur respectu onerũ matrimonij. Auendañus tamen responso 5. num. 4. Non solum æquitate niti hanc computationem existimat, sed inspectis iuris institutis, ex stricto iuris rigore, ei concedendam esse ratam fructuum profitetur, ex eo quia possessor maioratus præcise & necessario post mortem maioratum restituere teneatur sequenti in gradu, vel vocatione, vt in l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. vnde cum quã do restitutio fit ex necessitate, fructus sint pro rata restituendi, vt vo-
7 luit Bartolus communiter receptus in dict. l. diuortio, numer. 10. existimãs, quod inter heredes prædecessoris & successorem fructus maioratus pro rata sint diuidendi, & hanc sententiã eadem nixus ratione tenuit Gregorius Lopez in l. 26. tit. 11. partit. 4. glos. verbo, quantos, ad finem, Burgos de Paz in proœmio legũ Tauri, num 74. Gutierrez qnæstione canonica. 33. num. 31. Aiora de partitionib. prima parte, cap. 9. nu. 6. Molina de primogen. lib. 3. cap. 11. a nu. 12. vbi dicit, quod aliter asseuerare iniquissimum esset, cum defunctus qui per totum fere annum substinuit onera maioratui annexa, fructibus eiusdem anni non potiretur, præsertim, quando in primo anno quo successit mortuus fuit. Pro qua sententia facit doctrina Andreæ de Isernia in cap. 1. §. his consequenter. nume. 20. ad medium, hic finitur lex Conradij, in vsibus fœudorum, vbi dicit, quod si fœudatarius decessit fructibus rei infœudatæ pendentibus, pro
8 ea parte temporis quo vixit fructus industriales saltim suos facit, quia dum haberet vtile dominium, fundum colluerit, & seruitia domino præstiterit, honoremque ei exhibuerit, quia videtur in eo militare, prorsus eadem ratio quæ militat in marito supportante onera matrimonij, & quia saltim fructus industriales videntur percipi toto tempore quo colluntur, vt in dict. l. diuortio §. non solũ Soc. in l. qui Romæ in princ. n. 22. ff. de verborum.

Inter has tamen Doctorum varietates, Aiora in dict. num. 6. dicẽdum reputat, quod prima opinio fundata in decisione tex. in l. hæremnius modestinus procedat in primo successore, seu primo vocato ad maioratum, vel fideicommissario bonorum maioratus, quia huic omnes fructus rei sibi legatæ, vel restitutioni subiectæ suos faciet, post acquisitum dominiũ ex causa fideicommissi, tanquam accessorij sint ipsis rebus legatis, vel fideicommisso subiectis. Cum habeat voluntatem tacitam institutoris maioratus vel testatoris, vt dominium rei ad eum pertineat ex die mortis eius, neque defunctus aliter disposuerit.

Opinio vero contraria ex Didaco de Couarru. supra relato, procedat vbi maioratus vel fideicommissum ex antiquo fuit fundatum, ita vt iam in eo non succederetur ex voluntate successoris tantum, sed ex necessitate apposita a primo fundatore, & vbi non fuisset in potestate vltimi possessoris & successoris, de fructibus aliquid disponere, sicut licuit primo maioratus institutori, ideoq, succurrendum sit illis vt partem fructuum habere possint. Saltem pro rata temporis quo prædicta bona possiderunt, & dominium eorum (saltim reuocabile) habuerunt, fundosque maioratus bona fide seminauerint, & colluerint, & hæc distinctio Aio-

ræ crebriori Doctorum sententia recepta est, in hoc nostro Castellæ Regno, & præsertim in hac Regali Chancellaria frequentissime a iudicibus nostris obseruatur, prout ego testis sum oculatus, & á grauissimis huius Regni & Chancellariæ aduocatis cognoui. Quo fit, vt cum Couarru. de praxi Granatensis prætorij & de Chancellariæ Pincianæ obseruatione testemur. Barbosa forte male informatus dixerit in dict. l. diuortio in princ. 2. parte nu. 5. & 8. quod contraria sententia magis communiter fuerit recepta in nostris Castellæ Regnis, in eisque frequentius iudicari, vt fructus pendentes indistincte ad successorem maioratus pertineant ex l. 45. Tauri cuius legis ministerio mortuo vltimo possessore, statim maioratus transit insequentem successorem, non solum quo ad dominium, verum & quo ad possessionem ciuilem & naturalem. Cæterum in Regno Portugalliæ, vbi prædicta lex. 45. Tauri non seruatur, sed iure Regni Lusitani iudicatur, opinio Gometij seruanda erit cum lege Regia fuerit Canonizata in libro 2. tit. 5. ordinationum, vt ipsemet Barbosa testatur, dict. num. 8. licet Costa vbi supra, num. 13. distinguendum inuerit, fuerit ne maioratus in vltima voluntate, vel in contractu institutus, quod si in vltima voluntate fructus pendentes successor suos faciat, cum ipso iure in ipsum transeat dominium rerum maioratus, ex l. fin. C. de legat. & l. 1. C. communia delegati, cum in simili maioratu locum habeat decisio dictæ legis Hæremnius Modestinus, si tamẽ in contractu constitutus fuerit fructus omnes ad hæredes vltimi possessoris pertinere integraliter arbitratur: Et ita Costa loco supracitato num. 13. non vero vt in toto, vel in parte successori adscribantur, ipse tamen Barbosa in dicta l. diuortio, in principio ab hac Costæ distinctione discedit, nu. 9. veriusque esse existimat, quod etiam vbi maioratus fuit in contractu institutus, fructus pendentes ad successorem in maioratu pertineant, ex Gamma decisione 350. A diuerticulo tamen redeundo inter prædictas duas opiniones contrarias dicendum arbitror, quod opinio præsulis Couarru. & Molinæ quatenus de rata loquitur, in praxi regulariter obseruetur in Regno, & ista sententia pertinaciter in forensibus Tribunalibus erit amplectenda: minime enim mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt, l. minime. ff. de legibus. Alia tamen sententia Gometij, tenẽtis quod hæredes vltimi possessoris omnes fructus collectos habere debeat, verior sit in puncto iuris, ex rationibus superius adductis.

Et tenendo istam Gometij sententiam in puncto iuris non obstãt fundamenta ex dict. l. diuortio a Couar. & Molina adducta, quia respondetur, quod onera maioratus magis habent figuram oneris, quàm vim & effectum, facta comparatione cũ oneribus matrimonij, vt respondet Costa in dicto tractatu de succesion. Regni, pag. 144. 3. parte num. 15. ad finem. Nauar. in dicta Apollogia de redditibus, quæst. 2. motu 15. ad finẽ vbi dicit, quod raro reperiuntur maioratus quorum possessores teneantur ad magnas expensas necessario faciendas, cum in bello & pace Regi deseruiant, nulla necessitate cogente, immediate ab ipso maioratu inducta, & ideo de prædictis oneribus maioratus, ad onera matrimonij præcisè & necessario subeunda non bene posset argumentari, idque late prosequitur Ioannes Garsia de

expensis

expensis,cap.1 6.num.6.versi.neque. Iubaturque prædicta sentẽtia ex eo, quia commoda maioratus,vt in plurimum excedunt onera maioratui annexa,quod tamẽ in dote fere semper, & vbique contrarium cõtingit, excsuperant namque onera commoda,vt in cap.salubriter de vsu: non ergo licebit de oneribus maioratum, ad onera matrimonij illationem facere,& in specie hanc sententiam tenet,Corneus,consi.1 58.column.fin. lib.3.Bart.in dict.l.diuortio in principio,num.1 1.Faber.in §.is vero numer.2.institutæ de rerum diuisione, Oldraldus consi.11 2.num.3.Alexander in l.qui Romæ in principio, nu. 9.ff.de verbor.obligationib.Fulgos. in dict.l Hæremnius Modestinus.

12 Neque obstabit secundum fundamentum deductum ex Bart. in dict. l.diuortio num.1 0.quatenus constituit differentiam inter restitutionẽ voluntariam & præcisam: nam respondetur eius sententiam veram nõ esse ex sententia Papiniani,ibi,quia decisio illius text non fundatur in hoc quod dotis restitutio fiat per maritum ex necessitate,vt falso Barto. præsupponit, sed potius quia ratione onerum fructus rerum dotalium suos facit maritus, quare extra terminos illius text. siue restitutio sit necessaria,siue voluntaria, non habet locum eius decisio, vt aduersus Bart.resoluit Couar. vbi supra num. 6.ad finem,idque in specie colligitur ex textu in dict. l. Hæremnius Modestinus,vbi hæres ex necessitate fideicommissum restituit, & tamẽ fructus pendentes non diuiduntur, sed insolidum ad fideicommissariũ pertinent post acquisitum fideicommis
13 si dominium. Hincque deducitur male sensisse Socin.consi.42.num.6 libro 3. dum secure arbitratur,quod fructus fideicommissi sint diuidendi inter hæredem & fideicommissum ex necessitate pro rata anni. Loquitur namque contra expressam iuris dispositionem in dict.l.Hæremnius, & ideo ab eo cauendum erit. Cauendumque erit Auendaño qui eum fuit sequutus dict.responso 5.num.4. & a Ioanne Gutierrez,dict.quæst.canonica.33.& ita contra Socinum consuluit Iason consil.231.col.fin.libr.2 Corneus consil. 158. col. fin. libr.3. idque etiam contra Socinum tenuit Alciatus in l.Centurio num.48.ff.de vulgari.

Nec etiam obstat tertia argumentatio pro opinione praxi recepta adducta,quia ad eam eleganter respondit Nauar.vbi supra quatenus dicit, quod si maioratus habet onera annexa, necessario subeunda, & possessor maioratus illa iam substinuit absque fructuum collectione illius anni in quo mortus fuit,possent hæredes eius ex æquitate prætoria impetrare vt successor in maioratu illud soluat hæredibus vltimi possessoris,cum successor illa onera solue
14 re debuisset, si prædecessor illa non soluisset,argum.text.in cap.qui sentit de reg.iur.in 6. Nihil enim tam naturale est,vtquem sequuntur commoda sequantur incommoda,vt in l. nihil tam naturale.ff.de regulis.iur. alias enim successor locupletaretur cum iactura aliena, quod esset contra naturalem æquitatem,vt in l.nã hoc natura.ff.de condictione indebiti,& in l.plane.ff.de petitione hæreditat.

Neque oberit sententia Andreæ de Isernia in fauorem cõmunis sententiæ adducta: quia respondetur, quod de stricto iuris rigore etiam in fæudis computatio fructuum contra
15 sententiam Didaci & Molinæ facie da foret,vt latissimo sermone defendit Barbosa in dict.l.diuortio.2.par.

num.

15 nu.15. reprobata opinione Cuiatij lib.4.fæudorum,tit.30. quatenus dicebat fructus pendentes, diuidendos fore pro rata anni inter dominum & hæredes vassalli, quando proprietas consolidatur cum vsufructu. Quinimo & Isernia dixerit, hac in re distinguendum esse inter fructus naturales & industriales, ita vt naturales(successor)omnes habeat,industriales vero pro rata, inspectaque æquitate legis diuortio diuidantur. Tamen præcitta differentia iure nó probatur,nam §. non solum, dict. l. diuortio,ex quo Isernia fundare nititur quod fructus industriales vidē tur percipi tempore quo curantur, quod etiam existimauit Socin. in l.
16 qui Romæ in principio nume.22. & dict.consi.42.nu.6.lib.3. & alij quos superius retulimus, minime id probat,sed hoc tantum quod in fructibus non solum attenditur tempus quo percipiuntur,sed & tempus quo curantur, ita vt de illis participare debeat, qui eos curauit & colluit, licet illos non perceperit, & ita declarat Paulus, ibi, num. 2. Aretinus in §.quod in anno. Tertio notabili. Duarenus in §.item si messes eiusdē legis. Quod si replicetur adhuc secū dum istum sensum probari ibi intentum Isserniæ,poterit responderi decisionem,dict.§.non solum, non esse generaliter accipiendam,sed potius restringendam ad causam dotis de qua loquitur, in qua verum est non solum attendi tempus quo fructus percipiuntur, sed & tempus quo curantur,cum in causa dotis solum ad onera per maritū supportata debeat haberi respectus: at vero extra causam dotis solum attenditur tempus quo fructus percipiuntur,vt in l. defuncta.ff.de vsufructu.& ita tenet Socin.consi.100.num.2.lib.1.Pendentes namque fructus regulariter sequi solent eum cui dominium rei acquiritur,vt tenet Bald.in cap.1.num. 26.agnatus vel filius in vsibus fæudorum,& in l.1.num.19.C.de vsuris,& fructi.legato.ex quibus in puncto iuris satis defensata manet opinio Antonij Gometij & aliorum tenentiū, quod successor in maioratu omnes fructus pendentes habere debeat,licet in praxi receptior sententia sit quod fructus isti pro rata temporis, quo quis bona maioratus possedit, diuidantur inter successorem & hæredes defuncti, & hæc omnino erit obseruanda in iudicando & consulendo,cum satis sit dicere posse, sic inueni Senatum censuisse, prout respondit Consultus in l.filius emancipatus ff.ad l.Corne.de falsis.

17 *Et* eadem computatio obseruanda erit in fæudis maxime, vbi post mortem vassalli fæudum non debet reuerti ad dominium,sed ad sequentem agnatum, iuxta formam instituere,& ratio ea erit potissima,quia fæuda conceduntur propter seruitia & sic propter onera fæudo annexa, vt in cap.1.§.fin.in fin.quibus ex causis fæud amitta.in vsibus fæudorum, & in hoc præcipue casu ita concludunt Alexan.& Cuman.in dict.l. diuortio num.3.Brunus cons.106.post medium.Costa de succesisione Regni.3.par.num.15.ad finem.

Si tamen a fæudum ad dominium reuertatur, & consolidentur dominia,facienda erit computatio tradita in §.his consequenter, hic finitur lex Conradij in vsibus fæudorum,vbi cauetur,quod omnes fructus pendentes ad dominium pertinent, præterquam si vassallus moriatur a Kalen. Martij,vsque ad finem Augusti,tunc enim omnes fructus pendentes ad hæredes vassalli defuncti pertinent, Et ratio huius conclusionis est, secū dum Alexan.in dict.l.diuortio. quia

a mense

a mense Martij, vsque ad mensem Augusti, solent vassalli magnos sumptus facere in equis & armis, & alijs militaribus præparamentis, prosequendis & comitandis dominis suis in bello. Hæc tamen Alexand. ratio nimis generalis est, licet aliquantulum sit persuasiua a communiter accidentibus, & forte mouit Alexandrum ad ita dicendum.

Molineus tamen in consuetudin. Parisiensibus, tit. 1. §. 1. gloss. 8. num. 11. etiam in fœudis prædictis seruandam existimat computationem, de qua in l. defuncta. ff. de vsufructu, eo quod fœudatarij vsufructuarijs æquiparentur, vt in capit. 1. in fin. quibus modis fœud. amittatur, dicens, quod text. in dict. §. his consequenter non probat Alexandri sententiam, & eius opinionem, quinimo eam videtur tacite reijcere, cum statim subiungat, secundum opinionem existimãtium, quod vbi fœudum consolidatur, cum proprietate, fructus pendentes ad dominium pertineant, quasi tacite inuat, iam collectos ad hæredes vassalli prædefuncti pertinere, & Molinæum in dict. num. 11. sequũtur Couar. lib. 1. variarum capit. 15. num. 13. Gamma, decisione. 150. numer. 2. quatenus ibi reputat, hanc secundam opinionem veram & rationabilem, primam vero quæ de rata loquitur, irrationabilem & non seruandam, nisi in locis vbi consuetudine recepta fuisset.

Ex quibus facile deducitur lapsum fuisse Cuiatium lib. 4. fœudorũ, cap. 30. quatenus voluit inter dominum, & hæredes vassalli defuncti, fructus pendentes diuidendos fore pro rata anni, ductus ex eo quod ita diuidebant, inter dominum proprietatis, & hæredes fructuarij, cum contrarium constet ex text. in dict. §. his consequenter ex quibus admittenda erit distinctio superius relata, quã etiam admisit Barbosa, vbi supra numer. 16.

18 An autem eadem computatio & diuisio fructuum sit facienda inter emphiteotam & dominium directũ vbi emphiteosis fuit finita, quæ fieri debet in fructibus bonorum maioratus vel fideicommissi, nonnunquam dubitari solet. Et in hac dificultate Socin. in dict. l. diuortio, num. 8. tenet, quod vbi per mortem emphiteotæ, fundus emphiteoticarius reuertatur ad dominum, fructus pendentes diuidi debeãt iuxta formam præscriptam in dict. §. his consequenter. Hic finitur l. Conradij in vsibus fœudorum, licet postea dicat, quod cum decisio dict. §. exorbitet a iuris rationibus totius erit, si pro rata anni diuidantur, inter hæredes emphiteotæ & dominum, incipiendo computationem anni, a tempore quo emphiteota incipiebat, collere & curare fundum emphiteoticũ, idque manifeste colligi videtur, ex tex. in dicta l. diuortio. §. non solum. ff. solut. matrimonio per quem in terminis nostris loquendo, ita tenet Tiraque. libr. 2. de retractu. §. 5. gloss. 4. num. 2. Molina lib. 3. de Hispa. prim. c. 12. num. 7.

Sed prædicta sententia ex eo dificilis reditur, quia emphiteota potius regulari debet instar vsufructuarij, quia eodem modo quo consolidatur vsusfructus cum proprietate, vt in dict. l. defuncta, & in dicto §. is vero sic & vtile dominium (& sic ius vsusfructus) consolidatur cũ proprietate rei emphiteoticæ, vt tenuit Iaso. in l. 2. num. 100. C. de iure emphiteo. Gratus consi. 79. num. 7. lib. 1. Ergo cum militet eadem ratio, validũ erit argumentum de emphiteota ad vsufructuarium, & ita tenet Iason, vbi supra & in præludijs fœudorum

num.18.Decius in Authent.qui rem num.5.C.de sacrosanct.Eccles.& ante eos Speculator, in tit. de emphiteos.nu.19.& ita tenet Molina lib. 1.de Hispanorum primog.cap. 7.nu. 8.Barbosa vbi supra,num.19.

19 Vlterius quæritur, an quod superius de vsufructuario diximus,(scilicet, quod hæres vsufructuarij, non debeat habere partem fructuum pẽdentium tempore mortis vsufructuarij,sit simpliciter verum.In qua difficultate (reiectis Doctorum altercationibus)breuiter & resolutiue distinguendum erit,inter fructus in arboribus pendentes,& domorum possessiones, siue annuis redditibus & obuentionibus,ex illis namque fructibus pendentibus,nullam hæredes vsufructuarij partem consequi debent.Sed omnes fructus pendentes tempore mortis ad dominum proprietatis fundi integraliter pertinẽt ex tex.in §.is vero,instituta de rerũ diuisio.ibi *Is vero ad quem vsusfructus fundi pertinet,non aliter fructuũ dominus efficitur,quam si ipse eos acceperit,& ideo licet maturis fructibus nondum tamen perceptis decesserit, ad hæredes eius non pertinent,sed domino proprietatis acquiruntur*. Si vero agatur de computatione pensionum 21 domorum annuorum reddituũ, vel obuentionum,idem est prorsus quod de fructibus pendentibus,quia de pẽsionibus vrbanorum, idem est quod de fructibus pendentibus in rusticis prædijs,vt in l.diuortio. §. non solũ versic.de pensionibus.

Si vero loquamur de pensionibus seruorum, proculdubio diuidi debeant pro rata temporis, vt in dict. §.non solũ,& in §.in seruo, & est tex. apertus in vsufructuario loquens in l.si operas,ff.de vsufructu,vbi pro rata temporis quo vsusfructus durat, diuiditur emolumentũ stipulationis inter proprietariũ & vsufructuariũ: idque probatur in l.si communis seruis.§.fi.ff.de stipulatione seruo.Et ratio differentię ea est,quia fructus ex arboribus vel prædij rũ vrbanis, quã rusticis nõ percipiuntur, nisi certa parte anni,hoc est tempore præfinitæ solutionis,& ideo in illis tempus perceptionis attenditur,vt in d.l. defuncta.ff.de vsufructu. Operæ vero seruorum quolibet die percipi vidẽtur,vt in l.1.ff.de oper.libert. quolibet enim die eadem vtilitas proportionabiliter ex illis queritur,& ideo pro tempore quo durauit vsusfructus (ac si realiter percepti fuissent) ad fructuarium pertinebunt, & pro reliquo tempore ad proprietariũ.Exqua distinctione colligitur explicatio ad id quod Othomanus dixit in d.§. his consequenter,col.2.adfinem,hic finitur lex Conradi in vsibus fæudorũ,quatenus indistincte tenet, pensiones locationum diuidẽdas esse inter dominum,& hæredes fructuarij, & hanc distinctionem latissimo sermone, pluribusque alijs rationibus adductis,exornat Barbosa in d.l. diuortio.2.part.num.22.cum quatuor sequentibus, efficientur igitur fructus vsufructuarij, non aliter quam si per ipsum iam sint percepti,vt voluit Iason consi.231.col.fi.lib.2. Quã do autem fructus dicantur percepti obscure docet Consultus in l.si fructuarius messem. ff. de vsufructu.& ideo tex.ille varios & difficillimos patitur intellectus, licet verior sit quem ibi refert Accursius,verbo,sed vt verum,quem ibi communiter sequuntur scribentes.Albericus in d.l. diuortio,nu.12.Bald.in l.cum plures §.messem in fi.ff.locati.Card.cõs.100 Alber.& Paul.in l.si fur.ff de vsufruc. Ias.cons.131.Cephal.cons.181. Gutierrez quæst.canonica.33.nu.4. Barbosa vbi sup.num.27.

Bene-

Beneficiato etiam decedente fructibus pendentibus, videndum erit
22 qualiter eius hæredes fructus computationem facient, cum successore in beneficio, quam difficultatem forsitam aliquis dicit superuacaneam esse, eo quod beneficiati hæredes de fructibus beneficij nihil prorsus habere debeant, cum acquisita per clericum intuitu ecclesiæ, ipsi ecclesiæ mero iure acquirãtur, vt in c. ad hæc,
23 & in cap. cum in officijs de testamentis, & in c. fi. de officio ordin. Abb. in dict. cap. ad hæc numer. 12. Iaſ. cons. fil. 76. colum. fin. lib. 3. Cosmas in pragmatica sanctione, titul. de annatis. § item quod si ecclesiæ verbo, acquisitos. Couarru. in d. cap. cum in officijs num. 6. Nauar. in Apollogia de redditibus quæst. 3. motu. 1. nume. 2.

Verum prædicta difficultas nulla tenus in nostra Hispania superuacanea erit, cum ex generali horum regnorum consuetudine obtentum sit, vt clerici de bonis, & fructibus etiam intuitu ecclesiæ acquisitis disponere possint, ac in illis abintestato succedatur, vt ostendit Couar. lib. 1. varia. cap. 15. num. 12. decisione Perusin. 33. n. 1. & 15. Faber. in § is vero num. 2. de rerum diuisio vbi hac subsistente consuetudine, idem quod in vsufructuario, dicendũ reputat Cosmas vbi supra, & hanc consuetudinem validam esse probauit Bellamera in cap. cum venerabilis num. 47. de exceptio. Couarr. in d. c. cum in officijs, n. 9. Bellonus cons. 3. a nu. 9. Sarmiento de redditibus ecclesiasticis c. 1. nu. 8 Burſat. cons. 178. n. 5. li. 2. licet in Rota contrauenientes abintestato, iudicatum fuisse testetur decisio Rotæ. 41 n. 4. in tit. de proba. & teneat Card. cõs. 110. n. 2. quod hæredes instituti (tantũ) in talibus bonis, succedere possint, tamen verius & probabilius est, consuetudine inductum fuisse in omnibus Hispaniarum Regnis, vt tam abintestato, quam ex testamento, in bonis clericorum, etiam intuitu ecclesiæ quæsitis succedatur, excluſa ecclesia, idque firmat audacter Prob in c. fi. n. 1. de officio ordin. Couar. loco proxime citato num. 9. Molina de Hispanorũ primogen. lib. 1. c. 10. num. 54. Auendaño responso. 19. num. 8. Sarmiẽto vbi supra 2. par. c. 6. & 4. p. c. 1. num. 8. Matiençoin l. 13. tit. 8. li. 5. Recop. glos. 4. per totũ Pelaez, Ameres de maioratu 1. part. quæstione 1. numero 15. idque lege lata in hoc Castellano Regno fuit constitutum in l. fin. tit. 8. lib. 5. Reco. vbi communiter moderni. Idque latissimo sermone tutatur Spinus in suo Speculo testamentorum glos. 14. a numero 13.

Quibus sic in pũcto præsuppositis ad nostram quæstionem principalẽ deueniendo, dicendum videtur, distinctionem l. defuncta ff. de vsufructu seruandam fore, videlicet an fructus fuerint iam percepti, vel non fuerint, vt primo casu ad hæredes beneficiati defuncti pertineant, sin minus tamen ad successorem in beneficio in totum acquirantur, quam distinctionem sequutus fuit Accurs. in l. 1. glos. fin. C. de anno Ciuili lib. 11. quam ibi sequuntur Bart. & Paul. ac rursus, idem in l. diuortio. §. non solum. ff. solut. matrimo. Rota decis. vnica de trãslat. prælato in antiquis. Corsetus singula. 49. & secundum iuris traditiones, id esse indubitatum dicit Calderi. cons. 2. in princ. de pecul. clericorũ & ita pro constanti tenet Bart. consil. 231. num. 2. Faber. in dict. §. is verò num. 2. Perusinus, in c. fin. in princ. num. 11. de officio ordi. Cosmas in dicta pragmatica de Annatis §. itẽ quid si ecclesia, verbo acquisitos. Alex. consil. 15. numero 3.

lib. 2.

lib.2.Bellonus consil.3. nu.11. & hanc esse communem sententiã firmauit Alberi.in d.l.diuortio. n.12. Couar.lib.1.varia.cap.14. num.21. & aduersus moderniores, defendit Naua.in d.apologia de redditib⁹ q. 2.monitu 13.& consil.61.sub tit. de præbendis,â nu.5. Anto. thesaurus decisione Pedemontana 143. Cabalcanus decis.44.nu.1.& pro constanti tenet Iosephus Ludouicus de cis.Perus.33.nu.1. Gutierrez plures alios referens qæstione canonica 33.â num.1.

Contrariam tamen sententiam, imo quod fructus decimales tempore mortis beneficiati pendẽtes diui di debeant pro rata inter eius hæredes & nouum succeſſorẽ in beneficio,tenuit Alber.in d.l.diuortio nu. 12.licet sub dubio & non firmando pedes,cũ dicat vel fructos istos esse diuidendos pro rata, vel recurrendũ fore ad decisionem d.l. defuncta. Et hanc opinionem veluti indubitatam tenet Sarmiẽto, de redditi.ecclesiasti.lib.4.cap.6.num.13.Couar. vbi supra Molina lib.3.de primog. cap.11.num.4. & Gutierrez vbi supra num.9. Quibus in locis præfati doctores testantur in nostra Hispania ita passim obseruari, vt pro rata tales fructus diuidantur, idque asseuerantius & vehementius defendit Sarmiento, in defensione à morsibus Nauarri circa dictum tractatum,de redditibus ecclesiasti.2. q monitu 13.tenentque alij relati âBeerio cons.23. nu.7. Et pro hac opinione facit quia cum valeat argumentum,de matrimonio carnali ad spirituale,vt in cap. inter corporalia de transl.Episcop debet obseruari indistincte in hoc,decis.tx. 25 ind.l.diuortio,vbi maritus, pro rata anni fructus rerum dotalium percipit, vt late isto capite supra retulimus. Beneficiatus namque interim quod viuit,onera suæ ecclesiæ supportat administrando sacramenta, mortuos inferendo & omnia alia faciendo ad eius administrationem pertinẽtia, qua ratione fructus beneficiorum beneficiatis applicantur, vt in c.cum secundum Apostolum de præbend.aliâs enim maxima resultaret iniquitas, cum beneficiatus per aliquod tempus anni ecclesiæ inseruisset absque aliquo emolumento, quod nimis absurdum videtur & contra illud dignus est mercenarius mercede sua.Et hæc sentẽtia indubitãter tenẽda erit,propter magnã cõgruentiã & similitudinẽ quã habet beneficiatus,cũ marito onera matrimonij supportante, quidquid in contrarium dixerit Barbosa in d.l. diuortio numero 57. Vbi contrariam opinionem pro viribus & posse ab impugnationibus aliorum contrariam sententiam tenẽtes, defendit.

24 Crederem tamen quod in hoc semper sint attendendæ episcopatuum consuetudines,variæ enim varijs in episcopatibus esse solent, quod ita existimauit Barbosa vbi supra in calce huius articuli quatenus dicit in hoc standum esse consuetudinibus regionum, & secundum eam vel diuidendos esse fructus pro rata, vel integros reseruandos esse, successori, vt in extrauaganti Ioannis 22. incipienti susceptæ regiminis, quam ita declarat Ioannes Andrea, in Regula nemo plus iuris de reg. iuris in 6. Afflictis in supradicto. §. his consequenter numero octauo. Hic finitur lex Cõradij Nauarri consilio 61.sub titulo depræben. vbi subdit vnum notabile verbum dicens, quod statutum,vel consuetudo disponẽs quaNn liter

liter fructus sint diuidendi, si beneficium vacat per mortem non debet extendi ab beneficiũ quod vacauit per resignationem. Quam sententiã probat ex tex. in c. susceptũ, de rescriptis in 6. & loquendo in commendatoribus ordinum militarium. Ita
26 tenet Gama decis. 128. num. 2. vbi tenet quod si cõmendatarius moritur ante festũ, sancti Ioannis Baptistæ, nihil lucratur ex fructibus, sed integri ad successorem incommenda pertinent, si vero post diem sancti Ioannis moriatur, omnes fructus ad eius hæredes pertineant, hoc tamẽ locũ non habebit incommendatario renũtiante. An autẽ hoc verũ sit, nec ne, pro nunc non disputatur, tu tamen ex Bart. l. de quibus numero 6. colligere poteris, quatenus agit antiquatum habeat interpretationem extensiuam.

In hac ergo fructuum computatione, resolutiuè regulam constituo, quod dispositio legis diuortio, generaliter locum habeat in omnibus casibus in quibus labor & onus sunt causa precipua & immediata acquirendi fructus. Nam cum tunc videatur militare fere eadem ratio quæ in marito militat, proculdubio admittenda erit eadẽ computatio & diuisio de qua in d. l. diuortio, scilicet vt fructus pro rata onerum diuidantur, in alijs vero casibus in quibus diuersa acquirendi ratio militaret secus erit, & sic recurrendum erit ad decisionem d. l. defuncta, vt resoluit Baptista de sancto Blasio, in tracta. de priuilegijs, dotal. Centuria 3. num. 7. Oldrad. consilio 112. ad finem idque ita resoluit Barbosa in d. l. diuortio. 2. p. numero fin.

Si tamen fructus non apparerent tempore quo dissoluitur matrimonium, seminatus tamen esset fundus, vel cultus, diuisio fructuum illorum qui virtualiter insunt, facienda erit hoc modo, vt coniux eius est proprietas fundi, vel terræ, vel vineæ iam cultæ suum fundum percipiat, eo modo quo extat cultus seminatus vel instructus, dummodo alteri coniugi dimidietatem expẽsarum, ad id factarum exoluat, vt in l. 10. titulo quarto libro tertio fori, & ibi ita tenet Montal. Palacios Rub. in repetitione Rubr de donatio. §. 62. num. 10. Alora de partitio. 1. p. cap. 9. numero 1. Anto. Gomez in l. 50. Tauri numero 72. Matiençø in l. 4. glos. 1. numero 4 lib. 5. recop. vbi idem in fœtu pecorum, quod in terris seminatis dicendum reputat, eo quod etiam in ventre communicantur, idque tenet Baldesius in additio ad Rodericum Suarez in titulo de las arras numero 62. vbi Molinam Mieres & alios pro dicta conclusione refert, hoc enim totum prouenit â iure societatis quæ inter maritum & vxorem tacite contrahitur vt in cap. cum societas 27. quæstione 2. & in c. 2. de sponsali.

SVMMARIVM.

1 *ANni cõputatio varie apud antiquos nec non apud modernos fieri consuenit.*

2 *Eræ Cæsaris computatio, âtriginta & octo annis retro, ante Christi natiuitatem fieri debet.*

3 *Exemplo euidentissimo computatio eræ Cæsaris, (respectu natiuitatis Christi redemptoris nostri) demonstratur.*

4 *Annum*

4 *Annum dupliciter considerari posse, (quoad partitionem & diuisionem bonorum) ostenditur.*

5 *Annus naturaliter consideratus, quibus cõstet diebus, & à quo die incipiat.*

6 *Annus secundum casus contingentiam consideratus qualiter computari debeat.*

7 *Annus respectu vindemiæ ab vna ad alteram vindemiã computatur.*

8 *Annus quoad messium collectionem, qualiter computari debeat.*

9 *Romani, annum contingentem circa vindemiam diuerso modo quam Hispani considerant & computant.*

CAP. XXI.

Anni, vel æræ computatio qualiter sit facienda, vbi de fructibus lucrãdis, vel historijs intelligendis, agitur.

1 OLIM Romani per Consules, Græci per Olympiadesanorũ ducebant rationem, alij vero aliter. Sic quoque & hodie Christiani, alij â Natiuitate Domini nostri IESV Christi, alij ab illius Incarnatione rationem illorum ineunt, vt notat gloss. in rubrica C. de indictio. in fin. lib. 10. glos. etiam, in rubrica vt præponatur nomẽ Imperatoris, & glos. etiam in extrauaganti vnica de censi. Angel. in l. diuortio. §. quod in anno in fine ff. solu. matrimonio Couar. libro 1. variarum cap. 21. nu. 1. Molina lib. 3. de Hispano. primog. c. 11. nu. 8. & rationem differentiæ assignat Catelia cota immemoria. verbo annus. Quid vero cæteræ obseruent nationes consulto omitto. Verum quod ad nos Hispanos attinet olim apud maiores nostros moris erat, vt annorum computatio fieret ab era Cæsaris, & hæc quidem computatio obtinuit vsque ad tẽpora Regis Ioannis primi, is enim anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo tertio, ea computatione antiquata nouiſime ſanxit, vt â Domini IESV Chriſti natali die annorũ iniretur computatio, ſicuti ex illius apparet chronico, vt notat Couarr. vbi ſupra, Venerus in Inquiridione temporum ſub principio Greg. Lopez in l. 45. titulo 28. part. 3. gloſ. verbo, *la era* Hieron. Roman in commentarijs *de las Republicas* 2. parte lib. 9. cap. 6. Parlado. lib. ſecundo rerum quotidia. ca. 20. numero 3. Chaues in ſuo repertorio tit. 59. fol. 55.

2 Habuit autem illius Cæſareæ æræ computatio initium per triginta & octo annos ante IESV Chriſti natiuitatem, ſicuti præfacti doctores animaduertunt, & hoc manifeſte apparet ex proœmio partitarum, in fin. proinde diligentiſsime â nobis obſeruandum erit, cum forſam in vetuſta aliqua monumenta inciderimus in quibus ſub huius æræ annotatione annumeretur annus quo geſta res eſt, 3 vt animaduertamus ad ſubducendam veram rationem quæ cum hodierna

dierna computatione congruat, dispungendos nobis esse ab ipsius eræ numero illos triginta & octo annos, qui inter eram & natalem domini diem interfluxere, nam eo pacto facile percipiemus, & quoto anno Domini res gesta est, & quot inde ad nos vsque efluxerint anni, & adhoc vt rem hanc veluti digito demonstremus, facienda erit computatio, ad instar (scilicet) duarum inæqualium virgularum, quia si eas æquales facere velis, aut longiori detrahes, aut breuiori addere debebis, itaque vbi era Cæsaris scripta fuerit, intelligas quod eræ Domini nostri IESV Christi vel eius Natiuitati addere debes illos triginta & octo annos & sic vbi hoc anno 1599. rationem eræ Cæsaris facere quis voluerit, addere debet eræ Domini illos triginta & octo annos, & sic reperiet quod in hoc anno de 1599. â Natiuitate Domini nostri IESV Christi numerabit 1637. ab era Cæsaris, neque hoc contemnendum erit, memini enim non paucos eosdemq; per eruditos viros, eius rei ignorantia nonnumquam alucinatos fuisse, vt recenset Parlado. loco supra citato nu. 6.

4 Quantum autem attinet ad fructuum diuisionem vel perceptionem anni dupliciter considerari so-
5 let, consideratur namque aut secundum cursum naturalem solis, aut secundum casus contingentiam, annus autem naturaliter consideratus constat tercentis sexagintaquinque diebus, vt in l. ita vulneratus, & ibi glos. ff. ad l. Aquil. & in l. cum hæres §. stichus. ff. de statu liberis. Hic autem annus apud Romanos olim incipere solebat â Kalendis Ianuarijs & de hoc multa tradit Robertus lib. 1. sententiarum cap. secundo, sed post aduentum Domini nostri IESV Christi incipit ab eius fœliciſsima Natiuitate, vt supra proxime retuli-
6 mus. Incipit tamen annus (secundum casus contingentiam consideratus) ab eo tempore quo casus emergit, & ab illo die numerandus est, per 365. dies continuos, ad instar anni naturalis, vt colligitur ex glos. in cap. quam sit verbo mensem, de electione in 6. & ita tenet Bald. in l. 3. ff. soluto matrimonio. Vincentius de Herculanis, in l. si anre nuptias numero secundo
7 eo titulo, Aiora de partitio prima parte capite nono numero sexto & ita videmus quod circa vindemias, ab vna ad alteram annus computatur, hoc est ab vno die Sancti Michaelis Archangeli ad alterum diē eiusdem Archangeli.

8 Circa collectionem vero messiū ab vno die Assūptionis semper Vir-
9 ginis Mariæ ad alium, inter Romanos tamen huiusmodi annus contingens, computabatur vindemia â decimo Kalendis Septembris, vsque ad Idus Octobris, vt in l. 2. C. de ferijs tempus vero messis incipiebat ab octauo Kalend. Iulij vsque ad Kalendas Augusti, idque refert Plin. in sua naturali Historia lib. 18. cap. 31. Duarenus in l. diuortio ff. sol. matrimo. quæ omnia conducunt ad faciliorem intelligentiam eorum quæ dixit Aiora de partio. parte 1. cap. 9. numero 6. & nonnulla etiam de hoc dicemus in computatione 26. quam vide.

SVM-

SVMMARIVM.

1 PActum factum inter socios, respectu amissionis capitalis, in pecunia vel operibus consistentis, illud omnino seruari debet.

2 Socius, an teneatur resarcire socio damnum quod sibi superuenit ratione societatis.

3 Socius operam suam tantum ponens in societate, nullum sentit damnum si capitale ab altero socio in pecunia immissum perdatur.

4 Pecunia ab altero ex socijs in cõmunione & societate immissa, si perdatur non sentit partem damni socius qui operas posuit neque êconuerso.

5 Opera à principio societatis non est tãti æstimanda, quanti est amissio capitalis, in pecunia consistentis & interusurium ipsius.

6 Res propria vnius ex socijs si pereat occasione societatis perijt vniuersi societati.

7 Opera socij, si æquiualeat amissioni capitalis in pecunia, & interusurio eius simul operam ponens nihil pro capitali pecuniæ deperditæ, domino pecuniæ contribuere tenetur.

8 Operam siquis effectualiter posuit in societate, & operæ sint amissæ, amissionis periculum alteri socio communicabitur.

9 AEqualitas est vasis & fundamentum societatis.

10 Opera vnius socij, pretiosior esse solet quam pecunia alterius.

11 Amissio operarum non consideratur inter damna societatis.

12 Operarum amissio, in societate qualiter considerari debeat.

13 Opera socij, non debet reputari capitale, respectu sortis alterius socij, in pecunia consistentis, sed respectu commodi, & interusurij medij temporis.

14 Operam in societate ponens, si non moriatur durante societate, non dicitur capitale suum amittere.

15 Pecunia de per se, vel ex natura sua, facta non fuit vt aliquid lucretur, sed propter commutationem.

16 Lucrum societatis magis dicitur causatum ab opera & industria, quam â pecunia in societate immissa, quæ de per se pecuniam vel aliquod lucrum non parit.

Computatio vigesima secunda.

CAP. XXII.

Computatio damni qualiter sit facienda inter socios, quando vnus posuit pecuniam, & alius operam & industriam, & nihil lucratum reperitur in calce societatis.

DVBIA quidem, & nimis controuersa esse solet quæstio hæc, scilicet, qualiter sit facienda computatio seu distributio damni seu amissionis operarũ inter socios, quando vnus posuit pecuniam, alius vero operam & industriam, nihil tamen in tali societate lucratum inuenitur, & operæ sine mercede manent, pecunia tamen ab altero socio apposita integra reperitur. Pro cuius computa-
1 tionis euidentia illud præmittendum erit, quod si inter socios super hoc pactum aliquod efluxit, vel in patria circa hoc erat consuetudo, faciendi computationem, tali, vel tali modo, illud pactum vel consuetudo seruari debet, vt loquendo in pacto tenet Salicetus in l. 1. C. pro socio, numero 2. & loquendo in pacto & consuetudine simul, tenet Bald. ibi numero 6. versiculo tu dic, Petrus de Vualdis in tracta. de duobus fratrib. 4. parte numero 7. versiculo nam inter artifices, Pala. Rub. in repeti. cap. per vestras. §. 11. numero 10. Grego. in l. 10. tit. 10. parti. 5. glos. verbo perdiendose. Molina de Iustitia disputatione 416. Si vero nihil pacto vel consue.udine dictũ, vel introductum fuerit, tunc nostræ computationis difficultas magna est, & quidem ex eo pendere videtur, an socius socio perdenti aliquid in societate, damnum illud resarcire teneatur, pro parte quam, habitolucro, sibi lucrum contingeret. In qua difficultate, glos. in l. 1. C. pro socio, dicendum existimat, quod si pecunia hoc casu fuit amissa, nõ sit commune periculum amissionis, ita vt qui operas posuit pro rata dãni & amissionis contribuere debeat, & eam sequuntur ibi Petrus de Bello. pertic. Cinus, Bald. Angel & Paul. vbi tenent, quod ille so-
3 cius qui operam ponit, nullum sentit damnum capitalis (in pecunia) amissi, quando ille qui capitale in pecunia posuit, non communicabit illam effectualiter, ita vt finita societate, si capitale integrum permancat, diuidatur cum eo qui operam tantum posuit, sed vult illud præcipuum deducere. Quam sen-
4 tentiam ante illos tenet glos. in l. si nõ fuerit, verbo solus ff. pro socio, vbi dicit, quod si perdatur pecunia per alterum ex socijs apposita, periculum non est commune, nisi speciaLiter hoc actum esset, quam sententiam tenent etiam Sotus de iustitia & iure, quæst. 6. art. 1. Nauar. in manuali ca. 17. num. 251. Syluester verbo societas q. 6. Molina de iustitia disputatione 416. versi. postea vero. Sicut enim neque damnum commune esset, si ille qui operas posuit, laborando in societate moreretur. Et eandem sententiam tenet Bald. in d. l. 1. num. 6. versi. tu dic, quem præfati doctores pro contraria opinione allegant, eo quod verba illius, attento animi iudicio non colligerunt. Dicit enim ibi Baldus quod ratio glossæ, in d. l. prima ea est, quia regula iuris naturalis est,

quod

quod quatenus quis lucrum sentit, catenus & damnum supportare debeat, iuxta tex. in l. manifestissimi. § sed cum in secunda, C. de furt. ibi, *vbi enim periculũ, ibi lucrũ*, & in regula secundum naturam ff. de reg. iuris sed operam ponens, nihil de capitali in pecunia ab altero socio apposito lucratur, ergo nullum damnũ sentire debet ex eius amissione Bald. recitata hac opinione glossæ, & aliam Iacobi de Arenis subdit, & ideo tene primam, igitur manifeste apparet, quod glossæ sententiam sequitur in d. l. 1. dum subdit verbum illud quatenus est commune lucrum, &c. loquitur enim non de lucro supra capitale, sed de lucro ipsius met capitalis, & hanc sententiam sequitur Oldofredus in d. l. prima & cũ eo transit Pala. Rub. in repetitione capituli, per vestras §. 11. num. 10.

Contrariam tamen sententiam, imo quod amisso capitali, in pecunia apposito, socius qui operam posuit, pro rata amissionis contribuere debeat, tenet Bart. in tractatu de duobus fratribus numero 20. ex tex in l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro socio vbi refert Iacobum de Arenis ita tenentem, in d. l. prima C. pro socio, vbi dicit quod si repliceretur, quod ex hac opinione, resultaret iniquitas, cum eo casu operam ponens non solum operam amitteret, verum etiam dimidium capitalis in pecunia consistentis, nulla quidem iniquitas resultaret, eo quod opera illa in societate apposita, iam erat communis, & sic nihil perditur, quod non sit commune, vni sicut alteri. Et hãc sententiam tenuerunt Oldraldus & Ricardus de Malumbris in d. l. prima, quos ibi refert & sequitur Salicetus numero 3. dicunt enim ipsi quod satis est quod propter capitale lucrum sperare potuit, & quod hæc est veritas: fundantur autem præfati doctores, ex tex. in l. cum duobus, §. quidam sagariam ff. pro socio.

Inter has tamen doctorum varietates, & iuris consultorum controuersias postquam hanc quæstionem valde difficilem reputat Soci. consilio 265. col. 3. versiculo ex quibus volumine 2. fædere distinctionis eas conciliare nititur: dicit in quam quod in hoc casu considerandum sit quod aliquando opera â principio, non est tanti æstimanda, quanti est amissio capitalis in pecunia consistentis, & inter vsurium ipsius, sed tanti quanti est amissio interusurij, aut opera immittenda in societate, est tãti æstimanda quanti æstimatur periculum capitalis & interusurij, & primo casu considerandum esse quod aliquando capitale ab initio societatis fuit effectualiter communicatum, vt pote quando fuit traditum ei qui operas ponebat (ad traficandum cum eo) vt declarat Salicc. in d. l. 1. num. 3. & hoc casu, si totum perdatur indubitanter, vtrique socio amissio hæc adscribitur, & secundum eum ratio est clara, nam tunc, perijt res communis vtriusq; socij, vt in l. quæ fortuitis, C. de pigno. actione. & in cap. 1. extra de commodato. Quæ sententia principaliter procedit quando, capitale in pecunia consistens effectualiter fuit communicatum, eo pacto adiecto, vt finita societate inter socios æqualiter vel alio modo, diuideretur, ex quo enim, societate finita, dimidium vel partem tertiam vel quartam lucratur, ille socius qui operas posuit, illa pecunia amissa, pro parte lucri quod esset habitu

rus, damnum etiam sentiet, ex d.l. secundam naturam.

Aliquando vero capitale non est communicatum effectualiter, sed totum dominium pecuniæ est retentum per immittentem, ita vt cum socio ponenti operas prorsus non communicetur, & hoc casu pro culdubio totum capitale peribit periculo immittentis, ex quo neque effectualiter, neque quoad translationem dominij fuit communicatum, quod intelligit verũ, nisi ipsa societas esset causa peréptionis, vt quia alias pecunia non perijset, si societas illa contracta non fuisset, vt in l. si quod §. idem celsus ff. pro socio & huius conclusionis eam esse ve-
6 ram rationem affirmat, quia etiam quando res propria vnius ex socijs, perijt occasione societatis, perit vniuersi societati, vt in d. §. quidam sagariam, idque tenuit Bald. in d.l. num. 6. & in d.l. cum duobus §. damna eodem tit. & in l. 1. C. de fructi. & litium expensis.

Aliquando vero dubitatur an talis pecunia fuerit effectualiter communicata, & tunc aut vterque ponit pecuniam & operam & censetur pecunia communicata, & procedit de plano glos. in d.l. prima C. pro socio, & in d.l. si non fuerit, & tunc damnum est commune, & de hoc vllus vnquam dubitabit aut summus in casu dubij, scilicet quando simpliciter fuit contracta societas, ponendo vnus pecunias, alter vero operam, & tunc pecunia non censetur communicata, vt in d. §. damna, & ita perijt immittenti, si vero sit communicata, eo quod cõ sumpta fuit in emendis mercantijs vel alijs rebus societati necessarijs, non tamen effectualiter fuit cõmunicata, quia finita societate integra extrahenda erat, per eumqui illã po suit, tali casu proculdubio perijt periculo immittentis, ex quo operam ponens, nihil de illo capitali erat habiturus, finita societate, & in hoc casu loquitur glos. in d.l. si non fuerit, & in d.l. 1. C. pro socio & ita tenet nouissime Fachineus lib. 2. controuersia iur. c. 95. versi. contrariam.

7 Secundo vero casu quando opera æquiualet interusurio pecuniæ, & periculo capitalis simul, operam ponens pro capitali pecuniæ deperdito contribuere non tenetur domino pecuniæ, cũ ipse perdiderit etiã operas suas, eidem pecuniæ & eius interusurio æquiualentes, & ita intelligendam putat Soci. vbi supra glos. in d.l. si non fuerit, & in d. §. de illa instituta pro socio, & subijs distinctionibus seruandam reputat opinionem glossæ in d.l. 1. C. pro socio & horũ qui illa sequũtur, eamq; magis cõmunẽ dicit, æquitatemque contineri affirmat, secundum arbitriũ boni viri & Soci. sequitur Greg. Lopez in d.l. 10. verbo *perdiendose*, eam tamen temperare intendit, quatenus dicit, quod si res socij, respectu societatis perierit & societas fuerit causa peremptionis, periculo amborum sociorum pereat, ex tex. in d.l. si id quod §. idem celsus ff. pro socio, dicit in quam quod si in hoc dictum Socini verum esset, destrueretur tota communis opinio, quatenus habet quod capitale perijt imittenti, nam semper dici posset perijsse occasione societatis, cum si illam pecuniã in arca recondisset, ne vtique perijset, quod in effectu esset dicere contra communem, quatenus habet, quod ad hoc vt iustũ sit lucrum, capitale debet immitti in societate periculo immittentis. Ex quibus in hoc sententiam Socini falsam reputat. Neque his obstare dicit tx. in d.

§. Item

§. Item Celsus illi enim respondet, quod in casu illius tex. pecunia non erat vnius tantum, sed vtriusque & iam erat in communi collata. Neque etiam obstare tex. fortiorem in d §. quidam sagariam: & in l. secúdũ Iulianum ff. pro socio, quia aliud est perdere res proprias, vnius socij respectu & occasione societatis, aliud est perdere capitale æstimatum, seu in societate immissum, nã primo casu damnum contingit extra res societatis, secundo vero in ipso capitali societatis, quo casu debet perire immittenti, vt sic iustificetur lucrum, quinimo existimat, quod d. §. quidam sagariam, non debet intelligi in omnibus rebus proprijs vnius ex socijs, quæ perierũt ratione exercitij societatis, sed de illis tantũ quas habuit necesse secum ferre, qui operas posuit pro exercendis negocijs trafici & societatis, quas ipse alias non tulisset, vt in seruo vel equo, quos emerat pro meliori societatis & trafici expeditione qui alias penes dominum stantes, non perijssent, idq; vere cantat tex. in d. §. item Celsus.

Si vero vterque posuisset pecuniam ex operam, quia tũc censetur pecunia communicata, argumento l. primæ & 2. ff. pro socio proculdubio damnum sit cõmune quod intel ligit Greg. quando tam in capitalibus quã etiã in operibus esset æqua
8 litas, ex quibus resolutiue dicendũ videtur, quod siquis posuit operas effectualiter, alteri socio damnum communicabitur, operibus in fine societatis amissis, pro dimidio æsti
9 mationis operarum, vt sic æqualitas (quæ est finis vasis & fundamentum societatis) seruetur, vt in l. si nõ fuerit ff. pro socio, quid enim magis refert, pecunia deperdita fuerit, an opera pecunia æstimata cum idem prorsus vterque dicatur, vt in l. cum duobus §. in coeunda ff. pro socio: *ibi pretium enim artis est velamentum* facit tex. in l. scio amico ff. de annuis legatis, ibi, *labor & pecunia recipiunt diuisionem*. Quinimo & sæpissime, opera
10 socij pretiosior solet esse, quam pecuniam alterius, vt in §. de illa, instituta de societate, *ibi quia sæpe quorundam ita pretiosa est operæ in societate, vt eos iustum sit, conditioni meliori in societatem admitti*. Cum ergo non minus opera, quam pecunia in societate apposita æstimetur, non inique dicendum erit in proposito, vt operarum etiam amissio communicetur socio qui pecuniam tantũ in societate apposuit, vnde si capitale in pecunia, ab vno immissum subsistat, opera tamen ab alio opposita sit amissa, computatio erit facienda in hunc modum, vt dimidium capitali in pecunia subsistentis, recipiat, qui operas suas penitus amisit quo facto vterque participauit de damno pro æquali parte, pro vt participasset de lucro, si lucrum in societate factum fuisset ex d. l. si nõ fuerit & ita tenet Coua. li. 3. variarũ c. 2. n. 2 Cõtrariã tamẽ sententiã videtur tenuisse Greg. Lopez in
11 l. 10. tit. 10. parti. 5. glos. verbo perdiẽdose, quatenus dicit, quod inter dãna societatis nõ cõsideratur amissio operarum, sed capitalis tantum, & ideo si alter ex socijs operas posuit, easq; amisit, nihil ab alio socio illi resarcitur, quod ante eũ tenuit Bar. in tract. de duobus fratrib⁹ n. 20 vbi dicit quod si opera in societate apposita sit, statim cõmunicetur, & sit cõmunis vtriusque socij: quia nihil perditur, quod nõ sit cõmune, idẽ tenet Bald. in l. si Patruus. C. cõmunia vtriusque iudicij.

Ego tamen veritatem huius com
12 putationis, in eo cõsistere arbitror,
scilicet, vt æstimetur, qualiter de-
beat considerari, il'a operarũ amis-
sio: qua in re diuersi diuersa sense-
13 runt. Salicetus tamen in d.l.1. nu.3,
dixit quod opera socij, non debet
reputari capitale respectu sortis al-
terius socij in pecunia consistentis,
sed respectu cõmodi, & interusurij
medij tẽporis, illius pecuniæ, & sic
pretium operæ sit quasi cõmodũ &
interusuriũ, ipsius pecuniæ, non au-
tem reputetur vt sors, quod mẽti te
nendum reputat, & ideo Fulgosius,
14 in eadem l.1. dixit quod si is qui ope
ras posuit non moriatur durante
societate non dicetur amittere suũ
capitale. Ex quibus manifeste dedu-
citur quod capitale immittentis
operam in societate, nõ consistit in
opera tantum, sed in industria per-
sonæ, & in eo simul quod se exponat
periculis societatis, nauigando, siue
huc & illuc eundo, vel in assistendo
in apotheca trafici, pro augenda so-
cietate vt in d.l. si non fuerit §. si in
coeunda ff. pro socio. *ibi pretiũ enim operæ artis est velamentum*, vbi glos.
verbo prætiũ in fine, dixit quod præ
tium artis & opere, est velamen-
tum ipsius artis vel operis, & ideo
labor & industria, à socio appos-
ta, quasi pretium & capitale repu-
tatur. Quam sententiam pulchre
exornat Socinus omnino viden-
dus, in consilio 265. col.6. versicu-
lo confirmatur, vnde recte dicen-
dum puto, quod ille qui operam
& industriam suam amisit, capi-
tale suum (pecunia æstimabile) ami
sisse dicatur, & per consequens
socius qui pecuniam, posuit di-
midietatem æstimationis operа-
rum, & industriæ amissæ alteri so-
cio resarcire teneatur, alias enim
æqualitas de qua in d.l. si non fue-
rit, non seruaretur, opera namque
& industria, effectualiter (ipso
facto) communicatur. Quinimo
maiori ratione socio qui posuit,
operam & illam culpa sua præce-
dente amisit, socius qui posuit
pecunias contribuere deberet, cũ
in societate maioris considera-
tionis, sit opera & industria vnius so-
cij, quam pecunia ab alio socio ap-
posita. 15 Pecunia namque de perse,
vel ex natura sua, siue ex lega-
li dispositione, facta non fuit vt
aliquid lucretur, sed demum prop-
ter commutationem, vt dicit Ari-
stoteles quinto eticorum, & in l. pri
16 ma ff. de contrahenda emptione,
& in l. si ita fideiussorem accepero
ff. de fideiussoribus & sic lucrum so-
cietatis, magis dicetur causatum,
ab opere & industria quam ipsa pe-
cunia quæ de perse & immediate
pecuniam vel aliquod lucrũ nõ pa-
rit, nisi ratione periculi, vt in l. peri-
culi pretium ff. de nautico fænore,
& in l. rogasti §.1. ff. si certũ petatur,
quare æquissimum erit, vt labo-
ris in societate amissi ratio habea
tur, proinde ac si pecunia effectua-
liter communicata fuisset: in ha-
rum tamen operarum amissio-
ne multum poterit arbitrium iu-
dicis, quod in similibus societati-
bus, maxime locum habet, vt in
l. in proposita ff. pro socio, ibi. *arbitrio boni viri existimo sequendũ esse.*
Et ita tenet Couarr. li.3. varia. ca.2.
n.2. circa finem & in proposito dixit
Socinus loco proxime citato quod
si opera & industria socij plus vale-
ret, pluri ve æstimari posset, quã pe-
cunia ab altero socio apposita. Iu-
dex cõsiderare debet quãtũ dicatur
in societate cõtuliſſe, & eatenus ar-
bitrari debeant, partes dãni & lucri,
ex tex. in d.§. de illa. & in d.l. si non
fuerit, quæ iura plane probant

quod

quod operæ amissæ debeant compa rari amissioni capitalis, in pecunia consistentis, & non inter vsurio pecuniæ vt Salicetus existimauit. Ex quibus contraria sententia Fachinei li.2.controuersiarũ iuris,ca.96. tenenda non erit, quantumcunque ipse illam probabiliorem reputet. Quid vero in foro poli sit, ponit Molina vbi supra, per duas conclusiones.

SVMMARIVM.

1 *Computatio gradum apud veteres vtriusque iuris interpretes, in magna fuit controuersia.*

2 *Computatio graduum si sit faciẽda, ad cognoscendum gradus affinitatis, vel consanguinitatis ad matrimonia ex duobus transuersalibus, vnus gradus constituatur.*

3 *Computatio graduum quoad successiones qualiter sit facienda.*

4 *Computatio graduum, quoad contractus & alios similes actus, qualiter fieri debeat.*

5 *Computatio graduum si sit facienda quoad contractus & alios humanos actus extra matrimonium, debet fieri secũdum ius commune.*

6 *Regulæ ad cognoscẽdum qualiter vtroque foro graduum computatio fieri debeat.*

7 *Rationẽ differentiæ inter ius Canonicum & Ciuile quo ad graduum cõputationem assignat tex. in c.2.35.q.5.*

CAP. XXIII.

Computatio graduum tã quo ad matrimonia, quam quo ad contractus qualiter sit facienda.

1 MAGNA fuit apud veteres iuris interpretes controuersia, qualiter esset faciẽda cõputatio graduũ quoad consanguinitatem & affinitatẽ, & an facienda foret, secũdũ cõputationẽ iuris ciuilis de qua in l.1.ff.de gradibus, an vero secũdum computationem traditam in c.contradicimus 35.q.3. & tandem a Gregorio Sũmo Pontifice quæstio nostra late fuit diffinita in c.ad sedem 35.q.5. & per totã illã quæstionẽ: ex quibus iuribus deducitur, quod si cõputatio sit facienda, quo ad cognoscendum gradus affinitatis vel consanguinitatis ad matrimonia, ex duobus transuersalibus, vnicus gradus cõstituatur, idq; quo ad cõiugia etiã ius Ciuile probauit, ita glos. in arbore consanguinitatis, glo. etiam in §. Hacten⁹ instituta de gradibus, Francus in c.2.de arbitris in 6. notat Decius in capit.2.col.2.de testibus.

3 Quo ad successiones vero, legalis computatio sequenda est, quam facit tex. in d.l. ff. de gradibus vbi vnica constituitur regula pro omnibus lineis ita vt quot sunt personæ (vna adempta) tot sint gradus ex Ioanne Andrea. Præposito, & Stephano Costa in expositione arboris consanguinitatis, quam Gregorius Lopez etiam probauit, in cõputa-

putatione quam de gradibus posuit
4 post l. 2. titulo 6. partita. 4. In alijs autem contractibus, prout in retractu Linagier, & similibus quilibet forus, (scilicet canonicus & ciuilis) suam propriam computationem, seruauit, vt tenet Ioan. Andre. in additio. ad speculato. titulo de successio. ab intestato § 1. in fine magnæ additionis, & eum sequitur. Præpositus in interpretatione d. arboris col. 19. & 20. quos refert & sequitur Couar. in quarto, secunda parte cap. 6. num. 8.

Contrariam tamen sententiam, in hac vltima parte tenent glos. & doctores in d. §. Hactenus Cinus
5 Bald. Salicetus Alexan. & Iason. in l. fin. C. de succesorio edicto, vbi dicunt, quod quando computatio graduum est facienda quoad contractus, & alios similes actus debet fieri secundum ius ciuile, etiam in terris ecclesiæ, quia computatio facta, per ius canonicum, quoad matrimonia (dumtaxat) locum habet, non tamen quo ad alia, in quibus ius ciuile tantum disponit, & hanc sententiam tenet Felin. in cap. litteris numero 4. de constitutio. vbi eam communem sententiam dicit, & eum refert & sequitur Cifuentes in l. 73. tauri versiculo tertio dubitatur circa finem.

6 Ad faciendas autem prædictas computationes, à summo regulas traditas per Couarr. vbi supra inquit enim. Iure ciuili & Canonico ascendentium & descendentium linea, quot sunt personæ, vna dempta, tot sunt gradus: filius ergo primo gradu patri coniungitur, ac nepos auo secundo, pronepos proauo tertio, abnepos ab auo, quarto quod intelligendum erit quoad matrimonia.

Secunda regula in linea transuersa æquali, id est quando vterque distat eodem gradu ab stipite. Quoto gradu alter distat à communi stipite totum distant inter se, & sibi attinent.

Tertia regula in linea transuersalium inæquali, ideſt quando alter distat, à communi stipite gradu remotiori quam alter: quo gradu remotior distat, à communi stipite, eodem distant inter se, neq; in hoc est controuersia, iure vero ciuili vnica constituitur regula pro omnibus lineis, quia quot sunt personæ vna dempta, tot sunt gradus, ijs equidé regulis graduum computatio distinguitur, easque summa cum diligentia exponunt Ioan Andre. Præpositus & Stephanus, Costa in arbore consanguinitatis.

7 Ex quibus constat inter ius ciuile & canonicum circa hanc graduũ computationem, maximum esse discrimen, & rationem differentiæ assignat tex. in cap. 2. 35. quæst. 5. dicens quod canones, quo ad matrimonium gradus distingunt, eo quod inter duas personas matrimonium cõtrahitur, & ideo ex duobus transuersalibus vnicum gradum constituunt ad vero ius Cæsareum, modo supra relato computat gradus, eoque successio ab vno ad alterum defertur, quo fit vt quo ad coniugia promiscue in vtroque foro canonum computatio probãda sit. Si autem latius de hoc, & ad saturitatem videre velis, consule Loriotum in sua eleganti disputatione ad titulum de gradibus, ex eo enim poterit lector nouas hac in re traditiones inquirere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *COmputatio qualiter sit facienda quãdo ex aliquibus disparibus speciebus, vel summis, aliquæ præstari debent, dummodo non sint de maioribus vel minoribus, sed de mediocribus tantum.*

2 *Operarios siquis conduxit, pro eo pretio quo eius vicini suis operarijs soluerẽt, & vicini pro variis prætijs operarios conduxerint, qualiter fieri debeat computatio, ad hoc vt isti qui in certo pretio cõducti sunt, quod iustum fuerit recipiant, attento pacto à Domino secum inito.*

3 *Testes si varij sint, in stimando vel computando prætio alicuius rei, pro cuius prætij excessu, vel paruitate, ad recisionem venditionis agitur, qualiter fieri debeat computatio per iudicem ad cognoscendum certum rei valorem, ex depositionibus inæqualibus testium.*

4 *AEstimatoribus discordantibus in æstimatione rei, coaceruandæ erunt summæ dispares, & in tot partibus fiet distributio, quot sunt æstimationes & vna ex illis partibus, reputabitur, vera rei æstimatio.*

CAP. XXIIII.

Computatio qualiter sit faciẽda quãdo ex aliquibus disparibus speciebus, vel summis, aliquæ præstari debẽt, quæ non sint ex maioribus vel minoribus.

1 IVIVS capitis computatio, valde difficilis visa fuit, quibusdã iuris cõsultissimis viris, dum in praxi de ea fuisset nimis disceptatum, stante sententia quæ in hæc verba condẽnationem faciebat, scilicet, *condeno al dicho R. &c. a que dentro, &c. de al dicho A. ochenta vassallos que no sean de los màs ricos ni de los mas pobres, sino de los medianos, en pecheria y diezmeria*, &c. Calculatores nãque nimia anxietate laborabant, iuris consulti, varij existebant. Iudex vero hanc computationem difficillimam reputabat, ex qualibet enim computatione quam fecerãt, mille inconuenientia resultabant. Cum tamen ego hac de re consultus fuissem, sequenti modo hanc cõputationem faciendam fore consului, nempe vt omnes illi vassalli populi ex quibus octoginta deducendi erant, coaceruarentur, minimi scilicet, mediocres & ditiores, & illis ita coaceruatis, liquidaretur quantum omnes, illi Parrochiani, regulariter in decimis redderent, & illã summã quã cõstitisset quot annis réddere, distribueretur, per quasdã *cañamas* octuaginta parochianorũ, donecq; omnes illi parochiani in *cañamas* æquales consumerentur

& tan-

& tantum quantum cuilibet, cannamæ seu parti octuaginta parochianorum pertineret de dictis fructibus, tantũ pertinebit dicto actori quolibet anno, de decimis illorũ parochianorũ, & ita assignari & præstari illi oportebit octuaginta parochiani qui secũdũ præsentẽ statũ, ex mediocribus tãtũ decimarẽt, quãtũ quilibet ex prædictis partibus attingeret, vt si vni parti attingerẽt octo, octo itidẽ decimarẽt, illi octuaginta parochiani, qui dicto actori assignarẽtur. Quã cõputationẽ facile quilibet iurisperitus deducet, ex decisione tex. in l. si fundũ cũ l. sequenti, vbi glo. verbo ita coaceruet, ff. mandati, vbi cũ quæsitũ fuisset â Neratio & Iaboleno, qualiter facienda foret computatio vbiquinq; cohæredes vnã domũ pro indiuiso possidẽt pro æquis portionibus, & quidã qui omnes partes illius domus emere voluit, alteri ex cohæredibus rogauit, vt partes aliorum fratrũ emeret, sub pacto quod tãtũ illi præstandũ esset pro sua parte, quantũ cuilibet cohæredi datum fuisset, & pro disparibus pretijs aliæ partes cõparatæ essent, quantũ pro parte illius mandatarij præstandũ foret, fuit dubitatum, & tandẽ, vt iustum pretiũ reportaret decisum fuit, vt omnes aliorum partes siue omnia pretia coacerũarentur, & tantum huic procuratori præstandum foret pro sua parte non appretiata, quantum cuilibet ex alijs quatuor cohæredibus (diuisa summa coacerbata in quatuor partes) attingeret, quo facto cõputo, iustũ pretiũ cõsequi palam est quod mathematica euidẽtia ex sequentibus demonstratur. Pone enim quod vnus ex dictis cohæredibus partem suam pro quatuor vẽdidit, alius pro octo alius pro nouem, alius vero pro vndecim, quæ omnes quatuor summæ coaceruatæ ascendũt ad numerũ de tringinta duobus distribuẽdo: ergo hãc summã in quatuor partes cuilibet ex dictis cohæredibus octo (dubio procul) attingũt, & sic illi sotio qui aliorũ partes cõparauit, octo pro sua parte propretio aliarũ vẽdita prestãdæ erũt, vt neque maius, neq; minus preciũ recipiat. Et hanc computationem fecit etiam glo. fin. in l. cũ in eo ff. de pact. & facit glo. in l. legato generaliter ff. de leg. 3.

2 Ex quibus infertur, quod siquis conduxit operarios ad laborandum in sua vinea, & promisit illis tantum sedaturum, quantum quilibet ex suis vicinis, eius operarijs præstitisset, pro opere diurno, & vicini ex disparibus pretijs soluerũt, vt illi operarij quod iustum est (ex lege conuentionis) accipiant, summæ alijs operarijs date coaceruentur modo supra relato, & quod vni attingerit aceruo in plures partes æquales diuisæ, hoc erit iustum pretium reputandum, & hæc eadem cõputatio facienda erit, quando testes varie deponunt de precio & valore alicuius rei vẽditæ, vbi ad recisionẽ vẽditionis agitur, licet cõtrariũ sentiat Salice. in l. 2. n. 35. C. de rescin. vẽdi. vt in æstimatoribus & apretiatoribus alicuius rei, tenuit idẽ Sali. in l. hac edictali. §. is illud n. 3. in fin.
3 C. de secund. nuptijs, vbi tenet quod si tres æstimatores in alicuius rei æstimo discordẽt, omnes æstimationes coaceruentur, & ex tota summa eligatur tertia pars, quæ erit vera rei æstimatio, & licet hoc dictum computatione, dubia Alexandro visa fuerit in d. §. 15. illud tamen vt singulare tenendam fore firmauit Catelia Cota, in memoriali verbo æstimatores, vbi eam fuisse de mente Baldi existimat.

in

in l. 1. q. 6. C. si seruus exterus, & est memoratu digna, pro intelligentia eorum quæ dicit Bar. in l. arbitro. ff. qui satisda. cogantur. Arretinus & Felin. (in testibus loquendo) in c. significasti el 2. de homicidio, & tu eam digito ligabis quia ad multa prodesse poterit.

SVMMARIVM.

1 IVre primæuo codicis, donatio quæ excedebat tercentos solidos inualida (quoad excessum) iudicabatur.

2 Iure Codicis nouiori, donatio absque insinuatione, valet vsque ad quingentos solidos, & residuum non substinetur.

2 Donatio tercentos solidos excedens, adhuc quoad excessum reuocatur, si non insinuetur, in Portugaliæ Regno.

4 Donatio à fœmina facta in Portugaliæ regno, non valet absque insinuatione, si excedat centum quinquaginta cruciatorum valorem, sed excessus irritatur.

5 Solidi de quibus loquuntur leges Iustiniani, valorē vnius Castellani aurei ascendebant.

6 Moropetinus aureus, qualiter tempore legum partitarum æstimabatur.

7 Donatio facta apud Indos, si quingentorum ponderum aurecorum excedat, (quos vulgo pesos de oro nuncupamus) quoad excessum inualidatur si non legitime insinuetur.

8 Castellani moropetini aurei valor, & solidi antiqui de quo per Iustinianum, idem prorsus est valor, licet in hoc nostri Hispani variauerint.

9 Castellanum (de quo per leges partitarum) computandum fore ad rationem quingentorum moropetinorum quibus hac tempestate vtimur iudicatum fuit per nonnullos Pinciane chancellariæ senatores.

10 Castellanorum de quibus in legibus partitæ agitur, valor, quis olim, quisve hodie sit.

11 Valor si lege, pacto, aut statuto alicui rei sit constitutus, si res habita fide de pretio vendita sit, & interim valor pecuniæ in qua prætium soluendum erat crescat, vel diminuatur, non erit plus vel minus præstandum, quam æstimatio de qua tempore legis vel pacti.

12 Leges solidorum mentionem facientes in iure ciuili explicantur.

13 Leges vel canones de moropetinis commemorantes intelliguntur.

Quali-

CAP. XXV.

Qualiter sit facienda Computatio, ad cognoscendum an donatio (quæ indiget insinuatione) quingentos solidos excedat.

IVRE codicis primo statutũ fuit, vt donatio facta absq; insinuatione, vsque ad trecentos solidos, valida esset, si vero illos excederet, quo ad excessum in validam manere vt in l. Sancimus C. de donatio. Postea vero receutiori iure cautum fuit, vt donatio quæ quingentos solidos non excederet, sine insinuatione valeret, in valida tamen quoad excessum pronuntiaretur. Idque parti to iure fuit canonizatum in l. 9. tit. 4. par. 5. ibi. *fasta quinientos sueldos de oro*, in Lusitaniæ tamen regno, cautum est vt donatio sine insinuatione valeat vsque ad trecentos aureos cruciatos, quando donatio â masculo facta reperitur, quod si â fœmina facta dicatur, sufficit quod sine insinuatione excedat valorem centum quinquaginta crutiatorũ, vt in principio tituli 25. lib. 4. ordinationum.

Magna tamen inter iuris interpretes orta est controuersia, circa computationem valoris horum solidorum aureorum, moropetinorũ ve, aut cruciarorum aurei, & quidẽ huius veteris querellæ, adhuc sub iudice lis est, tamen vt quæ nostri sunt instituti laborem non subterfugiã, breuiori quam potuero compẽdio, vetera & noua in proposito referã, & vsque ad Indos (siue Antipodas) meam iurisdictionem extẽdam, explicando quæ ex Indicis aureis monetis huic solidorum aureorum speciei æquiualeat.

Et in primis, horum solidorum valorem, explicauit latissime Otalora de Nobilitate 2. parte capite 4. numero 13. Iulius Clarus libro 4. receptarum sententiarum, §. donatio. quæstione 15. Dueñas regula 224. Matienzus in l. 8. titulo 16. glo. 6. numero 12. libro 5. Gutierrez de iuramen. confirma. 1. parte cap. 7. â num. 4. Plaça de delictis p. 1. ca. 2. per totum. Quibus in locis varij varia senserunt. Sed aliorum prætermissis opinionibus, hac in re cum Couarru. tenẽdum est, qui post hinc inde longam disputationem lib. 1. varia. cap. 11. numero 13. & de numismatis cap. 3. numero 3. & 4. resoluti ue tenendum arbitratur, quod quilibet solidus temporis Iustiniani, ad valorem vnius Castellani ascendat, idque & in praxi receptum fuisse in Hispaniæ tribunalibus testatur, & eum sequitur Dueñas vbi supra Matiençoloco supra relato numero 12. qui (quidem) Castellanus, aureo moropetino (de quo in d. l. 9. partitæ) æquiualet, vt notat Grego. ibi glos. verbo *marauedi de ovo*, Couar. d. ca. 11. numero 3. & de collatio veterum numismatum illatione 11. vbi hanc esse communem interpretationẽ (in hoc regno) testatur. idq; tenet Plaça de delictis, lib. 1. cap. 2. numero 11. cum sequentibus Oroscius in l. imperium, numero 2. ff. de iurisd. omni iudi. & ibi numero 1. animaduertit, quod licet alius sit huius moropetini aurei valor, tamen communis & vulgaris senatus interpretatio, Castellani, & moropetini

aurei

aurei valorem adæquauit. Ex quibus patet iam nonesse dubitandum deinceps, quod cum Castellani & moropetini aurei valor, vnus penitus & idem sit: ea enim quæ certam interpretationem habuerunt minime mutanda sunt l. minime. ff. de legi. id que firmauit Otalora dict. c. 4. nu. 13 versi. & ex hac.

7 Quinimo & si donatio facta fuerit apud Indos Hispaniæ, & quingentorum ponderum aurei (quos vulgo *pessos de oro ensayados* dicimus) excedat, & donatio non sit insinuata, quo ad excessum quingentorum ponderum reuocabitur. Cum idem penitus valeat quilibet pondus aurei, quod valeat in Hispania quilibet Castellanus siue moropetinus aureus, vt animaduertit Matiençus in l. 4. gloss. 1. num. 6. tit. 24. lib. 5. in noua legum Regni collectione, vbi pro hac sententia refert quendam Ioannem Diez Freyle in summario rationum, prope finem.

8 Quis autem fuerit olim, & sit hodie huius Castellani iustus valor, qualisve, moropetini, & solidi antiqui, varie etiam apud iuris vtriusque interpretes accipitur, in tantum, vt Regis Senatores propter huius valoris incertitudinem, nihil certum iudicare auserint, vt notat Antonius Gomezius 2. tomo variar. C. de donatione, num. 4. vbi dicit, quod prætextu huius dubij Pincianæ Chancellariæ auditores, non fuerunt ausi harũ pecuniarum valorem exprimere, donec Regius Senatus illum prius declarasset, adhuc tamen sub iudice lis

9 est Mõterrosus tamen, siue quisquis ille sit, in sua arte notariatus, in practica tractatu. 7. fol. 114. & in alia impressione, fol. 117. refert in hac Pinciana Chancellaria, anno 1546. iudicatum & declaratum fuisse, vt quilibet ex his solidis. Computaretur ad rationem quingentorum moropetinorum, quibus modo vtimur, ita vt donatio absque insignatione non valeret, quoad residuum ducentorum, quinquaginta millium moropetinorum, qui est verus valor quingentorum solidorum Castellanorum, seu aureorum moroperinorum, ponderumve, quos *pessos ensayados de oro* dicimus, computando illos ad prædictam rationem quingentorum moropetinorum.

Verumtamen cum vsque ad dictũ annum. 1546. in quo prædicta sententia lata fuit, valor Castellani aurei, non ascenderit pretium quadrigentorum octuaginta quinque moropetinorum æris, vt patet ex tex. in l. 6. tit. 18. lib. 6, in noua legum Regni collectione, non video qua ratione illi quindecim moropetini, qui vsque ad quingentos, per dictos iudices fuerunt additi, cuilibet Castellano, iure existere possint, cum tempore legis partitæ quilibet Castellanus aureus siue moropetinus, valorem quatuorcentorũ & octuaginta quinque moropetinorum (tantum) ascenderet, vt supra retulimus.

10 Quapropter in proposita specie concludo, quod ad hoc vt vera horũ solidorum ratio fiat, Castellani, & moropetini aurei, debent computari ad rationem dictorum quatuor cẽtorum octuaginta quinque moropetinorum, & non vltra. Cum hic fuerit iustus Castellani, seu aurei moropetini valor, tempore quo conditæ fuerunt leges partitæ, vt ex Cou. lib. 1. variar. cap. 11. nu. 3. & de collatio. veterum numismatum, cap. 3. num. 4. in fin. & Otalora. dict. num. 13. clare colligitur, quo fiet, vt tunc donatio quingentos solidos excedat quando

11 excesserit summã de 224500. moropetinorum, quibus hac era vtimur, Et ratio potissima qua moueor est,

quia quando lege pacto siue statuto constitutum fuit, vt pro aliquo delicto soluerentur tot solidi, seu tot scuta, variatio pretij quæ postea fit, illius monetæ, nihil addit vel detrahit valori seu æstimationi illius monetæ in qua pœna soluenda erat, quã sententiam tenuit Abbas in cap. quãdo de iure iurando, num. 12. Couar. de collatio. veter. numis cap. 7. §. vltimo, Sotus de iustitia & iure, libr. 6. quæst. 1, artic. 2. Medina de restitut. quæst. vltima, Molina de iustitia disputatione. 278. col. 4. versic. hac tamen ratione, & rursus disputatione. 312. col. 1. versic. prima est, vbi tenẽt quod quando in contractu, sententia, vel alia dispositione non fuit expressum, vt solueretur talis pecunia, vel talis formæ, soluendus est valor quem pecunia habebat tempore cõtractus, sententiæ, vel alterius dispositionis, idque siue pecuniæ creuerint, siue decreuerint, & hæc est pura veritas ex Boerio decis. 327. Mercado in tract. de tratos y contratos, fol. 91. col. 2. vers. que dado, loquendo in eo qui ad tempus aliquid reddere tenebatur. Anto. Thesau. decis. 226. nu. 3. loquendo in locatore ad longũ tempus & emphiteota, quidquid in contrarium senserint Bart. in l. Paul. ff. de solutio. & Nauar. manuali. c. 17. num. 294. & in tractatu de Cambijs a nu. 48. quorum fundamentis erudite respondet Molina in dict. disputatione 312. versic. nostra conclusio. 12

Et ex supradictis venit intelligendus tex. in §. nos autem instit. de Atiliano tutore, & c. conquerente de officio ordina. vbi Abbas & Felin. late de solidorum materia diuagauerũt, dum de eorũ valore & qualitate egerunt, intelligendusque venit text. in dict. l. 9. tit. 4. part. 5. vt quod ibi dicit de moropetinis aureis intelligatur de Castellanis ad rationem 485. moropetinorũ æris ex supra relatis.

Vnum tamẽ in proposito animaduertendum erit, quod leges antiquæ de aureis, vel moropetinis aureis sũmpliciter loquentes, prout est text. in l. nonnulli. ff. de accusatio. & text. in l. 1. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. & in l. 2. tit. 1. part. 7. non fuerunt loquutæ de prædictis moropetinis aureis, solidis, & Castellanis æquiparatis, quia illi aurei de quibus in prædictis legibus erant quidam alij peculiares numi, quorũ cuiuslibet valor, ascẽdebat ad valorem mille moropetinorum, quibus modo vtimur, vt obseruat Otalora vbi supra, dict. num. 13. versi. an autem. Verum cum ratione temporum, Imperatorũ siue Iurisconsultorum, harum antiquarum monetarum valor fuerit mutatus, qui aliarum monetarum verũ valorem indagare connauerit, quo tempore fuerint condita iura de illis loquentia, prius scire debebit, quia hoc non prætermisso, parũ, vel nihil ab scopo veritatis aberrauit, ex l. si certum. ff. de auro & argento legato. 13

SVMMARIVM.

1 *VEnditor fundi cũ pacto de retrouendendo, si illum reemit omnes fructus tempore reemptionis pendentes habere an debeat, non habita ratione tẽporis quo emptor illos curauit.*

2 *Ager si fructibus iam maturis dẽstractus fuit, fructus inter emptorem & venditorem prorata an diuidi debeant.*

3 *Fructus pendentes qualiter pars rei dicantur.*

4 *Emptor*

4 *Emptor qui venditori reemit reddere fundum ex pacto de retro vendendo tenebatur, si requisitus per venditorem, vt pretium rei emptæ recipiat & fundum restituat, si adhuc reddere detrectet, & fructus pendentes percipiat, fructus a tempore requisitionis & moræ perceptis restituere tenebitur.*

5 *Emens cum pacto reuendendi, fructus rei venditæ lucratur, interim quod non est in mora rei restituendæ oblato sibi pretio.*

6 *Reemptor an teneatur soluere censum totius anni in quo reemit si res reempta censum soluere erat obnoxia.*

7 *Fructus rei emptæ ex pacto de retrouendendo, an sint diuidendi inter emptorem & venditorem, pro rata temporis quo quis ex illis rem possedit & coluit.*

8 *Res quando ex necessitate est restituenda, aliquo certo & determinato tempore, vel etiã sine temporis præfinitione, fructus rei illius pro rata temporis quo quis rem possidet diuiduntur.*

9 *Computatio anni, qualiter sit facienda, vbi fructus pro rata anni sunt restituendi, & non quolibet anno duodecim mensium, sed quolibet biennio, aut triennio, fructus colliguntur.*

CAP. XXVI.

Computatio fructuum pendẽtium in fundo vendito, cũ pacto de retro vendendo, qualiter fieri debeat, inter emptorem & venditorem, quando venditor rem venditam ex pacto reemit.

DVBITARI consueuit qualiter sit facienda fructuum cõputatio, si vendito fundo cũ pacto de retro vendendo, venditor fructibus pendentibus illum reemat, qua in re varij varia senserunt, alij namque tenuerunt, quod venditor qui fundum reemit, omnes fructus pendẽtes tempore reemptionis habere debeat, non habita ratione ad ratam temporis quo emptor fundum possederit. Et primus omniũ fuit Alex. in l. qui Romæ in principio. ff. de verborum. Bal. consi. 383. lib. 4. Cassaneus in consue. Burgund. rub. 5. §. 1. num. 25. Ægidius Thom. in tracta. de collectis. §. vendentes sub pacto num. 1. carta 576. & mouẽtur ex tex. in l. Julianus. §. si fructibus ff. de actio empti. vbi si fructibus iã maturis, agerdi stractus sit, fructus inter emptorem & venditorem, non debent diuidi, & ita sentit Petrus Surdus decisione. 291. num. 2. vbi dicit idem esse in fundo dato in solu-

tum, ex Aretin. consi. 160 num.6. pluresque alios peculiares casus cũ mulat in quibus cócesso fundo fructus etiam concessi censentur quieo tempore in illo pendent.

Secundo mouentur ex tex.in l.fi.§ fructus.ff.quæ in fraud.credito.& in l. fructus pendentes.ff.de rei vendica, quibus iuribus cauetur,fructus pendentes partem rei esse, si ergo pars
3 rei sunt,nimirum si fundo reempto. ipsum sequãtur,cum pars non possit atoto separari,absque reidiminutione vel interitu:nullo ergo modo pro rata erunt diuidendi.

Tertio iubatur prædicta sententia, ex tex.in l.2. C. depactis inter
4 emptorem quo iure cauetur, quod si ẽptor qui reementi venditori fũdum reddere tenebatur, fuit requisitus a venditore, vt pretium reciperet,& ipse nihilominus fructus pendentes percepit,condemnetur ad restitutionem omnium fructuum(post talem oblationem)perceptorũ.

5 Quarto hæc opinio fomentatur ex doctrina glossæ in.cap.illo vos de pigno.vbi vendens cum pacto retro vendendi,fructus rei venditæ lucratur, interim quod non est in mora restituendi reempori pretium oferẽti, ergo atẽpore morę reemptori per
6 tinebunt.Et hanc sentẽtiã tenet Guidon Papæ decisione.271. quatenus ibi sentit quod ille qui fundum alse alii venditum reemit, integrum fũdi censum illius anni in quo reemit soluere debeat,& cum in hoc sequitur Molina deiustitia disputa.368. col.1.

Secunda opinio fuit, vt huiusmodi fructus pendentes prorata anni quo quilibet fundum possedit recipiat, secundũdispositionem legis diuortio.ff.soluo matrimo.& autor huius sententię fuit Cuma.in d.l.qui Romæ in principio & ibi cum sequitur Soci.num.20.idem Cumanus in l.1.ff.de iure fisci. Titaquel de retractu lib.2.§.5.glos.3.Cagnolus.in l.2. num.45.C.depactis inter empto & vendi. & ibi Gozadinus num.130. & hanc quæstionem communiter in praxi ita diffinitam dixit Couar.lib. 1.variarum cap.15.num.7. eamque communem(quinimo)& magis cõmunem dixit Roland.a valle consi. 27.num.6.lib.2.Caualcanus de vsu fructu mulieri relicto.num.244.vbi eã etiam magis cõmunem dixit,& secundum eam pluries iudicatum vidisse testatur & in ciuitate Firmiana, ita etiam iudicatum fuisse fatetur Petrus Ioannes Ancharranus quæst.familiari.13.nu.11.Iosephus Ludouicus decisione.79.num.7.vbi ad fundamẽta pro cõtraria sentẽtia adducta subtiliter (suo more)respõdet, Et huius sentẽtiæ ratio ea potissimaest:quia in casu de quo agimus, ille primus emptor ratione præcedẽtis contractus de retrouendendo,necessitatur reuendere rem emptam venditori eam reemere volenti,pretio sibi soluto quod dedit,& de iure
8 quando res aliquo tempore vel casu euenienti ex necessitate est restituẽda,fructus pro rata tẽporis quo quis rem possederit lucratur:ergo & pro rata erunt diuidendi,ita Barto.communiter receptus in dict.l.diuortio, num.10.Grego.in l.26.tit.11.part 4. glos.verbo,quantos, Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, num.74. Gutierrez quæst.canonic.33.nu.31. Aiora de partitio.1.par.cap.9.idque latius retulimus supra computatione.20.nume 7.& hæc est humanior opinio,licet contraria sententia in puncto iuris sit cõducibilior, in casu de quo agimus,eo quia negari nõ potest quin iste reemptor remiure dominij habet nullo habito respectu ad onera rei.Et hanc sententiam

tenet

tenet Antonius Thesaurus post hæc scripta visus, decision. 56 per totam quem omnino videas.

Et tenendo istam sententiam, tanquã in praxi magis receptam, eam intelligo veram & indubitabilem quando retrouenditio faciẽda foret pro eodem pretio, secus tamen si hęc conditio primæ venditioni non fuisset adiecta, quia tali casu non deberent tradi fructus pendentes pro eodem pretio, sed pro pretio currenti tempore retrouenditionis, arbitrio boni viri, & ita declarant Doctores in locis supra proxime citatis.

9 Vt autem errare non possis in hac computatione fructuum rei reẽptæ prorata facienda, cape regulã appositam per Iosephum Ludoui. d. decisione. 79. num. fi. vbi ita cõputationem nostram faciendam reputat videlicet, vt si sint poma, eo quod pomarij singulis annis fructum producunt, annus computetur ad rationẽ duodecim mensium. Si oliuæ & singulo biennio ferat fructum, annus erit vigintiquatuor mensium, quia biẽnium pro vno anno habetur & cõputatur.

Si vero sit terra magensatica quę quolibet anno cum dimidio fructus reddit, annus erit decem & octo mẽsium, si triennio, (quolibet) vel quinquenniotriẽnium vel quinquẽnium pro vno anno computabitur, Facies igitur duodecim partes fructum, & habita ratione illius anni, & temporis retro venditionis, facies tot partes quot mensibus tu possedisti, & reemptor est possessurus, nã si tu tenuisti terram magensaticam duodecim mensibus, deinde vẽditor illam reemit, ex quo ad finiendum annũ sex menses deficiunt, diuides fructus in tribus partibus, & duas pro te retinebis, alteram vero reemptori attinebit, ex quo pro tertia parte qua fructus nascuntur & maturantur terrã retinuit, siue possedit, refectis expensis illius tertiæ partis, quam computationem deduxit ex Bal. in l. ædem C. loca col. 1. Alex. & Iasso in d. l. diuortio. §. quod in anno num. 5. & eam refert & sequitur Caualcanus de vsufructu mulie. relicto, num. 245 rectęque respondisse Rolandum consi. 87. num. 29. volumine. 1. constat quatenus consuluit non cecidisse a iure suo emphiteotam propter canonem non solutum intra biennium, de bonis & rebus voscatis & syluatis. Cum singulo quinquennio soleant fructus ex illis colligi, quo fit vt in simili casu commissum non incurratur, nisi vltra decennium steterit in mora soluendi canonem siue pensionem.

FINIS,

INDEX LOCV
PLETISSIMVS,

RERVM OMNIVM SENTENTIARVM

que insignium, quæ in hoc tractatu de ratiocinijs administratorum, & alijs computationibus continentur, in ordinem Alphabeticum congestus.

ABSENTIA longa, simul cum publica mortis fama, an mortem alicuius absentis probet. c. 6. n. 47.

Absens vbi aliquis est per spatium viginti annorum, ita vt de eius vita ignoretur, venientes ab intestato rationem ab administratoribus suorum bonorum petere poterunt, & reliqua proportionibus hærebitarijs accipient, sub fideiussione, quod illi (quandocumque redeunte) rationem insolidum reddent, & reliqua soluent. c. 6 n. 49.

Accidere quæ solent, quando inspicere, & prouidere debeat administrator. c. 6. num. 69.

Acquisita per clericum intuitu ecclesiæ mero iure ipsi ecclesiæ acquiruntur quid ve in hoc Hispanorum consuetudo introduxerit, comp. 20. num. 23.

Actio iniuriarum datur contra illum qui turbat alterum in vsu reisuæ. c. 6. n. 36.

Actione ciuili intentata, an & quãdo ad criminalem reddere liceat. c. 20. n. 5.

Actione ciuili intentata pro reddenda ratione, si administrator illam reddere detrectet, vel admodum intricatã præstiterit vt vix intelligi queat, an aduersus talem administratorem tortura peti valeat. c. 20. num. 1.

Actione ciuili a parte intentata, licet possit ad criminalem reddere non tamen potest interim. quod actio ciuilis pendet. c. 20. num. 6.

Actiones & vendi & cedi possunt. c. 17. num. 6.

Actor vniuersitatis rationem reddere tenetur. c. 2. n. 20.

Actor debet sequi forum rei. c. 7. numero 1.

Actus iure prohibitus, non firmatur iuramento. c. 10. num. 20.

Actus alioqui nullus totaliter conualescit, si is in cuius præiuditium fuit factus ab illo non apellauerit, vel reclamauerit. c. 33. n. 15.

Adminicula multa ex quibus fides adhiberi debet libris camposorum & mercatorũ cũmulat Guidon Papæ. c. 11. num. 25.

Administrator notabilem negligentiam committens, iure ab administratione remouetur. capitulo. 6. sub numero. 7.

Administrator si veram & rectam rationem non reddit, vt falsus puniri potest c. 1. n. 7.

Administrator si veram & rectam rationem non præstiterit, infamia notatur. c. 1. sub. num. 7.

Administrator præsumitur adhibuisse diligentiam necessariam ad bene rectequa administrandum. capitu. 19. num. 23.

Administrator quilibet, siue necessarius siue voluntarius, a parte vel lege constitutus, vel etiam is qui sine mandato administrauit, illis quibus interest rationem reddere cōpellitur. c.32. n.2.
Administrationis rationem, etia summus pontifex reddere debet. c.2. sub n.32.
Administrator interim, quod suæ administrationis rationem non reddit ad sacros ordines promoueri non debet. c. 4. nu. 1.
Administrator bonorum publicorum vel priuatorum, non est recipiendus ad religionem, interim, quod rationem non reddit, & reliqua soluit. c. 4. num. 3.
Administratores bonorum particulariū personarum, non debēt condemnari ad interesse pecuniæ, non collocatæ, c. 34. sub. n. 12.
Administratores duo, si eiusdem patrimonij fuerunt constituti, & vnus dumtaxat administrauit, an etiam qui non administrauit pro reddenda ratione possit conueniri, antequam qui gessit excutiatur, capitulo. 4. nume. 12.
Administrans socius, an prius quam socius qui non administrauit, pro reddenda ratione, & reliquorum solutione debeat conueneri. capit. 4. nu. 13.
Administrator alieni patrimonij, si in expensis necessarijs deficiat ab administratione remoueri potest. capit. 6. num. 9.
Administratore bonorum, vltimo supplicio damnato, executio sententiæ retardatur, si ab eo rationes reddi postuletur, interim quod rationes reddiderit, & quid hoc casu iudex facere debeat. c. 4. n. 18.
Administrator Regij patrimonij, qui aliquid in rationibus sibi retinuit, & dolose reddere & sibi onerari prætermisit, qua pœna sit plectēdus. c. 9. sub n. 69
Administrator, de fuga suspectus, si carceribus fuit mancipatus & facto calculo in nullo reperiatur debitor, etiam si actor appellauerit, eo quod male dicat iudicatum appellatione remota libere relaxatur. c. 4. n. 20
Administrator, an possit compellere dominum, ad hoc vt rationem administrationis recipiat. c. 4. n. 24.
Administrator, an aliquo modo vel pacto a reddendis rationibus liberari valeat. c. 5. n. 25.
Administrare proprias res, an quis possit ante vigesimum quintum annum. c. 6. num. 23.
Administrator si ante redditam rationē de facto ad religionem sit admissus, & efficiatur professus, quid agendum sit ad hoc vt rationes reddat, & reliqua restituat. c. 4. sub. n. 3.
Administrationem siquis extra locū sui domicilij peregit, non debet in loco domicilij conueneri pro reddenda ratione, sed in loco administrati negotij. c. 7 n. 2.
Administratoris bona, sita in loco sui domicilij, si non sufficiant pro reliquorū solutione, an remittendus sit administrator ad iudicem locivbi peracta fuit administratio. c. 7. n. 5.
Administratori si concessa fuit administratio sub huiusmodi pactis, scilicet, quod continuo & perpetuo administret, nec ab eo ratio exigatur, & quod ea petita suo simplici dicto credatur. quid huiusmodi pacta illi prosint. c. 6 sub. n. 83.
Administrare non possunt tutores & curatores ante inuentarij cōfectionē, nisi ea quæ tēpore perire possent. c. 9. n. 3.
Administrator omnis qui lege, consuetudine, vel pacto rationi reddendæ est obnoxius, inuentarium facere & illū in rationibus exhibere debet. c. 9. n. 14
Administrator qui priuatam gerit administrationem, sufficit, quod saltim simplicem bonorū descriptionem faciat nisi quando ab illo cuia intererat petitum fuit vt solemne inuentariū fieret, quia hoc casu non prodest sola bonorū descriptio. c. 9. n. 65.
Administratores caueant, ne de mendatio in rationibus conuincantur, quia ex hoc solo indubijs parcellis iuste cōdemnari possunt. c. 9. n. 71.
Administrator qui rationem rectam & verā reddere intendit, codicē siue librum rationū, vbi contineantur accepta & data, introitus & exitus, coram ratiocinatores exhibere debet. c. 10. n. 1.
Administratori dicenti se librum rationum non confeciſſe, an fides adhiberi debeat. c. 10. n. 2.
Administrator pro reddendis rationibus

bus,duplici remedio conuenitur, & an libellus generalis,in quo petitur,vt reddat rationes,ſubſtineatur.capit.4. num.17.

Adminiſtratori,an ſit credendum, quando confitetur ſe librum rationis feciſſe,attamen illud perdidiſſe,an vero iuramentum in litem aduerſus eũ deferri valeat.c.10.n.3.

Adminiſtratori ſi promiſit dominus,quod ſimplici eius dicto fidem adhibebit, an ex hoc videatur liberatus a neceſsitate conficiendi librum rationum, & illius exhibitione.c.10.n.7.

Adminiſtrator qui in reddendo rationes fuit contumax, & ob id carcerem detruſus,an antequam relaxetur a carcere,teneatur reficere parti aduerſæ expenſas factas ratione defectuum, in quibus iam fuit condemnatus.cap.10 num.23.

Adminiſtrator non tenetur exhibere librum rationis,extra locum adminiſtrati negotij c.10.n.24.

Adminiſtratores omnia ſingulariter, explicite,& particulariter, in libro rationis ſcribere debent.cap.10.numero 59.

Adminiſtrator an teneatur probare, q̃ parcellæ in libro rationis conſcriptæ, veræ ſint.c.10.nume.59.

Adminiſtratores qui ante redditam rationem,in Regnum Portugaliæ ſe fugiendo contulerunt,an ab illo extrahi poſsint & quid hoc caſu fieri debeat.c.4.n.11.

Adminiſtrator ſi traficauit cum pecunia ſui domini,an dominus poſsit petere, vt lucrum ſibi reſtituatur,an vero ad maiores vſuras illius pecuniæ dumtaxat teneatur c.14.n.37.

Adminiſtratores ad emendum conſtituti tenentur emere pro ſuis principalibus.c.14.n.38.

Adminiſtrator quilibet fructuum per negligẽtiam ſuam non perceptorum onerari debet.c.16.n.1.

Adminiſtratores qui bona ſuorum domi norum licitare & vendere debent, ad euitandam omnem calumniam prius illa æſtimare facere debent.c.16.n.7.

Adminiſtrator ſi exhibet in rationibus inſtrumentalocationum aliquorum anorum non vniformia & aliorum anorum non producat,qualiter debeat onerari adminiſtrator pro fructibus illorum annorum de quibus arrentamenta non producuntur.c.16.nu.40.

Adminiſtrator ad reſtitutionem tritici vini aut olei condemnatus,de æſtimatione quanti plurimi,a die more condemnandus venit.c.17.n.7.

Adminiſtratori culpa eſt adſcribenda, ſi triticum abſque domini mandato, vel permiſſu,non inſtante præciſa neceſsitate diſtraxit, ante tempus ex conſuetudine prudentis patris familias deſtinatum veluti ante menſem Maij, vel ordeum ante menſem Martij,etiã ſi ex pretio fundum pro domino emerit.c.17.n.8.

Adminiſtrator non debet onerari de æſtimatione quanti plurimi ſi non miſit triticum, vel ordeum domini ſui, ad mercata extra vrbem,vbi cãriori prętio eo tempore vendebatur.c.17. numero.25.

Adminiſtrator ſi domũ domini ſui nõ fulxit,vel vineas non colluit, de damno ex ſimili negligentia contingenti & obueniente oneratur.capit.17.numero.28.

Adminiſtrator poſiti vel horrei publici, vel minoris, ſeu alterius domini ſi ſarta tecta non habuit, & ob id aquis, vel ſtylici dijs frumentum fuit putrefactum,de tali damno oneratur.cap.19. num.2.

Adminiſtrator qui ædificia domini ſui ruinam minantia non reparabit,& ob id fuerunt colapſa de damno hoc poterit onerari. capitulo.19. numero.3.

Adminiſtratio bonorum alicuius iam diu abſentis, qualiter propinquioribus ſit diſcernenda.cap.6.nume.48.& 49.

Adminiſtrator,conductor, vel vſufructuarius qui in locum arborum vel vitium,& ciparum deficatarum,alias nõ ſubſtituit, & plantauit an de damno ex hac negligentia proprietario bonorum,vel dominoreſultanti onerari poſſit.c.29.n.11.

Adminiſtrator negligens in ſcutiendis pupilli,vel domini debitoribus, ſi ipſi interim efficiantur non ſoluendo, an debito amiſſo, ipſi adminiſtratori

niſtrator amiſsio ſit ad ſcribēda.c.19. num.21.

Adminiſtator indubio diligenter adminiſtraſſe præſumitur. capit. 19. numero:23.

Adminiſtrator, tenetur præuenire quæ accidere poſſunt, nec ei dicere licet, non putaram:c.19.num:31.

Adminiſtrator,ſi elegit ſibi coadiutorem communi reputatione fidelem, & ille doloſe adminiſtrauit,an de damno dolo negligentia,vel delicto ab ipſo commiſſo ipſe adminiſtrator onerari valeat.c.19.n.54.&.55.

Adminiſtrator qui tempore ſuſceptæ adminiſtrationis iurauit accepta reſtituere, an compenſationem obijcere valeat.c.21.n.8.

Adminiſtrator qui librum rationum, vel inuentarium non exhibet in rationibus iuramento in litem ob id parti aduerſæ delato, an pro eo, quod in litem iurauerit,ſtatim executari valeat. c.21.n.26.

Adminiſtrator cum libera,an poſsit non ſolum ciuiliter, verum & naturaliter debita ſoluere.c.23.n.3.

